
Digitized by Google


NAZIONALE
RC
1171
BIBLIOTECA
CENTRALE V.E. II
ROMA


NIL DESPERANDUM
Thomas Anson Esq.
SHUGBOROUGH.


Thomas Swanwick. M.D.

Sandford Arthur Strong.
Coll. Div. Joh. Cantab. 1884:



L. Annei Senecę Tragoediæ pristinæ integritati restitutæ: per exactissimi iudicii viros post Auantium & Philologum.

D. Erasmum Roterodamum.
Gerardum Vercellanum.
Aegidium Maserium. cum metrorũ præsertim tragicorum ratione ad calcem operis posita.

Explanatę diligentissime

tribus Commentariis.
G. Bernardino Marmita Parmensi.
Daniele Gaietano Cremonensi.
Iodoco Badio Ascensio.



Venũdãtur ab eodẽ Ascẽsio: Sub priuilegio regio in calce explicando.



¶Generoso admodum viro raroq; sapientis eloquentiæ lepore decorato D. Ioãni Landano: Landæ Bougoniiq; in dioecesi Nannetensi domino humanissimo: & Guilielmi Landani vulgo de la Lande procuratoris olim Britannię generalis primogenito Hęredi q; dignissimo: Iodocus Badius Ascensius. S.D.



VUm CHRISTO domino literisq; bonis, vir literatissime, debeam omnia: vnum tamen pręcipuum exultabũdo animo literis acceptũ fero: ꝙ illarum q̃tũuis tenuis modicaq; in me opinio: magnorũ illustriumq; heroum gratiam, amoremq; mihi conciliauit. Ea enim effecit, vt cum nuper voti reus cũ decentissima domina consorte tua academiã Lutetianã viseres: in cõplex⁹ meos homũcionis tãtilli: tã humano, hilari, benigno amicoq; vultu: & tanta lepidissimorũ verborũ festiuitate præstãtiam tuam demitteres: vt operępręcium peregrinationis tam longinquę fecisse tibi viderere: ꝙ me sospitẽ incolumemq; conspiceres: neq; vero salutasse iterum iterũq; contentus, magnifico insuper apparatu accepisti. Cui humanitati cũ ꝓpter locorum intercapedinẽ ne verbis quidem familiaribus respondere possem: cogitaui compendiũ, quo multorum ore (modo multi hæc lecturi sint) sed verbis meis saluteris: omnesq; expositissimæ lucubrationis nostræ amatores partem mecum gratiarum agant: ꝙ tuo præsidio faustoq; auspicio: L. Annei Senecę Tragœdias tantorum virorum lucernis emaculatas: & nostra explanatione tam familiari nunc legunt enarratas. In qua re (Patieris enim si modicum per insipientiam glorier) tam feliciter videor mihi insudasse: vt nunq̃ prius. Nam authoris repositione per doctissimos viros D. Erasmũ Roterodamũ. Gerardũ Vercellanum. & Aegidium Maserium tã sum oblectatus, vt nullus in ipso explanãdo labor mihi fuerit laboriosus. Accesserũt sententiæ vbiq; vt grauissimę: ita gratissimę: ea stili foecundissimi varietate perstrictæ: vt cum sexcenties eædem occurrant semper tamen nouæ, semperq; diuersę videantur. Vt vero sileam fructum legendæ tragœdię omnibus perspicuum ac euidentem: qui est summos quosq; & reges, & principes humanorum casuum admoneri: cum videant e tã sublimi solio in tã demissum q̃plurimos decidisse puluerem: Nõ tacebo ꝙ in nullo alio auctore tam parabilis sit ad declamationem materia atq; in isto, qui in omni fere tragœdia declamatoriam facit disceptationem: nũc patris cũ filia: nunc alũnæ cum nutrice: nunc alius cum alio. Quocirca poterit indulgentissimus, & magnæ spei: vt auum patremq; virtute & sapientia referat filius tuus vt cõsummatus orator euadat: hæc poemata tuto legere: modo meminerit ipse & quiuis alius adhuc ignot⁹ rudisq; lector, summopere cum in aliis tum in hoc poeta animaduertendum esse ex cuius ore proferantur sententiæ: id est quo animo affectum inducat qui eas pronuntiet: ne a Seneca assertum falso existimet: quod a Tyrãno aut alioqui male affecto homine prolatum est. Vult enim quoties vmbras ad perniciei conciliationem inducit verba iniqua proferentes: significare malos in ea peruersitate qua mortui sunt obduratos: quoties vero tyrannum, aut scelestum quẽuis hominem de peccatis, aut malis suis exultantem facit: comprobat illud licet forte nõ legerit: peccator cum in ꝓfundum venerit contemnet. Non igitur cum talis quippiam contemptor salutis suæ: impia verba profundet: dicet ex poetæ sententia processisse: nisi quatenus docere voluerit cauendum esse ne in profundum malorum veniamus & similia sentiamus aut dicamus. Sed horum (vt dixi) rudes adhuc lectores admonitos volui. Te vero virorum doctissime, hæc citra periculum sæpe perlegisse non dubito: iterum tamen lecturum spero: vel ꝙ tuo nomini felicissimo dicata: vel vt iudicii nostri in tanta re periculum facias. Quod vt facias q̃primum non deprecor, sed precor: tantum pręter solitum mihi in hac opera accreuit fiduciæ: tu tamen boni consule ac Vale. Ex chalcographia nostra: ad Nonas Decemb. M.D.XIIII.

Rerum & vocum illustrium in subsequentibus commentariis explanandarum index serie alphabetica.

Tabula

FINIS.

GELLIVS BERNARDINVS Marmita parmensis: Eminentissimo ac humanissimo.D.D.Guillielmo de rupeforti magno Cancellario franciæ.S.D.



Aiores nostri quodcunq; studio:industria:aut virtute:consecuti fuerãt:id omne ad vsum hoīm tribuebant:quib9 omnibus ꝓdesse vt suis:nedũ liberale officium:sed fructũ laborũ putabãt.Qđ quidē mihi hoc tpe faciēdum esse duxi nō spe aliqua emolumenti:sed amore & studio honestatis: vt si quid vigiliis: aut bonarum artiũ disciplina ipse ꝓfeci: id omnib9 libenter impertiri velim. Itaq; has cōmentationes:quas superiorib9 annis dũ publice ꝓfiterer forte indigeste inconditeq; annotauimus: te hortante nũc imprimēdas dedimus:qui me quasi sub alis tuis ꝓtegēdũ putasti:videlicet indulgētia tua mandato facto vniuersim in regno seremissimi Regis francorũ:ne quis post me hoc idē opus ad quartũ annũ imprimere presumat:&:qđ humanius est: pollicit9 es mihi si quid æris nostri inde imminutũ fuerit:id omne mihi regia pecunia resarcitũ iri.Quę res effecit vt celerius quod tibi gratũ esse duxi:aggrederer.licet grāde onus:qđ volũtate potius q̃ grauitate ac doctrina fretus:pro ornamētis tuis suscepi.Nō possum equidē tacitus pteterire qđ tibi placere scio:ob tuas præstãtissimas virtutes quib9 te nō modo his quos nostra ætas tulit:sed & illis oīb9 quos priscorũ volumina laudãt:antepono.Nihil est ꝑ deos immortales:qđ gratius esse debeat:aut optatius esse possit:q̃ de bonis bñ mereri:qui de me quoquo mō meriti erũt:semꝑ tñ meas curas & voces habebũt.Quis sciã quoq; nō defuturos hoīes quędã ventris animalia:q studia nr̃a dãnare nō cessabũt:& me macerantib9 linguis blacterãtes inhoneste lacerabũt.hos mihi iudices non præpono: q cōuiuiis & lustris pernoctãt:voluptatē:luxũ:aliasq; sordes summũ bonũ expendētes.Te vir eminētissime appello tibi iudiciũ fero:q rerũ literarũq; impēse doctus cognoscere potes q̃ non in scholis decãtata:neq; cōmentariis protrita sunt. Quare te vehementer rogo:cũ ociũ furari:& aliqua interstitione laxari poteris: vt hęc nr̃a studiose legas:q tibi quasi primitias quasdã & ingenuarũ artium libamēta dedimus:vt sub tutela noīs tui quasi sub vmbra ingentis arboris litescere possent.Id sane me audentiorē ad scribendũ fecit:nō operis fiducia.vt ipe Plinianã sentētiã vsurpē.Multa valde preciosa ideo vidētur:quia tēplis sunt dicata.Accessit aliud quoq; mihi nō parũ leuamentũ oneris mei:q hęc scripta nostra ab humanissimo viro:& reuerēdo patre meo Dño Henrico scillacii iuris pontificii cōsultissimo:& insulę barbarę Lugdunēsis Abbate meritissimo satis probari intelligo.Is eñ vt est fandi dulcissim9:affabilissime sæpius me adhortatus est: vt ista ederem q̃ si illi omni probitate:modestia:integritate:& rerũ sciētia ornatissimo non displicuerint:eo magis spero cęteris quoq; nō ingrata fore. Quare vt legas ipsum Senecam ita pure elaborauim9:vt q̃ breuissime & verissime possit res ipa tanta habeat.multorũ mēdas & errata castigauimus:eo animo non vt cuipiam derogarē:sed vt verum ac planum iter legentibus aperirem.Itaq; sine vano obtrectatu considerent omnes quantũ ipsis profuerimus:& tibi pariter acceptum referant:cuius causa hęc ipsi excudimus.

Vale.

GELLII BERNARDINI Marmitę ad illustrem. D. Guillielmum de rupeforti magnū Cancellarium Francię in tragœdias Senecę interpretatio.



Senecæ duo. Auctor tragœdiarū.

Quæ potissimū ad explanationē huius pręclari opis attinētin primis videnda sunt. Quis author: quid tragœdia: quid eius materia & vtilitas: & carminis qualitas. Volunt plerīq3 hūc auctorē Anneū Senecā quē moralē ferunt impij Neronis in disciplinis alumnū: de corduba Hispanię: Lucaniq3 poetę patruū fuisse. Alij negāt, aliīq3 volunt fuisse Senecā cultioris, mūdiorisq3 stili tragœdiarū auctorē: idq3 argumētis cōsentaneis ꝓbare videtur: duosq3 fuisse Senecas, teste Martiale, duos Senecas, vnicūq3 Lucanū: facūda loquit̄ corduba: alterū philosophū in sermone durū & sentētijs grauē: alterū tragicū pure & elegantis facundiæ: eūq3 verisimiliter harū tragœdiarū auctorē extitisse. in quibus lactea eloquij vbertas: verborū ꝓprietas: & sententiarū grauitas ex medijs philosophię fontib⁹ deprompta videt̄. Præterea addūt Senecā primū, vt inquit tacitus, cū in cōiuratione duce Pisone: & socijs Rubrio flauio: Sulpitio Aspo: Plauto Laterano: & Lucano nepote: & alijs plurimis nobilib⁹ viris contra Neronē deprēhensus esset: ab eodē iussum fuisse: vt sibi adhiberet medicos. i. qđ vellet genus mortis eligeret: qđ ipe exēplo Lucani nepotis solutis venis: & profluente sanguine in balneo fortissime statuit. In hoc autē volumine est tragœdia nona in qua mors Octauiæ vxoris Neronis tractat̄: q̄ viuente Nerone non credibile est acta fuisse sed post illius mortem: ea a primo Seneca scribi nō potuit cū antea mortuū fuisse cōstet. At hi qui excusant, non oēs tragœdias eiusdem auctoris fuisse dicunt: qđ varietas stili diligenter intuentibus indicat: & sic nonā alterius fuisse: alias vero Senecę quē moralē appellitamus.

Tragœdia quid sit. Vnde dicta

¶ Tragœdia qđ genus poematis sit plane demōstrat Ouidius: Omne genus scripti grauitate tragœdia vincit. Est enī grande & plenū in quo heroes, duces: & reges habent̄: & in hoc differt a comœdia in qua anxij amores: & virginū raptus: sed iucundi exitus. In tragœdia semp tristes. Nomē ipa habet græcū tragos apud nos hircus: Ode cantus: nā pręmiū cantus tragicis hircus ponebatur. Horatius. Carmie q tragico vilē certauit ob hircū. Alij aūt putāt a fęce dictā: quā græci trigran vocāt. qm̄ olim personis nōdum a thespide repertis fabulas ora fecibus perūcti agebant: qđ idē Horatius testat̄. Ignotū tragicę gen⁹ inuenisse camœnę Dicit̄: & plaustris vexisse poemata thespis. Quę canerēt: agerentq3 peruncti fęcibus ora. Eschilus prim⁹ tragœdias edidit: sed deinde Sophocles: & Euripides illustrauerūt. Apđ latinos pacuuius: & Ouidius: qui teste Quintiliano in hoc genere Medeā scripsit. sed his perditis, solus restat Seneca. quē inter tragicos enumerat Quintilian⁹.

Tragici. Tragœdiæ vtilitas. Iambicum carmen.

Ex tragœdijs vtilitas multifariā habet̄: carminis nitor elegans: & venusta dicendi copia: cognitio rerū varia, vt. s. hoies intelligant fortunā esse mutabilē: & illius leuitati nō esse fidendū: solāq3 virtutē esse colēdā & ad beatam vitā esse ꝓperandū. Genus carminis iambicū appellat̄ a pede iambo: vt Hora. Syllaba lōga breui subiecta vocatur iambus. dicunt̄ trimetri: quia reputant̄ duo pedes pro vno: nam si sunt duorum pedum monometri dicunt̄, si ex quattuor dimetri, si ex sex trimetri a tria & metra. tetrametri si sunt octo pedes, maiores nō reperiūtur: pentametri nō dicunt̄, quia non excedūt numerū octo pedū Gręci antiqui qm̄ scādebant hos versus semper duos iambos ponebant pro vno pede: & hinc est ꝙ denominamus versus ab illo numero si sunt quattuor pedes, dimetri dicunt̄: vt so ror, to nā, isti duo pedes pro vno habent̄. Quādo aūt scādimus hoc modo semper seruat̄ vt in locis paribus sit iambus: vt cōtinuet̄ scansio: quia est pes citus: & syllaba breuis est celerior syllaba longa q̄ habet duo tpa. nā si dicis, et et, solū est vnū tps, quis duo breuia sint: si dicis ent, duo tpa sunt: & plus tēporis cōsumis in hac ꝓlongatione: q̄ si dicas, et et, quia longa syllaba geminat̄. Si ergo in secundo pede faceremus syllabā longā, esset tardior scāsio: iō secūdus pes habet iābū: ita dicimus ꝙ quartus & sext⁹ sunt iambi. ideo trimetri: quia ex duobus vnū. Vñ citus pes dicit̄ ꝓpter celeritatē in scansione. vt Horatius Pes citus: vñ etiā trimetris accrescere iussit Nomen iābęis. Ruffinus pedē cursorē iambū vocat in arte sua. latine dicunt̄ hi versus senarij a numero: vt Cicero. Illi senarij male sonant. Et Hora. Cū senos redderet ictus: primus ad extremū similis sibi: nō ita pridē: tardior vt paulo grauiorq3 veniret ad aures. Spondęos statiles in iura paterna recepti. Hoc aūt dicit Hora. Quia cum viderent̄ hi versus nimis celeres esse admissi sunt spondęus & dactylus: hac tñ lege vt non de sede scđa cederet: aut quarta. i. semp in secūdo & quarto loco sit iambus. Apud tragicos hęc lex seruatur nō apud comicos. Immo interdū sunt carmina vbi nullus est iambus.

Causā metri signat.

Titulus argu.

Primæ tragœdiæ titulus est. Hercules furens: eiusmodi materia est. Ab inferis cum Theseo rediēs Hercules thebas a Lyco tyranno occupatas reperit: vt vxorē suam Megaram de cōiugio ab eodē infestatā: quo facto motus Hercules tyrannū subito interemit: et cū pro victoria sacra facere vellet: furijs a Iunone missis est correptus: & filios & vxorem miserandus interfecit: de mum resipiēs tanto scelere animaduerso sibiipsi mortem consciscere parabat: nisi a Theseo & a patre Amphitryone retentus fuisset.

Danielis Apologia.

¶Ad Magnificum ac generosum Leonardum mocenigum Serenissimi olim Venetiarũ principis filiũ virũ consularẽ & senatorẽ egregium Danielis Gaietani Cremonensis apologia.

TRagoedias.L.Annei Senecę cũ ob stili grauitatẽ subiectũq; formidabile:tũ ob infrequẽtẽ raraq; expositorũ cũ eius lectione familiaritatẽ prope abditas, atq; i desuetudinẽ dilapsas:Leonarde vir magnifice,ac litteratorũ patrone optime,quãta mihi licuit p trimestrẽ lucubrationẽ cura & vigilãtia enarrandas assumpsi:ne si id facere detrectassem viderer ptinaci quorũdã opinione deterritus:q tanq̃ fallaces danistæ,vt soli faciãt foenus:in aliis liuore quodã criminant:qd ipsi facere quottidie nõ supsedẽt.audax(fatebor)illorũ est scœptũ:q in pscrutanda aliena secreta studiũ impendũt:& qd qsq; senserit,nõ absq; piculo & plerũq; cũ falsitatis metu cõfidenter ipsi velint exponere & cõmẽtari.sed ista doctis mediocriter recitãda itelligãt:ne illis q iãpridẽ in castris literarũ stipẽdia fecerũt: & donati rude in pulcherrimo habitu glorię,& amoenissimo musarũ recessu trãqlla ducũt ocia:cõtra se ansa pbita sit:q̃rũt hi: vt soli sapere videant: & quasi nouercę sint aliis litterę:sibi oĩa arrogãt,oĩa volũt:imemores ornatissimi illius adagii τησ τυφεοσ προθυμειαν εσιαπαρταισ αμαι.dicãt qd velint hi: non parcã ea pferire:atq; in aptũ liberaliter fũdere: q me optimi libri docuerĩt & auctores testatissimi. & qm̃ huiuscemodi mercis cõmutatio vni magis,q̃ alteri ppria minime tradita sit:nisi quãtũ qsq; ingenio valet & studio,tãtũ & possidet:& cõmunissimus sit volẽtibus literarũ vsus:nõ q̃re debeat qs id vitio in altero vertere: qd si dãnãdũ cẽseat in se vno nulla defensione,nulla absolutione dignũ esse facile pspiciat.carere.n.debet oĩ vitio q in alienũ parat⁹ est dicere:nisi malit: vt inqt Quintilianus aliena:q̃ sua vitia rephendi.has itaq; annotatiũculas nr̃as qdã veluti in stãtis cãtilenę pludiũ tuo nomini cõsecratas edere nõ dubitaui,ptẽ debiti erga magnificẽtiam tuã amoris mei testificãtes,cui⁹ amplissima bñficia,gratiã singularẽ,cõmoditates maxias,nulla mea opa,nullo officio, nõ ipsa deniq; vitæ oppigneratione vnq̃ valeã adęquare: tu mihi oĩa nõ solũ amici officia,sed affectũ pietatẽq; paternã pstitisti:tu trãqllã vitã tribuisti: tu mihi latissimã ad gręca studia exercẽda potestatẽ semper fecisti:tu me honestissimis pmiis sudoris,& pulueris ornasti:neq; in me vno tua tãtũ bñficẽtia pspecta est:lõg⁹ordo post me & añ me extat te patronũ salutãriũ: quẽadmodũ a natura tot⁹clemẽs,& pbenignus oib⁹,facilis,& ad opẽ ferẽdã celerrimus semp inuẽt⁹es:vt nõ imerito ornatissimis fascib⁹decoratã familiã tuã incertũ sit an dii imortales eẽ maluerint q̃ tuis egregiis morib⁹ pstãtissimisq; virtutib⁹,q parẽte principe genitus, hinc itẽ patruo pricipe,illinc pcuratore altero redimit⁹, puigilasti semp ne felix eoꝝ mẽoria ex te pclaro nepote min⁹ splẽdoris recipet q̃ tibi honoris & glorię ipsis parentibus psta ret lõga serie p tot ducta viros ab antiq̃ gẽtis origine in eminẽtissimo illo venetorũ senatu ad pulcherrios magistrat⁹ sublimiaq; officia miro cõsensu patrũ & cõgestissimis suffragiis pmoto:veluti alter Scipio nasica & Fabius cognomẽto ouicula elect⁹est:quos reipub.vt plurimũ atterior q̃ priuatę administratiõis ęq̃ssimos habuit.ad q̃ qdẽ amplissima merita tua hoc vnũ minime cõtẽnẽdũ etiã accedit q; lr̃as & litteratos viros p tua singulari modestia ingeniiq; aplitudine ita colis,ita obseruas:vt p Frontonẽ illũ clarũ militię togęq; dec⁹nõ plus illis tributũ fuerit,cui⁹marmoreę ædes freqũẽs poetarũ receptaculũ quottidianę recitationis cõcẽtu semp resonabãt: & quãta polles potesq; opera & diligẽtia, niteris pclarã,atq; ingenuã sobolẽ tuam magnę opinionis & spei oĩbus,huius potissimũ patrimonii hęredẽ scribi.siquidẽ nosti ex frequẽti historicorũ vsu,quorũ assidua lectione maxime delectaris,iocũdissimũ tũ in multis,tũ in eo maxime lr̃arũ fructũ esse,q; vitã iucũdã faciãt,& purbanã,mox indelebilẽ famã largiant.siquidem vita breuis,sensus hebes,negligẽtię torpor,iutilis occupatio nos paucula scire pmittũt: & eadẽ iugiter excutit & auellit ab aĩo fraudatrix sciẽtiæ inimica & infida semp mẽoriæ nouerca obliuio:vt exẽplis maiorũ moueat,q̃ sunt incitamenta & fomẽta virtutis.Multa legere,multa audire,multa etiã a viris doctissimis pcontari instãtissime & pq̃ sedulo cohortaris:ne parcat in diuersis auctoribus lectionẽ assiduã impẽdere:decies repetis & cõmones:vnũ psertim inter alios liberos tuos:Andreã,iuuenẽ oĩ modestia,oĩ elegãtia ac bonitate cõpositũ:mihi apprime iocũdũ ac fraternæ cuiusdã beniuolẽtię nexu cõiũctissimũ:q vt acutioris ingenii & ad capessendas lr̃as lõge accõmodatioris esse videt: plectis iã poetis & oratorib⁹ multis tandẽ.L.Annei Senecæ audiẽdi icredibili desiderio correpť⁹ est:cui qdẽ honestissimo ac prudẽter examinato cõsilio me p mea debita ac virili portione morigerũ,ac facilẽ pstiti,ne si id facere pnegarẽ, animus eius tã ardẽs,tamq; inflãmatus ad lr̃as mea iã cõtumaci repulsa intepesceret. Illud quoq; addi Cur pauca sciant.

tur:me hoc oneris collibentius subiisse.quod autem onus tam graue,tamq; difficile esse potest: quod mei Andreę Mocenigi causa libenter,suppositis humeris,demissa ceruice,non assumam! Neu tanti auctoris maiestati inter tragoediæ scriptores clarissimi qui sententiarum grauita te verborumq; pondere,tum personarum auctoritate quicq̃ per me abrogatum esse videretur qui in excolendo poemate vario nitore,luculento cõtextu,sublimiq; materia vsus est:multum roboris,doctrinæ plurimum,eloquentiæ satis,si animaduertas, in hoc potissimum inuenies: vt Asinio illi Pollioni seueritate non plus tribuendum sit:q̃uis de eo eminentissimus Maro ce-

Tragici latini. cinerit.Pollio & ipse facit noua carmina.& Hora.Paulum seuerę musa tragoedię absit Theatris Nõ commemorabo in præsentia Pacuuium, Actium,nõ Vari Thiestem cuilibet gręcorum cõ parabilem:non Pomponium illum quem veteres parũ Tragicum putabant:cæterum eruditio

Senecæ laus. ne ac nitore prestantem.qui quidem si viuerent nõ modo non indignãter Senecam sibi adęquari:sed etiam præferri omnes vno ore consentiant.græcos transeo antiquitatis gratia & literaꝝ reuerentia:qui Sophocle tragoedorum principe non leuem apud posteros gloriam consecuti sunt.& illo posterior Euripides:qui referente Theopompo,matrem agrestia olera vændentem

Euripidis laus. habuisse dr:a Chaldęis iã puer pronũtiatus est in certaminibus victor:mox physici Anaxagorę auditor & rhetoris Prodici tragoediam scribere natus annos duodeuiginti adortus est. mulieres mirum in modum exosus speluncam sibi elegit horridam & perq̃ tetrã: in qua omnis tra

Senecę patria, parẽtes, vita. goedias scriptitauit.At noster Seneca quanti nominis poeta quantę auctoritatis censendus est! quẽ inclyta ac facunda protulit Corduba ortũ.L.Seneca patre:nobilissimo ciue:familia clara atq; insigni sanguĩe pcelebrẽ:eruditiõe singl'ari diuitiis maximis:& qđ rarũ ĩ poetis repias,fortuna admodũ ĩuidiosa & sublimi oppido q̃cõspicuꝰ extitit.Liberalis in amicos:ĩ aduersarios acer & vehemens semp spectatus est.de quo Hieronymus sanctus quædam memoria sęculorum nõ indigna in medium attulit ad sanctitatem & innocentiam hominis singularem pertinẽtia:qui non in spelũcis ipse non inter siluestres feras diuersatus sublimia Neronum atria excoluit.Vir senatorius & grauis ac meritis singularis humanitatis & prudentiæ suę breui in grande peculium euectus est.In philosophiæ penetralibꝰ ac secretissimis locis plane eruditus ad scribendã tragoediam demum se contulit.in quo genere poematis quantum surgat:q̃ sublimis sit:quanta se tollat seueritate ; quanto nitore polleat:facile iudicent eruditi:vel illi ipsi maxime qui vt magni silentii sunt homines suum libratissimum iudicium non nisi ad grandes materias decernendas conseruandum duxerunt.Nam & illos laudo etiam si me contemnunt.plurimum illis debere fateor ; & cedo perq̃ libenter:ne videar contentione gaudere:& officiosis fateor me vsurum esse laterculis dum Cornificius meus & Lauinius has nostras primitias parcius castiget: quas tamen tu vir magnifice ac patrone perhumane accipere interea, & quãtum licuerit a publicis negotiis legere,dignaberis.quæ omnia vt tuo nomini dedicata si læta(vt soles)fronte ad miseris,amplissimumvidebor meorum laborum præmium cõsequutus. Vale. Venetiis.

¶ Tragici poematis subiectũ & materia dolor:lachrymę odiũ: ĩsanę cędes.ppterea iãbica rabie

Tragica farrago. Tragici. feruescit carmẽ tragicũ:ĩ quo prias obtĩet Sophocles & Euripides:q Sophoclẽ imitaẽ:& multa carmĩa de Sophocle in suũ transtulit poema:vt illud τερωρ τεροϱζα ϖαιλαγωρυσωσ εγω:de comoedia q̃ ĩscribitur αιασ ο λοκροσ.nec Euripide ĩferior Aeschylꝰ q ĩuenit psonã & pallã.Sophocles,Euripides,& Hippocrates medicus floruerũt circa annum fere post conditam vrbem Romam.cccxxiiii.qua tempestate Aulus Posthumius dictator fuit: qui filium suum securi necauit:q; contra suum edictum in hostem pugnauerat.Nos gloriamur solo Seneca qui qualem cothurnum gesserit præ aliis qui latinam tragoediam cudere haud cognoscitur.

Polydori Comitis Cabaliati Carmẽ ĩ defensionem Danielis Caietani Cremonensis, praeceptoris sui.

DEntibꝰ emissũ supis intuise profanas
Tu lolligineis hoc temerator opus!
Non vomitu scelerare pudet gemmata verendi
Maiestate(scelus liuide)scripta viri!
Quo pudibundevidens fremitu afflictare sub imis

Visceribus! titulum non truculente times!
Tartarea traiectꝰ aqua per compita damnas
Hæc quæ sollicitum te sine fine docent.
Quo grauiore potes stimulate furoribꝰ ausu
Regis stellifici sæue nocere throno!
Quid rationis egens libro cunctaris aperto!
Lucida quid tetro polluis ista sono!
Auctor hic Elisiis si forte citetur ab oris:
Non poterat sensum sic reserare suum.

Inde ſerenato ſecum lętabitur ore
Quęlibet in chartis indubitata ſuis.
Poſtq̄ ſecurus ſedes remearit opacas
Agminibusvatum ſtantibus illa canet.
Queſtubus implebunt regis ſpelea profundi
Q; non ſortiti ſint Danielis opus.
Et tu pulmonem putri liuore grauatum
Pandes zoilea tabe cruentus adhuc.
Sordide quo raperis!tua quo vitalia fumant
Igne!palam furor hunc venerare librum.
Hic Mocenigus ſtridoribus impiger extat
Andreas:liuor quo tremebundus erit.
Hic eſt qui venetam fulgore illuminat vrbē.
Hic eſt qui plana mente renidet homo.
O cedro decorande liber,qui actea refundens
Mella:potes longas prouidus ire vias.
O mihi ſi liceat:tulerit quæ quiſq; videre
Oſcula:& amplexus euigilande liber.
Vade ſub auſteros diuum ſortite fauores:
Vade coronata fronte terende liber.
O Caietani laus fortunata pudici:
Accelera:In ludis cœna parata tibi eſt.
Simplicibus prodeſſe velis:latrātibus audax
Dicito.Patronus mi Leonardus adeſt.

τέλος.

Tragœdia quid ſit. Vnde dicta,& qui eius auctores.Per Benedictum Philologum Florentinum.



TRagœdia grande genus poematis,eſt heroicæ fortunæ in aduerſis comprehenſio:dicta απο του τραγου και τησ ωδησ,hoc eſt ab hirco & cantu:quaſi hirci cantus:quoniam olim authoribus Tragicis,hircus in præmium cantus dabatur:qui muſici & paſtores erant. Horatius.
Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum:
Vel ab hirco vinearum hoſte:qui accenſis altaribus:a lterno hoc carminis genere decantato,Libero patri mactabaṫ. Alij autē putant a fęce:quā græci Tryga vocant,tragœdiam appellatam.quoniam olim nondum pſonis a Theſpide repertis:talis fabulas percuncti ora fæcibus agitabant. Idem:
Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnę
Dicitur:& plauſtris vexiſſe poemata Theſpis:
Quæ canerent,agerentq; peruncti fæcibus ora.
Tragœdiæ authores q̄ de Theſpidā,& Phrynicū volūt:at Plato antiqorē fuiſſe putat. Alij Tragœdias primum in lucem Aeſchylum protuliſſe aſſerunt:ſed longe clarius Sophoclem,& Euripidem illuſtraſſe. Tragœdiæ ſuum fuit quindecim adhibere ſaltatores:gemitus ac luctus referre:quare vitæ ſolutrix dicta eſt. propter quod Euripides,petente Archelao rege vt de ſe Tragœdiam ſcriberet:abnuit ac precatus eſt:ne accideret Archelao aliq̄d tragœdiæ proprium.oſtendens nihil aliud eſſe tragœdiā q̄ miſeriarum poema.

De Partibus Tragœdiæ.



TRagœdiæ partes ſex eſſe demonſtrat Ariſtoteles:quæ vtiq; ſunt fabula,Mos, Dictio, Sententia, Viſus,& Melopeia. Tragœdiæ pene omnia accidunt:quæ comœdiæ accidere in Terentij fabulis diximus. Sed illud non eſt prætereundum inter tragœdiam & comœdiam hoc intereſſe,q; in Tragœdiam heroes,duces,reges introducuntur:In comœdiam mediocres hominum fortunę. In Tragœdia timores magni exprimuntur:In comœdia parui & humiles impetus:In tragœdia triſtes exitus & funeſti habentur:In comœdia vero læti ſunt exitus actionum. In tragœdia tranquilla ſunt prima:& turbulenta vltima:e conuerſo in comœdia. Fugienda vita in tragœdia exprimitur:In comœdia capeſſenda:In tragœdia ſæpius de hiſtorica fide petitur,de fictis argumentis comœdia eſt. Cothurnis in Tragœdia. In comœdia ſoccis vtimur. Illud etiam ſubinde hic omittendum non videtur:q̄ ta priſcis viris ad conſeruādos clarorum aut hominum libros:& ſcœnicas repræſentationes agendas cura habita fuerit. Eaq; Ptolemæo Philadelpho pręcipua Alexāder ſiquidem Aetolus,& Lycophron Chalcidenſis a Ptolemæo exhortati:Scænicos libros collegere. Lycophron quidem comœdias:Alexander autem tragœdias & ſatyricas fabulas. Ptolemæus enim vtpote Philologię ſtudioſiſſimus:per Demetrium Phalerea:alioſq; facundos viros:regalibus adhibitis ſumptibus:vndiq; libros Alexandriam curauit comportandos:quos in binas deſtribuit bibliothecas:quorum exteriores fuiſſe traduntur numero:quadraginta duo milia octingenti. Interiores vero mixtorum librorum:quadragies dena milia. Simplicium porro nouies dena milia. Licet Au. Gellius ſeptingenta milia fuiſſe tradiderit. Quorum tabulas Callimachus exſcripſit. Eratoſtheni vero:qui per id tempus floruit:a Rege libros obſeruādi mun⁹ miunctum eſt. Qui non græcorum modo fuere:ſed cūctarum fere nationum:delectis ex vnaquaq; natione ſapientibus,& eruditis viris:Græcis:& Hebræis:qui Hebræam Græcamq; linguam percallerēt. Ac vt multa ex varijs nationibus in græcam linguam conuerſa ſunt volumina:ita a ſeptuaginta interpretibus Hebręa tranſlata ſunt. Et ſicut conſtat Aeſchilum, Sophoclem,Euripidem,Ariona,Theſpim,Phrynicum, Achæum,& alios apud Græcos in Tragœdia floruiſſe. Sic apd̄ latinos Pacuuium,Accium,Attilium,Ouidium qui ſcripſit Medeam,Varum,Senecam,Pomponium:ſecundum & alios,quorum opera vitio temporum perierunt:exceptis his decem lepidiſſimis Senecæ tragœdijs. De metris quibus vtitur Seneca:quia ſatis de his in Horatium,& in Terentium diximus:nihil penitus a nobis hoc in loco breuitatis cauſa agetur.

Ex libro tertio Petri Criniti
de poetis latinis.



ANneus Seneca natione Hiſpanus:patria Cordubenſis fuit inter eos poetas refertur:q tragœdias ſcripſerunt:vt Pacuuius,Accius,Attilius,& Pomponius ſecūdus:qui eadem ætate claruit:& cum ipſo Seneca paribus ſtudiis verſatus eſt in faciēdis Tragœdiis:vt Fabius Quintilianus teſtatur:in magno pretio habitus eſt:& ob elegantiam ingenii

plurimum commendatus. Scripsit Tragœdias decem: in quibus propter sublimitatem carminis: grauitatemq́ sententiarum:non vulgarem laudem consequutus est. Etsi tempora illa in q̄ incidit:magna ex parte aduersa extiterunt melioribus disciplinis. In suis fabulis Euripidem,atq́ Aeschylum traditur imitatus:quæ res facile intelligitur ab his qui paulo diligentius eas obseruabant. Qui scribunt poetam hunc filium fuisse Annei Senecæ, qui in Stoicorum disciplinis magnopere claruit coniecturis tantum nituntur:neq́ hanc rem (vt ego existimo) vllis authoribus asserũt. Minime autem dubium est duos fuisse Senecas:quorum alter in philosophiæ studiis præclarus: atq́ excellens habitus est. Itaq́ diuus Hieronymus propter egregiam illius probitatem, singularemq́ vitę constantiam (vt puto) inter authores Christianos collocauit:quę res optimis rationibus:& antiquis scriptoribus probatur. Valerius Martialis duos celebrat Senecas,& vnicum Lucanum ex eadem Corduba. Sidoni⁹ Apollinaris in suis poematis, sic de Anneo Seneca scribit ad Felicem eo carmine:in quo de latinis poetis disserit.

Non quod Corduba præpotens alumnus
Facundum ciet hic putes legendum.
Quorum vnus colit Hispidum Platona:
Incassumq́ suum monet Neronem.
Orchestram quatit alter Euripidis
Pictum fæcibus Aeschylum sequutus:
Aut plaustris solitus sonare Tespim.
Qui post pulpita trita sub Cothurno
Ducebat Olidæ patrem capellæ.

Ex his manifeste colligitur quid existimari debeat de vtroq́ Seneca:præcipue qđ elici potest ex Octauia eiusdem tragœdia:in qua Neronis scelera,& crudelissima flagitia copiose enumerantur. Grammatici veteres videntur maximi fecisse præter cæteros omnes Pacuuium & Acciũ in scribendis tragœdiis:vt alibi diximus. Non me præterit q̄ multa scripta sint de hoc Seneca a Xicone Polentano: sed is mihi videtur abuti sua diligentia : & aliorum iudicium contemnere, qui tam anxie defatigatur in re minime dubia explicanda.

Tragœdiæ primę:quæ inscribitur Hercules Furens:
Argumentum:Per Benedictum Philologum

THeseus Athenarũ rex Aegei,& Aethrę filius: vir robore & rerũ gestarum gloria vsq́ adeo insignis fuit:vt inter Hercules ascriberet̃ Hic em̃ tãta animi cõstantia Pirithoum dilexit:& ab eo dilect⁹ est: vt primi inter amicorũ paria numerarẽtur. Quapropter quũ Pirithous defuncta Hippodame vxore:aĩo ꝓposuisset aliquã Ioue genitã sibi coniugio iungere:nec aliæ tũ Iouis filiæ dicerentur p̄ter Helene q tũ a Theseo rapta fuerat,& Proserpinam ditis vxorem:ad inferos descendere ad Proserpinam rapiendã statuit:qua quidem re Theseus amicissimum in tãto periculo haud cẽsuit relinquendũ:profecti itaq́ simul ad imos manes: Pirithous q̄ primum a Cerbero deuorat̃. Theseus vero illi opitulari studens:nõ sine vitæ suę discrimine captus:apud noxios in vinculis detinebatur. Qđ quũ forte ad Herculis aures peruenisset:q tũ forte supato Geryõe cũ ingenti p̄da ex Hispania reuertebat̃: ad inferos p specũ Tænaro ꝓpinquũ profectus liberatoq́ Theseo:ac Cerbero capto,triplicíq́ cathena deuincto, & ei dono dato,per eundem specum ad superos reuersus est:quẽ ꝓcul videns Amphitryon:tanta lætitia afficit̃: vt vix sibi ꝑsuadere posset : cũ verũ Herculẽ esse. q cũ appropinquasset:patrẽ squallidũ, ac macilentũ intuens:vxoreq́ Megarã atris vestibus amictã:vo loq́ nigerrimo caput opertã:quid hoc sibi vellet postulauit. Respõdit Amphitryon,Lycũ humili ortũ gñe: q ob ei⁹ scelera Thebis exulabat : Creonte,& filijs duobus interfectis: Thebanũ imperiũ occupasse:atq́ Megarę vim inferre voluisse.quibus rebus Hercules vehimẽter inflammat⁹:Licũ ob partũ regnũ Neptuno sacrificatũ cũtẽ occidit. Sed cũ post tot exanclatos labores exaturare adhuc Iunonis inuidiã non posset: eius deæ imperio in furorẽ actus est:quo Megarã vxorẽ & paruulos:q cũ ea erant:filios peremit: vnde ηρακλῆς μαινόμενος Heracles Menomenos.hoc est Hercules furens dictus est. In primo actu Iunõis indignatio cõtra pellices,& Herculẽ ex pellice natũ exprimit̃ a poeta. In secũdo absentiã Herculis deplorat Megara,& Lyci tędia, ac minas. In tertio reuertẽs Hercules ab inferis:& trahens secũ Cerberũ:excusat sese si ad supos tale monstrũ horrendũ ducat:miratq́ preterea q omnia sint plena militib⁹. Quart⁹ habet Herculis furorẽ ob Lyci mortẽ & ea quæ furens gesserat. In quinto resipiscens Hercules:authorẽ cędis liberorũ & cõiugis quærit:quo reperto,facti pœnitens:mortem sibi intulisset:ni patris succubuisset precibus.

Tragœdiæ primæ interlocutores

IVNO. CHORVS.
MEGARA AMPHITRYON
LYCVS. HERCVLES. THESEVS.

¶ Iodoci Badij Ascensij Familiares in L. Annei Senecę Tragoedias Commentarij.

ASCENSIVS.



Oror tonantis. Cū tragoedia sit heroicæ fortunę ad summam calamitatem deductæ per magnificas psonas actio, ex historia fere deprōpta, iure oprimo hęc cui Herculi furenti titulus est, a Seneca prima ponitur, quippe in qua sunt oia primaria. Sūmę inquā psonę: Iuppiter, Iuno, Hercules, Theseus &c. Summa fortunę mutatio: nam Hercules vir vsq; adeo sapiēs vt Seruius asserat eū a quibusdā philosophū putatū, qui sapientia sua vitiorū errorūq; mōstra subegerit: furore summo correpť ac perciť sit. Vir antea inuictus & oim victor, a furore victus sit. Sūmus oim iniq̄ oppssorū liberator vxorē insontē & liberos innocuos interemerit: idq; odijs Iunonis iniquę: quę cū sit regnorū dea: vñ Aeolus ad eā in primo ęnei. Tu mihi quodcunq; hoc regni est: tu sceptra Iouēq; cōcilias &c. nō abre fere irata inducit. Regna enim raro sine lite possidentur. Habemus itaq; cū in oi Tragoedia, tum in hac maxime memorabile mutatæ fortunę exēplū: si aiaduertimus ab ijs quibus maxime cōfidimť, nos primū destitui posse, nisi oē bonū a patre luminū acceptum nouerimus. Nā hic sapiens insanit: fortis capiť: vindex monstrorū opprimitur. quę sic prelibasse cōtētus ordinem cū explanatione meo more, sed ante reliquos cōmentarios: vt e regione sit auctoris, prosequar. Ordo itaq; est. Ego Iuno soror tonantis. i. Iouis: cui propriū est tonare: vsqueadeo vt qui Romane dies Iouis teutonice dies tonantis dicatur: forte ideo q; Iuppiter eā partē coeli significat physice, vnde tonitrua procreentur. Et quia addere solet Iuno, & cōiunx: vt ęnei. j. Ast ego q̄ diuū incedo regina Iouisq; & soror & cōiunx: ideo causam affert quare se nunc sororē dūtaxat pronuntiet: dicens per parenthesim quę fere in affectiōibť magnis locū habet (em̄. i. qa hoc solū nomen. s. soror, est mihi relictū: quasi dicat nō amplius habeor Iouis coniunx (sic Dido qm̄ hoc solum de cōiuge restat) deserui Iouē semper alienum. i. alienatum a me: ae templa summi ætheris. i. coeli: quia Iuppiter summus deorum habitus: maluit tamen ætheris dicere: quod nomē etiā pro aere ponitur: cuius summum Iuppiter proximum Iuno occupat: & ego pulsa coelo, dedi locum pellicibus, s. meis. i. concubinis Iouis quæ me legitimam vxorem toro expellunt: tellus. i. infima viuentium regio, est colenda sup. mihi deorum reginæ: quia pellices quæ in tenebrosum carcerem detrudi merentur, tenent. i. habitant & possident coelum. Vnde sicut Homerus sub deorum dearumq; personis res humanas agit: ita & poeta hoc loco: nam innuit maritos vesanos sæpe expulsis decentissimis matronis foedissimas meretriculas fouere.

L. Annei Senecæ Cordubeñ. Tragoediæ cum tribus Commentariis.

Tragoedię primę quę Hercules furens.
Actus primus Cuius versus
Trimetri Iambici. PERSONAE.
IVNO SOLA.



Oror tonātis (hoc em̄
solum mihi
Nomen relictum est)
semper alienum Iouē
Ac tēpla summi vidua
deserui ætheris:
Locūq; coelo pulsa pellicibus dedi.
Tellus colenda est: pellices coelum tenent.

Gellij Bernardini Marmitę in L. Annei Senecę Tragoedias Cōmentarij.

BERN.

Oror. Hic est primus actus in quo indignatio Iunonis habetur cōtra pellices: & in Herculem ex pellice natum. Physici Iouem ætherem. i. ignem volunt esse: Iunonem vero aerem inferiorē: & quoniā tenuitate hæc elementa paria sunt fratrē & sororem appellarunt: sed quoniā Iuno. i. aer est subiectus igni. i. Iou, iure mariti nomen dederunt. vnde hic queritur Iuno q; solebat esse soror & cōiunx: nūc vero tantum sororis nomen habet. cum locum vxoris occupent pellices. Soror vt inquit Labeo Antistius iuris ciuilis doctissimť, vt est apud Gellium, dicta q; quasi seorsum nascitur: separaturq; ab ea domo in qua nata est: & in aliam familiam transgreditur. Hoc nomen. s. soror est relictum quia amplius non sum vxor: & est parenthesis. Tonantis Iouis. a tonando q; tonitrua & fulmina emittat. veteres dixerunt tonescit pro tonat. Varro. Repente coelitum altum tonitribus templum tonescit. Tonare est etiam sonare. Ennius. & toto simul tonimus theatro. inde tonum sonum & accētum appellamus. Ordo est. So. vi. des. to. semper ali. ac tem. s. ætheris. Vidua, separata a marito quia āplius non est mihi cōiunx. Iduare antiqui separare dixerunt. Vnde idus in mense dicuntur q; mediæ sunt inter nonas & calendas. dicitur vidua etiam viuente marito: si ab eo separata sit. Semper alienum. hiphon est quando duæ partes iunguntur: sicut ante malorum. Semper alienum id est cum pellicibus semper diuersantem. Deserui, reliqui. Ac templa: domicilia. Summi, alti. Aetheris, coeli. Templum proprie de coelo dicitur a tuendo. Ennius. Contremuit templum magni Iouis alti tonantis. In terris autem est dictum templum quod quibusdam conceptis verbis ab augure fiebat: vnde tueri posset commode quācūq; coeli partem: a quo templo seu contemplor deducitur pro conspicio & tueor: interdum cōsidero: vnde contemplatio. i. consyderatio: vt vita contemplatiua quæ cōtemplationi dedita est. Dedi, cessi. Locum, torum. Pellicibus, quæ me expulerunt. Pellex de vxore dicitur: cōcubina de marito: a pello q; vxorē toro pellat. Tellus, terra. Est colēda, habitanda: cum expellar de coelo. Colere est etiam venerari. Verg. Summe deum sancti custos Soractis Apollo quē colimus, inde cultus deorum. Colimus pares amore & officio: minores humanitate & beneficiis, id est amamus, Colimus etiam serimus & habitamť. Coelū tenēt. i. occupāt. Verg. Vel vbi correptū manibus vinclisq; tenebis. i. occupabis. Tenere est cōpescere. Vergi. Texendæ sepes etiā: & pe-

Soror. Tonare. Tonus. Vidua. Iduare. Idus. Tēplum. Cōtēplor Contemplatio. Pellex. Cōcubia. Colere. Tenere.

cus oē tenēdū.iterdū dirigere. Verg.quo ve tenetis iter.qñq; intelligere. Terē. Rē tenes.aliqñ ꝑmorari. Verg. Hūc phœnissa tenet Dido.aliqñ ꝑficere. Verg. Fugā tenuisse ꝑ hostē:hoc est nauigationē feliciter pegisse.

DAN. ¶ Soror. In hoc dramate poeta latenter ꝓponit materiā totius fabulę q̄ est Hercules furēs: vbi Iunonē inducit nouercali odio æstuātē minari ipsi Herculi isaniā:cū dicat facere si qcq̄ apparo dignū nouerca. Sic Sophocles i Aiace mastygifero facit Palladē ab Vlysse primū de Aiacis furore met' cām reqrere. Idē seruat Euripides in Hecuba & tragœdijs oībus q̄a scripsit vt ꝓponat ꝓpter aliquā ꝑsonā materiā dramatis tanq̄ ꝑ ꝓlogū: sicut in comœdia cui par est tragœdia sola partiū diuisione:vt placet Donato. Primū igif pellicū in se iiurias expostulat Iuno:mox in vna Alcmena desinit ægre ferēs indomitā Herculis virtutē tot factis terra mariq; ꝑclare

Carminis genus. gestis imortalē fore. Carmē est iābicū trimetrū modo acatalecticū quale est soror &c. mō hypercatalecticū: vt nomen relictū. Soror. Saturn' ex Rhea sustulit Iouē & Iunonē & neptūnū. Iuppiter post eiectū patrē habenas

Iouis cōiuges. cœlestis regni aggressua duxit Iunonē, Cererē,& Themin in vxores.a Iunone habuit Curetas filios:a Cerere Persephonē:Mineruama Themi:vt cōmeminit Homerus: & Eusebius de theologia Phrygij.ergo Iuno eadem Iouis & socia & soror.

Hinc arctos alta parte glacialis poli
Sublime classes sidus argolicas agit.
Hinc qua tepenti vere laxatur dies
Tyriæ per vndas vector Europæ nitet.
Illinc timendum ratibus ac ponto gregem
Passim vagantes exerunt Athlantides.
Fera coma hinc exterret Orion deos.
Suasq; Perseus aureas stellas habet.
Hinc clara gemini signa tyndaridę micant.
Quibusq; natis mobilis tellus stetit.
Nec ipse tantum Bacchus aut Bacchi parens
Adiere superos (ne qua pars probro vacet)
Mundus puellæ serta gnosiacæ gerit.

ASCENSIVS.

¶ Hinc arctos. Cōmemorat q̄ pellices aut pellicū gratia coelū teneāt: vtpote Calisto ab Ioue cōpressa & in vrsam versa, q̄ iuxta polū septētrionalē q ab arcto.i. vrsa arcticus dr̄:estq; elice.i. vrsa maior, gręcis stella vt dicūt maris .i. directrix nauigationis. Itē Taurua q Europen Ioui trāsuexit. Pręterea Atlātides quarū septē sunt stellę:tres aūt pellices Iunonis erāt Electra,e qua Iuppiter Dardanū. Maia, e qua Mercuriū:& Taigete, e qua Lacedęmona sustulit. Quinetiā Oriō ex vrina sine matre genit', quasi in cōtēptū Iunonis e nulla poti' q̄ ex ea liberos generet Iuppiter, coelū occupat. Siīiter Perseus ex Danae pellice genit':& Castor & Pollux q geminos signū cōstituūt ex Leda pellice geniti. Item Diana & Apollo ex Latona pellice ꝓcreati. Bacchus insup & Bacchi mater Semele: quinetiam amicæ Bacchi Ariadnes corona quā a Baccho ob stuprū accepit in coelū tralata est:ꝑinde atq; ea tot' mūdus coronari velit.quę oīa oratorie ad sūmā inuidiā cōcitandā ꝑferunt sūmo artificio, vt agnoscere possunt qui vel scintillā lucis in pectore habent. Ordo est. Arctos.i. vrsa.s. maior in quā Calisto Lycaonia filia versa & in cœlum tralata fingit, ens sup. vel fiens, sidus sublime, quoad noa & gręcos apud quos res acta est (quia de eo dicit Maro. in gęorgi. Hic vertex nobis semp sublimia) nunq̄ eī̄ occidit: agit.i. impellit & dirigit: quia nautica stella est: hinc.i. ab hac parte: vtpote ab alia parte poli.i. axis glacialis.i. quē experimur glacialē:quia ab eo vento flāte nobis aspa est hyems:& sub polo septētrionali degentibus multo asperior. est tamē vero simile etiam alterum polum glacialem esse:cum sit in altera zona frigida:& ita non est epitheton discretiuum sed expressiuū naturę: classes argolicaa & potissimum Pelopōnesiacaa. Vector, actiue.i. qui vexit:apud Ciceronē etiam passiue: vtpote Taur' cādidus: Europę filiæ Agenoris, Tyriæ, a patria quæ pars est Phœniciæ, per vndas.s. maris Cretici: nam in Cretā vexit vbi ex ea Iuppiter Minoa genuit: nitet qa signū effect' plures stellas habet: hinc.i. ab alia pte vtpote in zodiaco: qua.s. parte, dies.i. tempestas diurna laxatur.i. dilatatur & crescit oriente.s. Tauro vere tepenti: quia tunc zephyri seu fauonij flāt: candidus auratis aperit quū cornibus annū: vnde & aprilis dr̄ ab aperiendo secundū nōnullos. Atlantides quæ septē sunt sorores Atlantis ex Pleione Nympha filiæ: quarū tres (vt dixi) Iuppiter compressit: vagantes passim.i. latū & liberum cursum habētes: vñ nō semp nobis apparent, dicente Marone in gęorg. Ante tibi eoę Atlātides abscondantur. exerūt.i. educūt & emergere faciunt cum prius latuerit: illinc.i. a parte oriētali, gregem.i. septenariū numerum stellarum: licet sex simul fere inspiciantur: septima q; mortali nupserit se abscondente: timendum.i. formidandum ratibus & ponto: quia tempestatem sęuam excitant. Orion sidus nymbosum, exterret hinc.i. ab alia parte cœli deos, qd plus est q̄ homines: intelligit autē eas quorū vicinæ stellæ putantur lampades aut faces ꝑuiæ. Et Perseus genitus ex Danae pellice habet suas.i. proprias stellas aureas.i. multum splendētes & rutilātes. Tyndaridę.i. Tyndari filij putatiui: quia geniti ex Leda Tyndari cōiuge: sicut Hercules q̄uis vera Iouis soboles credit': quia tñ ex Alcmena Amphitryonis Amphitryoniades a Marone dicitur: argumento quo multi spurius a putatiuis patribus nominantur. micant.i. resplendent hinc gemini appositorie signa clara. vnde Hora. in Odis. Sic fratres Helenæ lucida sidera: qui quō ex ouo sint geniti, & alterna se morte redemerint in Horatium diximus. Et sup. ij.s. Apollo & diana.i. sol & luna micant, quibus natis tellus.s. Delos: de qua ęnei. iij. Hanc pius arcitenens oras & littora circum errantē Myscone celsa gyaroq; reuinxit: Immotamq; coli dedit & contemnere ventoa: mobilis.s. prius, stetit.i. firma facta est. nec tantum.i. dumtaxat ipse Bacchus bis genitus, aut parens Bacchi scilicet Semele pellex Iunonis adiere superos.i. in coetū deoꝝ recepti sunt: sed sup. ne qua, id est aliqua pars cœli vniuersi vacet, id est vacua sit. probro.i. dedecore, & turpi Iouis indulgētia: mundua, quia cœlum summa pars mundi, gerit serta.i. coronā puellæ Cnosiacę.i. Ariadnes apud Cnoson vrbem regiam Cretæ genitę: quam a Baccho in mercedem stupri (vt dixi) receperat.

¶Hinc arctos. Enumerat dolenter Iuno multas pellices quibus iam coelo cedere cogitur. Calisto Lycaonis BERN.
regis Arcadiæ filia Dianam secuta, vt Ouidius secundo meta. quam Iuppiter accepta forma Dianæ grauida Calisto.
uit. ex ea Arcas natus est. hanc Iuno irata crinibus comprehẽsam in vrsam mutauit: quam cum filius Arcas Arctos.
venator factus sagittis petere vellet: & Iuppiter scelus videret: ambos in cœlum transtulit: & iuxta polum bo-
realem locauit & arctos appellatur sidus quod nunq̃ occidit: dicente Vergi. primo geor. Arctos oceani metuẽ
tes ęquore tingui. inde Arctous Borealis: vt arctic⁹ polus. i. borealis. Cicero libro de natura deorũ. Hunc cir Vrsę duę.
cum arctoę duę feruntur nunq̃ occidentes: ex his altera apud Graios cynosura dicitur: altera elice vrsa maior
q̃ calisto vocata fuit. hanc teste Hygino, Pelopõnesij veluti suã in nauigando seruãt. ideo ibi dixit. Argolicas
gręcas. Classes, naues. Agit. i. ducit. Ouidius. iiij. fastorum. Esse duas arctos quarũ cynosura petatur Sidonijs
elicen graia carina notet. Poli glacialis, frigidi & septemtrionalis vbi est arctos quæ elice vrsa maior dicitur.
vulgo tramontana. Hinc: ex alia parte. Exprimit aliud adulterium. Iuppiter captus amore Europæ filię Age
noris regis Phœnicum mutauit se in taurum armenti ipsius. & dum blanditur Europa in eũ conscendit: & pu-
ellam trans mare portauit in cretam vbi genuit minoen, vt plene Ouidius tertio metamor. Imaginem tauri
Iuppiter in coelo locauit: quod signum taurus appellatur. Vector, taurus qui vexit Europam. Tyriæ, de Tyro
ciuitate Phœniciæ. ea parte, Qua dies laxatur, aperitur & elongatur. Tepenti vere: quia tunc nec est calor nec
frigus. Oritur taurus. xx. die aprilis. Nitet, fulget. vt Vergilius in georgicis. Cãdidus auratis aperit cum corni
bus annum Taurus. Illinc. ex alia parte. Atlantides, Pleiades. septem fuere Atlantis ex Pleione Nympha fi-
liæ vt. iiij. fastorum. Ouidi. & Hyginus. quas cum mater in Bœotiã ducere vellet: Orion illis vim inferre para
bat: sed fugiendo euaserunt: illas tamen duodecim annis insecutus est. Sed Iuppiter illas miseratus inter astra
tulit. & incipiunt oriri tempore veris vicesima die martii: vnde Vergiliæ a latinis dicuntur. lucent Calendis Iu-
nij vnica hora: & successiue magis vsq; ad mensem septembris, & octobris: quibus duodecim horis lucẽt. mẽ-
se februarij penitus absconduntur: a Pleione matre Pleiades: a patre Atlantides. hę numero septem fuerunt:
sed amplius q̃ sex nemo videre potuit. Causam refert Oui. iiij. fastorũ. Ex his tres concubuere cum Ioue: Ele-
ctra: ex qua Dardanus nat⁹ est. Maia ex qua Mercurius. Taigete ex qua Lacedęmon. vnde conqueritur Iuno
ꝙ in coelo locũ habeãt. Ordo est. Hinc Atlãtides. i. Pleiades. Exerunt, ostẽdũt. Gregẽ, multitudinẽ: q̃a sex ap
parẽt. Timẽdũ, q̃a tẽpestatẽ faciunt. Ratibus, nauib⁹. Ac ponto, mari. Vagãtes, q̃tũ ad aspectũ nostrũ: sed sũt
fixę. Passim, vbiq;. Fera coma, horribili aspectu. Alia lamẽtatio Iunonis de Ioue qui Oriona genuit ex vrina Orion.
sine mulieris copula: qđ tñ sibi ingratissimũ est. Ferũt Hierũ quẽdã pauperẽ senẽ fuisse: qui quũ apud Thebas Hierus.
cultor parui agelli esset, Iouẽ & Mercuriũ hospitio suscepit: petijtq; ab his vt filiũ darẽt: narrabat sese olim cõiu
gẽ habuisse: ac illi ꝓmisisse nõ recepturũ aliã: optaret tñ filiũ ꝓ hęrede. & vt facilius impetrare posset bouem illis
immolauit: & ad vescẽdũ apposuit. Iuppiter & Mercurius post epulas coriũ bouis poposcerũt: atq; in illud qđ
vterq; fecerãt incluserunt. Sic referẽte Ouidio. v. fasto. Tũ sup iniecta texere madentia terra. Iãq; decẽ mẽses &
puer ortus erat. Hũc Hierus quia sic genitus vocat Vriona: Perdidit antiquũ littera prima sonum. Ita vt nunc
Oriona dicamus. at deinde maxime excrescens venator magnus euasit: quem sibi comitem Delia fecit. Oui.
Ille deæ custos: ille satelles erat. deinũ a scorpione ictus. Velut Hora. testatur a Diana: quam cum stuprare tẽ-
tasset sagittis cõfossus est. libro. iiij. carminum oda quarta sic inquit. Orion Dianæ virginea domitus sagitta.
postea in cœlũ relatus. & signum est interdum tẽpestuosum. Vergilius. Nimbosus Orion. & ibi. Fera coma, id
est crinibus tempestatem minantibus ꝙ tres stellas habet in capite horribili fulgore nitẽtes. Exterret, verbũ est
q̃tum ad aspectum sideris: ꝙ quasi minando terribili aspectu & ense cinctus astat. vnde etiam ensifer Orion
dicitur. Exterret, pauefacit. Deos, vicinas stellas. Suasq; Perseus. Ecce causam alterius indignationis. Acrisi⁹
Argiuorum rex filiam Danaen inclusam turre ænea tenebat ob metum ne stupraretur quam Iuppiter in aure-
um imbrem versus & per tegulas in gremium puellæ delapsus compressit & ex ea Perseum genuit nobilitatis
iuuenem: qui demum in cœlum susceptus est: de quo facto irascitur Iuno. Perseus ex pellice Danae natus. Ha
bet suas aureas. i. pulchras stellas: vt scribit Aratus in singulis humeris singulas: in manu dextra nitidam vnam
in manu sinistra vnam, in cubito sinistro vnam, in gorgonis capite vnam, in ventre vnam, in dextra parte lum
borum nitidam vnam, in dextro femore nitidam vnam, in genu vnam, in sinistra tibia duas, in Gorgonis cri
nibus tres, in tibia vnã, in sinistro femore vnam: quæ sunt in summa decem & nouem: caput & falx sunt sine
astris. Hinc clara. Leda fuit Tindari regis coniunx: cum qua Iouem sub forma cygni cõcubuisse ferunt poe-
tæ: eamq; ouum vnum peperisse: ex quo nati sunt Castor & pollux. hæc etiam fuit mater Helenæ & Clytẽne-
stre. fratres in dilectione illustres fuerunt habiti: & in astra locati. propterea dolet Iuno vidẽs tot ex pellicib⁹ im-
plere cœlum. Signa: stellę. appellantur gemini. Clara. nitentia. In capite vnam splendidam: in singulis hume
ris singulas splendidas: in vnoquoq; genu vnam. Alter vero habet in capite splendidam vnam: in humero si-
nistro vnam: in singulis femoribus singulas: in dorso sex. Tindaridę. Castor & Pollux fratres filii Tindari pu
tatiui. s. vt Hercules Amphitryonis. Gemini. s. fratres: appositiue, Signa cla. Signũ est opus sculptile ad ima
ginem alicuius animaliũ formatum. vnde signa statuas, & imagines dicimus: sic de celatis & sculptis q̃ de pi- Signum.
ctis. Signum etiam significatio alicuius rei. vt Terẽ. Non eius color pudoris signum vsq̃ indicat, hinc duode
cim signa cœlestia, quæ in Zodiaco sunt: quę notas quorundã animaliũ habẽt. Vexillum etiam signum dicit
ꝙ habeat aliquã imaginẽ vt aquilę & lupi. Inde dicunt signiferi qui vexilla ferunt. vt Sueto. Signifer statuæ
aquilam. & circulus qui signa cœlestia habet: signifer dr̃ & grece zodiacus. Micãt, fulgent: & est ꝓprie siderũ &
cœli. Vergilius. Micat ignib⁹ æther. Quibusq; natis. complet suam lamentationem multis exemplis Iuno.
Iuppiter compressit Latonam Cæij Titani filiã ex qua vna Apollo & diana nati sunt qui luminibus suis cœ-
lum illustrant. Quibus, supple illi quibus. Tellus mobilis, id est Delos insula in mari ægeo. de qua Plynius.
lib. iij. natu. histo. & Macrobius. j. Satur. ad hanc Latona confugit a Phitone serpente a Iunone misso infesta-
ta: ibiq; Apollinẽ & Dianam peperit. prius ea vagans & instabilis fuit: sed ibi dijs natis firma facta fuit teste
Vergi. in ęnei. & Ouidio lib. meta. Stetit. firmata est. nam stare est cõsistere. Ver. Stare loco nescit. interdũ her-
rere. vt stãt lumina coelo. interdũ infixũ esse & imobile. vt Ci. Stare cõuẽtis. & stat sua cuiq; dies. interdum pu-
gnare. Ver. Stabant ꝓ templo. Nec ipse Bacchus. Iuppiter Semelem Cadmi filiam vitiauit: vt Ouidius plene

lib.iij.meta.ex ea nat⁹ est Bacchus q cū matre sua in cœlū locat⁹ est:qđ etiā illi satis nō fuit:nā vxorē Ariadnē in cœlum trāstulit. Nec solū.i.tantūmodo. Bacchus & parens.i. Semele. Adicre.i.iuere ad supos. Nequa.pro
Vacare. aliqua ps:& est parēthesis. Vacet.i.careat.qñ iungiť ablatiuo significat carere:qñ cū datiuo intētū esse. Probro, dedecore meo.i.vt omni loco inueniatur obprobriū meū. Probrū scelus significat:& per metaphorā pro ignominia accipitur q̄ ex scelere sequi solet .hinc probrosum dicimus ignominiosum:inde obprobriū. Mūdus puellę. ecce qđ plus nō solū filij pellicū cœlū adeunt:sed vxores eorū. Bacchus cū nauigaret iuxta Chiū insulam maris Aegæi:vt Oui.placet lib.viii.meta.vel in Naxo eiusdē maris insula.vt Seneca in œdipo. Naxos ęgro redimita ponto Tradit thalamis virginem relictā Meliore pēsans dāna marito. Ariadnā regis Minois filiam a Theseo relictam vxorē sibi copulauit:cui deinde Venus coronā a vulcano fabricatā donauit quā Bacchus in cœlo locauit stellis nouem ornatā in circuitu positis.aiunt quoq; & crines ipsius puellę esse stellas quę videnť
Mūdus. sub cauda leonis. Mundus,cœlū: ita de cœlo quēadmodū de terra dicitur. Est ornat⁹ etiam muliebris .monile
Serta. appellāt. Gent.habet. Serta,coronas. Serere interdum est contexere & ordinare: hinc serta coronę dicuntur q̄
Serere. floribus ac frondibus ordinatis simul innectuntur. Gnosiacę.i. Cretensis. Cnosos ciuitas est cretæ.

Gnosos.

DANIEL.

Perseus. ¶ Perseus. Persea in Aegypto natum fuisse vt genus ipsius Isidis ab Aegypto translatum in Argiuos, Aegyptiorum theologia contendit. Hinc clara. Leda peperit Castorem & Pollucem in vertice Taygeti referente Homero ϑευσυγϖο ταυγετο υκορυφυσ τεκεϖο τηιολλεθη. Signa.i. sidera .nam sunt in obliquo signorum ordine collocati. Tellus mobilis. Latona Phœbo & Diana grauis rogauit Delum faceret copiam pariendi in suo solo:fore vt templo nobili celebraretur vnde hominibus darentur oracula. Annuit Delos. interim Latonę nouem dies & totidem noctes partu laboranti affuit Lucina monitu Iridis quæ in florido prato Latonam docuit inniti brachijs ad palmam & genua dilatare quo facto leuata ē partu. Risit terra riserūt & Dione Rhea themis & Amphitryte quæ aderant parienti.memoria partus certamen Deliadum puellarum cymbalo & cantu.
Bacchus. insula prius erratica mox stetit Mycone reuincta & Gyaro. Nec ipse Bacchus. Bacchum aborsa est Semele exusta fulmine. puerum tulit Mercurius iubente Ioue ad speluncas Nysæ quæ inter Phœniciam & Nilum sita. educarunt nymphæ. qui postea in deum habitus Dionysius est nuncupatus : docuitq; mortales vsum vini plantationē vitis:& ceruisiam. Silenus fuit eius pędagogus: qui docuit discipulum numen ferre mitram:& ferulam ad cohibendam temulentiam. Diodorus ait.

ASCENSIVS.

¶ Sed vetera q̄ritmur. Oratorie rephēdit sese q̄ i veterib⁹ iniurijs postulādis sit occupata:cū psens iiuria multo sit isignior:& in pteritas nullū remediū. vnde quidā frustra & contra metrū addiderunt sero cum locum non habeat & satis intelligatur. Nam ordo est. Sed querimur, id est expostulamus, vetera, id est veteres iniurias? quasi dicat: id nequaq̄ facio. & est forma loquendi acsi dicat bene fatua sum quæ vetera queror. aut potius adagiale censeamus: vt idem sit vetera, id est transacta queri: qđ acta agere : quia vtrumq; frustra fit: cum in præterita non sit potentia: & lata sententia irreuocabilis. Probat autem q̄ non debeat vetera queri addēs. quoties vna dira ac ferra tellus Thebana: in qua anguinis dētibus enati sunt armati: sparsa, id est sparsim cooperta: nuribus, id est puellis nubilibus aut nuptis, impijs, quia sacrū torum incestare non veritis, fecit me nouercā id est mihi ex pellicib⁹ quasi priuignos genuit? quasi dicat q̄ frequētissime: quis Perseum ex Danae: Zetum & Amphionem ex Antiopa: Bacchum ex Semele:& nunc Herculē ex Alcmena: qui dict⁹ est Hercles.i. Iunonis gloria: quia ex eius persecutione maiorē nactus ē gloriam. qđ illi maxime dolet. vnde & illud: Me ne icœpto desistere victam. Licet.i.licitū est: q.d. permitto & patior: cū tñ nihil min⁹ patiatur: est ergo ironia amara: vt sup. Alcmene Amphitryonis iperatoris Thebani vxor, ascendat.s.in cœlum:& ipsa victrix.i.voti cōpos, teneat locū meū.i.qui mihi debetur i cœlo:& natus.i.filius Hercules, occupet.i. inuadat pariter.s.cū matre, astra promissa.s. ab Ioue & virtute quę illi in deserto apparens cœlū promisit: vt Cicero in officijs commemorat. quocirca per ignē purgatus apotheosim meruit. In cuius.s.Herculis ortu.i.cōceptu ac generatione passiua, mūdus impēdit.i. quasi in pretiū dedit & exposuit, diē.i.spatiū vni⁹ diei:

Sed vetera querimur. vna me dira ac fera
Thebana nuribus sparsa tellus impiis
Quoties nouercam fecit? ascendat licet
Meumq; victrix teneat Alcmene locum:
Pariterq; natus astra promissa occupet.
In cuius ortu mundus impendit diem:
Tardusq; eoo Phœbus effulsit mari:
Retinere mersum iussus oceano iubar.
Non sic abibunt odia: viuacesq; aget
Violentus iras animus:& sęuus dolor
Aeterna bella pace sublata geret.
Quæ bella? quicquid horridum tellus creat
Inimica: quicquid pontus aut aer tulit
Terribile: dirum: pestilens: atrox: ferum:
Fractū atq; domitū est: supat:& crescit malis:
Iraq; nostra fruitur: in laudes suas
Mea vertit odia. dum nimis sæua impero
Patrem probauit: inde qua lucem premit
Aperitq; Tethys: qua ferens Titan diem
Binos propinqua tinguit Aethiopes face:
Indomita virtus colitur:& toto deus

Narratur orbe: monstra iam desunt mihi:
Minorq; labor est Herculi iussa exequi
Q̃ mihi iubere: lętus imperia excipit.
Quæ fera tyranni iussa violento queant
Nocere iuueni? nempe pro telis gerit
Quæ timuit: & quę fudit: armatus venit
Leone & hydra: nec satis terrę patent
Effregit ecce limen inferni Iouis:
Et opima victi regis ad superos refert.

quia vt Iuppiter diutius cum Alcmena voluptatē caperet, noctē duplicauit: & ita cū duæ noctes sine iterpositiōe diei essent, videt̃ dies impensus & absumptus vt Hercules generaret̃. & Phoebus. i. sol effulsit tard⁹: quia duplo plus solito morat⁹, mari eoo. i. orientali oceano: vñ oriēs emergere videt̃: iuss⁹. s. ab Ioue, retinere s. p spatiū gemię noctis, iubar. i. splēdorē suū radiosū, mersum. i. abstrusum secūdū opinionē vulgi, oceano. i. mari magno orbē terrę ambiēti. Odia. s. mea inquit Iuno, cōcepta in Herculē, nō abibūt. i. remittēt: sic. i. sine malo Herculis: q̧ pro quia, anim⁹. s. me⁹, violētus, aget. i. impellet iras viuaces. i. nō torpētes, sed acres: & dolor sęu⁹. i. vehemēs & immanis, geret. s. cū Hercule, ęterna bella: & hoc pace sublata: quia Iuno (vt dixi) iracundior est p naturā. vñ Maro. Quā nec lōga dies, pietas neq; mitigat vlla. Quæ bella. i. quæras forsan quæ bella geret dolor? & est tragica acclamatio indignationis plena: qua se quasi victam redarguit: ac si dicat: quæ bella poteris gerere in Herculem? Quicquid tellus inimica. s. dijs ob interfectos gigātes, & hoīb⁹ ob cultum deorum, creat horridum. i. horrendum: vt leonem, taurum, equos, homines immanes, scorpiū &c. quicquid pontus tulit: vt cācrum: & lerna palus hydram: aut aer: vt volucres stymphalidas: tulit terribile: dirum: pestilēs, atrox, ferum: est fractum atq; domitū. s. ab Hercule: ipse Hercules superat. i. maior fit & clarior: & pro. i. crescit malis. i. laboribus & aduersitatibus obiectis. vnde vt dixi Hercules quasi Iunonis quæ hera dicitur, cleos. i. gloria dicitur: q̧ per eius persecutionem gloriosior euasit: & fruitur. i. ad voluptatem vtitur ira nostra: quia plus voluptatis capit ex victoria q̃ molestiæ ex labore: & vertit mea odia in laudes suas: nam dum ego impero. s. per Eurystheum, nimis sæua. i. magna & terribilia: vt quæ nemo mortali patre genitus obire posset: ipse probauit patrem. s. Iouem: sed inuidiosa nomina supprimit, inde. i. ex ea re. virtus indomita. s. Herculis colitur sup. ab ea parte qua Tethys. i. oceanum mare, Est eñ vxor oceani, premit & aperit. i. occulit & profert: lucem. s. solis: hoc est ab occidente in orientem vsq; quia columnas fixit in Atlantico mari: & orientem versus expeditionem fecit. qua. s. parte titan. i. sol ferens. i. afferens diē tingit binos Aethiopes. i. superiores & inferiores ad orientem occasumq; versos. inter quos Nigris fluit. vide Dan. tingit. i. imbuit colorat nigros facit, face propinqua. i. vicinitate caloris: licet aliam causam nonnulli assignent: & sup. Hercules narratur deus toto orbe. s. terrarum. Monstra quę obijciam, desunt iam mihi: & minor labor est Herculi exequi iussa. s. mea: q̃ mihi iubere: ipse lætus, quasi certus de victoria, excipit. i. acceptat & obit, imperia scilicet mea per Eurystheum illi facta. quæ fera iussa tyranni. s. Eurysthei, queant nocere iuueni violento. i. virium pleno scilicet Herculi? quasi dicat nulla. Nempe id est nam ipse, ipse gerit pro telis inuasiuis aut defensiuis armis ea quæ timuit. i. timere potuit: aut quæ timuit in primo congressu. probat, quia venit armatus leone: cuius pelle tegitur: & hydra, cuius veneno sagittas armauit: nec terræ patent. i. extensæ sunt satis. s. ad capiendas victorias Herculis: ecce. q. d. quod pręter spem euenit ipse effregit limen Iouis inferni. i. Ditis seu plutonis. volunt enim quidam gentilium Theologi vnum esse Iouem qui in cœlis in terris & inferis regnet. licet diuersa sortiatur nomina. & eius triplicis imperij triplicia sunt tribus fratribus insignia. Ioui fulmen trisulcum: Neptuno fuscina tridens: diti Cerberus triceps. & refert, id est reportat. s. Hercules, opima. s. spolia: quæ Romani ferebant Ioui quoties ducē exercit⁹ hostilis cęsū spoliauerāt, qd paucissimis cōtigit: ad supos: qa trahit secū Cerberū. i. canem tricipitem, qui aerem insolitum conspicatus inter cotes lotium fecit: & a conitū hęrbā venenatā genuit.

BERN. ¶ Sed vetera sero q̃rimur. Adiūgit nouā iuriā de Hercule: sed ita dicit de istis supradictis nimis tarde lamētor quia nō possum puidere: sed nūc nō possum pati q̧ vna scelerata tell⁹ me nouercā fecerit: & tot habeat pellices meas. ordo est. Vna dira, crudelis, terra vbi hoies e dētib⁹ serpētis terrę seminatis primū augurū fecere: ac fera. i. ihumana. Spsa, plena. Nurib⁹ ipsis. i. mulierib⁹ sęuissimis q̧ ibi sacrificātes Baccho multa scelera cōmittāt: vt Agaue insana Pētheū filiū pprīū interfecit. Quoties. i. sępi⁹. hoc dicit qa nō solū Alcmena pepit ex Ioue Herculē, & Semele Bacchū: sed etiā Antiopa Zetū & Amphionē genuit ex Ioue. Nouercā fe. Nouerca dicit̃ vxor secūda: q̃ filijs ex pria vxore supinducit̃. Ascēdat licet. Irōica cōcessio: postq̃ Iuppiter fouet pellices ascēdat Alcmena simul cū filio cœlū. Licet q̃nq; signat fas est. vt Ci. Neq; eñ licebat locū numini cōsecratū turpi flagitio cōtaminare. interdū facile est: & possibile est: vt Martianus. Piscinā peto nō licet natare. aliqñ est aduerbiū cōcedētis sicut esto vt hic. Ascēdat licet. i. cōcedo. interdū ē cōiūctio aduersatiua: vt etsi q̃uis q̃q̃. Victrix. Alcmena q̃ habet qcqd petit a Ioue. Pariter, simul. Nat⁹, Hercules. Occupet, vi capiat. occupare eñ est p vim aliqd cape. Liui. Nā & ipsia vocātib⁹ vrbē hāc accepi: nō occupaui. pprie tñ occupare ē qd i cōe positū erat añ alios cape. Quinti. Multa nihilomin⁹ q̃ libera fuerāt trāseūt i ius occupātiū. hic occupatitius ager dr̃ q desert⁹ cultorib⁹ ab alijs occupat̃. In cui⁹ ortu. dr̃ Iuppiter cū eēt cū Alcmena iussisse solem cōtinuare duas noctes: vt maiorē voluptatē capet. In ortu cui⁹. s. Herculis. Mūd⁹, cœlū. Impēdit diē. i. lucē: quia nox est cōtinuata loco diei. Tardus Phoebus: sol. Effulsit, enituit. Mari eoo. orientali secundū opi. vulgarē: dicunt stellas occidere in mari occidētali & surgere in oriētali. Iussus Phoebus. s. a Ioue. Nō sic. seipsam cōcitat Iuno ad faciendam vindictā cōtra Herculem ex pellice natū. demū cōtrahit se q̧ velit pugnare cōtra ipm Herculē qui vicit oīa in mari & terra: & q iuit ad iferos & reuersus est: & nūc tētat ire i cœlū. p quo iā maxime indignat̃ Iuno. Nō sic abibūt. i. recedent odia mea sine vindicta: & est indignatiua oratio. Anim⁹, me⁹. Violent⁹, plenus vi & ira. Aget, ducet. Agere aliquando dicere. Teren. Est ne ipse de quo agebā. aliquādo facere. Ver. His actis propere exequit̃ pcepta Sibyllæ. aliqñ ducere & vehere. Seneca. Vt q cū regis armēta agebat. Var. Nō hos pactolus aureas vndas agens eripiet vnq̃ a miserijs. aliqñ tractare. Martia. Semp agis causas. aliqñ pseq. Ver. Quā pcul incautā Licet.

nemora inter cresia fixit Pastor agēs telis. aliqñ agitare. Plau. Aedepol eā agā verberib⁹. Viuaces, q̄ diu durabūt. Sęuus, interdū magn⁹. Vergi. Sęuūq; tridētē. ita ibi. interdū crudelis. Quid bella. corrigit se Iuno quia dixit bella: volo pugnare cōtra herculē: q qcqd terribile in terra, i mari, & in aere īueniri pōt vicit. Horrēdū, faciens horrere. Nā pprie est horrere qñ p̄ tu more capilli erigūť: & ē in agēte. ihorrere ē i brutis qñ pili setæ ve erigūtur sicut in porcis. aliqñ p metaphorā in hoie dř horrere. i. frigescere, vt Iuue. Et horrēti tunicā nō reddere seruo. Tellus inimica. i. ales hoim pditionē. Dirū, q̄ si ira deo⁊ missū. Pestilēs, dř qcqd apportat malū: pestilētia vocať lues & cōtagio. Pestis vero oē qd malū affert. Atrox vehemēs & crudū. Ferū, idomitū. Fractū, pstratū & victū. Supat. i. Hercules. Crescit. s. habita victoria, qa magis gl'iosus. Malis. i. laborib⁹, & obiectia mōstris. Iraq; nřa fruiť. i. capit fructū & vtilitatē ex ira mea qa virt⁹ ī aduersitatib⁹ pficiť. Inde. supatis tot mōstris. Probauit patrē. s. Iouē. i. se vere natū Iouis: qa nō posset tāta supare, nisi esset Iouis fili⁹. Qua. s. pte. Tethys, oceani vxor fuit. Premit, claudit lucem. i. occidēs. Apit. lucē dat. i. oriens. quia vt dixim⁹: dicunť sidera stabulari & surgere mari. Qua. s. parte. Titan. i. sol. Tingit. i. colorat in nigrū. Binos. Aethiopes qui sūt iuxta torridā zonā. Propinqua, vicina. Face, igne & calore tuo. Indomita virt⁹, inuicta virt⁹ Herculis. Coliť, venerať vbiq;. s. i oriēte & occidēte: & in oi pte mūdi. Narrať de⁹, habeť de⁹ vbiq;. Impia lęt⁹ excipit, suscipit qcqd sibi iperať: & oia sternit. Excipe, ē suscipe vt ibi. aliqñ colligere: vt Marti. Vētris on⁹ misero, nec te pudet, excipis auro. aliqñ abscōdere. Plau. Neq; furē excipies. aliqñ insidijs cape. Ver. Excipit incautū: patriasq; obtrūcat ad aras. aliqñ est indagare. Cicero. Ad excipiēdas hoim volūtates. Quę ius. interrogatiue: q̄ si nulla. Tyrāni, Eurysthei. nam Eurystheus rex Mycęnarū iussu Iunonis ipabat Herculi, & ille ei obseq̄bať, debebat dolere qñ mittebať ad mōstra: sed gaudebat: qa inde gloriosus redibat. Queūt, pñt. Iuueni violēto, Herculi forti. Nempe p telis. portat pellē leonis quē supauit in sylua Nemea & sagittas tictas veneno hidrę quā interfecit in lerna palude: de qb⁹ dicem⁹ inferi⁹. Nec satis. nō satis fuit vicisse tot mōstra in terris: sed etiā iuit ad inferos. Et refert, reportat. Referre aliqñ est recēsere. Ver. Cogere donec oues stabulis numerūq; referre iussit. aliqñ ascribo. Sueto. In deo⁊ numerū rettulit aliqñ narrare cū datiuo. Ver. Referes ergo hęc, & nūti⁹ ibis pelidę genitori. Si vero accusatiuū habet cū p̄positiōe ad, signat i cōsultationē ponere: vt nō rettulit ad matrē: nō ppiquos cōsuluit. aliqñ reporto q̄ si retro fero: vt ibi. aliqñ rep̄sentare similitudinē alicui⁹. Ver. Vt mihi paruulus aula Luderet ęneas q te tantū ore referret. aliqñ in senatu sententiam dicere: vt Mar. Cato retulit in senatu. Iouis inferni. i. Plutonis regis inferni. Opima. s. spolia. & dicuntur ea quæ dux duci aufert.

Horrere. Pestilētia Pestis. Eurystheus. Referre.

DAN. ℭ Ascēdat licet. Cadauer Alcmenæ dū efferreť, euanuit & credita ē euolasse ad supos. lapis in lectica apparuit eius loco. meminit Plutar. Alcmena. Acrisij filia Danae Ioui Persea genuit. Perseo Androne Alectrona peperit: ex quo Alcmena ē pcreata, cui se Iuppiter triplicata nocte cōmiscuit. Iuno ardēs zelotypia tardauit partū: interim nat⁹ Eurystheus. Herculē postea expositū lactauit Iuno suasu Palladis: & Hercules cū vehemētius q̄ ętas infantilis patiť mamillā tractaret, & rejectꝰ est & post hac semper Iunoni odiosus. Eusebius est author & Diodo. Natus occupet. Hercules igni purgatus apotheosim meruit: incolens coelū deua est felicitatis & virtuti. Homero canēte. εσθοσ μφοευτεσ ολυμπου χαι ει τερπομενοσ και εχει καλλισφυρον βην Χαιρε αναξ εσθοσ υιε εσιεθοπ σθαρε την τεκαι ολβον. Terribile: horridum ac tremēdum. Iunonis consilium quę contra omnem iustitiam & ęquitatem alieni criminis pœnā in insontem transferre deliberet. cum teste Papi. in Thebai. Nil culpa nepotibus obstat. Iuno autem nec parenti nec filio parcit quin Herculem vexet, differat, distrahat. est autē in ipsa serie verborum dialytō. Terribile, dirum, pestilens &c. Sic Ver. Ferte citi flammas: date tela: impellite remos. Patrem probauit. vix natus est Hercules cum probauit Iouem patrem sibi fuisse. nō enim quisq̄ quiuit colligare eum in cunabulis & geminos angues apprehendit perniciter atq; enecauit: vt lapide indicat Plautina illa Bromia alloquens Amphytrionem. Binos Aethiopes. Homerus bipartitos tradit Aethiopes ad orientem occasusq; versos: non deserta Aphricæ incolentes. labitur inter vtrosq; nigris fluuius similis Nilo calamū gignēs & papyrum: vnde dicti sunt Nigritæ ipsi Aethiopes: referēte Ply. in. v. na. histo. Erebo. Erebus apud inferos fluuius. Vergili. Et magnos Erebi trāsnauimus amnes. vnde nascitur nox, teste Var. & Seruius ait, stationem esse eorum qui bene vixerant. & caret aspiratione dictio.

Herculis ortus & educatio. Aethiopes duplices.

ASCENSIVS.

ℭ Parū ē reuerti. Exaggerat factū Herculis & in inuidiā trahit dicēs. Parū est. s. Herculē reuerti. i. reducē eē ab iferis: qd tñ maximū ē: qa facilis descēsus auerni: Sed reuocare gradū superasq; euadere ad auras: hoc opus, hic labor est &c. Sup. Hercules petit. i. violēter inuadit, fœdus vmbrarū. i. vmbras inter se fœdere cōiuratas ne quē viuū admittant: quia regna inuia viuis dicūtur ęnei. vj. aut petit. i. exigit fœdera vmbrarū. i. vt vmbræ sint sibi confœderatæ. Bernar. legit perit vt sit fœdus vmbrarum. i. quod vmbræ inter se percusserūt de nō recipiendis aut non dimittendis viuis perit: quia Hercules reuertiť. Ipsa. i. egomet vidi, vidi inquam, nocte. i. tenebrositate, inferum pro inferorū discussa. i. violenter amota imisso lumine, & Dite. i. Plutone ip̄o domito sup. Herculē iactātē. i. supbe offerentē nō apponēdo sed faciēdo, patri. s. Ioui, spolia fraterna. i. q̄ fratri Iouis Plutoni detraxerat. Cur cū tāta pōt, non trahit vinctū & oppressum catenis

Parum est reuerti: fœdus vmbrarū perit.
Vidi ipsa vidi: nocte discussa inferum:
Et dite Domito: spolia iactantem patri
Fraterna. cur nō vinctū & oppressum trahit
Ipsum catenis paria sortitum Ioui?
Ereboq; capto potitur: & retegit Stygas?
Patefacta ab imis manibus retro via est:
Et sacra diræ mortis in aperto iacent.
At ille rupto carcere vmbrarum ferox
De me triumphat: & superbifica manu
Atrum per vrbes ducit argolicas canem.
Viso labantem Cerbero vidi diem:

Pauidumq; solem: me quoq; inuasit tremor.
Et tetra monstri colla deuicti intuens
Timui imperasse. leuia sed nimium queror
Cœlo timendū est: regna ne summa occupet
Qui vicit ima: sceptra pręripiet patri:
Nec in astra lenta veniet: vt bacchus: via.
Iter ruina quęret: & vacuo volet
Regnare mundo: robore expenso tumet.
Et posse cœlum viribus vinci suis
Didicit ferendo: subdidit mundo caput.
Nec flexit humeros molis immensę labor.
Mediusq; collo sedit Herculeo polus.
Immota ceruix sidera & cœlum tulit:
Et me prementem: quærit ad superos viam.

ipsum.s. ditē patrem, sortitū.i. sortiendo nactum, patria.i. regna sed inferna Ioui.s. super nos & sup. cur nō potitur erebo.i. iferno a pte totū: capio.s. a se: & retigit.i. denudat & aperit styga.i. lacū illū infernalem, dij cuius iurare timēt & fallere numen: nā & inferos ne exeant nouies styx interfusa coercet. Via est patefacta retro.i. retrorsum ad euadendū & exeundū ab imis.i. profundis manibus.i. inferis: & sacra.i. adyta & verenda loca, mortis diræ.i. deorū ira inductæ: iacent in aperto.i. peruia & patefacta. At qđ oim grauissimū ducit ille.s. famosus grassator hercules ferox.i. ferociens carcere vmbrarū rupto.i. quia ipsum rupit: triumphat de me: & ducit per vrbes argolicas Iunoni maxime charas: canē atrū.s. cerberū tricipitem canē ditis: manu superbifica.i. faciente eū superbū ob tot victorias. Ego vidi diem.i. lumen diurnū solis, labantem.i. obtenebratū: Cerbero viso: & vidi solem pauidū.i. pauentem, & tremor inuasit quoq;.i. etiā me: q̄ caput sū belli in Herculē suscepti: & ego intuens tetra.i. diritate obscœna colla monstri.s. Cerberi deuicti timui.i. ob timorem doluí imperasse.s. Herculi ea spolia auferre. Sed queror leuia nimium pretermissis.s. longe grauioribus: quia timendū cœlo.i. Ioui. & cæteris cœlestibus, ne qui vicit ima occupet.i. quasi vacua, pulsis incolis inuadat regna summa.i. cœlestia. Quę quantū videre possum: ipse præripiet.i. maior virtute auferet: pari.s. Ioui sceptra quę ille saturno abstulit. Nec veniet in astra.i. in consortiū deorū: via lenta.i. quieta: vt Bacchus qui ob inuentū vinū diuinitatē meruit. ipse quęret iter.s. ad cœlum, ruina.i. diruendo oia obstantia: & volet regnare mūdo.s. vniuerso, vacuo.i. euacuato. Eiectis prioribus regibus. Ipse tumet.i. superbia inflatur & turget robore.i. viribus expenso.i. perpensis & cognitis euidenter: & didicit ferendo.i. portando cœlū: dū Athlanti opem ferret, cœlum posse vinci viribus suis: quia ipse subdidit mundo.i. cœlo stellis ornato caput: nec labor molis.i. magnitudinis ac massæ cœli immensę flexit humeros sup. eis: & polus.i. axis cœlestis, sedit.s. impositus medio collo Herculeo: ceruix.s. Herculis tulit immota sidera & cœlū & me p̄mentem vt opprimeretur: sed frustra. Vnde ipse nūc q̄rit viā.i. aditū ad supos.s. nō solū adeūdos: vt boni oes faciūt: vñ est æneí. ix. Macte noua virtute puer: sic itur ad astra. Et alibi. viāq; affectat olympo. sed ad exturbādos: quia premisit & vacuo volet regnare mūdo: non quidē vacuo hoibus: quia sic nullū esset regnum: cū desint qui subijciant: sed rectoribus priscis qui dij sunt: nā mūdū p cœlo vt dixi posuit: cœli autē dij rectores putabant: cum vnus sit verus deus qui viuit & regnat: & fili9 eius vnicus ob id diu nō receptus a Romanis: q eius cultores eū solum regnare voluerūt: cæteris dijs vt falsis & malignis spiritib9 reiectis. Sed q Iuno dicit Herculē velle solū regnare id eius deputat aut supbię aut inuidētię. Pulchre aūt vtit argumētis q̄ rē verisimilē faciāt, licet fabulosa sint: nā si cœlū humeris ferre valuit maxime renitēte & opprimente eū Iunone: videtur ipsum excindere posse: & si inferos domuit, cur nō etiā superos?

¶ Parum est reuerti.s. ab inferis. non solent aliqui redire sed illud Herculi parū fuit redire quādo maiora fecit. BERN.
Traxit enim Cerberum custodem secum ab inferis. Fœdus vmbrarum perit. lex inferorū fracta fuit per Herculem. Vidi. Vidi est auxesis ad maiorem dolorem: qm ea quæ videmus magis afficiunt. Iactantem.s. Herculem gloriose se ostentantem. Spolia fraterna.i. Plutonis fratris Iouis. Patri: Ioui summo. Nocte discussa.i. remotis tenebris. Inferum pro inferorum: hoc est aperuit secreta inferorum & ad superos Cerberum traxit. Cur miror: q postq̄ vicit Cerberum & Plutonem q etiam non duxerit eum ligatum ad superos. Trahit.s. Hercules ipsum Plutonem, seu ditem. Ioui, quia Pluto ęquatus est Ioui: cum tertiam partem mundi habuerit per sortem. Potitur: habet in potestate: nam potiri est pugnando & laborando obtinere victoriam. Erebo, inferno. Retegit, aperit. Styga, paludem infernalem. Retro via est: ad redeundum patefacta via. Imis manibus, profundis animabus: nam infernus est in centro terræ: manes enim dicuntur animæ exutæ corpore. Et sacra Manes.
scilicet superis non cognita. Mortis q̄ est in inferno: hoc est inferni. Dirę crudelis & inexorabilis. In aperto sine custodia. Iacent, prostrata sūt ab Hercule. Ille ferox, Hercules fortis bellator. Rupto carcere, id est inferno. Vmbrarum animarum quę sunt tanq̄ vmbræ. Superbifica, superba. Atrum, nigrum & horrendum. Canem Cerberum. Vidi diem.i. lucem. Labantem, vacillantem & trementem: quia quando lux vidit Cerberum timuit valde. Tetra colla scilicet Cerberi qui collum serpentibus plenum habet. Imperasse scilicet per Eurystheum qui iusserat Herculem descendere ad inferos. Nimium queror, lamentor. Leuia parui damni: sed prius timendum est ne velit nos quoq; de cœlo pellere & solus ibi regnare. Regna summa.i. cœlū. Ima: infernū. Timēdū: oportet timere. Sceptra: imperium. Patri, Ioui nō faciet vt Bacchus quia via lenta, id est quieta iuit ad cœlum sed omnes expellet. Mundo, id est cœlo. Tumet, superbit: tum ğre est inflari secundis auris. Expenso robore viribus examinatis & cognitis: nam pręter cætera virtutis suæ facinora dicitur loco Atlātis humeris suis sustinuisse cœlū quod factū fuit. Atlas maximus astrologus ab eo Hercules astrologiā didicit sic cū eo sustinuit cœlū. Immēsę molis. tāti pōderis. Polus, cœlū: ea ps sup quā vertitur cœlū: a poleo verto: latine etiā dicit vertex: vt Vergi. in Geor. sedit requieuit. Ceruix.s. Herculis; collum. Immota, non flexa. Tulit sustinuit.

Perge ira pge:& magna meditātē opprime.
Congredere manibus ipsa iam lacera tuis.
Quid tantamandas odia? discedant feræ.
Ipse imperādo fessus Eurystheus vacet.
Titanas ausos rumpere imperium Iouis
Emitte: Siculi verticis laxa specum.
Tellus gigante Doris excusso tremens
Supposita monstri colla terrifici leuet.
Sublimis alias Luna concipiat feras.
Sed vicit ista. quęris Alcidæ parem?
Nemo est nisi ipse bella iam secum gerat.
Adsint ab imo tartari fundo excitæ
Eumenides: ignem flāmeę spargant comæ.
Viperea sæuę verbera incutiant manus.
I nunc superbe: cœlitum sedes pete.
Mouenda iam sunt bella: clarescit dies.
Humana temne: iam Styga & manes feros
Fugisse credis? hic tibi ostendam inferos.
Reuocabo in alta conditam caligine
Vltra nocentum exilia discordem deam:
Qua mugit ingens montis oppositi specus:
Educam: & imo Ditis e regno extraham
Quicquid relictum est. veniat inuisum scelus:
Suumq; lābens sanguinem impietas ferox:
Errorq;: & in se semper armatus furor.
Hoc hoc ministro noster vtatur dolor.
Incipite famulæ Ditis ardentem incitę
Concutite pinū: & agmē horrēdū anguib⁹
Megęra ducat: atq; luctifica manu
Vastam rogo flagrante corripiat trabem.
Hoc agite: pœnas petite violatę Stygis.
Concutite pectus: acrior mentem excoquat
Q̄ qui caminis ignis ętnęis furit.
Vt possit animo captus Alcides agi

ASCEnSIVS. ¶ Perge ira &c. Mulebri impatientia excitat seipsam ad irascendū dea dicēs: O ira perge. i. perfice quod incœpisti: perge inquit: & opprime meditantē magna. s. Herculē. Moraliter dictū: nā fere dū magna minamur repētinus supuenit interitus: qđ tam sanctę q̄ gentiliū attestantur literę. cōgredere. s. quasi cū fera, & ipsa, qđ ineptius dicunt, tute in propria persona: lacera. i. discerpe, tuis manib⁹. Quid. i. ad quid, tu mandas. i. imperas Herculi per Eurystheum, tanta odia. i. tot molestias: aut quid mandas. i. immittis mihi tanta odia in Herculem si aliud nihil possumus? ferę. i. mōstra dira quib⁹ hacten⁹ exercitus est, discedāt. i. nō āpli⁹ obijciant. Ipse (emphaticos. q. d. princeps psecutorū Herculis) Eurystheus, vacet. i. vacuus sit & cesset impando. quia quæ hactenus ipauit minus efficacia fuerūt. emitte o ira. s. ex carcere & antris montiū vbi ligati sunt, titanas. i. gigātes illos imanes ausos rūpere iperiū Iouis. laxa. i. resolue, specū verticis. i. excelsi montis Siculi. i. Sicilię. s. ætnę montis, in quo scđm Maronē Encelad⁹ oppressus iacet: ęnei. iij. Fama est Enceladi semustū fulmine corp⁹ Mole hac torqueri. Tellus Doris. i. Dorica, vt sit forma patronymici p possessiui: & dorica propter colonā, sicut ęnei. vj. Chalcidicaq; leuis tandem super astitit arce: hoc est quā Dorici iuxta Aeoliam incolebant: tremens gigante excusso. i. quoties gigas excutitur & fessum motat latus, leuet. i. alleuet, deoneret, colla supposita monstri terrifici. i. gigantis in ea sepulti. hoc est soluatur & ipse gigas. Luna sublimis. i. ab alto influens, cōcipiat scilicet virtute non reipsa feras alias, quas influxu suo nasci faciat: cum frigiditate sua nihil generet. Alludere videtur ad Scorpij productionem quem terra precibus Dianæ quæ & Luna est protulit in perniciem Orionis: aut ad illud geor. j. Ipsa dies alios alio dedit ordie luna. felices &c. Sed cur alias pducat? Hercules vicit ista. s. oia iam dicta. Quęris tu parē Alcidę. i. Herculis aut Herculi: hoc est qui Herculē vicere posset? nemo est, nisi ipse iā postq̄ cæteros vicit, gerat bella secū. Adsint. i. auxilio nobis sint, Eumenides id est multum furentes furiæ, excitæ (hic media breui quæ tertio æneι. longa est. Excitum ruit &c.). i. euocatæ & commotæ ab imo fundo tartari: de quo vj tum tartarus ipse Bis patet in præceps tantum tenditq; sub vmbras. Quantus ad ætherium coeli suspectus olympum. comæ scilicet furiarum pro quibus Maroni angues habent: flammeæ spargant ignē scilicet in Herculem. Manus sæuæ scilicet furiarum, incutiant Herculi verbera, id est flagella, viperea, id est venenata & pestifera: quæ cū sibi parabilia noscat, & in Herculem summe efficacia, quasi iam voti compos effecta insultat in eum dicens. I nunc o supbe scilicet Hercules pete sedes cœlitum, id est cœlestium deorum qui mox a furijs infernis rapieris. Bella sunt mouenda iam scilicet tibi. dies clarescit. quasi dicat noli tantam opportunitatem ad gloriam amittere. temne humana, id est opes hominum. credis te fugisse, id est euasisse iā styga, id est paludem illam infernam: & manes feros, id est diras & furias? Ego ostēdam tibi hic, id est etiam apud superos, inferos id est vim inferorum. Ego reuocabo deam discordem, id est discordiæ auctorē scilicet Megęram aut Alecto, conditam, id est abscondi tam, in alta caligine, id est densis tenebris, vltra exilia nocentum, id est profundius q̄ sint nocentes qui ibi perpetuo a patria exulabūt. vt in. vj. ęne. dicitur. Quā scilicet deā, ingens

Magno furore percitus. vobis prius
Inſaniendum eſt. Iuno cur nondum furit?
Meme ſorores mente deiectam mea
Verſate primam: facere ſi quicq̃ apparo
Dignum nouerca: iam odia mutentur mea.

ſpecus montis oppoſiti munit .i. ambit: vt
mœnia vrbes: aut qua.ſ. parte, ingens ſpec⁹
montis oppoſiti mugit.i. reboatum facit, re-
ferendo mugitum furiæ. Educam.ſ. eam: &
extrahã e regno imo Ditis.i. Plutonis, quic-
quid relictum eſt.i. nondũ extractũ eſt. Veni
at.ſ. ab inferis, ſcelus iniuſtũ & pro .i. impie-
tas ferox, lambens ſuum ſanguinem, quem
ſuis manibus effudit: & error & furor armat⁹
ſemper in ſe.i. in eum in quo eſt. Noſter do-
lor.i. inuidia in Herculem, vtaẽ hoc hoc, ad effectionẽ repetit, monſtro. O famulæ ditis.ſ. furiæ, incipite. ſ. in-
ducere furorem: & vos incitæ.i. commotę, concutite pinum ardẽtem quæ prælucęat: & megęra ducat agmen
horrendum anguibus.i. propter angues capillorum loco habitos: atq; corripiat manu luctifica.i. qua luctus
cauſam facere ſolet, trabem vaſtam.i. valde amplã, rogo.i. e rogo & igni, flagrante.i. ardente. Agite.i. accura
te hoc: petite.i. poſtulate & exigite ab Hercule, pœnas ſtygis.ſ. matris veſtræ, violatę quia eã tranſilijt. Cõcu-
tite pectus non Herculis ſed veſtrũ vt emittatis ignẽ: ignis acrior q̃ qui furit caminis.i. fornacibus ætnęis, ex
coquat mentẽ.ſ. veſtrã. q̃uis videatur de Herculis mẽte poſſe intelligi. Nã addit inſaniẽdum eſt prius vobis
vt Alcides .i. Hercules Alcei nepos putatiuus, capt⁹ aio.i. habens animũ impeditũ, aut carens ratione, poſſit
agi percitus, cõmotus, magno furore. Cur Iuno nondũ furit.i. cur non facitis vt ego prima inſaniã? O ſoro-
res.ſ. inter vos, verſate me primã: me inquã deiectã mente mea: ſi.i. ſiquidẽ apparo facere quicq̃ dignum no-
uerca.i. quod nouercã facere deceat in pellice natũ. Iam odia mea mutentur, hoc eſt vertãtur i fauorẽ. qđ aut
per ironiã dicit, aut vt acrius furias excitet, q; eas ab incœpto tam dulci reuocare velle videatur: aut certe vt
fortis & valens plus ſibi & ſuis noceat.

¶ Perge. Excitat ſe ipſam Iuno ad perdendũ Herculem. nõ poteſt mori per monſtra inuenienda eſt alia via: & BER.
ad iram loquitur vocatq; furias cõtra Herculẽ. Perge. noli deſiſtere. Opprime. perde meditãtẽ. Magna. cogi-
tat aggredi celum. Cõgredere, deſcẽde in certamen. Nã cõgredi eſt cũ hoſte manũ cõferere. Mandas, imperas Congredi.
ſ. per Euryſtheũ. Ferę, mõſtra.i. noli amplius eũ opponere mõſtris. Vacet, ceſſet. Emitte Titanas. gigãtes qui
voluerunt detrudere de cęlo Iouẽ. Tellus doris.i. ſicula. Laxa, aperi. Specũ, ſpeluncã. Siculi verticis.i. mõtis
ætnæ ſub quo Enceladus gigas Titani & terræ filius a Ioue fulmine ictus ſuppoſitus eſt: vt Ver. tertio æneí. Enceladus
Tremens excuſſo. moto gigante: vnde dicũt fabuloſe terręmotũ procedere. Leuet, alleuiet: vt poſſit extre cõ
tra Herculem. Monſtri, Enceladi gigantis. Sublimis. dicit q; luna cõcipiet feras contra Herculem. Cõcipere Concipio.
eſt app̃hendere: vnde mulieres cõcipere dicũtur cum genitale ſemen app̃hendunt ad fœtum faciendum. ali-
quando deliberare. Seneca. Iam dudum animo conceperat quid eſſet acturus. aliquando comprẽdere. Quin
tilianus. Nec tãtum ſcelus animo concipere potuit. hinc conceptus mentis dicuntur quæ comprehendim⁹ &
imaginamur. Concipiat ergo.i. generet. Luna. videtur accipere de Vergi. in Gęor. vbi dicit q; diuerſi dies ha
bent varias poteſtates: ita nunc luna q̃ habet hanc poteſtatẽ, faciat naſci nouas feras cõtra Herculem ſicut fe-
cit olim gigãtes. Feras altas, indomitas. Sed vicit iſta. cõuertit ſermõe vno: nihil hoc erit quia omnia mõſtra
ſuperauit. Queris Alcidę parem. nõ inuenietur qui Herculem vincat: opus ergo eſt ſeipſm ſuperet & ſecũ bel
la gerat quod fieri poterit ſi furias in eũ mittã. Adſint Eumenides, furię: p antiphraſim Eumeni bonũ. Exci
tæ, vocatę. Imo fundo. ex pfundo baratro. Tartari. infimæ partis inferni a verbo tartarizo.i. crucio. Flãmæ.
euomentes ignem: nam furiæ infernales a poetis deſcribuntur armatę igne & ſerpentib⁹ vt in. vj. ęnei. I nunc.
veni nunc. Pete, inuade. iſti verſus interiecti videntur: ſed tamẽ ita legantur: vt iam inſultet Herculi, videat-
q; furias venientes. Humana tẽne: tanq̃ virtute tua minora, quia tu ſuperaſti inferos: ſed tamẽ faciã peiora ti
bi in terris q̃ ea quę ſuperaſti apud inferos. Hic. terris & apud ſuperos oſtendam. Inferos.ſ. quos effugiſſe cre
dis. Reuocabo deã, furiã megęram. Conditam, occultatam. Caligine alta, profũdis tenebris. Vltra exilia no-
centũ.i. vltra ſedes tartari vbi ſcelerati religati ſunt. Scelus, pro perſona, veniat huc.ſ. ab inferis. Impietas, cru
delitas contra ſuos. Error, qui facit errare mentem. Furor, qui facit malum facere in ſeipſm & ſuos. ponit hũc
eo modo pro miniſtra ſui doloris. Incipite. excitat furias in Herculem Iuno. Famulæ, furiæ. Ditis, Plutonis.
Incitæ, commotæ. hæc eſt eadem ſentẽtia illorũ verſuũ ſupradictorũ qui vidẽtur adiuncti. Pinũ, facem. Me-
gęra, prima furiarum. Ducat agmen. hoc dicit non ad multitudinem. quia non ſunt niſi tres furiæ: ſed, quãtũ
ad impetum. ſic Vergilius in. vj. æneí. Agmina vincat illa ſororum. Horrendum anguibus. habent ſerpenti
nos crines & faces luctificas ex igne acherontis. Luctifica, vt ſignificet mortem. Flagrante, ardente. Rogo,
exaggeratione lignorum accenſa vbi comburatur cadauer more antiquo. Stygis violatę: quia rupit leges in
ferorum. Violare eſt corrumpere, contaminare, & polluere, & quaſi vim inferre: vnde violentus qui vim fa- Violare
cit. Concutite, exagite. Pectus, Herculis. Acrior, violentior q̃ ignis qui furit in fornacibus montis Aetnæ Violentus.
pertetuo ardentis. eſt in Sicilia: vt Plynius & Strabo. Excoquat, vexet & perturbet. Vt Alcides, Hercules Aetna.
ab Alceo auo. Agi, vexari. Captus animo.i. inſanus. Percitus, commotus. Nobis prius inſaniendũ. hoc di-
cit Iuno ne poſſit mutare mentẽ ad perdendũ Hercu. quia etiã ſi ipſa erit inſana non poterit duci aliqua miſe-
ricordia vt mutet ppoſitũ de perditiõe Herculis. itaq; vocat Sorores.i. furias vt ſeſe inſanã faciãt. Cur non.
tantũ moraẽ: hoc eſt ad maximã vltionis auiditatẽ. Iuno. in tertia perſona de ſeipſa loquitur. Verſate, turbate
Deiectã m.i. me factã inſanã. Dignũ no.i. nouercali odio. opus eſt vt inſaniã. Odia. iam mutetur ironica lo-
cutio: corrigit ſe Iuno, quid volo perdere Her. immo volo videre bonum de eo: vt fortis reuertatur ab inferis
& ſuos ſoſpites reperiat.

¶ Perge. Hic cęca Iunonis rabies aperte patet cũ ſibi iratę imperet: abſurdũ etenim eſt ſibi ipſi impare qđ pa- DAN.
rata ſit ſua ſpõte facere. Doris. doriẽſis colonia laconũ iuxta æoliã in Sicilia quorum linguã coluit maxime
oim grecorũ Theocritus: vt lepide perſtringit ex perſona Praxione ad militem Ptolemęi a quo ipſa inepte ar- Doris.
guebaẽ muliebris dicacitatis. Doris ergo tellus hic a ſeuera ratiõe vicinitatis denominata ẽ: & eſt inflexio pa-

tronymica pro possessiua: vt sit Doris pdorica tellus.i. Sicilia. Secū gerat bella.i.insaniat ita vt seipm necet quod parū aberit. hoc enim est secū.i.contra se bellū gerere & seipm velle occidere. nam paulo post sequitur magno furore percitus &c. Sorores. inter vos. s.nō meq: sicut Nymphæ dicuntur esse inter se sorores a poeta Mantuano, teste Honorato. aut sorores appellat suas vt alliciat. & est epizeusis meme versate. sicut apud poetam. Meme adsum qui feci in me conuertite ferrum.

ASCEN. ¶ Precor vt sup. Hercules, reuersus ab inferis, videat natos.i.liberos suos incolumes.i. sospites & fortunatos: & redeat fortis.i. potens manu: quia ego inueni diē.i. tēpus quo virtus Herculis inuisa.s.nobis, iuuet nos: & vicat me pariter & se: (Argute a poeta excogitatū: nā graphice exprimit inuidorū maliuolentiā, qui cōtēti sunt vinci & mala pati dū modo inuisus similia patiat. nouit ergo Iunoq; Herculis virtus supari ab alio q̄ a se nō posset: vn̄ cū ipa supare nequeat vincere nō potest: sed cū Hercules furens seipm vincet, tunc vincet quidē a se: sed tamē vincet Iunonē.) & ipe reuersus ab iferis cupiat mori. Hic i.in hac re, prosit mihi sup. Herculē esse genitū Ioue: quia quo fortior est eo in se perniciosior erit furens. Ego stabo.s.in insidijs: & vt tela q̄ iaciet in suos, exeant emissa neruo.i. arcu neruato, certo.i.ineuitabili, librabo.i.dirigam agitando, manū.s. furentis: ego regā.i.dirigā arma furentis: & fauebo tandē Herculi pugnanti.s. contra suos, vxorem & liberos. licet.i. licitū est & permitto sup. vt scelere pfecto.i. postq̄ perfecit scelus nefandę cędis, genitor.s. Iuppiter, admittat illas.s.sceleratas manus in cælum. q.d. si hoc faciet, nō merita Herculis sed importunam charitatē in filiū suū pensabit. Vidētur hic quibusdam versus plusculi desyderari: sed ea vis est narratiua stili vt multa in subauditione relinquat.

Natos reuersus videat incolumes precor:
Manuq; fortis redeat: inueni diem
Inuisa quo nos Herculis virtus iuuet:
Me pariter & se vincat: & cupiat mori:
Ab inferis reuersus. hic prosit mihi
Ioue esse genitū. Stabo: & vt certo exeant
Emissa neruo tela librabo manum:
Regam furentis arma: pugnanti Herculi
Tandem fauebo: scelere perfecto licet
Admittat illas genitor in cælum manus.

BERN. ¶ Manu s. scilicet vt meli⁹ possit sæuire i suos. Redeat. ab inferis. Inueni tps. in quo mihi placet illū esse fortē Virtus. fortitudo Her. Inuisa. odio mihi. Iuuet, delectet. Me & se vincat. sum contenta q; vincat me & se perdēdo suos. Et cu.m. cupiat seipm interficere. Hic. i hoc. Prosit esse g.io. scilicet vt cupiat mori & nō possit. videbo maximā vindictam Her. cupientē mortē prę acerbo dolore: nec posse mori q; ex Ioue nat⁹ sit. alius sensus est. Prosit mihi.s. vt sit fortior q̄ si esset natus ex patre humano: vt perdat etiam suos virib⁹ suis: & ibi aperit ironiam Iuno. Stabo. adero. Librabo, eleuabo & dirigā. Manum.s. Herculis. Neruo, corda arcus. Certo. non fallenti. Pugnanti. Herculi semp fui cōtraria: nūc iuuabo eū in hac pugna: & qn̄ interfecerit filios & vxorem ero cōtenta: licet postea eū Iuppiter ducat in cælū. Licet. licitū sit. Perfecto scelere: interfectis filijs & vxore. Genitor, Iuppiter. Admittat, recipiat. Manus.s. Herculis. Illas. q̄si sceleratas q̄ filios & vxorē interemerit.

ASCEN. Iam rara micant &c. Inducit̄ chorus ortum diei describēs, & inania hoīm studia tandē carpens. putat̄ autem frustra nō esse Senecę. Carmen censetur esse anapæsticū forte q; prim⁹ versus in secūda sede a qua iambus si iambicū esset cedere nollet anapęstū habet. Daniel tamē iambicū censet. Ordo est. Sydera ligui da.i. parū micātia, micant iā rara, mūdo.i. cælo illis ornato, prono.i. iclinato ad occasum verū alijs cadentibus alia oriunt̄. nox victa.s. vicinitate solis, cōtrahit.i. quasi in vmbraculum trahit, ignes vagos.i. planetas, & stellas mox nō apparituras: sicut nec oues i ouile cōtractæ amplius apparent: luce.s. diurna, renata, fictiōe poetica. Phosphoros.i. lucifer sydus Veneris, cogit.i. compellit secū venire cū tamē pręcedat, agmen nitidū.s. radiorum solis: aut cogit ante se, quia vltimus videtur occidere, agmen nitidū.s. stellarum lucētiū. Vrsæ arcades.i. arcadicę in quas Calisto & filius eius Arcas versi sunt, appositorie signū glaciale.i. vnde glacies & frigora nascuntur, poli celsi.s. arctici qui nobis semp sublimis, vocant lucē septē stellis: a quib⁹ septentrio ea pars cæli dicit̄: temone.s. currus cælestis verso.i. circūacto. Titan.i. sol, iā.s. paulo post, euectus equis cæruleis.i. quos lauisse fingitur in Oceano cæruleo: sunt autē quattuor solis

Adilon. Chorus. Anapæstici.


Am rara micant sydera prono
Languida mundo: nox victa vagos
Contrahit ignes luce renata.
Cogit nitidum Phosphoros agmen.
Signum celsi glacile poli
Septem stellis arcades vrsæ
Lucem verso temone vocant.
Iam cæruleis euectus equis
Titan summū prospicit œthan:
Iam cadmæis inclyta bacchis
Aspersa die dumeta rubent:
Phœbiq; fugit reditura soror.
Labor exoritur durus: & omnis
Agitat curas: aperitq; domos
Pastor: gelida cana pruina

Grege dimiſſo pabula carpit.
Ludit prato liber aperto
Nondum rupta fronte iuuencus.
Vacuæ reparant vbera matres.
Errat curſu leuis incerto
Molli petulans hœdus in hęrba.
Pendet ſummo ſtridula ramo:
Pinnaſq; nouo tradere ſoli
Geſtit querulos inter nidos
Thracia pellex: turbaq; circum
Confuſa ſonat murmure mixto
Teſtata diem: carbaſa ventis
Credit dubius nauita vitę
Laxos aura complente ſinus.
Hic exeſis pendens ſcopulis
Aut deceptos inſtruit hamos:
Aut ſuſpenſus ſpectat preſſa
Pręmia dextra.
Sentit tremulū linea piſcem.
Hæc innocuæ quibus eſt vitæ
Tranquilla quies: & lęta ſuo
Paruoq; domus: ſpes & in agris.

equi ignei poti⁹ q̄ cęrulei coloris: de quib⁹ ad principiū ſecūdi metamorphoſeō: pſpicit. i. porro añ ſe aſpicit, œthā mōtē inter Macedoniā & Theſſaliā: ſūmū. i. valde excelſū. Dumeta. i. loca dumis conſita, inclyta. i. clara & nobilia, bacchis cadmęis. i. mulierib⁹ thebanis illic bacchari ſolitis qa dū bacchico furore corripiebāt dumeta & ſyluas petebāt. Sūt tñ q malit legere baccis Cadmęis. i. in regiōe Cadmi naſcētib⁹: vt ſūt corna & ſimilia q̄ fere rubēt: vñ addit: rubēt iā aſpſa die. i. radijs ſolarib⁹. quia tñ dumeta illic magis nobilitata ſunt Bacchis q̄ baccis nihil mutē: cū etiā nō rubra aſpſa die mane rubeant. Et ſoror phœbi. i. luna, fugit. ſ. a cōſpectu hoim, aut a ſole reditura. ſ. ad hūc aut ad illū. Labor durus. ſ. mortalib⁹ exorit: & agitat. i. fugat a ſe ois curas. ſ. famis & inopię: quia qui bñ laborāt raro indigent neceſſarijs ad vitā: & paſtor. ſ. pecudū aperit domos vt pecus exeat: & carpit. i. carpere facit, ſicut Salomon ędificauit templū, grege dimiſſo. i. per gregem dimiſſum, pabula cana. i. albicātia adhuc pruia gelida. Iuuencus. i. minor bos, fronte nondū rupta. i. nondū habens frontē ruptā trudendo plauſtro, ludit. ſ. ſaltando, liber. i. diſſolut⁹, prato aperto. i. patente: matres. ſ. gregis tā vaccę q̄ oues, vacuę. i. euacuatę lacte reparant. ſ. replēdo hubera. ſ. ſua. Hœdus. i. pullus caprinus, leuis. i. agilis, errat incerto curſu, petulans. i. petulāter ſaltās, in herba molli. Pellex Thracia. i. luſcinia auicula in quā aut progne aut philomella (nam cōfundūt eam fabulā poetę & enarratores eorū) pellex ſororis licet inuita, quia a Tereo rege Thraciæ cōpreſſa, pēdet ſtridula. i. canora, ramo ſummo: & geſtit. i. geſtu indicat ſe pcupe, tradere ſoli nouo. i. recēs orto, pinnas. ſ. ſuas. Nā ſūt q tā i aue q̄ in piſce, q̄ i muris pīnas nō pēnas ſcribendū cēſeant. geſtit dico inter nidos querulos. ſ. pullorū. Licet aūt oim auiū ſit queri & gemere pprīū, maxime tam ē luſciniæ maiorū nefas queri dicunt. & turba. ſ. aliarū auicularū cōfuſa. i. mixta ſonat circū. i. in circuitu, teſtata. i. teſtans diem. ſ. appetere aut adeſſe, murmure mixto, dū quęlibet ſuo indulget cantui. Nauita qui per ſyncopen nauta dicit, dubi⁹. i. incertus vitæ (Vñ hic ſtulta hoim ſtudia carpere incipit) credit carbaſa. i. vela carbaſina ventis: & hoc aura. i. vento, cōplente ſinus. ſ. velorū laxos. ſ. anteq̄ diſtēderent. Hic. i. alius. ſ. piſcator modicus pendens. i. incuruatus ſedens, ſcopulis exeſis. ſ. vi vndarū, aut inſtruit. i. iterum aptat, & eſca onerat, hamos deceptos, quia eſcā amiſerūt & piſcē non ceperunt: aut ſuſpenſus ſpectat pręmia. ſ. laboris, hoc ē piſces captos, preſſa. i. compreſſa, dextra ne. ſ. elabant: linea q̄ e pilis fieri ſolet ſentit piſcem tremulū qui cum timore delibat eſcam. Hęc. i. huiuſmodi ſup. agunt ij, quibus eſt quies tranquilla vitæ innocuæ: & quibus eſt domus læta ſuo. i. iuſta poſſeſſione, paruoq;. i. re q̄uis modica: & quibus eſt ſpes in agris, non in vrbibus. Nam turbine magno ſpes ſollicitæ vrbibus errant: vt ſubditur continuato carmine. Pinnæ.

IAm. Hic chorus nō legit hoc loco vñ paucis annotabim⁹. Deſcribit hoim perpetuas curas qui licet videant quieti in ſuo genere vitæ, tamē quotidie veniente luce ad nouos labores reducunt. Languida: occidētia. Mundo, cælo. Ignes v. ſtellas errātes. Phoſphoros. lucifer pręuius ſoli. Cogit. ducit ad occaſum: quia eſt vltimus qui occidat: vnde videtur alias ſtellas ante ſe cogere. Agmē. ſ. ſtellarū Arcades vr. eſt fig. appo. ſignū glatiale. Oethā. mōtē inter Theſſaliā & Macedoniā. Cadm. bac. thebanis mulieribus Baccho ſacrificantibus. Rupta fron. nondū natis cornibus. vel rupta. ſ. iugo. Matres. vaccæ. Repa. replēt. Nouo ſoli. matutino. Tradere, oſtēdere. Teſta. nam veniēte luce canit. Threicia pellex. philomena violata a Tereo Thracū rege. Sinus, ampla vela. Hic, alius. Pręmia. piſces captos. Hęc qes. quiete ſine ambitione in agris degentes ſimiliter viuunt: ſed q vrbes habitant varijs malis agitantur. BERN.

IAm rara. Deſcribit ortū diei mox inania hoim vota ſubſannat & vanas ſpes. in vetuſtiſſimo codice hæc pars chori eſt manca. nec pol ſublimitati videtur Senecæ cōueniens. vtriuſq; chori oratio cōſtat iambico dimetro catalectico Euripidio. quo ſæpius vtitur Euripides. habet pyrrichiū in quarta ſede nonnunq̄ trochæum. DAN.

TVrbine magno ſpes ſollicitę
Vrbibus errant: trepidiq; metus

TVrbine magno. Vt dixi carmē hoc eſt perpetuo tenore cū ſuperiore legendū. nec reponendus erat chor⁹: cum idem vtrobiq; loquat: ſed in ASCEN.

Ille superbos aditus regum
Durasq; fores expers somni
Colit: hic nullo fine beatas
Componit opes: gazis inhians:
Et congesto pauper in auro.
Illū populi fauor attonitum:
Fluctuq; magis mobile vulgus
Aura tumidum tollit inani.
Hic clamosi rabiosa fori
Iurgia vendens improbus: iras
Et verba locat: nouit paucos
Secura quies: qui velocis
Memores æui tempora nunq̄
Reditura tenent. dum fata sinunt
Viuite læti: properat cursu
Vita citato: volucriq; die
Rota præcipitis vertitur anni.
Durę peragunt pensa sorores:
Nec sua retro fila reuoluunt.
At gens hominum fertur rapidis
Obuia fatis incerta sui.
Stygias vltro quęrimus vndas.
Nimium Alcide pectore forti
Properas mœstos visere manes.
Certo veniunt ordine parcę.
Nulli iusso cessare licet:
Nulli scriptum proferre diem.

superiore naturæ & non inanum hoim cōmemorat studia: hic stulta carpit hoim vota: sic tn̄ vt superiori cōnectat̄: vt sit dico: & quibus spes est in agris. Nā spes sollicitę errant sup. cū magno turbine, subaudi in vrbib⁹: & metus trepidi. i. qui faciunt homines anxios & trepidos, errant. i. diuagant̄ & frequētes sunt in vrbibus. Ille enī quiuis vrbicola salutādis magnatibus vt sportulā mereat̄ deditus. Respicit aūt illud Geor. ij. O fortunatos nimiū sua si bona norint, Agricolas: quib⁹ ipsa p̄cul discordib⁹ armis Fundit humo facilē victū iustissima tellus. Si nō ingētē foribus dom⁹ alta superbis Mane salutantū totis vomit ædibus vndā. Vnde sciat institutorum Romanorum imperit⁹: moris fuisse Romæ: vt cliētes patronos & bñficos p̄ceres summo mane viserent salutandi gratia, salutatosq; in forū comitarent̄: ob quā rē recipiebant sportulā. i. aut centū quadrantes, aut cœnā rectā vt Iuuenalis latissime idicat. Ille itaq; expers sōni. i. peruigil ne salutandi tēpus p̄tereat, colit superbos aditus regū. i. diuitū principū conuiuij: Rex. quicunq; enī epulum dat rex dicit̄: & p̄ i. fores duras. i. q̄ nō aperiunt̄ petentibus sed afferentibus. Hic. i. alius, cōponit. i. accumulat, opes beatas. i. beatificantes hoc est āplas quæ beatificare vidētur auaros: cum id minime faciant: componit dicit, nullo fine. s. cōstituto (contra q̄d Flaccus pri. ser. Denicq; sit finis quærendi: cumq; habeas plus Pauperiē metuas minus. & Persius in fine opis multa dicit.) inhians gazis. i. diuitijs & thesauris: & paup. i. parū habens in auro congesto: q̄a vt dicit Seneca philosoph⁹, Tā deest auaro q̄d habet q̄ quod non habet. quia vt dicit in arte Horatius, Quærit: & inuentis miser abstinet & timet vti. & pri. ser. ad auarū. Cōgestis vndiq; saxis Indormis inhians: & tanq̄ parcere sacris Cogeris, aut pictis tanq̄ gaudere tabellis. & hęc in auaros: in ambitiosos aūt addit. Fauor populi. i. suffragia & applaus⁹, & vulgus magis mobile, fluctu. s. marino, tollit. i. extollit, illū. i. aliū videlicet ambitiosum, attonitum. i. stupefactum & pre nimia cupiditate honoris stolidū, & tumidum. i. inflatum aura. i. fauore & aspiratione inani. Hic. i. alius vtpote causidicus, improbus. i. improbād⁹, quia vendens iurgia rabiosa fori. s. iudicialis clamosi, locat. i. pretio accepto cōmodat, iras & verba, quia sic litigat pro parte sua vt vere irasci putet̄. Quies secura. i. separata curis, nouit paucos: quia in paucis est: q̄ memores æui velocis. i. cito transeuntis, tenent. i. non frustra expendunt, tempora nunq̄ reditura: & ideo caute expendenda. sed chorus videtur ad voluptatem inuitare, abiectis curis rerum non necessariarū: vt ea tempora tenere censeamur quib⁹ nobis, & genio nostro indulgentes vixerimus. Quæ sententia Christianis nō recipit̄: vtpote qui norunt se per delicias ad delicias transire non posse: admonentes, vt dum tēpus habemus operemur bonum: ne cum diuite Epulone detrudamur ad æternā sitim. Addit aūt poeta, dū. i. donec fata. i. prouidentiæ diuinæ, aut t̄pa vitæ nobis a deo constituta, sinunt. i. permittunt, viuite læti. quod & Salomon, sed in persona hois mundani summe probat: nec est improbanda sententia, si bene viuere & lætari dixerimus: qui sine morsu conscientiæ non erroneæ viuunt qui soli vere læti viuere possunt. Vita. s. humana, properat. i. festinat ad mortem, cursu citato. i. agitato & festinato, & rota anni præcipitis. i. cito decurrētis, vertitur. i. reuoluit̄, die. i. tempusculo, volucri. i. velociter auolāti. Sorores. s. inter se deæ fatales quæ parcę a partu in quo fata mortalibus diuidunt aut q̄ nemini parcant dicunt̄, Clotho. Lachesis Atropos duræ, quia inexorabiles, peragūt. i. ad finē agūt, hoc est absoluūt cito, pēsa i. materiam vitę, quā nere fingūtur: vnde, Clotho fert pensum, Lachesis trahit, Atropos occat. i. abrūpit filū vitæ. nec reuoluunt retro. i. retrorsum, fila sua, quia nemini datur ad iuuentam redire. Flacc. Damna tamen celeres reparant cælestia lunæ. Nos vbicq; decidimus. At. i. q̄uis vita hominis sit breuis, incerta, & irreparabilis, nisi per resurrectionem in nouissimo die quā poeta ignorauit, gens hominum fertur obuia fatis rapidis. i. morti festinæ & rapaci, incerta sui. i. de se, quem exitum habitura sit. Nos quærimus vltro. i. non coacti violē-

tia fati aut necessitate moriendi, vndas stygias.i.descensum in mortem.o Alcide.i.Hercules pectore forti.i.
qui habes pectus forte, tu properas nimium visere manes mœstos.i.nimis festinas ad inferna descendere ad
huc viuus cum satis fuerit mortuum eo descendere. Parcæ.i.deæ fatales, mortis & vitæ scd̃m poetas arbitrę,
veniunt ordine certo: quia a dijs statuto: vnde Maro. Stat sua cuiq; dies breue & irreparabile temp⁹ Omnib⁹ ē
vitæ. Et Iob. Constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. dicunt tamē posse preuenire, alioqui fata=
li morte moreremur omnes. Nulli iusso.i. cũ migrare a deo iussus fuerit, licet cessare.i.diuti⁹ immorari. Nulli
licet proferre.i.extendere diem scriptum.i.prędefinitum.

TVrbine. Hæc scæna scribitur versu anapęstico & dicit̃ versus dimeter computatis duob⁹ pro vno. BERN.
potest habere spondęum & dactylũ: & aliquãdo nullum anapęstum: & tamē dicit̃ anapęsticus, seu
pindaricus: quia eo vsus est Pindarus. Hic introducitur chorus Thebanus de imbecillitate huma=
na & varietate fortunę loquens q̃ maxime in viris magnis ludit. Nesciũt homines vti hac vita q̃ cũ
tam breuis sit deberemus optare quietē: sed aliqui laborando auidissime instant diuitijs: alij ambitioni intenti
sunt: & sic nunq̃ quiescũt miseri homines. Sunt duę passiones q̃ tanq̃ tyranni hoies agitant.s. spes & metus.
spes in plurali est expectatio futuri boni: & hęc impellit nos ad patiēdum multa. Sollicite.anxie expectando:
quia vt dicit Aristo. omne quod differt̃ affligit aim. & vt diffinit Cice. in Tus. Sollicitudo est animi ægritudo
premens. Errãt. vagantur: quia homines in multis sperant etiã caducis. Magno tur.magna confusione. nam
turbo ventorum reuolutio impellens cum fulmine quod interdum solum turbo appellatur veniens cum ma
gno fragore. Vergilius. Turbine cor. sco. infi.a. Metus. de futuro malo. Trepidi, trementes. Interdum trepi=
dare est festinare. Vergi. Ne trepidate meas teucri defendere naues. Ille. ecce q̃ bene & publice exprimit miserã
hoim cæcitatem. Ille. alius. Colit, obseruat. Expers som. perpetuo vigilans. Aditus, ingressus vt possit adire
regē & consequi quod cupit. Superbos. plenos fastu. Duras, nimis difficiles. Hic.i.alius. Inhians, auidus ha=
bendi. est proprie inhiare aperto ore nimis intentus alicui rei instare. Componit. quasi in vnum ponit id est pa
rat. Interdum componere est litem dirimere. Vergi. Non nostrum inter vos tantas componere lites. aliquãdo
componere est cõparare. Idem. Sic paruis componere magna solebam. aliquãdo cõiũgere. idē. Cõponensq;
oribus ora. aliquando est ornare. idē. Dulcis cõ. spira. cri. au. Opes. q̃ sunt ad magnificentiã. diuitiæ potius ad
necessitatē. Beatas. nunq̃ satiantes. Nullo fi. nullo termino nec modo aut satietate. Homines beati nõ diuitię
dicũtur ab habendo qui habēt qđ cupiũt. sed qui plura quęrũt nõ sunt beati qui nunq̃ implent̃: vt Iuuenalis
Crescit amor nummi quãtũ ipa pecunia crescit. Gazis. Persicũ est verbũ.i.diuitijs. Paup. qñ nõ est cõtentus:
quia vt dicit Cicero in paradoxis animus non arca diues appellari solet. Congesto au. accumulato in thesau=
rum. Illũ, aliũ. alius ambitiosus & honoris cupidus omnes curas suas in adipiscēdis honorib⁹ ponit. Attoni
tũ, stupefactũ quasi tonitru afflatũ & percussum, quia nescit interdũ ambitiosus quid faciat. Mobile, incertũ
& variũ. Vulgus. ignobilis plebecula. Tollit, leuat. interdũ est nutrire. Terentius. Nam quicquid peperisset de
creuerũt tollere. aliquãdo remouere. Verg. Tollite cuncta inqt. Tumidũ illũ. falsa opinioẽ inflatũ. Aura in.i.
fauore icerto. Aura dicit̃ color auri fulgēs. inde p metaphorã fauor populi: vñ Aurarij q̃ captãt auras popu Aurarij.
li. aliquãdo aura dicit̃ leuis ventus. Hic, alius. Ecce varietatē vitæ: alter ponit totũ studiũ suũ in orandis causis
q̃ plerũq; solent esse patrono pniciosæ. Fori: iudicialis. Forũ locus quo res vęnales ad vēdēdũ ferunt̃. vt fo=
rum holitoriũ: & boariũ. a ferendo dictũ vt placet Var. aliud forũ iudiciale vbi causæ agunt̃: siue a ferēdo etiã
dictum q̃ quisq; iura sua ferat: siue a Phoroneo rege argiuorũ qui primus forũ inuenit. vt habetur digestis
de ver. sig. In plurali fora. & fori, in alia significatione tabulata sunt ad speculandũ: & etiã sedilia siue trãstra na
uium: vt Vergi. in. vi. æneí. Laxatq; foros si. ac. al. Clamosi. pleni clamoribus. Vęndens. quia patronus pecu=
nia cõductus cãm agit. Iurgia, cõuicia. Rabida, acerba. inde a Marco Var. patroni causarum appellant̃ rabulę
a rabie conuitiandi. Improbus. ille causidicus insatiabilis. Locat. ad pretiũ dat. inde locatio dicit̃: & titulus est
digestorum locati & conducti. Iras & ver. quia videtur iratus contra aliũ: & vult q̃ soluas iras & verba sua. No
uit. bona est sentētia. Pauci sunt qui sciãt frui vita: & qui cognoscãt verã quietē. Secura. sine anxietate. Quies,
vitæ pacatio. est hypallage. verte casus. Qui. pauci. Memores, recordantes hanc vitã esse tam fugacē. Aeui.
ætatis. Velocis, cito currentis. vt Oui. Labit̃ oc. fugitq; vola. æ. Tenēt, sciant. Dum fa. si.i. dũ ducim⁹ vitã. Fa
tũ dixit Pla. i Ti. naturã quãdam de creatore pendentē. post vniuersi naturam, & aias hoim pductas ætheréis Fatum.
vehiculis iñctas exposuit: tñ his leges fatales aperiri narrat.s. seriē atq; ordinē rerũ quē creator constituit, atq;
conseruat. hic ordo est necessarius: sed ista necessitas: quasi oia per vim trahat: adimatq; vitæ nostræ libertatē
arbitrii quo possumus euitare: & puidētia declinare. vnde erit immobile: & puidentia mobilis. Viuite be.i. sine
vlla cupiditate. qđ sine virtute fieri nõ põt: vt vult Cice. Citato, accelerato. Volucri. cito volanti. Rota.i. reuo
lutio: p metapho. Durę.i. inexorabiles. Sorores. parcæ. Clotho, Lachesis, & atropos. Clotho colũ baiulat. La
chesis filat. Atropos occat. hę vitã nostrã ducere dicunt̃: diceñte Mar. in primo. Lanificas nulli tres exorare pu
ellas Contigit: obseruãt quē statuere diē. interdũ pro dispositione superũ capiunt̃ ab auctorib⁹. Quare latine
parcę dicunt̃ teste Gellio li. iii. no. act. ex Var. vna lr̃a mutata a partu. Peragũt, deducũt ad fi. Pēsa, stamina. a
pēdo pēdis: quibus scribunt̃ vitã nostrã ducere, & finire. Retro vo. qa transactũ nunq̃ reuertit̃: ergo dũ vos
habetis tp̃s fruimini eo qđ nũq̃ reuertet̃. At gens. sed stulti hoies nõ cognoscētes vitã suã vadunt p maria &
subiiciũt se mille periculis: & sic vadũt obuiã. Fatis.i. morti. Rapidis, velocibus: quia mors cito venit. Stygi
as vl.i. sponte. Querimus vn.i. vadimus ad mortē. Nimiũ alci. cõuertit se chorus ad Her. di. O Hercules quid
facis? quid descēdis ad iferos añ tp̃s? Pectore.i. aio. Propas, festinas. Visere ma. inferos. scd̃m Acro. sunt dij
boni: nam manũ bonum significat vñ mane est dictũ. Ser. per antiphra. putat manes deos dictos inferos qa Manes.
nõ sunt boni. idē alibi dicit manes esse aias exutas corporib⁹. adiũgit alios q̃ credãt manes a manãdo.i. fluen
do dici: eo q̃ plena ipsis sint oia inter lunarē terrenũq; circulũ. interdũ ponunt̃ pro poenis. vt Ver. in. vi. q̃sq;
suos patimur manes. Mœstos. ergo infernales vbi est perpetua tristitia. Parcę. illę deę dant mortē. Veniũt. ad
nos. Ordine cer. fixo. qa statutus est terminus cuiq;. Cessare. nõ potest tardare aliquis quãdo parcę iubent eũ
mori. Proferre.i. prolongare. Diem, mortis. Scriptum, terminatum. vnde Mar. dixit parcas esse librarias &
scriptrices superorum.

DAN. ℭ Turbine. Ridet inania hoim vota:& caducas spes: & cõtra insanũ vulgi paradoxon ostẽdit quicqd in hac vita appetitur fluxũ esse & fragile extra solã virtutẽ. Loquit̃ chorus: & carmen iambicum dime. hypercata. in dissyllabo. Ille. ambitionẽ taxat & auaritiã eorum q mane egredientes diuites salutabãt & appellabãt reges & dños vt ait Mart. ad Ceci. & Bassum: & multis in locis. Iuuen. ait. Miseros. carpit Curiales. Fori. a cõtẽtionibus forẽsibus cauẽdũ esse in primis monet Exiodus Persam fratrẽ: siquidẽ breui & rẽ & vitã hois destruunt. ὤρη γὰρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε. Dũ fata si. audax & magnifica sentẽtia: omniq; obseruatiõe nõ indigna: quippe ad animi securitatẽ inuitat cõtẽpto vitio. hoc enĩ est viuere bis, vita posse priore frui. hinc facundissimus poeta Martia. Iuliũ sodalẽ inuitat ad otiũ & virtutẽ cũ voluptate. Non bene distuleris videas qd posse negari: & ducas qd fuit esse tuũ. & ad. Q. Fabiũ. Properat viuere nemo satis: & alibi. Viue velut rapto fugitiuaq; gaudia carpe. Perdiderit nullũ vita reuersa diẽ. & Persius. Discite o miseri & causas cognoscite rerũ. Quid sumus &c.

Recipit populos vrna citatos.
Alium multis gloria terris
Tradat: & omnes fama per vrbes
Garrula laudet: cœloq; parem
Tollat & astris: alius curru
Sublimis eat: me mea tellus
Lare secreto tutoq; regat.
Venit ad pigros cana senectus
Humiliq; loco: sed certa sedet
Sordida paruæ fortuna domus.
Alte virtus animosa cadit.
Sed mœsta venit crine soluto
Megara paruum comitata gregem:
Tardusq; senio graditur Alcidę parens.

ASCEN. ℭ Vrna. s. qua cineres cõbustorũ condi solebant: vñ ab vrendo nomen sumpsit: hoc est sepulchrum, recipit oẽs citatos. i. vocatos ad mortẽ. Permitto. sup. aut volo, vt gloria tradat. i. notũ faciat aliũ multis terris: & vt fama garrula laudet per oẽs vrbes: & tollat. i. extollẽdo faciat parẽ cęlo & astris. i. fama sup ęthera notũ: & alius eat sublimis curru. s. triũphali: tellꝰ mea. i. patria q̃ me genuit, tegat me lare secreto & tuto: vt sit occlte & secure viuẽs. Senectus cana. i. canos inducẽs, venit ad pigros. i. q ad eã ire recusant aut q i otio sunt: & humili loco. i. ad eos q in humili versantur loco: sed fortuna. i. cõditio sordida. i. inculta domus paruæ sedet certa. i. tuta & secura: virtus animosa cadit alte. i. ab alto gradu. Sed. q. d. vt ad rẽ ceptã redeã, Megara vxor Herculis, venit mœsta, ob Iunonis iniuriã, crine soluto: vt solent mulieres in summa rerũ desperatione: comitata. i. secũ ducẽs aut seqns paruũ gregem. s. natorum: & parens. i. pater Alcidæ. i. Herculis Alcei nepotis. s. Amphitryo graditur tardus senio. i. ob senium.

BERN. ℭ Vrna. vrna. i. sepulchrum vbi cineres mortuorũ condunt̃: vl' vrnã intellige iudicium inferni qui per sortes ex vrna tractas iudicia faciunt dãnatorũ apud inferos: vt Vergi. in. vj. Vrnã mouet ille silẽtũ. Populos cita. vocatos, qa cui acciderit sors illa ex vrna tracta, opus est vt vadat. a cio cis a quo accire deducitur hoc est aduocare & accersire eiusdẽ significatiõis: & de accire. a cio fit etiã cito citas quod est voco. Cice. Citat eũ nõ respõdet. Procire est aũt petere. Liuius. Matrẽ ꝓcitũ venerat: habetq; penul. syl. cor. qñ est ꝓducta significat irritũ atq; ruptũ: inde iuriscõsulti irritũ testamẽtũ ꝓcitũ dicũt. ꝓcitare idẽ est qd ꝓuocare: & idẽ significat ciere a cieo. Vergi. Lachrymasq; ciebat. Aliũ. iõ cõcludẽs chorus dicit. nolo sequi istas anxietates: alij parẽt gloriã. satis mihi est viuere meo paruo. Tradat. vt cognoscant̃ per varias terras. Curru. s. triumphali. Mea tel. i. patria. Lare. domo. Secreto. vbi nõ sim multũ cognitus: iuxta illã præclarã sniam Oui. in tri. Crede mihi bñ q latuit, bñ vixit: & intra fortunã debet quisq; manere suã. Tutoq; te. versus hic cõstat ex primo spondęo & secũdo tribrachio. Venit ad pig. ad desides, & hoĩes vmbratilis vitæ. nullus venit ad senectutẽ q vult conse q magna & ardua, qa cito moriũt̃ subeũtes mille pericula. Cana. ab effectu: qa habẽt senes albicãtes & canos capillos. Humiliq; lo. vili & obscuro loco qd cõtrariũ euenit cupidis honoris: & regibꝰ q raro moriuntur sine vulnere. vt Iu. Ad generũ Cereris sine cæde & vulnere pauci Descẽdũt reges: & sicca morte tyrãni. Sed cer. se. i. manet sine periculo. vt Hora. in Odis. Viuit̃ bñ paruo: cui nitet in tenui mensa purũ & sine labe salinũ. Fortuna, cõditio. Sordida. sine apparatu & ignobilis: in ea significatiõe apud Hora. legit̃. Iudice te nõ sordidꝰ auc-

Domus. thor. sordidus aliqñ sordibus plenus. Paruę do. tenuis familię. Domꝰ aliqñ familiã significat: vt domꝰ Cornelia. aliqñ patriã. Verg. Da ꝓ. tym. do. da mœ. fessis. aliqñ habitaculũ. Verg. Ast vbi iã patrię peruẽ. ad li. se. antiquasq; domos, aliquãdo templũ. Iu. Añ domũ ve. quã do. sustinet anchon. itẽ brutorũ lustra domos appellamus. Vergi. Antiquasq; domos volucrũ. Alte ca. q quęrunt res altas, altius cadunt & grauius. Sed mœsta. dat locum sequenti scænæ: quia dũ loqueretur venit Megara vxor Herculis cum filijs suis paruis & amphitryone mœsta tota: & capillis sparsis. Comitata. seques. Par. gre. filios paruos. Parens, Amphitryo. Alcidæ. Herculis Alcei nepotis.

DAN. ℭ Me mea tellus. Sapiẽtissimus quisq; eo debet esse contentus quod satis est. in minimis enĩ gaudet natura, Cice. testante. in hanc sententiam cadit. Me domus &c. Tecta iuuant &c.

Actus secũdus Trimetri Iãbici. Megara.

O Magne olympi rector & mũdi arbiter
Iã statue tandẽ grauibꝰ erũnis modũ
Finemq; cladi: nulla lux vnq̃ mihi

ASCEN. O Magne olympi rector. Metrũ est quale vltimũ oĩm precedẽtis chori trimetrũ iambicũ. Loquitur primũ in hoc actu Megara (caue dicatur megera) Herculis vxor ægre ferens tot mala eius cum sit tanta virtute preditus. vñ cũ sit melioribus dignus & meliora speret de

Secura fulsit: finis alterius mali
Gradus est futuri: protinus reduci nouus
Paratur hostis: anteq̃ lętam domum
Contingat: aliud iussus ad bellum exeat:
Nec vlla requies: tempus aut vllum datur
Nisi dum iubetur: sequitur apprime statim
Infesta Iuno. nunquid immunis fuit
Infantis ætas? monstra superauit prius
Q̃ nosse posset. gemina cristati caput
Angues ferebant ora: quos cõtra obuius
Reptauit infans: igneos serpentium
Oculos remisso pectore ac placido intuens
Arctos serenis vultibus nodos tulit.
Et tumida tenera guttura elidens manu
Prolusit Hydrę. Męnali pernix fera
Multo decorum præferens auro caput
Deprensa cursu est. maximus Nemeę timor
Gemuit lacertis pressus Herculeis Leo.

eo grauissime torq̃bit. vbi furore correptum intelliget. id aũt proprium Tragœdiæ vt ex lætis ad tristia tendat. Ordo est. O. s. Iuppiter magne rector olympi. i. cæli, & arbiter. i. ex arbitrio iudex mũdi. s. totius, statue. i. cõstitue, define: iã tandẽ modũ. i. finem: ærũnis grauibus. s. Herculis: & statue finẽ cladi. i. calamitati ei᷒. Nulla lux fulsit mihi vnq̃ secura. i. in nullo die fui vnq̃ secura. i. separata a curis. finis alterius. i. vnius vtpote prȩteriti mali. i. aduersitatis & laboris, est grad᷒. i. mediũ veniẽdi, sicut munire gradũ est prȩparare viam, futuri. s. mali: nouus hostis paraẽ protinus. i. illico sup. Herculi reduci: id est redeunti & reuertenti in patriã: quia anteq̃ cõtingat domũ. s. suã, lętã ob aduentũ ei᷒ si perueniret iussus sup. est, sup. vt exeat ad aliud bellum (alij legunt, meat vt sit meat iussus ab Eurystheo aut Iunone: ad aliud bellũ anteq̃ cõtingat domũ lętã) nec vlla requies aut vllũ tp̃s daẽ: nisi dũ iubeẽ. s. ad nouũ bellũ ire. Iuno nouerca eius sæua, apprime infesta. s. illi. i. vim inferẽs, sequiẽ. i. psequiẽ eũ statim. s. ex quo natus est. Nunquid ætas infantis. i. qua adhuc infãs fuit, fuit immunis. s. a malis? q. d. minime. quia ip̃e supauit prius mõstra, vtpote angues immissos a Iunone in cunas ei᷒ anteq̃ posset. s. p ætatẽ, nosse sup. ea. angues cristati caput. i. habentes cristã in capite, ferebant. i. extollebant gemina ora: aut vterq; suum, aut vterq; duo: nã septena repta sunt: cõtra quos infans cum ingredi adhuc nequiret reptauit obuius, & intuẽs pectore remisso ac placido sup. ente aut manẽte, igneos. i. ardentes & rubros oculos serpentiũ, tulit. i. sustinuit nodos. s. serpentiũ, arctos. i. cõstrictos ad corpus suũ, vultibus serenis. i. nulla turbatione motis: & elidens manu tenera, guttura tumida. i. inflata, prolusit. i. pludiũ seu prȩludiũ fecit hydræ. i. specimen dedit pugnȩ quã esset gesturus cũ hydra serpẽte aquatili in Lerna palude: cui vno absciso capite gemina renascebaẽ: donec igni exussit: vñ sunt qui p hydrã paludẽ agrũ vastantẽ intelligant, quã igni exiccarit. Fera mænali. s. montis arcadię, hoc est cerua, auratis cornibus & æreis aut potius aereis. i. volucribus pedibus: nã vt inquit DAN. q̃ pnicitas sit in ere? verũ soliditas esset & firmitas in cursu. legam tamẽ cũ grãmaticis sexto æneí. aeripedẽ nõ æripedem per syneresim. Leo maxim᷒ timor nemeę. s. syluæ gemuit pressus lacertis Herculeis, speciose dictum.



O Magne. Secũdus actus de lamentatione Megarę, de laboribus Herculis: & habet aliã partẽ de conso. Amphi. ad eã. Tertio violẽtia Lyci q volebat Megarã in vxo. postea poniẽ chorus q̃ semp cãtatur in fine actus. Versus talis est, vt in prima Scęna, iambi. Stilus est dramati. in quo introducũtur loquentes: & author tacet: & pprie est Tragœdię & comœdię. Dramata latine dici pñt actus: ibi eñ res videẽ agi, nõ narrari. O magne re. & ar. o Iuppiter q sup oĩa potestatẽ habes. Arbiter iudex diciẽ nõ a lege datus sed ab his qui litigant electus qui totius rei habet arbitriũ & facultatẽ: dictus ab arbitrãdo. Arbitrari eñ est existimare. hinc arbitriũ qp arbitriũ sentẽtiam significat: aliqñ opinionẽ: vt oĩa pro arbitrio suo facit. i. pro ut sibi videtur. Statue. impone. Modum. finem. Ærũnis. laborib᷒ mariti mei. Ærũna pprie est labor corporis. Grauibus. difficilibus. grauis diciẽ ponderosus: inde per translationẽ dicimus virũ grauẽ plenũ auctoritate. aliquãdo diciẽ grauis molestus. Iu. Iam grauis es nobis & sæpe emungeris. Itẽ amarũ signat. Lucre. Abrotanoq; graues & tristia centaurea. aliquãdo etiã grauis grauidus dicitur. Vergi. Marte grauis geminã partu dabit Ilia plẽ. Lux. dies. Secura. sine metu. Finis. cũ finiuit vnũ laborẽ statim iubeẽ ad alium. Est gra. est quasi via ad alium. gradus eñ sunt ex quib᷒ scalæ constant: & per quos ad ædificiorum altiora conscenditur: a gradiendo. i. eundo dicti: qp per eos eaẽ. Verg. Aerea cui gradibus surgebant limina. Gradus etiã diciẽ quædam firmitas standi: vt Cice. Nec tumultuãtes de gradu deijci. Grad᷒ cognationis Pau. iuriscõ. dictos putat ad similitudinẽ scalarũ: quos ita ingrediunẽ: vt a proximo in proximũ veniamus. Reduci. reuerso. pprie dicũtur reduces q reuersi sunt incolumes ex aliquo periculo: vt Verg. in primo æneí. Anteq̃ cõ. veniat domũ: remittitur ad aliud periculũ. Dũ iu. i. interea tñ requiescit dũ mandaẽ ei periculũ: & eius cõditio narratur. Infesta. inimica. Infestus actiue ad persecutionẽ alicuius. passiue diciẽ locus infestatus a latronibus. Apprime. valde. iũgitur cum adiectiuis. Nunquid. incipit narrare pericula eius. cũ nat᷒ esset Her. ad eũ necandũ misit Iuno duos serpẽtes quos i cunis puer intrepidus interemit: vt Oui. in epi. Vt geminos eliseris angues: Cũ tener in cunis iam Ioue dignus eras. Immunis. q. d. nõ: nõ fuit sine periculo & labore. Nosse. p noscere infinitiuus per syncopã p geminũ. ss. quãdo est impatiui scribiẽ p sc. Cristati. synecdoc. habẽtes capita cristata. Reptauit. Repere dicunẽ animalia q̃ pedes nõ habent: & vẽtre gradiunẽ: vt serpentes & vermes: q̃ a repẽdo dicũtur reptilia. p metaphorã etiã dicunẽ ea q̃ exiguos pedes habẽt vt lacertę: & ab hoc fit repto frequẽtatiuum: iõ Her. infans,

BERN. Arbiter. Grauis. Gradus. Reduces. Infestus. Repere.

reptauit traxit se quodā modo ad ipsos serpentes. Igneos. flammeos. Remisso pect. i. animo non timēti: vñ remissos ociosos quādoq; vocamus: & remissam orationē q̄ est sine contētione & apparatu: vt ait Cice. Tulit dissipauit. Ferre aliqñ est portare. Verg. Vix illū fa. &c. Sed Caius iuriscon. ferri ea proprie dicit q̄ nřo corpore gestamus: portari vero ea q̄ iumento nobiscū ducimus: agi q̄ animaliū sunt. ferre aliqñ ostētare. Vergi. Captiuo vt se ferret in auro. Itē dicere. Verg. Scelus expēdisse. merentē Laocoōta ferūt &c. Item ducere. Idem. Hęc via tartarei q̄ fert Acherontis ad vndā. Itē pati significat. Mar. Nā tantos togo quis ferat labores &c. itē cupe. Oui. In noua fert animus. Nodos arctos, strictos. Serenis. ridentibus quasi nō curaret. Elidens. strāgulās: ne eliderec̄ turba. apud Vale. Ma. i. ne stringendo multitudine premerec̄. Tumida. inflata veneno. Prelusit. Preludere. qñ vnus vult pulsare citharā primo tentat chordas: & illud qđ primo sonat, vocac̄ prēludere. inde dicūtur p̄ludia q̄ añ verū certamē fiūt. ita Hercules fecit prēludiū interficiēdo istos angues: vt melius auderet post ea interficere hydrā de qua dicemus inferius. Mænali. montis arcadiæ vbi erat ceruа velocissima habens cornua aurea: & pedes æneos. Eurysthe⁹ iussit eā cursu capere. Fera. ceruа. Pernix. velox. Antiq pernā appellañt posteriorē partē calcis: inde pernio morbus dicic̄ qui in ea parte pedis nascic̄: & pernicitas velocitas vocac̄. Maximus ne. Her. duos leones interfecit. primū cū esset adolescēs & inermis apud Teumesum oppidū paruum in Thebanis finibus: vt Sta. Illius in speciē quē p Teumesia tempe Amphitryoniades fractū iuuenilib⁹ annis Ante Cleonæi vestitur prēlia monstri. Hic Leo a Ioue dicic̄ in cælū translatus: vt gloriæ Herculis cōsuleret q eū inermis occiderat: & q hæc erat prima Herculis adolescentis certatio. Higinus tñ dicit aliū fuisse: quem tradit a Luna iussu Iunonis in terra arcadica, & regiōe Nemeę educatū: & deinde in exitium Her. dimissum: quē Hercules iussu Eurysthei claua quā a Molorcho hospite accepat, iterfecit. Itaq; postea claua pro gladio, & pelle pro scuto Herculē vsum fuisse. Leonē vero a Iunone inter sydera relatū fuisse. Nemea sylua inter Cleonas: & Phliūtē: in qua argiui ob Herculis memoriā Nemęa sacra celebrare cōsueuerunt: q ibi Hercules susceptus hospitio a Molorcho pastore iuxta habitante: cū Leonē interfecit. Cleone est mediocre oppidū distans ab argis. cxx. stadijs. Phlius est medio Sycione argiuæ terrę. Leo, appositiue, Maximus timor Nemeę. s. regionis nam Nemea tota illa regio etiā appellac̄. Gemuit. gemere ꝓprie est pectore cū prę angustia in sonū ꝓrumpit: ergo etiā bruta sub pondere gemunt: & etiā inanimata: vt Verg. Gemuit sub pondere cymba.

Ferre. Preludo. Pernix. Pernio. Leones duo. Cleone.

DAN. ¶ O magne. metro iambico trimetro Archilochio hypcatalectico mō: modo acatalectico inscribitur hic secundus actus. in quo Herculis absentiā deplorat Megara & Lyci infestatiōes in se. hanc cōsolac̄ amphitryō. primū itaq; Herculis deplorat ęrūnas vbi per transitū gesta Herculis enumerat. quę Mart. & Ausonius elegātissimo carmine ꝓsequūtur. Diodo. inter. xij. nō commemorat Anthei certamē. Megara nō megęra dicta est vxor Herculis: filia Creontis, Home. attestante in. xj. Odyssęę: καὶ μεγαρη κρειοντ. Pernix fera. ceruа in Męnelo ab Hercule superata cursu, nō habuit pedes æreos sed aerios. & q Vergi. Aeripedē appellet est per Syncresin conglutinatio facta. quæ eni fuisset æneis pedibus pernicitas?

ASCEN. ¶ Quid stabula &c. Prosequic̄ reliquos labores & facinora memorabilia Herculis dicēs. Quid memorem stabula dira in quib⁹ erant equi feri humanis carnib⁹ vescentes, gregis Bistonij. i. Thracij a pte totū accipiēdo, hoc est Diomedis: & regē. s. Diomedem supatū ab Hercule, datū pabulū. i. in pabulum suis armentis. i. equis? q. d. non op⁹ est cum sit notissimum. Et sup. quid memorem suē. i. aprū Męnalium. i. in Mænalo monte grassantem hispidum. i. hirsutum & asperum. s. setis, solitum in densis iugis Erymanthi. s. mōtis arcadiæ, quatere. i. concutere, nemora arcadia. i. arcadica? & sup. quid memorē taurū non leuem, immo grauē metū, centū populis. i. nationibus nedū hoībus? q. d. frustra ista cōmemorē cū maiora fecerit. Nā pastor triformis s. Geriōes tricorpor, vt Ber. explicat, littoris cartesij. i. qui gregem pauit aut habuit apud Carteiā gręce Carteson oppidū Hispanię littorale seu maritimū, perēptus sup. ē ab Hercule, inter remotos greges gentis Hesperiæ. i. Hispanę. Bene cōmuni vsus est vocabulo: vt ad greges populi & armētorum applicari possit: nam tris fratres cum auxilijs strauit. ꝓda. s. boum acta. i. abacta est ab occasu vltio. i. infima parte Hispaniæ vbi fines terræ dicūtur. Cytheron mōs Boeotię Baccho sacer, pauit. s. postq̄ Hercules abegerat, pecus notū Oceano. i. pasci solitū in littore Oceani atlātici. Et sup. Hercules missus. s. ab Eurystheo imperio Iunonis, penetrare plagas. i. regiōes solis æstiui. i. ad torridam zonā vbi sol plurimū æstuat: & pro. i. regna adusta. s. sole: q̄ dies medius. i. sol in meridie torret. i. desiccat &

Quid stabula memorē dira Bistonii gregis:
Suisq; regem pabulum armentis datum?
Solitumq; densis hispidū Erymanthi iugis
Arcadia quatere nemora Mænalium suem?
Taurumq; centū non leuem populis metum?
Inter remotos gentis Hesperiæ greges
Pastor triformis litoris Cartesii
Peremptus: acta est prēda ab occasu vltimo.
Notum Cytheron pauit Oceano pecus.
Penetrare iussus solis ęstiui plagas
Et adusta medius regna q̄ torret dies:
Vtrinq; montes soluit abrupto obiice.
Etiam ruenti fecit Oceano viam.
Post hęc adortus nemoris opulenti domos
Aurifera vigilis spolia serpentis tulit.
Quid sęua lernæ monstra numerosum malū?
Non igne demum vicit? & docuit mori?
Solitasq; pinnis condere obductis diem
Petiit ab ipsis nubibus Stymphalidas.

vrit,ſoluit mõtes.ſ.obſtãtes Calpen & Abylã, vtrinq; .i.ab vtraq; pte,quaſi vtraq; manu,obice.i. obſtaculo obiecto a natura rupto:& fecit etiã Oceão ruenti.i.pcipitãter fluẽti: vñ ab Okys qd eſt velox dicit, viã.i.trãſitũ inter colũnas ſeu rupes illas interruptas. Poſthęc ipſe adortus.i.quaſi p inſidias iuadẽs, domos.i. mãſiões, habitacula,aut penetralia,nemoris opulẽti.i.hortoꝝ Heſpidũ,tulit.i.abſtulit.ſ.ide ſpolia aurifera.i.aurea mala,ſerpẽtis vigilis.i.cuſtodiri ſolita a drachone puigili.Quid:modꝰ ẽ interrogãdi,nõ.i.nõne,herc. vicit demũ igne mõſtra ſeua lernę.ſ.paludis hoc ẽ Hydrã appoſitorie numeroſũ malũ.i. in quibꝰ multiplex erat malũ qa vno capite amputato ſubnaſceba n t gemina: & ſup.non.i.nonne vicit demum igne:& docuit mori.ſ.Hydrã q̃ ppetuo victura videbatur:q.d.maxime:& petijt.ſ.ſagittis.i.fixit,ab ipſis nubibꝰ.i.quũ volarent alte: Stymphalidas.ſ.aues,ſolitas condere.i.abſcõdere,diẽ.i.lucẽ ſolis pinnis.ſ.alarũ ſuarũ quas pẽnas vocamus,obductis.i.extenſis contra radios ſolis.

¶Quid ſta.Hercules Diomedẽ Thracię regẽ dirũ hoiem,q equos ſuos aduenaꝝ carne i Tyrida Thracię oppido paſcebat, occidit:eũq; iumẽtis ſuis epulãdũ appoſuit. Oui.addit etiã equos fuiſſe ab eo perẽptos i.ix.li. meta. vbi Hercules ait. Quid q Thracis equos humano ſanguie pigues Plenaq; corpibꝰ laceris pſepia vidi. viſaq; deieci dñmq; ipſoſq; pemi. Quid me. qd dicã. Biſtonij regis. Diomedis Thraceſis.Biſtones ſũt populi Thraciæ. Biſtõis ſtagnũ & regio a Biſtone rege Thraciæ cognominata.Oui. Et tuta a bello Biſtonis ora fuit.hinc Biſtonius deducit. Pabu.paſtũ. Solitũq; ſup.quid memorẽ.Hercules aprũ miræ magnitudinis arcadicũ agrũ vaſtantẽ occidit: vel vt quidã ſentiunt viuũ cepit:& Euriſtheo detulit. Dictus eſt hic aper Mænaliꝰ a Mænalo monte arcadiæ. Iugis.i.collibus Erimanthi:mons eſt in finibus Arcadiæ & ſylua & fluuius eiuſdẽ nominis in Alpheum defluens: vt Plynius lib.iiij.natura.hiſto. Dẽſus,ſyluoſus,quia ibi ſint ſylue. Vergi. v. ęnei.Vt quõdã caua cõcidit:aut erimãtho: Aut Ida i magna radicibꝰ eruta pinꝰ. Taurũq; ſup.iterũ qd memorẽ taurũ.Hercu.taurũ ferociſſimũ oẽm Atticã vaſtãtẽ interemit.Oui. Vos nemanꝰ validi pſſiſtis cornua tauri.Nõ le.i.magnũ. Leuẽ prima correpta ſine põdere dicimꝰ. Ver. Añ leues ergo paſcẽtur in æthere cerui.& per trãſlationẽ dicimꝰ hoies leues q facile mutant: grauitateq; carẽt.Oui. Tu leuior folijs.eodẽ mõ dicimus res leues in qbꝰ nullũ eſt momẽtũ. Prop. Et leuibꝰ curis multa perire bona.Qñ habet primã pductã politũ ſignificat. Prop.Charior ẽ auro iuuenis cui leuia fulgẽt Ora:nec amplexus aſpa barba terit. Et qm leuia ſunt lubrica,dicimꝰ etiã leue lubricũ.Verg. Raucũ p leuia murmur ſaxa ciẽs.hinc leuigare dicimꝰ.i. politũ facere. Interre.Her. Geryonẽ aduerſus ſe venientẽ bello ſupauit.ſublatũq; ei egregiũ pecus abduxit in Gręciam. hũc fabulæ ferunt trigeminũ fuiſſe hoc eſt triplicis naturæ:alij triformẽ. Heſio.triplicem hoc eſt trium capitũ:& fulguris filiũ.ſed veritas hiſtorię habet Geryonẽ in Hiſpania regem fuiſſe:duoſq; habuiſſe fratres ſimili modo Geryones dictos:tãta inter ſe cõcordia vixiſſe:vt qñ tres eſſent, vna oẽs regi aula viderent. In his locis quibꝰ imperabat,tantã pabuli lętitiam eſſe: vt niſi per abſtinentiã impedita ſagina fuerit : pecora corrũperent : hinc armenta Geryõis in quibꝰ ſolis ea tempeſtate opẽs æſtimabant tantæ famæ fuiſſe: vt Herculem ex Aſia magnitudine pdæ attraxerit. Gentis he.i.Hiſpaniæ dictæ ab Heſpero ſtella verſus occidentẽ in vltimo loco. Paſtor,Geryon. Littoris car. Carteſiũ litꝰ Hiſpanũ appellat:in quo freti anguſtiæ ſunt. Carteia oppidũ eſt: Carteſua a græcia dicta: de qua Sil. Italicꝰ. Quã tranſuecti olim ex Africa Phœnices habitarũt.a carteſo carteſius deducit. Citherõ,mõs Thebanus. Notũ.o.qd ſolitum erat paſcere iuxta Oceanũ mare in Hiſpania. Penetrare iuſ.alius labor. Her.dicit poſuiſſe colũnas in occidẽte.quia eñ ex Oceano mare noſtrũ intrantibus duo mõtes occurrũt quorũ alterũ in Africa abylã vocant:alterũ in Europa calpẽ:hos quondã iunctos ppetuo iugo fuiſſe finxerũt ſed Her. diremiſſe colles. Aliqui tñ hos mõtes pcul ſpectãtibus geminas columnas videri dicunt & exinde datũ fabulæ locũ. Alij ſic. Tyrijs olim oraculũ ſciſcitantibus reſpõſum fuiſſe vt ad Herculis colũnas Coloniã mitterent:eos autẽ qui ſpeculandi gratia miſſi fuerãt: vbi ad fretũ & ad calpes anguſtias puenere orbis terminos eſſe ratos: quod laborum Her. metæ fuiſſet: Gades ibi occupaſſe:& in altera earum vrbem ad occaſum:templum vero ad orientẽ condidiſſe. hic columnarũ Her.nomen ppagatũ.Quidam colũnas Her. eas eſſe dixerunt quæ intra Her. templũ in Gaditana inſula erant ex ære octo cubitorũ:in quibꝰ ſumptus in cõſtructione templi factus erat ſcriptꝰ. proficiſci vero ad eas ſolebãt: q nauigationẽ abſoluiſſent: Herculi ſacra faciẽtes:& ſic iuuari ſe a deo exiſtimãtes. Ibiq; maris & terræ finẽ eſſe a ſacerdotibꝰ inſtruebant. Mos pterea veterũ fuit colũnas,aut aliquid tale ponere,quo vel fines expeditionum ſuarũ vel res fortiter geſtæ intelligerẽtur:queadmodũ Alexan.ma.in extremis Indiæ colũnas quaſi finẽ indice expeditionis erexit imitatus Her. quẽ forte veriſimile eſt a principio duas colũnas quaſi laborum ſuoꝝ metas poſuiſſe:& poſtq̃ illę vetuſtate defecerunt, vel duobus,quos diximus, mõtibus: vel duabus ppinquis Inſulis nomen columnarum remanſiſſe. Gades q̃uis duæ Inſulæ ſint in ſing.nu. potiꝰ Gadẽ, q̃ gades in plurali appellamꝰ. a quo Gaditanus deducit. Penetrare,intrare. Iuſſus.Her. ab eu. Solis æ.extremi. Plagas,regiões. Aduſta regna.quia Africa eſt ad torridã zonam aduſta, ppter ſolẽ. Soluit,diſiunxit. Obice,obiectiõe.nã obijcere eſt opponere: vnde obiectus.i.oppoſitio cuiuſq; rei,ac etiã verborum dicit:& obex qd pprie ſignificat obiectũ ſeu obiectionẽ cuiuſcũq; rei. Vergi. Intus ſe vaſti Proteus tegit obijce ſaxi. qa peſſulũ ſeraſq; oſtiorũ obijces dicimus. Philoſophi vero obiectũ vocãt quicqd cerni põt hoc eſt quicquid oculis obijcit. Poſt hęc. Heſperides tres atlantis filię licet alij putẽt nõ atlãtis,ſed Heſpi fratris fuiſſe a quo ſũt dictæ Heſpides. iſtę amœniſſimos hortos colere dicebant i Africa iuxta Lixũ Coloniã a Cęſare Claudio deductã. in his auriferũ nemꝰ cũ aureis malis eẽ exiſtimabãt:& cuſtodiri a puigili dracõe: qm Themis dea pdixerat oli futurũ quẽdã Iouis filiũ,q poma eo diriperet: dixiſſe Atlãtẽ pomariũ mõtibꝰ:ne puiũ graſſatoribꝰ foret:penetraſſe tñ illuc Her. ab Euryſtheo miſſum & occiſo dracõe aurea poma inde abſtuliſſe. Luca. Abſtulit arboribꝰ pciũ nemoriq; laborẽ Alcides,paſſuſq; inopes ſine põdere ramos Rettulit argolico fulgẽtia poma tyrãno. Ex eo fabulę datũ locũ putãt,q ibi vt inqt Solinus flexuoſo meatu ęſtuariũ fert e mari, adeo ſinuoſis laterbꝰ tortuoſũ: vt viſentibꝰ pcul lapſus ãguineos fracta vertigine mẽtiat:& quos hortos appellauere circũdat: vñ pomorũ cuſtodẽ interptantes ſtruxerunt iter ad mẽdaciũ fabulãdi. Inſula ẽ Iola q̃ pter Oleaſtros & arã ſacrã Her. nihil aliud habet: vñ appet Herculẽ huc peueniſſe. Idẽ Ply.li.v.na.hi, Alij vero putãt ouiũ greges ibidẽ fuiſſe:q̃ purpureã lanã pducentes ab Her. raptę fuerunt:& cũ μῆλον melõ gręce latine pomum & ouẽ dicimꝰ:occaſionẽ fabulæ de aureis malis dediſſe volunt

Marginal notes: BERN. — Leue. — Geryon. — Carteſus. — Columnæ Herculis. — Obex. — Heſpides Horti earũ.

dicente Oui.li.iiij.me.Mille greges illi totidēq̃ armenta per hærbas Errabāt,& humū vicinia nulla p̄mebat:
Arboreæ frondes auro radiēte micātes Ex auro ramos,ex auro poma tegebāt. Adortus,aggressus. Opulē
ti,pleni auro. Tulit,reportauit. Aurifera spo.i.poma aurea.Quid fæ.Hercules Hydrā occidisse dicit: q̃ Ler
nā arcadię paludē incolebat:vt Verg.li.vj.æneí.Quinquaginta atris immanis hyatib⁹ hydra Sæuior int⁹ ha
bet sedē.dicūt alij eā tria habuisse capita:alij septē:poeta vero.l.id ē multa:numerus finitus p infinito:& succi
so vno crescebāt illi duo,de hac Oui.li.xij.me.plura p̄sequit̃.illā Hercules primo claua inuasit: sed pestifero
afflatu lęsus eandē sagittis aggressus est.quib⁹ vt Hydra læsa solitis latuisset cauernis, lignorū strue cōgesta
cōsumpta est:vñ ibi Seneca.Nū demū vincit igne. Aliqui putāt hoc fictū:quia cū lerna palus frequēter sicca
ret:ac denuo impleret̃ aquis:Hercules dep̄hendit venas terrę incendio posse præcludi:atq̃ postq̃ exhausit eā
ignē adhibuit:& si qua vnda p̄rumpebat obstruxit.hinc mōstro hydrę nomē fabulæ imposuerūt. Solitasq̃.
Stymphalides q̄dā harpyias eē putauerūt sed nō bñ:vt p̄bat̃ ex tragœdia Senecæ Medea, vbi ait. Reliq̃t istas
inuio plumas specu Harpyia cū Zetū fugit:his adijce pennas sauciæ stymphalidas,lernea passæ spicula. Istę
erant aues aq̃ticę ī Stymphalo palude tātæ magnitudis:vt solis radios obūbrare dicerent̃:oēm Arcadiā de=
uastantes.has Hercules sagittis trāsfixisse dicit̃. Stymphalus Arcadię lac⁹ ē a quo Stymphalides. Stympha
lū vero oppidū a ripis lac⁹ distās.l.stadijs:a quo Stymphali⁹ deducit̃. Petijt.s.Hercules:inuasit:& vi & impetu.
Petere. Verg.Quē petit & sūmis adnixus viribus vrget. Petere aliqñ postulare & in bonā ptē, vt salutē amici petit:in
terdū in malā accipit̃ vt hic famā aut caput alterius petit:& qñ habet ablatiuū diuersa significat:vt petere ma
nu ē ducere.Verg.i vj. Tartareū ille manu custodē in vincla petiuit.petere pedib⁹ ē ire. Apulei⁹. Dū pedib⁹ iter
faciēs p̄pinquū rus peterē.petere gladio aut veneno,aut cornu,aut simili, ē aggredi, ferire, & saluti insidiari.
Verg.Iā cornu petat:& pedibus q̃ spargat harenā. Petere osculis ē osculari:petere blāditijs ē blādiri. Quītilia.
Nouercā blāditijs petit:q̃ vult facile suadet. Apuleius. Cū me lachrymis:p̄cibusq̃ petijsset.aliqñ petere cupe
Verg. Pulchrāq̃ petūt p vulnera mortē aliqñ eligere.Ver. Principio sedes apib⁹ statioq̃ petēda. Ab ipis nu=
Condere. bibus.in aere:dū volaret. Stymphalidas.s.aues. Solitas cōdere.i.abscōdere. Cōdere ē abscōdere.Ver. Scādūt
rursus equū:& nota cōdunt̃ in aluo.itē cōstruere. Sallusti⁹. Vrbē Romā,sicuti ego accepi,ab iītio cōdidere tro
iani.itē reponere.Ply. Formicę cōdūt ęstate fruct⁹:q b⁹ hyeme fruant̃. Itē sepelire. post cōditū monumēto cor
pus.ide cōditoriū sepulchrū dicit̃. Ply. Tā rara fides ī amicis:tā parata obliuio mortuorū:vt nobis ipi debea=
Obducere. m⁹ cōditoria cōstruere:oiaq̃ heredū officia p̄sumere. Diē,solē. Pēnis,alis. Obductis,oppositis. Obducere ali
qñ opponere:aliqñ tegere. Ver. Limosoq̃ pal⁹ obducat pascua iūco. aliqñ cōtrahere. Ply. Iā callū obduxerat.
DAN. ¶ Stymphalides. Stymphalus lacus in Arcadia.hinc orit̃ Erasin⁹.illuc tot aues cōuenerāt: vt totius regiōis
fructus popularent̃:Hercules iussu Eurysthei eas sustulit tabulæ æneę tinnitu & sagittis.

ASCEN. ¶ Nō vicit illū. Prosequit̃ reliqua magnalia Herculis dicēs. Regina.s. Hippolyte cui balteū abstulit, vidua.i.viro diuisa & carēs, gētis Thermodoōtię.i. Amazoniæ q̃ ad Thermodoōta flu.cōsedit,tori semp cęlibis.i.con sortio carētis,nō vicit illū:immo victa est ab illo. Nec turpis labor.s. stercorandi aut fimi stercoris efferendi, stabuli.s.equoꝝ augęi.s. tyrāni fugauit.i. foeditate ministerij deterruit man⁹.s.Herculis,audaces ad oē facin⁹ clarū.i.honestū & gloriosum. Quid ista.s.oia tā dicta p̄sunt.s.Herculi.q.d.nihil. q̄ a caret orbe defenso.s. a se, a mōstris,& tyrānis:cū sit demissus ad inferos. Terrę sensere authorē pacis suę abesse terris:q̄a eo amoto statim Lyc⁹ tyrann⁹ extulit caput. Scelus p̄sperū ac felix i.qd optatū sortit̃ exitū, vocat̃.s. nūc ab ineptis cēsorib⁹ virtus. Boni parēt.i. obediūt & inseruiūt sontib⁹.i.culpa & p̄bro deformatis quia potētiores sunt. Ius est in armis:q̄a q̄squis vincit iustā cām hēre putat̃:timor.s. bonorū q iustitiā defendere deberēt,sed timent tyrānos,opprimit.s.defectu defensiōis,legē s.antiquā Lycurgi. Ego vidi gnatos.i.legitimos filios,vindices.i.iustos assertores regni paterni.i.patris mei Creōtis,cadere.i.occumbere ante ora nostra.s.mea & patris:& vidi regiū decus capitis.i. diadema,raptū cū capite.s.Creōtis abscisso ab Lyco. Quis satis fleat Thebas.s.Cadmeas ī Bœotia:q.d. nemo Nā terra ferax deorū.i. quæ tot deos extulit quē.i.qualē dñm tremit:q.d.pessimū tyrānū Lycū. E cui⁹.s.terrę aruis, & sinu(p gremio) foecūdo iuuēt⁹.i.multitudo iuuenū armatorū stetit orta.s.e dētib⁹ draconis,cū ferro stricto id ē gladijs e vagina raptis:vt se mutuis vulneribus perimerent:sed hoc oratorie tacet,

Non vicit illum cælibis semper thori
Regina gentis vidua Thermodoontię.
Nec ad omne clarū facinus audaces manus
Stabuli fugauit turpis augęi labor.
Quid ista prosunt?orbe defenso caret.
Sensere terrę pacis authorem suæ
Abesse terris:prosperū ac felix scelus
Virtus vocatur:sontibus parent boni.
Ius est in armis:opprimit leges timor.
Ante ora vidi nostra truculenta manu
Gnatos paterni cadere regni vindices:
Ipsumq̃ Cadmi nobilis stirpem vltimam
Occidere:vidi regium capitis decus
Cum capite raptum.quis satis Thebas fleat?
Ferax deorū terra quē dominum tremit?
E cuius aruis:eq̃ fœcundo sinu:
Stricto iuuētus orta cum ferro stetit.
Cuiusq̃ muros natus Amphion Ioue
Struxit canoro saxa modulatu trahens.
In cuius vrbem non semel diuū parens

Cælo relicto venit:hæc quæ cælites
Recepit:& quę fecit:&(fas sit loqui)
Fortasse faciet:sordido premitur iugo.

cū in laudē terrę nō sit. Et cuius muros Amphiō.s. vates & cantor optim⁹, nat⁹ Ioue, struxit trahens.s.ad cōstructionē, saxa: modulatu canoro. In cuius.s.terrę vrbē, parens diuū s.atq; hoim, Iuppiter, nō semel, immo frequenter venit cælo dimisso: quia pulchriores inuenit nurus thebanas q̄ Iunonē: venit eñ ad Semelē, Antiopam, Alcmenam, Europen &c. Hæc inquā terra, q̄ recepit.s.hospitio & cubili cælites: & q̄ fecit cælites: vt Bacchum & Semelen: ac Dircē: & fortasse faciet: quia Herculē Iuppiter cælo destinarat (fas sit loqui.q.d.absit dicto inuidia, qđ ꝓpter Iunonē addit) premitur nunc sordido iugo.i.tyrānide sordidi hominis Lyci.

¶Nō vicit. Hercules deuicta Hippolyta Amazonū regina, balteū ei ablatū Eurystheo tulit. Tradūt eñ apđ BERN.
scythas duos regios iuuenes Ilinū & Solophitū p factionē optimatū domo pulsos ingentē iuuētutē secum Amazões.
traxisse: & i Cappadocię ora iuxta fluuiū Thermodoōta cōsedisse: subiectosq; Themisiras occupasse. Ther
misira Cappadocię cāpus est: q partim pelago alluit, partim versus montanā regionē arborib⁹ plen⁹ & irrigu Themisira
us est: cū vndiq; fluēta scaturiāt: ex quib⁹ omnib⁹ fluuiū vnū habet maiorē in modū auctū noie Thermodoō Thermo-
ta totū campū percurrētē. Ibi igit cū p multos annos iuuenes illi cū Scytharū multitudine cōsedissent, ꝑdari doon.
ac spoliare finitimos semp assueti: tandē cōspiratione populorū p insidias trucidant: horū vxores cū viderēt
exilio additā orbitatem: capessūt arma: finesq; suos submouentes primo, mox etiā inferētes bella defendūt.
Nubēdi quoq; finitimis animū submouerūt, seruitutē id nō matrimoniū appellantes: singulare omniū exem
plū seculorū ausæ: sine viris administrare remp. immo etiā cū cōtemptu viroꝝ tueri. & ne feliciores alijs alię vi
derent viros q cūq; domi remāserāt interficiūt: vltę mortē quoq; occisorū cōiugū excidio finitimorū. Tū pa- Amazonū
ce armis quæsita, ne genus interiret finitimorū cōcubitus quæsiere: si mares nascerent mox trucidabant: vir- mores.
gines vero educabāt, nō otio neq; lanificio, sed armis, equis, venationib⁹ exercētes: infantiū dextras mamil- Reginæ.
las inurebāt: ne sagittarū iactu impedirent: ꝓpter quod Amazones sunt dictæ ab a quod ē sine: & mazis mā-
ma. Duę his reginæ fuere Marthesia, & Lampedo: q̄ maiorē partē Europę subegerūt. Marthesiæ successit ei⁹
filia Orithyia: cui preter rei militaris sciētiā, eximia seruatæ virginitatis in omne æuū admiratio fuit. sororem
habuit Antiopē. post Orithyiam Penthesilea regno potita q̄ securim bellicam prima inuenit: interfectaq; fu Pēthesilea.
it in bello troiano: exercitusq; eius absumptus: & paucæ quæ in regno eius remanserant ægre se aduersus fini
timos defendētes vsq; ad tpa magni Alexandri durauerunt. harū siue Numitia, siue Calestus regina con-
cubitus Alexandri per dies tredecim ad sobolem generandam petijt: & eo obtento reuersa in regnum breui
tempore cū omni Amazonū noie intercidit. Clara inter alias Amazones Menalippe. Thermodoontę dictę
sunt a Thermodoōte fluuio. Thermodoō etiā oppidū est Cappadocię. Regina, Hippolyte. Vidua, sine viro
vt dictū est. Gentis Thermodoontę. Amazonum. Cælibis tori. lecti sine viris. Cælebs q viuit sine muliere: Cęlebs.
& ecōuerso. Stabuli. Dicit Augias epitorū siue elidēsiū rex, q cū Heleo rege Piliorū bellū gessit, multa armē Augeus.
ta habuisse: & cū stabula ei⁹ essent plena stercore multo: ad ea vacuāda Herculē misit Eurystheus. Plynius di-
cit ꝙ Augias prim⁹ iuenit stercorationē agrorū: & ab eo Herculē didicisse. Man⁹.s. Herculis. Ad omne clara
facin⁹. q̄uis Hercules haberet man⁹ solitas ad ꝓclara facinora: tñ nō puduit eū vacuare stabula Augię. Facin⁹ Facinus.
factū. a facio deriuat quod interdū factū significat: vt Salu. Qui aliquo negocio intēti preclari facinoris aut
bonæ artis famā quęrunt. interdū scelus. vt Idē. Sed in ea coniuratione fuit Quintus Curius natus haud ob-
scuro loco flagitijs atq; facinoribus coopertus. inde facinorosos dicimus scelestos. Quid ista ꝓsunt.s. Hercu
li. Megara conquerit dicens: quid ꝓdest tot labores & pericula subijsse: tot mōstra supasse: si fructū ex labori-
bus suis capenō pōt: liberauit Hercules terrā, ip̄e nūc est apud inferos: & patria ē capta a tyrāno: pater Creō &
fr̄es mei interēpti sunt: qđ factū nō fuisset: si Hercules affuisset. iuit eñ Hercules ad inferos, vt dictum est: vt
Theseū liberaret q illic captus erat a Dite. Pacis authorē. principē & datorē pacis Herculē. Sensere. q a regnāt
tyrāni. Prosperū. pulchra sentētia: si scelerati obtinent qđ volūt: putant esse felices. & dicit hoc ꝓpter Lycum
de quo infra dicemus. Sōtib⁹, sceleratis. Sons a sonando dici putāt cuius culpa iā sonat: hoc ē qui cōuict⁹ est Sons.
erroris: inde sonticus morb⁹ q ꝑpetuo nocet. & insons innocēs dicit. Parēt, subijciunt. Gnatos. Creontis re- Insons.
gis filios, & fratres meos. Cadere, mori. Vindices, qui volebāt defendere regnū patris. Ip̄mq;.s. Creontē qui
erat vltim⁹ de stirpe Cadmi qui ædificauit Thebas. Vltimā stirpē. est appositio. Regiū dec⁹. ornamentū.i. dia
dema. Quis Thebas satis fleat. Duas Thebas fuisse scribūt authores: vnā i ęgypto: quā teste Diodoro Sicu Thebę.iiij.
lo libro secundo histo. Busiris rex Aegypti condidit: quā græci Heliopolim.i. solis vrbē vocauere: cui⁹ moe
nia centū quadragita stadiorū ambitu fuisse tradit. de hac Ply. li. xxxvj. natu. hi. Et Iuue. i vltia Satyra. Atq;
vet⁹ Thebe cētū iacet obruta portis. In singulari pōt dici hęc thebe es & in plurali thebę arū. Altera fuit de qua
hic agit in Boeotia a Cadmo Agenoris filio primū ędificata: sed postea ab Amphiōe plurimū exornata. hęc
interdū a poetis dracōigena appellat: q a Cadmo cū quinq; viris natis ex dētib⁹ p eū seminatis cuiusdā dra
conis ab ip̄o interfecti cōstructa fuit. Alia est teste Homero li. vj. Iliados in Cilicia: quæ fuit patria Androma
ches vxoris Hectoris: vt Oui. primo tristium. Nec cruciere min⁹: q̄ cū Thebana maritū Hectora Thessalico
vidit ab axe trahi. Alia fuit teste Ply. li. iiij. i Italia in Lucania inter Calabriam. Terra ferax. ē appositio: fertil.
Deorū. quia ibi natus est Bacchus Palemon & Leucothoe: & alij dei. Quē. indignātis est: quasi scelestum &
pusillum. Tremit, timet. E cuius aruis. tangit quæ scribuntur ab Ouidio plene: quemadmodum semina-
tis dentibus serpentis a Cadmo occisi, nati sunt homines armati: qui se mutuis vulneribus interfecerunt. Draconi-
Stetit, pugnauit. Cuius muros. Amphion fuit Iouis & Antiopes filius: qui adeo lyra dulciter canebat: vt gene.
saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicatur: dicente Horatio in poetica. Dictus & Amphion The- Amphion
banæ conditor vrbis Saxa mouere sono testudinis: & prece blanda ducere quo vellet. & Statius primo
Thebaidos. Penitusq; sequar quo carmine muris Iusserit Amphyon Tyrios accedere montes. Hunc pri-
mum rationem musicam inuenisse Plynius testatur libro septimo naturalis historiæ. Diuum parens. Iup-
piter. Non semel. liptote est: id est multoties. quia venit ad Semelen, Antiopam, & Alcmenam, ami-
cas suas. Hæc. concludit hanc indignitatem ꝙ hæc terra quæ fecit tot deos, & recepit, & fortasse ali-

os faciet nūc sit oppressa a Lyco exule tyranno. Fecit, generauit. Fas sit loqui. parēthesis est. Fortassis faciet. hoc dicit propter Herculem qui futurus erat deus: sed eum tacet. Iugo, seruitute.

DAN. ℂNon vicit. Pugnauit Hercules in Amazonas grauiter ad Themischirā oppidū duce fœminarū Menalippe. In ea pugna occubuerūt Allea, Philippis, Parthoe clara septē victorijs, Eribie, Celeno, Phœbo, Archenis (Amazōes illustres.) Anthiopē rapuit quā dedit Theseo. Ius est. dolet cōtra ius & leges ęquitatē peruerti: id quod assolēt tyrāni facere & reges deliri: vt lepide canit Hesiodus.

ASCEN. ℂCadmæa proles. Verba sunt commiserantis & condolentis & ita affectionis plena. Ordo ē. O proles Cadmæa. q.d. nobilissima & ab Agenore deducta, atq; ciuis Ophyoni⁹ id est serpentinus. i. a serpētino satu prognat⁹ aut auct⁹. alij legūt Amphiōis ciuis: quos lubentius sequar: præsertim cum ciuis non cōciuis fere dicatur. nonnulli Ophyonius cinis id est quasi relictus ex cinere & reliquijs serpentigenarum. sed ne sic legam facit grāmatica ratio cum in vocandi casu dici debeat eo q; sequitur decidistis. dicamus ergo: o proles Cadmæa, atq; o ciuis id est conciuis Amphionis nobilissimi vatis & musici Iouisq; filij, quo id est i quam humilitatem immo calamitatē decidistis? tremitis id est formidatis ne vsq; ad tremorem exulem scilicet Lycum ignauum id est ad nullū honestū facinus gnauum: sic melius q̄ ignarum legas: carentem finibus suis. i. patrię suę: & grauem id est molestum, quia incubatorem, nostris supple finibus: qui persequitur id est ad consummationem vsq; sectatur, scelera. i. turpia facinora, terra. i. in terra aut per terram: quiq; id est & qui persequitur scelera mari, ac cōfregit sæua. i. immani & violenta manu, sceptra iusta. i. iuste a Creōte possessa. Redit ad Herculem post pathicam illam apostrophen dicēs. Hercules absēs scilicet domo, seruit nūc scilicet Eurystheo: & fert. i. patit sup. ea, hoc ē seruitutē: quæ vetat ferri. s. ab alijs liberis: & Lycus exul quia expulsus patria, tenet. i. occupat & vi possidet, thebas Herculeas. i. Herculi filio saltem putatiuo Amphitryonis debitas: & Herculis patriā: sed nō tenebit sup. diu: ipse aderit. i. nobis auxilio erit & Lyco exitio: & petet pœnas. s. ab Lyco: & emerget. i. ab inferis emanabit subitus ad astra. Ipse inueniet viā. s. transeūdi & redeundi: aut faciet
Facere viā. sup. viā, auferēdo obstacula. Proprie eñ viā
Facere iter. facere est eā munire aut apire: aut vt verba sonāt vbi nō est via eā facere: facere aūt iter est ire: nā iter ꝓprie est itio, hoc est actio euntis. More autem amantis cuius incōstās est sermo per Apostrophen alloquitur Herculem: adsis sospes id est incolumis (quod malim dicere q̄ hospes: quia Megara nō verebatur diuortium: hospitem aūt vocant q̄ maritū vocare non possunt: vnde Dido Aenei. iiij. Cui me moribundā deseris hospes? Hoc solū nomen quoniam de cōiuge restat) & remees tuis. i. ad salutem tuorū: vnde grauissima erit commotio cum contra spem eueniēt omnia & venias tādem victor. s. aliorum, ad domū scilicet tuam victam. s. a Lyco. Vbi signabis nō inepte dici venio ad domum. O cōiunx. i. marite (antiquis dicebat̄ coniux, ꝓ coniugis & hoc cōiuge. a cō & iugo) emerge. s. ab inferis atq; abrūpe tenebras depulsas manu. Si nulla via sup. ē tibi vetito. s. reuerti: & iter est clausum. i. impeditū: redi orbe. i. globo terræ

Cadmæa proles: ciuis atq; Amphionis
Quo decidistis? tremitis ignauum exulem:
Suis carentem finibus: nostris grauem.
Qui scelera terra: quiq; persequitur mari.
Ac sęua iusta sceptra confregit manu.
Nunc seruit absens: fertq; quę ferri vetat:
Tenetq; Thebas exul Herculeas Lycus.
Sed non tenebit: aderit & pœnas petet:
Subitusq; ad astra emerget: inueniet viam:
Aut faciet: adsis sospes: & remees tuis:
Tandemq; venias victor ad victam domum.
Emerge coniunx: atq; depulsas manu
Abrumpe tenebras: nulla si vetito via
Iterq; clausum est: orbe diducto redi.
Et quicquid atra nocte possessum latet:
Emitte tecum. dirutis qualis iugis
Pręceps citato flumini quęrens iter
Quondā dedisti: scissa cū magno impetu
Patuere tempe: pectore impulsus tuo
Huc mons & illuc cecidit: & rupto aggere
Noua cucurrit thessalus torrens via:
Talis parentes: liberos: patriam petens
Erumpe: rerum terminos tecum afferens:
Et quicquid auida tot per annorum gradus
Abscondit ætas: redde: & oblitos sui
Lucisq; pauidos ante te populos age.
Indigna te sunt spolia: si tantum refers
Quantū impatū est. magna sed nimiū loquor
Ignara nostræ sortis: vnde illum mihi:
Quo te tuamq; dexterā amplectar: diem
Reditusq; lentos: nec mei memores querar?
Tibi o deorum ductor: indomiti ferent
Centena tauri colla: tibi frugum potens
Secreta reddam sacra: tibi multa fide

Longas Eleusi tacita iactabo faces.
Tum restitutas fratribus rebor meis
Animas: & ipm regna moderantem sua
Florere patrē. si qua te maior tenet
Clausum potestas sequimur: aut omnes tuo
Defende reditu sospes: aut omnes trahe.
Trahes: nec vllus eriget fractos deus.

deducto.i. vi brachiorum in diuersa ducto & iacto: & emitte.s. e carcere inferni tecū, quicqd latet.s. inuitū quia possessum nocte atra: qa ibi vt a nobis credit tenebræ palpabiles sūt. ens sup. talis qualis tu præceps.i. festinabundus & querens iter.i. transitū, dedisti sup. iter & exitū, flumini citato.s. Peneo, & hoc iugis.s. duorū nūc montiū ossæ & olympi, tūc contiguis, dirutis.i. i diuersa iactis a di & ruo, nō diruptis causa metri: dedisti (melius ob metrū q̄ fecisti) quondā cū.i. qñ tēpe.i. amœnissima nūc loca Thessaliæ, quondā inter montes seclusa, patuere cū magno impetu.s. mōtiū dirutorū. Mons qui tūc erat vnus, cecidit impulsus pectore tuo, huc & illuc.i. in duas partes, cōstituentes Ossam & Olympū: & torrēs.i. præceps flu. Thessalus.i. Thessalicus.s. peneus cucurrit via noua.i. insolita, videlicet per mediū mōtiū, & hoc aggere.i. obijce mōtis rupto.i. interrupto ab Hercule. tu petens.i. adiens & visens, parentes Amphitryonē & Alcmenā, liberos.i. natos tuos, patriā quo nihil chari⁹, Thebas, erumpe.i. vi exitans, qualis.s. montē dirupisti, afferens tecū terminos.i. limites rerū: vt repagula claustri infernalis, Cerberū &c. & redde.s. superis quicqd ætas.s. Plutonis auida.i. auara effecta, & p tot gradus annorū, abscōdit.s. in inferno: & age añ te populos.s. infernos, oblitos sui præ timore, & pauidos.i. pauētes lucis.s. insolitæ. Spolia sunt indigna te.i. non satis magna pro maiestate & virtute tua, si refers tm̄.i. dūtaxat, quātū est imperatū.s. ab Eurystheo: vtpote Cerberō. Sed ego loquor nimiū magna.i. magnifica, ignara.i. imemor sortis meæ: q̄ tāā te absente calamitatē accepi. Vñ sup. impetrabo, mihi illū diē quo amplectar te & tua dextrā: & sup. querar.i. cōquerar, redit⁹.s. tuos, lentos, nec memores mei. O ductor deorū.s. Iuppiter, tauri indomiti.i. intacti, & qui iugum nō traxerūt, ferent.s. ferienda, tibi.i. in honorē tui, centena colla, qa singuli sua: erūt ergo centū, & ita hecatomben vouet: o potens frugū.s. Ceres, ego reddā.i. restituā tibi sacra secreta.i. mystica & occulta: vtpote Eleusina: & o Eleusis.i. Eleusina Ceres, ego tacita.i. tacēs & secreta, iactabo tibi supcū. multa fide.i. fidelitate longas faces.i. tædas. alij legūt Eleusi: qđ poti⁹ fecero: vt sit iactabo tibi Eleusi.i. in Eleusia vrbe. Ego rebor.i. opinabor, aias.i. vitas restitutas frib⁹ occisis a Lyco, tū.i. tūc.s. cū tuo Hercules redieris: & rebor ipm patrē.s. Creonta, etiā occisum a Lyco, florere tū.i. tunc moderātem regna sua. Siqua maior potestas.s. q̄ tua tenet te clausum.s. apud inferos, nos sequimur.i. parati sumus sequi te o Hercules: aut tu sospes, defende oēs.s. nos, tuo reditu: aut trahe sup. nos oēs ad te. Hoc aūt dicens quasi per malū omen videt desperasse de reditu ei⁹: vñ addit. Trahes. q.d. vt video trahes potius nos ad te q̄ redibis ad nos: nec vllus de⁹ eriget fractos.i. semel victos, vt patrem & fratres.

¶ Cadmea ples. Thebana a Cadmo. Et Ophyonius ciuis.i. Theban⁹. Ophyonij Thebani quasi a serpētib⁹ geniti: vt supra dictū est. Ophys serpēs dicit: inde ophyulcus serpētarius dicit: & ophyophagi q serpētes mādunt: & Ophyogenes quasi a serpentibus geniti: de quibus Plynius li. vij. naturalis histo. Quo decidistis. ad qđ dedecus deuenistis. Tremitis ignauū.i. carentē virtute. Nau⁹ prōptus ad virtutē dicit, & celer & strenuus, a nauiū celeritate: inde nauare est aliquid prōpte & strenue facere: cōtrariū ignau⁹. Exulē.s. Lycū. O cōiunx abrūpe tenebras. frange terrā manu & emerge ad supos si tibi clusa est via. Diducto.i. apto. Dirutis. ibi notādū est φ Peneus fluuius ortus iuxta Gomphos in Thessalia inter ossam & olympū montes p nemorosam conuallē defluēs: collib⁹ æqua dextraq; molliter curuis: nō paruo spatio nauigabilis. in eo cursu Tēpe vocant qnq; milium passuum longitudine: & ferme sex latitudine pulcherrim⁹ ager: amœnus gramine: refert⁹ arborib⁹ canorus auiū concentu: iugis dextra læuaq; leniter sese attollentib⁹. Fama est oēm hāc regionē quōdā stagnasse, cū littus cāpis altius, & cōiuncti inter se mōtes aquę exitū nō pberēt. Sed Hercules ossam & olympū diuulsit: abrupitq; littora: & peneus postea exijt i mare: & hæc felicissima regio sicca relicta est. Dirutis iugis. diuisis mōtib⁹. Iugū aliqñ dicit mōtis sūmitas. Thessal⁹ torrēs.i. peneus. Rerū terminos.i. infernū. Auida. q̄ oia accipit. Oblitos sui. qa qui sūt in inferno dicūtur bibisse Lethen fluuiū.i. obliuionē. quia oia obliuiscuntur. Pauidos lucis.s. superæ, nō assuetos videre diē. Indigna spolia. nō cōueniūt hæc spolia dignitati tuæ si solū reportas quod imperatū est: sed oportet maiora facere. Vñ.s. habebo. Illū diē, quo die. Nec querar, lamēter. Redit⁹ lētos. φ tarde maritus meus reuertat. Et immemores mei. nec dicā o Hercules vbi es tu nō amplius recordaris. Tibi. pollicet sacrificiū dijs si restituerit sibi suū Herculē. Ductor, Iuppiter. Ferēt colla. iugulū dabūt: vt tibi sacrificent. Tibi frugū potēs.s. o Ceres: q̄ fruges prima inuenit teste Ouidio. Prima Ceres vnco glebā dimouit aratro. Pria dedit fruges alimentaq; mitia terris. Prima dedit leges: Cereris sunt oia mun⁹. Huic Athenis nocturno tpe a solis mulierib⁹ crinib⁹ passis, & ad tedarū lumina fiebāt sacra: nec fas erat alicui viro introire. iō ibi dixit secreta. Sic Horatius. O reb⁹ meis nō infideles arbitræ Nox & Diana: q̄ silentiū regis, arcana cū fiunt sacra. Statius. Et pcul ire mares: iterat pcepta verēdus Ductor: inaccessumq; viris indicit antrū. Nec satis est: stat fine dato metuenda sacerdos: Exploratq; aditus: ne quis temerator oberret. Tacita ergo secreta. Eleusi. vbi fiebant hæc sacra apud Athenas. Faces. quib⁹ vtebant in sacris q̄ fiebant de nocte. Eusebius ita inquit. Proserpinam Sicani regis filiā fuisse: & ab Orco rege Molossorum tpe Eleusij Atheniensiū regis raptā ferunt: huius sacra Athenis quotānis celebrant: φ Ceres mater eius dū illā quæritaret Triptolemo Atticæ regi imperiū tradidit, Eleusio pre eius occiso: artēq; serendarū frugū & currū ei tradidit. Triptolem⁹ vero oppidū ædificauit: qđ ex pris noie Eleusiū appellauit: & sacra Cereri quoq; instituit. Tū. qñ reuersus fuerit Hercules me⁹, putabo oia mihi restituta fres & patrē Creōtē. Trahes. si nō potes redire Hercules: saltē id vnū depcor vt tecū ad inferos nos quoq; rapias. qđ audiēs Amphitryo Megarā quasi desperātē eā cōsolat dādo spem.

¶ Exul. Creō Herculis comes Lycū ignobilē Thebanū in exiliū cēsijt. is postea absente cū Pirithoo Hercule ad inferos, regnū arripuit: Megarā vxorē Herculis multis affecit iniurijs: quas hic pstringit ipsa Megara.

BERN. Ophyōius ciuis. Nauus. Nauo. Tempe. Ceres. Triptolemus. DAN. Lycus.

ASCEN. Socia. Hæc pars scęnę supioris est: nec interrumpenda: stabat eñi auscultans Amphitryo: qui desperantē fere cōsolari incipit dicens. O socia .i. coniunx, nostri sanguinis, quia Herculis, licet Iouis credatur filius, seruās torū fide casta, hoc est castū ꝑpter fidē: & seruās natos Herculis magnanimi, concipe mēte meliora. s. q̄ vt hinc trahi debeas: atq; excita animū: Hercules sup. aderit ꝑfecto .i. reuera, sup. talis qualis solet sup. adesse .i. redire, ex omni labore .i. expeditione laboriosa: vtpote maior .i. gloriosior, q̄ exierit. Respōdet Megara sentētiose ꝑ totū. Miseri. s. mortales credūt facile hoc qđ volūt .i. cupiunt nimis. Amphitryo argute i cōtrariū vertit sententiā: & cū diuersa dicāt ambo verū dicunt: q̄a diuersorū passionum & affectionū diuersi sunt effectus. Immo inq̄t miseri putāt id qđ metuūt nimis nunq̄ posse amoueri nec tolli. Mega. ad hoc addit. Fides .i. credulitas & ꝑsuasio, est timori .i. timenti, semp prona .i. ꝓcliuis in pei⁹, quia peiora cit⁹ credim⁹ q̄ meliora. Hercules sup. demersus ac defossus. s. apud inferos & oppressus insup toto orbe .i. globo terrarū illi supimposito, quā viam habet ad superos? q. d. nullam. Ad qđ Amphi. Eā sup. viā habet ad superos. s. vi & virtute partā, quā habebat tūc cū abijt. s. in Aphrica per medias syrtes & deserta æstuosa: vtpote per plagā arentē .i. torridā fere zonā: & ꝑ arenas fluctuātes more maris turbati: hoc est ꝑ syrtes ip̄as q̄ sunt loca arenosa i mari Aphricano: habētia breuia .i. vada interrupta, nūc vacua nunc oppleta, vt vento agitanť arenę: & sup. per fretum .i. feruens mare, bis. s. quotidie discedens scilicet a litore: hoc est affluens: & bis recurrens .i. refluens: cūq; .i. & cum .i. quādo: hoc ē et quam viam habebat qñ deprensus scilicet a fluctibus tanq̄ in solo alieno (vnde deprehendi proprium est nauigātium, quia in solo sunt alieno, sicut adulteri i toro alieno: vnde Maro. Deprensis miseris statio tutissima nautis) hęsit breuibus .i. interruptis vadis .i. ad loca parū profūda, Syrtiū. s. locorū ad se arenas & naues vi ventorū trahētium, in mari Aphricano: & sup. cū .i. qñ, ip̄e pedes .i. pedibus ingrediens: supauit maria. s. Aphricana, puppe fixa .i. affixa arenis. Ad hęc Megara argutissime respōdet: nō recte argumentari ex pręterito euētu sequentē quia vix vlli fortuna est ꝑpetuo bona: vñ addit. Fortuna iniqua. s. ex natura, raro parcit maximis virtutib⁹: quia pauci bellatores boni perpetuo vincunt: nam fere tandē gladio peūt, q gladio feriunt. Nemo pōt diu offerre se periculis tā crebris tuto: q̄a q amat periculū peribit in illo. Casus .i. infortuniū inuenit aliqñ .i. tandē, sup. eū quē transit. s. inoffensū saepe. Sed ecce. q. d. pręter spem nostrā: & est parasceue sequētis scęnę: Lycus sęuus ac gerens .i. preferēs vultu minas, venit talis incessu q̄lis est aīo: hoc est indicās animi vitia incessu supbo: venit inquit concutiens dextra. s. sua, sceptra .i. insignia regni, aliena: q̄a Creontis regis: regens loca opulēta .i. opū plena vrbis Thebanę: & omne sup. id quicq̄d Phocis regio illa vicina in qua Delphi sunt, obliqua .i. incurua, cingit sinu huberi .i. fœcūdo quicquid Ismenus. s. flu. Bœotiæ rigat. s. dū redūdat: & q̄cq̄d citherō mōs Bœotię excelsus & Baccho sacer, videt vertice excelso .i. videre facit stātes in eo, & isthmos .i. angusta terra aquis interiecta, exilis .i. modica, findēs .i. diuidēs & intersecans bina freta .i. maria. s. Ioniū & Aegęū, si de Pelopōneso loquiť: aut potius de Corintho: vñ Hora. Bimarisq; corinthi &c.

Amphitryon & Megara.

Versus eiusdē cū superioribus rationis.

Socia nostri sanguinis casta fide
Seruās thorum: natosq; magnanimi
Meliora mēte cōcipe atq; aīm excita (Hercul
Aderit profecto qualis ex omni solet
Labore maior. Me. quod nimis miseri volunt:
Hoc facile credūt. Am. imo qđ metuūt nimis:
Nunq̄ amoueri posse: nec tolli putant. Me.
Prona est timori semper in peius fides.
Demersus ac defessus & toto insuper
Oppressus orbe: quāviā ad supos habet? Am.
Quam tunc habebat: cum per arētem plagā
Et fluctuantes more turbati maris
Abiit arenas: bisq; discedens fretum
Et bis recurrens: cumq; deserta rate
Deprensus hęsit Syrtium breuibus vadis:
Et puppe fixa maria superauit pedes. Me.
Iniqua raro maximis virtutibus
Fortuna parcit: nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest.
Quem sæpe transit casus aliquādo inuenit.
Sed ecce sæuus: ac minas vultu gerens:
Et qualis animo est: talis incessu venit:
Aliena dextra scæptra concutiens Lycus:
Vrbis regens opulenta Thebanę loca
Et omne quicquid huberi cingit solo
Obliqua Phocis: quicquid Ismenus rigat.
Quicquid Citheron vertice excelso videt.
Et bina findens Isthmos exilis freta.

BERN. O Socia. o cōiux. Nři sanguinis. Herculis: q sanguis ē me⁹. Excita. erige. Aderit. veniet sicut solet victor. Quā tūc habebat. rñdet Amphitryo. Inueniet viā quēadmodū qñ euasit Syrtes: q̄ sunt loca maris quędā ꝑiculosa circa fines Aphricę versus Aegyptū a Syro qđ ē traho cognomiata: vt pla-

cuit Sallustio in iugurtin. Estq; in eis teste Plynio libro sexto natura. histo. inæqualitas magna maris & terrę vt in vno quidē loco profundissima sit aqua: in alio vero vadosa: nec in eodē statu permanet: nam spirāte vēto qui modo cumulus & supra mare fuerat in profundissimas residet valles: & qui deprimebāt in valles, nunc supra aquas aggerāt: suntq; hęc loca duo in Aphrica & Syrtes maiores faciūt ac minores, dicente Ouidio libro scđo de fine titulo. Quo lateant Syrtes magna minorq; situ. & teste Solino ducētorū quinquaginta milium passuum interuallo separantur: minor aūt aliquāto clementior. distat a Carthagine trecentis milibꝰ passuum: atq; totidē ambit. Maiores vero ambitu quadringentorū vigintiquinq; miliū passuū cōmensurant. Hęc loca euasisse Herculē constat. Fluctuātes. quia ibi arenæ iactant a ventis: sicut vndæ in mari. Quam viā. ergo illic habebat nullam, sed ipe fecit. Bis. vt supra dictum est qui modo cumulus, & supra mare erat: in pfundas valles residet. Pedes. s. ipe: ambulādo pedibus. Iniqua fortuna. respondet Megara: per sententiam valde notabilem. Casus interdum fortunam significat. Seneca. Multa enim casu potius q̄ ratione eueniunt. aliquādo ruinam. Curtius. Inopinato rhedæ casu oppressus. aliquando calamitatem & infortunium. Vergi. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. Casus, mala fortuna. Sed ecce. dat locum sequenti scænæ: quia dum loq̄retur supuenit Lycus qui dubitabat de regno isto obtinendo quia exul erat: ppt erea putabat firmare regnū si Megaram filiam Creontis regis mortui vxorem duxisset. Obliqua phocis. a situ obliquam dicit. parua est græcorum regio insignis oraculo Apollinis Delphici. In ea enim est oppidum Delphi, orum, in quo Apollinis templum. ab hoc phocides deriuatur. Ismenus. fluuius est Bœotiæ ab Ismeno pelasgi filio cognominatus. de quo Sta. Horruit ingenti venientem Ismenō aceruo. Cytherō mons Bœotiæ iuxta Thebas. Isthmos. Isthmos gręci vocant angustias peninsularum: inter quas nobilitate Peloponnesiacę pręferuntur. quippe Peloponesus quæ primo Apie, postea Pelasgia dicta est, inter duo maria Aegæū & Ioniū Platani folio similis propter angulosos recessus circuitu. D.LXIII. milium passuum colligitur. Angustiæ sex miliū sunt.

Casus. Phocis. Ismenus. Isthmi. Pelopōnesus.

DAN.

¶ O socia. Incipit dialogus Amphitryonis & Megaræ. Consolatur amphitryon Megaram nurum suā promissione reditus Herculei. o socia &c. Quod nimis. Sensus: miseri qualis sum ego, id facile fieri posse arbitrātur quod maxime cupiunt: quemadmodum ego mei coniugis aduentum cupio: sed qua via id fiat non intelligo: cui respondens Amphitryo reditum facilem esse a simili arguit.

Lycus. Megara. Amphitryon.

Trimetri Iambici.

Non vetera patrię iura possideo domꝰ
Ignauus hęres: nobiles nō sunt mihi
Aui: nec altis inclytum titulis genus:
Sed clara virtus: qui genus iactat suum
Aliena laudat. rapta sed trepida manu
Sceptra obtinētur: omnis in ferro est salus.
Quod ciuibus tenetur inuitis scias
Strictus tuetur ensis. alieno in loco
Haud stabile regnū ē. vna sed nostras potest
Fundare vires: iuncta regali face
Thalamisq; Megara. ducet ex genere inclyto
Nouitas colorem nostra. non equidem reor
Fore vt recuset: ac meos spernat thoros.
Q; si impotenti pertinax animo abnuet:
Stat tollere omnē penitus Herculeā domū.
Inuidia fastum ac sermo popularis premet.
Ars prima regni est: posse inuidiam pati.
Tentemus igitur: fors dedit nobis locum.
Nanq; ipsa tristis vestis obtentu caput
Velata iuxta pręsides astat deos:
Laterią; adhęret verus Alcidæ sator.

ASCEN.

Non vetera &c. Verba sunt tyranni iactabundi q; ignauos regno expulerit: et ipsum quasi virtute acq̄siuerit: sic eīn viin appellitāt tyranni. Ordo est. Ego non possideo vetera iura domus patriæ. i. paternę: ignauus hęres. i. vt facerē si essem ignauꝰ hæres. q. d. q̄ possideo peperi mihi non inueni a maioribus parta. Aui. i. maiores seu pgenitores nobiles nō sunt mihi: nec genus est mihi inclytū. i. clarū & gloriosum, altis titulis. i. alto stēmate ac lōga serie deductis: sed virtus clara (opinione tyrānica) supple est mihi. bñ tamē reprimit verbum, quia coniunctionem exprimit. Is qui iactat genus suum, laudat aliena: qa maiorum merita: sed sceptra rapta. i. vi occupata, tenentur manu trepida. i. anxia & meticulosa. Omnis salus est sup. raptoribus in ferro. i. custodia armatorū: & extinctione bonorum. Scias sup. q; ensis strictus. i. vagina ereptus, tuetur. i. defendit sup. id qđ tenet. i. possidet ciuibus inuitis. Regnū haud. i. non (sunt qui haut scribere malint) est stabile i loco alieno. i. non suo. Sed vna. i. sola, Megara s. Creōtis regis filia vxor Herculis, potest fūdare. i. stabilire & firmare nostras vires iūcta. i. si esset mihi iuncta, regali face & thalamis. i. si nupserit mihi & dotale regnum attulerit. Nouitas. i. ignobilitas nostra (vñ noui homines dicuntur qui primi in genere suo magistratum, in quo noui cēsent, gerunt) ducet. i. trahet colorem. i. apparētiā nobilitatis: ex genere inclyto scilicet Megarę. Equidem. i. ego quidem nō reor fore. i. futurum: vt. s. Megara, recuset ac spernat thoros meos. Q; si ipa ptinax. s. in fide Herculi data, abnuet, aio impotēti. i. neqūti sibi qđ vtile sit iperare: stat. i. decretū ē mihi, tollere. i. delere penitꝰ omnē domum Herculeam. Inuidia scilicet i me orta, & sermo popularis, p̄met id est persequetur fastū id est supbiā meā. posset videri sensus: q; inuidia in Herculem & sermo popula

Homines noui.

ris qui semp fortunā sequit̃:premet.i.opprimet:& diminuet fastū.i.supbiā facti mei: quia qui Herculē odio prosequūtur,aut nouitate gaudent, vt populares,dicēt optime factū: malim tñ sequi priorē interpretationē eo ꝙ sequit̃ ars prima regni &c.q.d.fuerit quidē facin⁹ inuidiosum,sed nō debet inuidiā fugere qui regnum vult occupare. In versu aūt isto si legeris posse inuidiā pati:inuidiā fuerit pentasyllaba vox, quod nō inprobem:quia sic in Terentio reperit̃: sunt tñ qui addant ,&: vt opinor pro etiā.priori lectione sic cōstrues. Prima i.primaria ars regni.s.occupandi est posse pati.i.contēnere inuidiā.i.odiū populi. posteriori sic: posse pati et i.etiā inuidiā,nedū leuiora. Igit̃,quia inuidia est nihili pēdenda,tentemus.s.Megarā ad nuptias nostras: fors i.fortuna bona,dedit nobis locū.i.opportunitatē,nāq; ipa.s.caput rei bene gerendę Megara velata,caput.i. habens caput velatū,obtentu.i.obtectu & integumento, vestis tristis.i.lugubris: adstat iuxta deos p̄sides.i. tutelares: & verus sator.i. genitor Alcidę.i.Herculis.s.Amphitryo nō Iuppiter scd̃m tyranni sententiā:q̄uis apud Maronē dicat̃ vera Iouis proles: verum sentētiæ sunt scd̃m affectionē loquētiū variādę:& nō est dubitādū fabulosū esse Herculis sub geminata nocte ab Ioue generationē: adheret lateri.s.eius,hoc est Megaræ.

BERN. 
On vetera. Lycus secum cōsyderans regni nouitatē esse suspectam.quęrebat aliquod regni stabilimentū.Quod erat si posset sibi iungere Megarā in vxorem.Ideo veniens ita secū loquitur. Ignau⁹ hęres.qui hęreditatē possidet non sua virtute partā sed relictam. Inclytū gloriosum a cleos gloria. alij a clytos qđ almū & clarū indicat. **Titulus.** Titulis ornamentis antiquitatis:& ꝓprie titulus est index cuiuscunq; operis: vnde in statuis vel picturis titulū dicimus literas:q̄ vel artificis vel eius cuius statua siue imago est:nomen demonstrat vel tp̄s quo factū est:declarat Sueto. Plurima & amplissima opera incendio cōsumpta restituit:sed oia sub titulo tātū suo:ac sine vlla pristini authoris memoria: itē titulus libri dicitur qui authoris nomē & qualitatē operis demonstrat. Ponitur interdū pro monumēto. Apuleius. Auorū:& proauorū titulus clarus. Dictus est titulus a tuendo quasi tutulus ꝙ tueatur factū authoris:& opificis indicet nomē: Tituli aliq̄n vocati sunt milites ꝙ patriam tuerentur: vnde & titi prænomen ortū est. Iactat,inaniter ostendit. Aliena facta suoꝝ:sed non sua. Sceptra,regna. Rapta,occupata. Trepida manu,timide tenentur:quia semp timent: nec **Metus & odium.** talia impia sunt firma: vt Ennius quē metuerūt oderūt:quē quisq; odit:perijsse expetit: itaq; dicebat Cice. prio officioꝝ. Multoꝝ odijs nullas opes posse obsistere: sed ibi lycus sciens se odio oibus esse propter nouitatē. solā salutē,sibi putabat in armis & crudelitate:sed facile decipitur:quia nihil est paratius ad destructionē alicuius: q̄ odiū multoꝝ: vt dicit Cice. Malus custos diuturnitatis est metus. Alieno in loco.i. in regno occupato: vbi maiores tui nō regnauerint. Fūdare stabilire,firmare. Verg. Ancora fundabat naues. **Fax.** Face matrimonio: quia antiqui nouis sponsis pręferebāt facē:cuius rei rationē reddit Plutarchus in problematis. **Noui.** Nouitas. noui dicūtur quoꝝ maiores nō fuerūt in aliqua dignitate. Sic Cice. Nouitati meæ inuidebant. Ducet, trahet. Ex genere inclyto.ex Megara filia Creontis. Colorē,ornamentum. inde rhetores colores appellant ornamenta orationis **Color.** Hinc etiā color a colo dicitur:quia coloribus vestes faciem: domos. ac reliqua oia ornamus. hinc verbū coloro & decoloro: decoloratur id cuius color vitiatur non mutatur discolor,diuersi coloris:& decolor qđ est colore vitiato:& cōcolor eiusdē coloris:& colorate aduerbiū. Pertinax perseuerās. in bonū,& in malū dicitur. Animo **Impotēs.** impotenti. obstinato. Impotēs aliq̄n minus potēs:& qui seipsum tempare nequit: vt impotentē amorem appellamus: vt Hora. de Cleopatra. Fortunaq; dulci ebria regina quidlibet ipotens sperare. Stat, decretū. Tollere,perdere. Inuidia. format sibi Lycus vnā obiectionē:si interficiā eos habebūt oēs me odio: & persequētur me: respōdet est verum:sed illi qui volunt regnare:nō debent quęrere vt habeantur odio vel beniuolētia. Inuidia,odiū. sic Quinti. ne ei tot scelerum cōmemoratione concitarem inuidiam. Fastū, superbiā meā. Premet, insequetur. Tētemus. experiamur igitur an velit Megara mecū inire foedus matrimonij. Fors fortuna me fuuit in regno: ita poterit in habēda cōiuge. Dedit locū.s. vt nūc cōmode cū ea possim loqui. Nāq; ipsa. ecce opportunitatē loci. Ipsa velata caput synecdoche est. Obtētu velamento. a verbo obtēto: velato capite dijs sacrificabatur apud antiquos: vt Plutarch⁹ in ꝓblemate. Vestis tristis.i.pullæ & nigrę:quia lugebat patrē & fratres interemptos. Pręsides deos: tutores ciuitatis: nam p̄sidere est ad custodiā loci esse: inde pręsidia milites appellamus ad custodia loci positos:& ꝓuinciarū p̄sides dicuntur. sic Verg. Quæ p̄sidet arci. Sator, genitor. Verus di**Pręsidia.** xit ad cōtemptū quasi nō crederet Herculem Ioue genitū: sed Amphitryone.

DAN. ❡Non vetera. Carmen iambicū trimetrū hypcatalecticū recipiens nōnūq̄ in scđa & quinta sede Pyrrhichiū exit Lycus anxius seruandi regni. Megara sibi Ascita in vxorē, prius secū loquit̃. mox per dialogū Megarā cōpellat: demū intermissa persona Megaræ. subit Amphitryo cōmemorans facta Herculis. Postea ip̄m Herculē precatur tandē vt redeat. Sed clara virtus. nō premor nobilitate meorū. Miserū est alienę incūbere famæ. inquit Iuue. Sed me mea satis illustrat virtus. penes quā oia sunt bona. ego igitur intrusus tyrannus potero per coniugium Megaræ stabiliri velit nolit ne ipa, omnēq; inuidiā popularē patiēter tolerabo modo sim rex & maritus Megaræ.

ASCEN. ❡Quidnam iste &c. Verba sunt Megarę ad Amphitryonem loquentis: vt quę verba Lyci partim acceperat:& conatum adnotauerat dicit ergo, O Amphitryo, Quidnam iste scilicet tyrannus, appositorie exitium .i. exterminium ac lues.i. pestis & pollutio, nostri generis parat noui? quid tentat? id est attentat, ac inceptare vult? Lycus aūt in primo congressu blande loquitur dicens. O sup. Megara: trahens clarum nomen quia reginę, quod artificiose supprimit: ne continuo dicat: cur te igitur regem nuncupari pateris? a stirpe regia.s. Creontis, tu facilis.i. exorabilis, excipe parumper verba mea, aure patienti.i. pla-

Quidnā iste nr̄i generis exitiū: ac lues **Mega.**
Noui parat? quid tentat? **Ly.** o clarum trahēs
A stirpe nomen regia: facilis mea
Parumper aure verba patienti excipe.
Si ęterna semper odia mortales agant:
Nec cœptus vnq̄ cedat ex animis furor:
Sed arma felix teneat: infelix paret:
Nihil relinquent bella: tum vastis ager

Squalebit aruis: subdita tectis face
Altus sepultas obruet gentes cinis.
Pacem reduci velle victori expedit:
Victo necesse est. particeps regni veni.
Sociemus animos: pignus hoc fidei cape.
Cōtinge dextrā. quid truci vultu siles? Me.
Egone? vt parentis sanguine aspersam manū
Fratrūq; gemina cęde contingam? prius
Extinguet ortus: referet occasus diem.
Pax ante fida niuibus: & flammis erit.
Et Scylla Siculum iunget Ausonio latus.
Priusq; multo vicibus alternis fugax
Euripus vnda stabit Euboica piger.
Patrem abstulisti: regna: germanos: larem:
Patriam: quid vltra est? vna res superest mihi;
Fratre ac parente charior: regno: ac lare:
Odium tui: quod esse cū populo mihi
Commune doleo: pars quota ex isto mea est?
Dominare tumidus: spiritus altos gere:
Sequitur superbos vltor a tergo deus.
Thebana noui regna: quid matres loquar
Passas & ausas scelera? quid geminū nefas
Mixtumq; nomen coniugis: nati: patris?
Quid bina fratrum castra? quid totidē rogos?

cabili & molli. Volens autē eā sibi reconciliare dicit. Si mortales agant semper odia aeterna sine reconciliatione: nec furor id est vehemens ira, coeptus. s. semel, cedat .i. moueat vnq̄ ex animis: sed supple econtrario, felix id est potentior & fortunatior teneat sup. semper arma: & infelix. s. oppressus, paret scilicet arma ad vltionem sumendam: bella nihil relinquent scilicet saluum & integrum: tum id est insuper, aut tūc, ager. i. campus qui coli solet aut potest squalebit. i. sordidus & incultus erit, aruis vastis id est vastatis & destructis satis: et face scilicet incēsiua, subdita. i. ab imo iniecta tectis id est postq̄ tecta erunt combusta, cinis scilicet incendij: obruet gētes sepultas id est coopertas cinere ipso. Expedit. i. vtile est victori, velle pacē reduci id est vt reducatur: & necesse est victo pacem reduci, alioqui periret: igit̄ o Megara victa, qd̄ tñ būi tacet, veni particeps regni aut regno. i. i regnū: sociemus. i. coniungamus animos quae prima causa matrimonij est. Cape hoc pignus fidei. i. annulum quem illi porrexit. Continge dextram supple meam: quod cum nō faceret sed auersa tueretur: inquit, quid. i. ad qd siles vultu tristi? ad hęc megara idignationis & furoris plena, apto affectioni vtit̄ sermone, per aposiopisim id est reticentiam & eclypsim verbi: non enim patitur vehemens indignatio sermonem complere: vt aenei. primo. Mene incoepto desistere victam &c. Ordo aūt est. Ego ne sup. committam scelestissime: vt contingā manū aspersam sanguine parentis. i. patris mei Creontis: & gemina. i. geminata caede fratrū. s. meorū? q. d. nequaq̄ Nam ortus. s. solis prius extinguet diē: & occasus referet diem hoc est tota vis caeli mutabitur: & pax fida. i. concordia constans vt inter fidos icto foedere, erit aā. i. prius niuibus. i. frigidis aqs, & flammis. i. ignib' inflāmatis Et scylla pro Charybdis: nā vt Daniel declarat: & Vergilius canit dextrū scylla latus: lęuū iplacata Charybdis obsidet: dextrū aūt latus venienti ex Epyro i Italiā est Italicū: sinistrū Sicilicū. Scylla igitur posito poetice noie pro noie. i. charybdis iunget ante. i. prius: latus siculum, Ausonio. i. Italico: quae iam vi maris dempta sunt: Et Euripus pars maris Euboici inquietissima: q̄ septies quotidie fluere & refluere dicitur: appositorie: vnda Euboia fugax. s. p naturā aut vi ventoꝝ: alternis vicibus. i. reciprocationibus nūc vltro nunc citro: stabit. i. quiescet multo prius. s. q̄ id cōmittam, sup. quia: tu abstulisti patrē: regna, germanos. i. fratres. larē. i. domū propriā: patriā. quid est vltra. s. qd̄ auferre possis? vna res supest. i. reliqua est mihi: charior fratre, ac parente, regno ac lare: videlicet odiū tui. i. in te cōceptū qd̄ odiū ego doleo esse mihi cōe cū populo: quia velim omne omnium odiū tui mihi soli esse: vt te plane odisse possem: at nunc: quota pars est mea. i. mihi propria: ex isto. s. odio tui? q. d. minima: quia alij multo plus te oderūt. Dominare: figurata & inuidiosa cōcessio: tumidus. i. inflatus & superbus: gere altos. i. elatos spiritus. i. animos. Deus. s. Nemesis: quę licet sit dea: tñ cū de dea nō expresso noie loquimur: fere ad masculinū genus referim': aut quia digni' est aut q numina foeminina putata sunt vtriusq; sex' habere participationē: cū ergo Nemesis sit vltrix superboꝝ, potius vltor q̄ victor legā: vltor. i. vindicator: sequitur superbos a tergo. Ego noui thebana regna. q. d. plurima scio in eis scelera cōmissa: sed omnia grauiter punita. Quid loquar matres passas & ausas scelera: vt Agauen quae Penthea filiū interemit. Ino quae se in mare ꝑcipitauit. Nioben: quę ob superbiā Latonā contempsit &c. Quid loquar geminū nefas. s. in patrē occisum & matrē violatam ab Oedipode. & nomen coniugis. i. mariti. nati. i. filij: & patris mixtū. i. confusum. Quia Oedipus fuit filius & maritus Iocastę: & pater ac frater filioꝝ quos ex ea genuit. Quid sup. loquar bina castra fratrū. s. Etheoclis & Polinicis: de quib' Statius in Thebaide: qui inter se bella crudelissima gesserunt: tanto odio vt mortui vna cremari refugerint: vnde addit: quid sup. loquar totidē. i. duos rogos sup. eorum: cū in vnum impositi concremari noluerint.

Et Scylla Siculum iunget Ausonio latus: Priusq; multo vicibus alternis fugax &c. Arguit ab impossibili: BERN.
quia prius ista cōtraria fieri poterūt: q̄ ipsa mutet animū in eū qui patrē & fratres sustulerat. Scylla. in freto Si- Scylla.
culo paruus gurges veluti in arcū sinuatus id faciēte saxo: qd̄ a Zancle propinquo Sicilię oppido zanclęum dicebatur. Siculū latus, littus Siculū cū Ausonio, Italico, Sicilia insula Italiae olim continens & in agro Bru-

tio adnexa:mox interfuso mari Siculo auulsa. Vergi. Hæc loca vi quondã & vasta cõuulsa ruina. Tantũ æui longinqua valet mutare vetustas. Dissiluisse ferunt cum protinus vtraq; tellus Vna foret. Claudianus. Trinacria quondã Italiæ pars vna fuit:sed pontus & æstus Mutauere sitũ. Priusq̃ tangam te. Euripus fugax. Est angustũ mare inter Bœotiã seu Phocidẽ Bœotiæ partem: & Eubœam insulã: ꝙ alterno cursu teste Pomponio lib.iij. cursibus septies in die, totidẽq; nocte refertur: vt ventos ac etiam plena ventis secũ portet. Liuius hãc rationẽ ventis ascribit lib.viij. de secũdo bello punico. Piger. non se mouẽs. Vnda Euboica: est appositio. Ex isto.s.odio. Est pars quota.i.minima respectu aliorũ innumerabilium qui tyrannũ odio prosequebantur: sed oim odia vellem sola habere: vt magis mihi inuisus esses. Dominare tumidus. supbus: quasi seipsam cõsolãs denũtiat Lyco futurã eius perditionẽ: exẽplo multorũ aliorum qui regnauerũt Thebis. Noui. noui regnũ nostrum quod dat semp calamitatẽ regnãti. Quid matres. quid oportet loquar mala quę acciderũt his qui regnauerũt thebis. Passas & ausas. sicut Agaue quę Pẽtheũ filiũ occidit: & Ino q̃ cũ filio Melicerta sese in mare proiecit. Quid geminũ nefas. de hac historia dicem⁹ in Oedipo. hic patrẽ interfecit Laiũ matrẽ Iocastã vxorẽ duxit & ex ea filios suscepit: ideo ibi dixit mixtum nomen patris, nati, & cõiugis. Geminũ nefas. quia patrem interfecit: & matrẽ vxorẽ duxit. Bina castra.s. duorũ fratrũ Etheoclis & Pollinycis qui Oedipi filij fuerũt: & inter se pugnauerunt paratis exercitibus: & demũ se mutuis vulnerib⁹ cõgredientes interfecerunt: vt totã historiã exequitur Stati⁹ in thebaide. Totidẽ rogos.s. duos factos: cũ in vno fratres illi mortui cõburerentur, flamma diuisa est in duas partes: vt quẽadmodũ in vita diuisi fuerãt ita & in morte diuisi essent.

Euripus. Oedipus

DAN. ¶ Ego ne &c. Duo facit Megara: prius cõtẽnit oblationẽ cõiugij: deinde infortuniũ regni optat Lyco: & ꝙ patrẽ, germanos, domũ, patriã, sibi abstulerat: & ꝙ dilecti cõiugis ac generosi degener ipse arroganter regnũ inuaderet. est autẽ grauis & fellis plena aposiopesis in principio. Ego ne.s. faciam, vel cõmittam.

ASCENSIVS.

¶ Riget supbo &c. Exemplis docet supbos a dijs opprimi solere: nã tantalis.i. Tãtali filia Niobe, parens.i. mater numerosę prolis, & ita supba: quia se Latonę p̄latã voluit: riget.i. induruit in lapidem, luctu.s. nimio ob interfectos ab Apolline liberos: & manat.i. distillat adhuc lachrymis: ens lapis moestus.i. moestitię index: quia lachrymosũ marmor: in Sipylo oppido Phrygio. Quin ipse Cadmus, Agenoris filius, Thebarũ conditor, & Iouis quodãmodo socer, quia Europę pater, surrigẽs.i. sursum leuãs, caput toruũ crista.i. hñs cristã serpentinã: nã in draconẽ versus est: p̄mẽsus fuga.i. fugiendo regna illyrica, reliquit lõgas notas.i. limosa signa, corpis.s. lubrici, tracti, scilicet per annulos: nã serpẽtũ quibus pedes desunt motus fit dũ anterior pars posteriorẽ trahit: & posterior fixa anteriorẽ p̄trudit. Hęc .i. huiusmodi supborum, exempla.i. grauissimę punitiones ad aliorũ terrorẽ, manet.i. certe expectãt te. dominare.s. nobis vt lubet, dũ .i. dũmodo, fata solita.i. infelices exit⁹, regni nostri.i. thebani ac megarorũ. fataliter regibus debiti: vt Cadmo, Laio, Oedipodę &c. vocent te.s. ad simile exitiũ. Respõdet Lycus adhuc ad nuptias anhelans: Agedũ, adhortãdi vox, o rabida.s. Megara, amoue.s. a te, voces efferatas.i. ferina rabie emissas: & disce ab Alcide.i. exẽplo Herculis: quẽ tu mihi minaris: pati ipia regũ: qa ille Eurysthei ipia patit. Ego gerã sceptra q̃uis capta, manu victrici: & gerã .i. administrabo cũcta sine metu legũ: quas.s. leges, arma vincunt. Ego loquar pauca pro causa nr̃a: vt.s. noscas quã cõditionẽ tibi offerã: & q̃ venia dignus: licet tuos occiderim. Pater.s. tuus Creon aut Creontes cecidit in bello cruento: q.d. martio furore incenso: fratres sup. tui cecidere.s. eodẽ: quia arma nõ seruãt modũ, dũ semel cõmissum est præliũ. Nec ira ensis stricti.i. habens ensem strictum. potest tẽperari nec reprimi facile. Cruor.s. effus⁹, delectat bella.i. bellantes: ita vt semper plus effũdere appetãt. Sed sup. forte dices: ille.s. pater tuus, sup. bellauit, pro regno suo: & ita iustissima de causa: nos sup. bellauimus aut pugnauimus, acti.i. impulsi, cupidine improba.i. im

Riget superbo Tantalis luctu parens
Mœstusq; Phrygio manat in Sipylo lapis.
Quin ipse toruum subrigens crista caput
Illyrica Cadmus regna permensus fuga
Longas reliquit corporis tracti notas.
Hęc te manent exempla: dominare vt lubet.
Dum solita regni fata te nostri vocent. Ly.
Agedum efferatas rabida voces amoue:
Et disce regum imperia ab Alcide pati.
Ego rapta q̃uis sceptra victrici geram
Dextra: geramq; cũcta sine legum metu
Quas arma vincunt: pauca pro causa loquar
Nostra: cruento cecidit in bello pater
Cecidere fratres: arma non seruant modum.
Nec tẽperari facile: nec reprimi potest
Stricti ensis ira: bella delectat cruor.
Sed ille regno pro suo: nos improba
Cupidine acti. queritur belli exitus:
Non causa. sed nunc pereat omnis memoria.
Cum victor arma posuit: & victum decet
Deponere odia. non vt inflexo genu
Regnantẽ adores petimus: hoc ipsum placet
Animo ruinas ꝙ capis magno tuas.
Es regẽ cõiunx digna: sociemus thoros. Me.
Gelidus per artus vadit exangues tremor.
Quod facin⁹ aures pepulit? haud eq̃dẽ horrui

Cũ pace rupta bellicus muros fragor
Circunſonaret:pertuli intrepide omnia
Thalamos tremiſco:capta nunc videor mihi.
Grauent catenę corpus: & lõga fame
Mors protrahatur lenta:non vincet fidem
Vis vlla noſtra: moriar Alcide tua.

probãda:quia iniqua. Sed tota erras via: qa exitus belli nõ cauſa qrĩ:ita vt iuſte pugnaſſe videaſ qui vicerit. Sed ois memoria.ſ.belli & cędis, pereat nunc:quia cũ victor (ſeipſum innuit Lycus) poſuit.i. depoſuit arma: decet et.i.etiã, victum deponere odia. Pręterea, nos nõ petimus vt adores ſup. me, regnãtẽ, genu inflexo.i.curuato: imo hoc ipſum q capts.i. proſequeris magno animo ruinas tuas: placet.ſ.mihi.i.q magnanima es: qa ex hoc cognoſco q tu es cõiunx digna rege:q.d. me q ſum rex: ſed ſpecioſius in generali loquitur. Sociem⁹ igiſ toros.i.lectũ coniugalẽ. Ad qđ Megara. Tremor gelidus.i.frigus tremorẽ inducens, vadit.i.diſcurrit per artus exangues.i.pallidos eo q ſanguis ois ad pcordia fluxit. Quod.i.o quale facin⁹, pepulit aures.ſ.meas? q.d. iniquiſſimũ poſtulatũ: equidẽ.i.ego certe, haud horrui ſup.tunc: cũ fragor bellicus.i.qui fit belligerando, pace rupta.i.violata, circũſonaret muros.ſ. Thebanos. ego pertuli oia intrepide: & ſup.tñ, tremiſco thalamos.ſ.tyranni: ego videor mihi nunc.ſ.cũ ſollicitor ad fidẽ violandã, capta.ſ.a tyranno, & ſeruitutẽ durã pati. Attñ: catenæ grauẽt.i.eſto grauẽt corpus.ſ.meũ: & mors lenta.i.diu durans, protrahatur.i.extendaſ longa fame: tamen ſup. vlla vis.i.violentia, non vincet fidem noſtram.ſ.matrimonialẽ: quã Herculi dedi. O Alcide.i.Hercules, ego moriar tua.ſ.cõiunx: non Lyci.

¶ Riget ſuperba Tantalis. Amphion filius Iouis rex Thebanus habebat vxorẽ Nioben filiã Tantali regis BERN.
Phrygũ: hæc quatuordecim filios habuit ex marito: ſeptẽ mares: & totidem fœminas: ea ſuperbia ducta volu Niobe.
it pręponi Latonæ matri Apollinis & Dianæ: q ea nõ haberet niſi duos: ipſa vero quatuordecim: & ita voluit Thebanos potius ſibi ſacrificare q̃ Latonæ. Quare indignati Apollo & Diana filios ſagittis ſuſtulerunt: vt Ouidius in.vj.meta. & Iuue.ſaty.vj. Nil pueri faciunt: ipſam cõfigite matrẽ Amphion clamat: ſed Pęan contrahit arcũ. Ipſa autem mœrore afflicta in ſaxũ mutata eſt perpetuo liquore manãs. Tantalis ergo Niobe filia Tãtali. Riget, dureſcit: quia nunc facta eſt ſaxum. Rigere interdũ eſt dureſcere. Vergi. Veſteſq rigeſcunt indutæ: cædũtq ſecuribus humida vina. Rigere autẽ proprie eſt frigeſcere: & ea quę frigent, horrent, & dureſcunt. Rigeo.
Hinc rigor nõ modo pro frigore ſed etiã pro duritie accipitur: vt ferri rigor: & rigidus, frigidus, & durus diciſ & rigidus homo aſper. Manat, ſtillat. In Phrygio *Sipylo* nõ *Sipytulo* vt legunt imperiti. nam *Sipylum* vrbs Meoniæ fuit ex qua Niobe verſa in ſaxum ob dolorẽ amiſſorum filiorum. *Ply. Sipylũ* qđ ante Tantalis vo- *Sipylum*
cabatur caput Meoniæ. *Sipylus* etiã ex filijs fuit vnus Niobes. *Statius* lib. v. ſyluarum. Mira fides: citius genitrix Sipyleia fertur exhauſiſſe genas. Item Propertius lib. ij. Nec tantũ Niobe biſſex ad buſta ſuperbe ſollicito lachrymas defluit a Sipylo. Quin ipſe. Cadmus cõditor Thebarũ videns filiarũ infelicitatẽ receſſit in Illyricũ & mutatus eſt in ſerpentem. Subrigens, exaſperans. Caput toruũ, horribile. Criſta, cornibus. Permẽſus, trãſi-
lit. Regna Illyrica, vt vulgo Sclauonię. Notas, ſigna. Corporis tracti: quia ſerpẽtes trahũt corpus per terram. Illyris
Hęc exempla manẽt, expectãt. Dum fata. facito vt lubet: dũ modo in fine habeas qđ alij habuerunt. Agedũ Sclauõia
hortatur Lycus Megarã ne tantopere velit pturbari: ſed potius cum eo velit eſſe particeps regni: omniaq prætenta deponenda eſſe. Efferatas, nimis pungentes & plenas paſſione. Diſce imperia ab Alcide, ab Hercule. in cõtemptũ Herculẽ dixit non maritũ. diſce ſeruire potentiori o Megara: quẽadmodũ Hercules qui Euryſtheo ſeruit: & nunc eſt apud inferos. Ego rapta. q̃uis ego habeã imperiũ: nolo tñ vti violentia in te: ſed potius oſtẽdam rationẽ q nõ mea culpa pater & fratres tui ſunt interempti: ſed vt fit in bello in quo nõ ſeruatur modus: & ita culpam in bellũ refert: quia vterq noſtrũ potuiſſet mori ſi contigiſſet. Quas arma vincunt. vt dicit Cicero. Ius inter arma ſilet. Belli finis. poſſet dicere tu iniuſte contra patrẽ arma cepiſti: reſpondet Lycus q in bello nõ cõſyderatur principium an iuſte cœptum ſit bellum: ſed finis: ille dicitur iuſtus & felix qui victor euaſerit. Qñ victor. amplius non recordandũ de pręteritis: qñ victor depoſuit arma, & victi debẽt deponere odia. Hoc ipſum placet. placet q es magni animi in caſu tuo: propterea te dignam thalamis noſtris iudico. Tuas ruinas, calamitatẽ tuam. Grauent catenæ. ponito me ligatam in carcere & facias quomodo tu vis. & ſi torquere me volueris moriar potius q̃ tibi iungar toro.

¶ Riget. Homerus in.ω. iliados tradit pueros & puellas Niobes fuiſſe biſſenos. Euripides biſſeptenos. Sap- DANI.
pho bis nouenos, alij bis denos. Oui. ſecut⁹ Euripidẽ canit bis ſeptẽ. Propertius ex Homero pẽdẽs appoſuit biſſenos Niobe. orbata numeroſa ple ceſſit in ſaxũ apđ Sipylũ. Et lachrymis etiã nũc marmora manãt. Quin ipſe. Cadmus cũ Armiona vxore mutati ſunt in angues: & totã illyriũ perrepſerunt: vnde ciuitas dicta apud Lucanũ Euchaliæ verſi teſtantur funera Cadmi. Rigẽs.i.ſubrigens & attollens caput toruũ criſta. Arma non ſeruant modũ. artificioſe Lycus transfert crimẽ ſuũ & minuit per relationẽ qđ negare nõ põt: & eſt argumentũ ſumptum a differẽtia: q res diuerſas, nõ aduerſas oſtẽdit: vt cecidit pater cecidere fratres: ſed in bello in quo ira animũ pcipitat, & rationẽ turbat furor bellicus: in quo attẽdiſ locus maxime & tẽpus: vt docet Martianus. Cũ victor. Argumẽtũ p cõparationẽ maioris ad minorẽ. cũ victor armis, tũc odija ſuperſedeat victus.

LYCVS.

Animos ne merſus inferis cõiunx facit? Me.
Inferna tetigit poſſet vt ſupera aſſequi. Ly.
Telluris illum pondus immenſę premit. Me.
Nullo premetur onere qui cœlum tulit. Ly.
Cogere. Me. Cogi q poteſt neſcit mori. Ly.

ASCENSIVS.

¶ Animos ne merſus &c. Lycus indigne ferens Herculẽ ſibi pręferri: ad eum deprimẽdũ accingitur: ſciens nõ poſſe duos ſimul ad matrimoniũ amari: quia Succeſſore nouo vinciſ ois amans. dicit ergo. Ne.i. an cõiunx.ſ. tuus Hercules merſus inferis vnde emergere nequibit, facit ſup. tibi aios.i. aioſitatem iſtam? Ad qđ Megara: ſup. cõiunx meus Hercules, tetigit iferna: vt poſſit aſſequi ſupera.i. cœleſtia

Effare: thalamis quod nouis potius parem
Regale mun⁹? Me. aut tuā mortē aut meā. L.
Moriere demēs? Me. cōiugi occurrā meo. Ly.
Sceptroq; nostro potior est famulus tibi? Me.
Quot iste famulus tradidit reges neci? Ly.
Cur ergo regi seruit & patitur iugum? Me.
Imperia dura tolle: quid virtus erit? Ly.
Obici feris monstrisq; virtutem putas? Me.
Virtutis est domare quae cuncti pauent. Ly.
Tenebrę loquētē magna tartareę p̄mūt. Me.
Non est ad astra mollis e terris via. Ly.
Quo patre genit⁹ coelitum penetrat domos?

ad q̄ per spōtaneā humiliationē. p labores & ęrūnas ascēditur. Ad id Lycus: q. d. nō poterit emergere: quia pondus immensæ telluris p̄mit illū. Ad qđ Mega. is. s. Hercules qui tulit coelū. s. vt Atlantē subleuaret, nullo onere .i. fasce p̄metur. Ad id Lycus cū p̄ces & suasiones nihil possent ad minas cōuersus, inquit. Cogere. i. cogeris media lōga. Ad qđ Mega. Is qui potest cogi nescit mori. q. d. neminem fortē ad turpia cogi posse per mortē: cū poti⁹ moriaī. quę est sancta & Christiano digna sententia: quā & Hora. in epistolis amplectiī: vbi inducit virū bonū & liberū minas Penthei cōtemnentē. Nā cū mortē minaretur dixit: Moriar. Mors vltima linea rerū est. Hinc & illud Iuuenalis. Magnum crede nefas aim pręferre pudori. Et propter vitā viuendi perdere causam. Lycus aūt dissimulans responsum illud quasi nō sit ex aio dictū, addit. Effare. i. eloq̄re qđ munus regale. i. magnificū & rege dignū parē. i. pręparem, potius, thalamis nouis. i. nuptijs tecū cōtrahēdis? Respōdet Megara. aut tuā mortē aut meā. Ad qđ Lycus. O demēs. i. vesana, tu moriere: q. d. si ita vis, tu potius (q̄ ego) morieris. Ad id Megara: quasi beneficij loco id futurū sit addit: ego igitur p te demissa ad inferos, occurram coniugi meo. s. Herculi illinc reuertenti. Addit Lycus: quasi cōtinuato sermone, perinde ac si nō expectauerit aut audire noluerit responsum Megarę. Sceptroq; nostro: vbi q; videtur accipi p quia: vt sit moriere: quia famulus. s. Hercules qui inseruit Eurystheo, est. i. existimatur tibi potior sceptro nostro, si tñ q; copulatiue accipi mauis legatur vtrūq; interrogatiue sic: o demēs moriere. i. decreuisti ne mori & famul⁹ est tibi potior nostro sceptro. i. regno? Ad qđ Megara. Iste quē tu fingis famulus, quot reges tradidit neci? q. d. q̄ plurimos: vt Diomeden, Busirim, Gerionē, & alios plurimos. Ad hoc Lycus. Ergo si reges necare pōt: cur seruit regi scilicet Eurystheo: & patiī iugū. i. subiectionē eius? Respondet argute Megara dicens. Tolle dura imperia. s. Eurysthei p Iunonē Herculi incussa: quid erit virtus sup. Herculis? q. d. nihil: quia vt dicit Horati⁹ car. iiij. Paulū sepultę distat inertię Celata virtus. Et ideo quia p Iunonis psecutionē eius gloria creuit, Hercules quasi heras. i. Iunonis, cleos. i. gloria dictus est. Ad id Lycus. Putas virtutē sup. verā, obici sup. posse: feris, vt leoni, tauro, hydrę, & monstris: vt Caco, Gerioni &c. q. d. nequaq̄: cū sit temeritatis potius q̄ virtutis. Scribitur aūt obici vnico i: quia anapestū facit: alioqui iambus de sede secūda cederet. Respōdet Mega. Virtutis est domare quę cuncti pauēt: vt feras immanes & mōstra sęua. Cōtra qđ Lycus innuēs iactanti⁹ q̄ vere ab Hercule asserta q̄ de eo dicuntur, dicit: tenebrę tartareę. i. pfundissimi carceris inferni. p̄munt loquētē magna: videlicet Herculē: quē nō p̄merent si vt loq̄retur faceret. Ad hoc Mega. innuens quod prius dixit: ideo descēdisse & dura obisse vt coelos ascēdat, inquit. Via e terris ad astra nō est mollis: sed aspera & arcta. Quia vero per hoc innuit Herculē ad coelos affectare viā, quęrit Lycus. Quo patre genitus. s. Hercules, penetrat domos coelitum? Q; si Ioue dicat: tunc Alcmenā adulterij cōuincat: sin Amphitryonē: nō credat. quā difficultatē intelligens Amphitryon ne mulier incautius responderet intercipit sermonem dicens quae sequuntur.

BERN. ¶ Animos, arrogantiā. Telluris pōdus. dicit Lycus non reuerteī: quia est sub terra apud inferos. Qui coelum tulit. Megara dicit: nō est credēdū maritū meū posse p̄mi & grauari terra q coelū sustinuit hūeris qđ est grauius vt supra diximus. Cogere. si nolueris sponte: facies per vim. Cogi q̄ potest. pulchra sententia a philosophis stoicis. q̄ nō timet mortē non pōt cogi. Effare. Lycus sermonē mutās quasi blādiēs dicit, o Megara omittam⁹ ista: sed dic qđ mun⁹ dignū regina velis a me tanq̄ a nouo spōso. Effare dic. Parē, p̄parē. Nouis thalamis, nr̄is Aut tuā aut meam mortē respōdet Megara. Cōiugio occurram. impediā ne fiat cōiugium tecū. alter text⁹ habet Cōiugi. & sic dicendū: si moriar ibo obuiā cōiugi Herculi qui apud inferos. Sceptro. vis potius Herculem famulū in maritū q̄ me regē. Regi, Eurystheo. Iugum, seruitutē. Quid virtus erit. notabilis sententia: quia vt vult Cice. non est victor sine pugna. Putas: interrogat credis virtutē ire cōtra feras. Loquentē magna: irrisiue dixit nō facientē. i. si est ita fortis quur nō redit ab inferis. Tenebrę tartareę infernales. Nō est mollis. i. voluptuaria: respōdet Megara sapienter vt cōparet sibi coelum opus est q; patiatur magnos labores. Quo patre. hac respōsione motus Lycus dixit & cuius est filius iste maritus: est ne filius Iouis vt possit ire ad superos: & reuerti ab inferis: vt filij deo℞ possunt: vt testatur Verg. in. vj. ęnei. Dijs geniti potuere.

DAN. ¶ Animos dialogus per intentionē & depulsionē sub statu qualitatis. nam quod dementiæ ascribit Lycus cōtra virtuti donat Megara: in quo tuetur Herculem virum coniunx fidelissima partim ratione, partim exemplo vt sequentia indicant.

ASCENSIVS.

Am. Miserāda cōiunx Herculis magni sile.
Partes meę hæ sunt reddere Alcidę patrem
Genusq; verum: post tot ingentis viri
Memoranda facta: postq; pacatum manu

¶ Miseranda coniunx. Herculis magni sile. Verba sunt vt dixi Amphitryonis cauētis ne mulier imprudētius de Herculis patre loquatur: forte ob causam quā iam dedimus. Ordo est. O miseranda cōiunx Herculis magni, sile. i. tace: hę partes. i. hoc officium. s. reddere. i. assignare, Alcidę. i. Herculi Alcęi nepoti saltē

Quodcunq; Titan ortus: & labens videt.
Post mōstra tot pdomita: post Phlegrā impio
Sparsam cruore: postq; defensos deos:
Nondum liquet de patre: mentimur Iouem?
Iunonis odio crede. Ly. Quid violas Iouem?
Mortale cœlo non potest iungi genus. Am.
Communis ista pluribus causa est deis. Ly.
Famuli ne fuerant anteq̄ fierent dei? Am.
Pastor pherços Delius pauit greges. Ly.
Sed nō per omnes exul errauit plagas. Am.
Quē profuga terrę mater erranti dedit. Ly.
Nō mōstra sęuas Phœb⁹ aut timuit feras. Am
Primus sagittas imbuit Phœbi Draco.
Q̄z grauia paruus tulerit ignoras mala:
E matris vtero fulmine eiectus puer?
Mox fulminanti proximus patri stetit.
Quid? qui gubernat astra: qui nubes quatit.
Non latuit infans rupis exesæ specu?
Sollicita tanti pretia natales habent:
Semperq; magno constitit nasci deum. Ly.
Quēcunq; miserū videris hominē scias. Am.
Quēcūq; fortem videris: miserum neges.

putatiuo, patrē.s. verum & genus verū: sunt meę.i.ad me pertinent. Et argute respondens ad interrogata per insinuationē. q.d. operib⁹ credite si verbis nō creditis, cōuincit Iouis eē filiū: id tñ non dicit aperte: ne cōiugē adulterij alliget. Vnde addit. Nōdū liquet (vt video, aut p interrogationē amarā: o Lyce: nōdū liquet ubi) de patre.s. Herculis: post tot memorāda .i. digna memoratu facta.i. gesta & facinora, viri igētis.s. Herculis: & post pacatū.i. postq̄ pacauit.i. domuit manu.s. sua, quodcunq;.i. quicquid, titan.i. sol, ortus.s. qñ ortus est: aut ortus p oriens: sicut æneí.j. Et q̄ vectus abas. pro qua vehebatur: & labens.i. occidens, videt: post tot mōstra pdomita: post Phlegram partē Thessaliæ, sparsā cruore impio.s. gigātum volentiū deos cœlo detrudere: & post defensos deos? q.d. liquere.i. manifestū esse deberet: sed nos mentimur.i. mendaciter astruimus, Iouem.s. patrē eius: aut putasne q̄ mentimur Iouē patrē ei⁹: q̄ si hoc putas: crede saltem Iouis esse filiū, odio.i. ppter odium Iunonis: q̄ nō oderit sic nisi e pellice sua natū. Ad qd Lycus cū respōdere apte nesciret: ad interrogationē recurrit: quid violas.i. adulterij aut imbecillitatis vitio polluis, Iouē: qui ex aliena cōiuge nō deū sed hominē degenerē genuerit, Sed nō est vero sīse qd asseris. Nā genus mortale nō pōt iūgi cœlo.i. cœlesrib⁹ dijs. Ad qd Amphitryon. Ista causa.s. Herculi alleganda si vult Iouē patrem asserere sine vitio eius, est cōis pluribus deis: quia plures mortales dijs geniti in deorū numerū p Apotheosim sunt asciti. Ad qd Lycus. Fuerātne quos dicis, famuli (vt Hercules) anteq̄ fierent dei. Vbi manifeste probat nomē deus declinari in plurali dei deor: deis: at dij & dijs, aut vt qdā scribūt di & dis, a dio potius deducit. Respōdet Amphi. deos aliquando famulos fuisse: nam pastor Delius.i. Apollo in Delo nat⁹: pauit greges Pherços.i. Thessalicos Admeti regi apd Amphrysum: sed vt Serui⁹ dicit, spoliat⁹ diuinitate. Ad qd Lycus dissimilitudinē asserens. Sed sup. Apollo nō errauit exul per oēs plagas: vt sup. facit Hercules. Et Amphi. indicans non immunē ab errore Apollinē addit. Quē. q.d. dico eū pastorē Deliū, quē mater.s. Latona, profuga.s. a facie Iunonis dedit terrę erranti.s. Delo: quā (vt dicitur æneí.iij.) pius arcitenens oras & littora circū Errātē, mycone celsa gyaroq; reuinxit. Immotamq; coli dedit & contemnere ventos. nō est ergo erroris expers: qui ab errante matre, errante patria nat⁹ est: addere potuit q̄ in cœlo ab errore planetes dicitur: sed nihil minus planetis errat. Lycus aūt vel quęrit. Nō .i. nunquid: vel potius dicit q̄ Phœbus non timuit monstra aut feras sęuas vt Hercules. ad qd Amph. ostēdit q̄ & ipse feras persecutus sit dicēs. Draco.s. phyton aut python, quē pastorē malū & latronē quidā putant, imbuit .i. tinxit cruore suo, primus sagittas Phœbi. dicerē qui fuerit draco & quare sit cęsus nisi cōmentarij cæteri dicerēt. Affert aūt alterū exēplū eius qui in deor: numerū ex hoie ascitus sit: vtpote Bacchi: dicens: ignoras q̄.i. quantū, grauia mala tulerit.i. passus sit, puer paruus.s. Liber aut Bacchus eiectus fulmine, e vtero matris .s. Semeles? q.d. minime ignoras: cū sit Theban⁹ patria: & tñ Bacchus mox.i. paulopost ascitus in cōsortium deorū, stetit pximus patri.s. Ioui fulminanti. Quid? sup. dicis de minorib⁹ deis: is qui gubernat astra.s. Iuppiter: qui quatit nubes.s. dū tonat: nō.i. nōne latuit infans.i. cū adhuc infans esset: sup. in specu.i. antro aut spelūca, abstrusus a facie Saturni ne ab eo deuoraretur, vt Bern. explicat, rupis exesę.s. vetustate: ne suspitio oriret Saturno. Vt vero apertius probet Herculis ortū similē ortui Apollinis Bacchi & Iouis: qui fuerūt difficiles: qa superiores duo a nouerca delendi quærebantur: Iuppiter a patre: addit, natales.i. ortus, tanti.i. tantor: deorū, habēt p̄tia sollicita.i. multa sollicitudie cōparant: & cōstitit semp magno.s. p̄tio, aut periculo: nasci deū.i. vt qs nascatur deus. Vnde argute Baptista Māruanus de diua Parthenice cecinit: difficilesq; ortus: & formidanda profundi incrementa Iouis. Ad id Lycus negans Herculē ob difficultatē ort⁹ deū futurū aut esse, dicit. Quemcunq; tu videris miserū: scias sup. eū hominē & nō deū: quia dei miseri non sunt. qd nō it inficias Amphi. sed argute inficiatur Herculem miserū esse dicens. Quēcūq; videris fortē, vt Hercules est, neges sup. eū miserum esse qd quia philosophice & vere dictū est: quia virtus beatū facit: quisquis autē beatus est, miser non est: conatur Lycus probare Herculem non esse nec fuisse vnq̄ fortem: vt sequentia docent.

¶ Miseranda cōiunx. Amphitryo hoc loco vult respondere Lyco: rogatq; silentium a Megara: quia ipse bene pōt tueri has partes. Hæ partes sunt meę. hoc pertinet ad me dicim⁹: & Cicero habet primas partes.i. primū BERN.

Reddo. locũ in eloquẽtia. Reddere.i.dare.sic Plaut⁹. Tibi ego rationẽ reddã.i.dabo.sed ꝑprie est acceptũ vel ablatum restituere: vt Terentius. Si quis quid reddit: magna est habenda gratia. Post.cõuertit orationẽ suã ad Lycũ. iã deberet esse manifestũ Herculẽ esse filiũ Iouis: quia vicit mõstra tot ac tanta quę hominis filius nunq̃ vincere potuisset. Liquet, manifestum est. Ortus, oriens: & est participiũ. Labens, occidẽs: & sic oriens & occidens pro toto mundo accipiunt. Post Phlegrã. Phlegra est vallis Thessalię vbi cõgregati gigãtes pugnauerunt contra Phlegra. Iouẽ: cũ ergo iste deuicerit gigantes, & deos defenderit: dubitas de patre? quia nisi esset fili⁹ Iouis non potuisset tanta peragere. Impio. gigantũ qui impij erant cõtra deos. Mẽtimur. putas ne dicamus verũ: q fit filius Iouis: Iunonis odio crede. Crede Herculẽ esse filiũ Iouis hoc argumẽto: qa Iuno maxime iimicat ei: qđ nõ faceret nisi esset natus de pellice. Mortale coelo. ille qui est homo mortalis non potest dici q fit natus dijs. Cõis. Respondet Amphitryo: multi tales fuerũt. Famuli: fuerunt ne famuli in terris: vt iste Hercules. Pastor. Apollo priuat⁹ diuinitate a Ioue dicitur pauisse armenta Admeti regis Thessalię per septẽ annos apud Amphrysum fluuiũ: vt Apollo pastor. Verg. in Geor. Pastor ab Amphryso. & Luca. lib. v. Irrigat Amphrysios famulantis pascua Phoebi. Phęręos Thessalicos Phęręarum: ciuitas Thessalię: a qua Phęręus deducitur. Delius. Apollo a Delo insula vbi natus est. Sed nõ cõcedo q fuerit famulus: sed nõ errauit p totũ mundũ: vt Hercules. Plagas, regiones. Q uẽ. s. dicis nõ errasse. Q uẽ. s. Apollinẽ. Mater, Latona. Dedit, edidit & peperit. Terra erranti. s. Delo insula. Dicitur Latona cũ grauida esset agitata fuisse a phytone serpente misso a Iunone: ita vt nõ inueniret locũ vbi parere posset: sed demũ ad Delõ insulã q̃ in mari istabilis erat deuenisse: vt dictũ est supra: & ibi pep[er]isse: & insulã stabilẽ factã fuisse. Primus. immo prius. Apollo puer Phytonẽ serpentẽ qui matrẽ insecutus fuerat, sagittis interfecit: & eo mortuo dictus est Phytius. Draco, phyto, Imbuit, tinxit sanguine suo. sic Vergi. Sponte sua sandix pascẽtes imbuet agnos. Q̃ grauia. Oui. lib. iij. meta. hanc historiã plene exequitur. Semele Cadmi filia mater Bacchi Semeles interitus. cũ ex Ioue ꝑgnans esset: rogauit illũ vt secũ, queadmodũ cũ Iunone assueuerat, coiret. Iuppiter maiestate dei assumpta cũ tonitribus ac fulgore ad eã descẽdit: illa vero prægnãs cum neq; tonitrui, neq; fulguris vim ferre posset, filiũ aborsa, igne expirauit: infantẽ Iuppiter Mercurio dedit ad antrũ Nysę vrbis quod inter Arabiã & Nilum, deferendũ a nymphisq; omni studio curaq; educandũ. vnde a Ioue & Nysa Dionysium dixerũt. Itaq; nutritũ a Nymphis aiunt orbẽ ferme pambulantẽ multas regiones adijsse: ac maximis honoribus postea celebratũ. Mox. hoc dicit Seneca scđm opinionẽ illo[rum] qui dicũt Iouẽ femori suo puerũ immaturũ insuisse vt illic Saturni i tẽpus compleret. Proximus, iunctus femori. Q uid. Saturnus statuerat ex foedere totã virilẽ plẽ ex se nascifilios sæuitia. turã necare. Itaq; qui primo ei filius natus est necatus est. deinde nati sunt gemini Iuppiter & Iuno. Iunonẽ solam in cõspectũ Saturno dedere: Iouẽ vero clã abscõdentes ferũt Opim matrẽ ei⁹ infantẽ misisse in antrũ mõtis Idæ: Curetisq; populis traditũ educandũ: & ne forte vagitus infantis audiret: illos tympana clypeos: atq; alia arma pulsasse. Q ui gub. astra. i. Iuppiter. Specu. i. spelunca. Rupis. i. Idæ montis Cretæ. Exesę, cauatæ. Tanti natales. i. tã magni cõcludit q qui nascuntur ita magni habent laboriosa pretia. Sollicita plena anxietate. Cõstitit magno. s. pretio: hoc est sine magno labore non possunt effici dei: & notabilis est sententia. Q uẽcunq;. Lycus dicit scias eum esse hoiem non deum qui sustinet tot labores.

DAN. ¶ Miseranda coniunx, aperte progreditur Amphitryon pater: non enim potest cõiunx genituræ fidẽ facere: sed genitor: licet ludibrio fuerit genitor Herculi Amphitryon.

Ly. Fortem vocemus: cuius ex humeris leo
Donum puellę factus & claua excidit:
Fulsitq; pictum veste Sydonia latus?
Fortem vocemus cuius horrentes comæ
Maduere nardo? laudemus qui notas manus
Ad non virilem tympani mouit sonum
Mitra ferocem barbara frontẽ premẽs? Am.
Non erubescit Bacchus effusos tener
Sparsisse crines: nec manu molli leuem
Vibrasse thyrsum: cum parum forti gradu
Auro decorum Syrma barbaricum trahit.
Post multa virtus opera laxari solet. Ly.
Hoc Euriti fatetur euersi domus,
Pecorumq; ritu virginum oppressi greges.
Hoc nulla Iuno: nullus Eurystheus iubet:
Ipsius hæc sunt opera. Am. non nosti omnia.
Ipsius opus est cęstibus fractus suis

ASCENSIVS.

¶ Fortẽ vocemus &c. vt dixi probare nititur Herculẽ nec esse nec fuisse vnq̃ fortẽ ea fortitudine q̃ virtus moralis sit: licet forsan robustus fuerit: quia turpissima queq; passus est: & a mulieribus victus. Vnde dicit. Vocemus. i. visne aut ęquũ ducis. vt vocemus fortẽ, sup. eũ videlicet Herculẽ: ex cuius humeris leo. i. pellis leonina, cecidit, factus donum puellę. s. Omphales aut Ioles: & ex cuius humeris aut sup. manibus cecidit claua sup. facta donum puellę. s. dictę: & sup. cuius, puella aut ipse, fulsit. i. reclinatũ sustinuit, latus pictũ. i. coloratũ veste sydonia. i. purpurea? cui⁹ tinctura est apud Tyron aut Sydona vrbẽ Phoenicię a cane herculis reperta. Cũ enim illic Hercules ad amicã iret, canis in littore conchã eius generis cuius succus aut sanguis purpura est absumẽdo, rictũ purpura tinxit: quã rẽ mirata puella iurauit se nõ prius cũ Hercule coiturã q̃ consimilis coloris vestem ab eo reciperet: quocirca Hercules canis vestigia repetens deprehẽdit in conchili eam esse vim, & eo tinctã vestẽ attulit. qđ & Philelphus in secundo epistolarũ volumine recitat. Vocemus fortẽ eũ cuius comę. i. capilli, horrentes. i. aspeii & rigidi prius, maduere nardo. i. vnguento nardino: & qui mouit. i. admouit manus, notas. i. isignes, laude. i. facinore laudato, ad sonũ non virilẽ, immo muliebrẽ, tympani. i. instrumenti musici, facti ex pelle extensa in vas cõcauum: vnde a

Purpuræ inuentio.

Tympanum.

Eryx: & Eryci iunctus Anteus Libys:
Et qui hospitali cæde manantes foci
Bibere iustum sanguinem Busiridis.
Ipsius opus est vulneri & ferro obuius
Mortem coactus ante Geryonas pati.
Nec vnus vna Geryon victus manu.
Eris inter istos: qui tamen nullo stupro
Lęsere thalamos. Ly. quod Ioui hoc regi licet.
Ioui dedisti coniugem: regi dabis.
Et te magistro non nouum hoc discet nurus
Etiam viro probante meliorem sequi.
Sin copulari pertinax tædis negat
Vel ex coacta nobilem partum feram.

verbo tympanizo qđ est extendo nomē sumpsit. sonitū modulatū ad quē puellę saltitant: mouit, dicit: premens. i. arcte vinciens, frōtē ferocē. s. pri⁹, mitra barbara: vtpote Phrygia: q̄ mulierū est ornamētū: q. d. nequaq̄. Ad qđ Amphitryo docet exemplo Bacchi, propter mollē habitū illi nō negandā fortitudinē, nec apotheosim. Bacchus tener. i. mollis & delicatus, nō erubescit sparsisse crines effusos. i. vēto, qa Solis ē Phoebo Bacchoq; ęterna iuuētus. Et decet intonsus crinis vtrunq; deum. Quia sunt qui eundē putent: & typū solis gerere: qui propter radios capillat⁹ dicitur. Nec Bacch⁹ erubescit aut erubuit solem vibrare. i. quatere, manu molli Thyrsum. i. hastā pampinis inuolutā, leuē. i. non ponderosum: cū. i. qñ trahit gradu. i. gressu, parū forti. i. parū virili, syrma barbaricū. i. vestē lōgā cui⁹ cauda trahebat more barbarico, decorū. i. ornatū auro. s. intertexto: nec mirū si talia fecit Bacch⁹: qa virtus solet laxari post multa opera. s. fortia & laboriosa. Et quia dixit opera multa, fatetur eū Lyc⁹ multa fecisse: sed turpia & probrosa: vnde dicit. Domus Euriti. s. regis euersi. i. extincti abducta & stuprata filia, fatetur hoc. s. virtutē laxari post multa opera: & est amara irrisio: & greges virginū: vt Omphales, Ioles, Scythes &c. oppressi. s. ab Hercule, ritu. i. in morē pecorū, fatentur hoc: verū nulla Iuno & nullus Eurystheus iubent hoc. s. diripere regna, occidere parentes, violare filias. hęc. i. hmōi tñ sunt opa ipsius. s. Herculis: cui⁹ nomē vt inuidiosum nō pfert. Ad qđ Amphi. nō nosti oīa. s. Herculis opa: q. d. nō ea pfers quę speciosa sunt. Nā Eryx. i. filius Veneris, fractus. i. cōuulsus, suis cęstibus. i. armaturis manuū a cędendo dictis: ijs enī pugiles se mutuo cędebāt: erantq; munimenta manuū ex corio duro infuso plumbo vt & fortia & ponderosa essent. & Anteus Libys. i. Libycus vinctus Eryci. i. luctando vinctus vt Eryx, est opus ipsius. s. Herculis: & foci Busiridis. s. tyranni crudelis in Aegypto, qui manantes. s. prius cędere hospitali. i. cruore hospitū quos Busiris mactare solebat, bibere sanguinē iustū. i. iuste effusum quia per talionē, sup. sunt opus ipsius. Et sup. Geryon Hispaniarum potētissimus rex qui duos fratres cognomines habuit: & ideo tricorpor dictus est, obuius. i. obiectus vulneri & ferro. s. vulnifico Herculis, coactus pati mortē ante Geryonas. i. vidētibus fratribus mox eadē passuris. vt ante nō solum sit loci: vt illic. Quis ante ora patrū Troię sub moenib⁹ altis cōtigit oppetere: sed & tpis: hoc est anteq̄ reliqui Geryones paterētur mox tñ passuri mortē: est opus ipsius Et quia dixit ante Geryonas ne ostētāter de vna re pluraliter locut⁹ videat: addit: nec vnus Geryon victus est vna manu. i. vnius Herculis: sed sup. tres vna manu victi sunt. Tu eris inter istos. s. ab Hercule occisos: qui tñ nullo stupro lęsere thalamos. i. toros legitimos. Ad hoc Lycus intelligens se latenter carpi qui Megarā procabat, addit: qđ licet Ioui, hoc licet regi: q̄ sententia tyrannica est: verūtñ ethnici solebāt stulte imo sacrilege, deorū adulteria & facinora pbrosa trahere in exēplū: vt Eunuchus Terentian⁹ indicat: ex quo Augustinus cōuincit nō veros fuisse deos qui talia admiserint q̄ hoiem admisisse pudeat: nec legēdos auctores q talia in exēplū recipienda pdicent: verū Terētius ita fieri a stultis amatoribus ostendit: nō tamen ita fieri pręcipit. maximeq; aiaduertendū est in auctorib⁹ sub cuius psona pronūtient sententiā: vt sib'is putetur pnuntianti: vt hic tyrāno in Eunucho Cherę: hoc ē stulto amatori. Nusq̄ tuta fides: mulieri deceptę & ipatiēter amāti &c. Argute aūt retorquet Lyc⁹ cōuitiū in Amphitryonē: dicēs. Tu Amphitryo dedisti: q. d. supposuisti: cōiugē tuā. s. Alcmenā Ioui: quē libēter riualē suscepisti: tu dabis regi. q. d. mihi qui rex sum, cōiugē non tuā: sed Herculis: & nurus sup. tua Megara, discet hoc nō nouū. i. qđ non est nouū, te magistro. i. magistrāte: qđ alioqui nouū videri possit: videlicet potiori cedere vxorē: vñ addit: sequi meliorē. s. amatorē, aut maritū, etiā viro pbāte. i. approbāte: sicut tu approbasti stuprū Iouis cū Alcmena. Sin. i. sed si, ipa pertinax. i. obstinata, negat copulari sup. mecū, tędis. i. facibus nuptialibus pręlatis: ego ferā. i. tollā nobilē partum, vel. i. etiam, ex sup. ipsa coacta. qđ audiēs Megara in furorem acta erumpit in verba sequentia.

BERN. Iole.

¶ Fortem vocemus. Appellas tu fortē: illecebris venereis captus lasciuę puellæ seruiuit. Spoponderat Herculi vxorē filiam Iolen Euritus Oechaliæ rex quā postea suasu filij tradere denegauit: quapropter indignatus Hercules ipsum & filios interemit & Oechaliam vrbē euertit: quæ in Laconia erat: vnde ea pars Laconiæ quæ Thessaliæ propinqua est Oechalia appellatur ab Oechalię fluuio. Ver. Vt bello egregias idem disiecerit vrbes. Troiamq; Oechaliamq;. Iolen vero rapuit: quā vsq; adeo ardenter amauit: vt eius causa ea oia pateretur: quę olim sub Omphale regina Lydiæ passus fuerat: quorū mentionē Statius facit. Sic Lydia cōiunx Amphitryoniadē exutum horrētia terga. Pēdere Sydonios humeris reddebat amictus. Et turbare colos: & tympana rūpere dextra. Oui. de Iole. Ingreditur late lato spectabilis auro: Qualiter i Phrygia tu quoq; cult⁹ eras. Dat vultum populo sublime sub hercule victo: Oechaliā victo stare parente putes. hanc deinde moriens tradidit filio suo Hyllo vxorē. Leo. pellis leonis. Iole Herculem spoliauit claua & pelle leonis & coegit muliebres vestes induere. Latus. scilicet Herculis. Pictū veste Sydonia. i. purpurea. Sydon ciuitas Phoenicię vbi tingebatur purpura: pictū dixit ppter vestē pictā. i. acu factā. Huiusmodi vestes inuenere Idæi Phryges. ideo appellatę sunt Phrygianę: & qui eos faciūt Phrygiones dicti. Plautus. Stat fullo Phrygio aurifex lanarius. Phrygia prouincia est minoris Asiæ a Phrygio amne qui illam a Caria diuidit cognominata. Horrentes, rigidę. Maduere. vn-

Hercules vxorius.

Phrygiones.

guentatę sunt. Premens, cingens. Mitra. teste Seruio sup tertiũ ęneidos, incuruus pileus de quo pendebat buc
carũ tegmen: quo Phrygij & Lydij vtebantur: ideo Hiarbas in Aeneã dixit apud Vergiliũ. Męonis mentum
mitra crinẽq; madentem. Subnixus & Iuuenalis. Ite quibus grata est picta lupa barbara mitra. Nõ erubescit.
Bacchus. Amphitryo excusat Herculẽ exẽplo Bacchi. Bacch⁹ primus dicitur inuenisse vsum vini: & mollis forma pu
Quare sit ellari fuisse: & vt inquit Festus, illi s poetis cornus danť eo q̃ hõies nimio vino truces fiũt. Sappho sd Phao
cornutus. nem. Accedãt capiti cornua Bacchus eris. alij sentiunt cornua data fuisse q̃ primus ad iugũ cornibus boues
iunxit. Ferunt & illũ delitijs deditũ molli corpore, ac prae caeteris decoro, pscis tpe & diebus solennibus vestes
floridas: dedicata sq; induisse: vt Diodorus in multis locis de eo loquiť: vnde. Tener Bacchus. i. delicatus. Vi
Syrma. brasse, cõcussisse. Thyrsum, hastã ferratã tecta cuspide Pampino. Cũ. i. qñ. Trahit Syrma. a syro traho: vestis
est longa cũ cauda mollis & muliebris: ideo ibi dicit trahit per terrã ducit. Decorũ, pulchrũ & ornatũ auro. Gra
duparum forti. i. passu molli & quasi effoeminato. Post multa. non est mirandũ si dei fecerint ista: quia virtus
solet Laxari, recreari. Post opera, post multos labores: vt fortior postea sit: sicut etiã habemus de Scipione &
Lelio qui calculos ociosi in littore legerunt. Hoc Euryti. Lycus irridet Amphitryonem: bene est verum q̃ isto
modo solet recreari Hercules, spõte lasciuijs ex natura sua incũbit: sed labores nõ suscipit nisi iussus & coact⁹:
propterea id nõ esse laudabile: vt dicit Cicero honestũ id tantũ esse si spõte fiat. Ipsius. ex volũtate & natura ei⁹.
Hęc opera. i. talia facinora Pecorũq; ritu. Quinqusgita Tespis Erichthei Atheniẽsis filias intelligit: quas Her
cules vna nocte stuprauit cũ pater ad sacra vocatus astu, vino nimio ingurgitatus iaceret: ex quibus quinqua
Tespiadę ginta liberos genuit: qui Tespiadae sunt vocati. ex his duo Thebis, septẽ Tespijs mansere: reliqui duce Iolao
in Sardiniã nauigarunt vbi cãpestri loco coloniã duxerunt. ideo ibi dicit pecorũ ritu vt bruta aĩalia miscentur
ita Hercules illas sorores violauit. de quibus Oui. in epistolis. Nec tibi crimen erunt teuthantia turba sorores.
Quarũ de populo nulla relicta tibi. Teuthãtia turba dicta est s Teuthanto oppido atticae. Non nosti omnia tu
Eryx. dicis ista: sed dic modo virtutes ipsius. Ipsius opus. Eryx Butae regis Bebryciorũ ex Venere filius: hic in Sici
lia regnãs & corporis viribus p̃stans legẽ hospitibus dedit: vt cũ eo cęstibus certarent: tandẽ ab Hercule redeũ
te ex Hispania victus occubuit: & in summo montis propinqui Drepano sub quo in honorẽ matris Veneris
cõstruxerat tẽplũ, sepultus fuit: ex quo monti nomen Erycis datũ est. Fractus, victus. Cęstibus. Cęstus quartę
Cestus. declinationis instrumentũ quo palęstritę & pugiles vtebantur: nihil enĩ aliud erat apud vetustissimos q̃ lorum
ex corio bubulo manibus circũuolutũ: quo & ictum min⁹ ipsi sentirẽt & aduersariũ grauius ferirent. vt Valeri⁹
Flaccus. Aspice & hęc crudis durata volumina tauris. Sed postea huiusmodi loris hoc est voluminibus corio
rũ insuere coepere magni ponderis massas plumbeas: ferro etiam addito quibus inter se pugiles magno discri
mine immo certa morte dimicabant. Ij sunt memorabiles Cęstus quos latini poetę duntaxat decantant: nam
in gręcis nihil legitur preter lora fuisse. Magnae quidẽ moles & non nisi fortissimis viris tentatae. Ver. In mediũ
geminos immani pondere cęstus Proiecit: quibus acer Eryx in praelia suetus Ferre manum duroq; intendere
brachia tergo: Obstupuere animi tantorũ ingentia septẽ Terga boum: plumbo insuto: ferroq; rigebant. Item
Cestus. Statius. Ac dũ nigrãtia plũbo Tegmina cruda boũ non mollior ipse lacertis Induitur: & caestus s caedo dicit.
Cęstus etiã cingulũ dicitur a varijs cęsuris, hoc est incisionibus quibus insigniri cingula solebant. Sunt qui a
ἀπὸ τοῦ κεντεῖν. hoc ẽ a varijs pũctis appellatũ cestõ dicat κεντεῖν ei pũgere ẽ. q̃re admirabile illud Veneris
cingulũ a poetis celebratũ: quo Venus Martẽ: & ab illa Iuno mutuata Iouẽ sibi conciliabãt: quoties in pellices
erãt promores: cestũ dixere Martialis. Siue Citheriaco medicatũ nectere Cestõ Visit amatorẽ Baltheus iste Io
Antheus uem. Alibi idẽ poeta nodũ Acydalium vocat. Ludit Acydalio sed non manus aspera nodo. Quẽ rapuit col
lo parue cupido tuo. Antheus, Libys. Hercules cum audiuisset Antheũ terrę filiũ magno ac pcero corpore
in Libya esse apud Lixum oppidum Mauritaniae eiusdem nominis ita vocatum: qui locus Anthei regia dici
tur: robore ac fortitudine nemini cedentem: ad cũ domandũ perrexit. Erat Antheus aspectu terribili: habita
bat in spelunca exesas vndiq; rupes habente: & leonũ carne vescebatur: cubile illi terra erat nullis hęrbis aut pa
leis. aut tergoribus ferarũ strata: sed simplex ac nuda, palęstra omnes superabat: quoties mẽbra labore defecta
essent: tactu matris hoc est terrae recreabantur: ac vires resumebant. Erat vniuersae prouincię infestus: & quos
cunq; terra aut mari eo aduentasse cognouisset: impie trucidabat. Cum eo igitur congressus Hercules, deposi
tis ab ipso Cleonei, ab illo Libyci leonis tergoribus & vnctis pro more palęstrae, atq; harena sparsis corporib⁹:
fessum tandẽ luctando, & quasi seminecẽ Antheum terrae prostrauit: sed cũ mox firmatus tactu terrae viribus
surrexisset & acrius q̃ ante certare videretur stupefactus tanto robore Hercules: rursus illi brachia iniecit: verũ
Antheus non expectatis amplius hostis viribus sponte cadebat plus continue virĩũ ex ipso casu accipiens.
Quare tandẽ intellecta. Standũ est tibi o Anthee inquit Hercules. Non sterneris amplius: nec terrae sed pecto
ri nostro fixus herebis. quae cum dixisset iuuenem alte subleuatũ. ac telluri se sternere conantẽ, arctissimo ne
Busiridis xum vinculo intra vulnas suas expirare coegit. Oui. saeuoq; alimenta parentis Antheo eripui. Libys iunct⁹,
cedes. in morte: quia sicut interfecit Erycem: ita Antheum. Et qui hospitali. Hercules Busirim Aegypti regẽ Neptu
ni & Libyae filium, qui oram omnẽ Nilo adiacẽtẽ latrocinijs infestabat, hospitesq; euectos dijs sacrificabat: oc
cidit: & dijs suis immolauit: puinciãq; omnẽ pacatã reddidit. Oui. Ergo ego foedantẽ peregrino templa cruo
re Busirim domui. Foci, arae deorum. Manantes, fluentes. Caede hospitali, sanguine hospitũ. Bibere, biberũt.
Iustum. i. merito effusum. Ipsius, Herculis. Est opus. est facinus. de Geryone supra est dictum: illum Hercules
interfecit ter: quia habebat tria corpora: ille ter veniebat obuius Herculi: quando vnum corpus erat interfectũ
alia duo corpora veniebant cõtra Herculem. Obuius, scilicet Geryones: vt dixi vulnere & ferro, coactus pati
mortẽ. i. mori. Ante Geryonẽ. ante aliũ Geryonẽ quia erat Non vnus. i. triplex. Vna manu. s. Herculis. Eris in
ter istos. o Lyce etiam tu eris in numero istorum: etiam te interficiet Hercules: & tanto crudelius q̃to plus eum
lesisti plusq̃ alij oẽs. Lesere thala. s. vt tu. Quod Ioui Lycus rñdet ad vltimã partẽ: nõ ad primã. O Amphitryo
tu bñ dedisti vxorẽ Alcmenã Ioui: tu potes mihi dare etiã nurũ tuã. Te magistro. i. per exẽplũ tuũ. Viro probã
te, marito Hercule. Meliorẽ. s. me regẽ. Tedis, matrimonio. Vel etiã. Sic Vergi. Vel Priamo miseranda manus.
Feram, suscipiam. Partum filium. Nobilem, ex genere regali.
DANI. ¶ Leo, donũ puellae. in liberalibus Hercules mutauit habitũ cum Iole quo deceptus Faunus pede in ventre

impacto ab Hercule, pie&tus oibus ad lunæ lumina' risus erat. Fortē vocemus. inuidiose Lycus personam Herculis deformat p figurā quā appellāt ἐρώτημα: qua vtimur cū interrogādo aliquid aceruamus & exaggeramus eius inuidia: vt seruat hic Lycus per interrogationē iocos Herculis exprobrando: in quo etiam per Διαστηπόσιν ipsum habitū cū psona deformat. Nō erubescit qualitas venialis: in qua defendit factū p exēplū: defendit etiā p necessitatē q̄ Herculē ipsum coegit laboꝝ tędia alicuius ioci suauitate cōpescere: cū idē fecerit Bacchus. nam Post multa virtus opera laxari solet. & interdum desipere est sapere. Geryō. regnauit Geryones in Erythrea maris Gaditani insula referēte Plynio in quarto. dicta insula ab Erythreo rege Tyriorum. fuit filius Fulguris & Tricephali vt in Theogonia canit Hesiodus Χρυσάορ δὲ τέκε τρικέφαλον γηρυόνα.

Me. Vmbræ Creontis: & penates Labdaci:
Et nuptiales impii Oedipodæ faces:
Nunc solita nostro fata cōiugio date:
Nunc nunc cruentæ regis Aegysti nurus
Adeste multo sanguine infectę manus.
Deest vna nūero Danais: explebo nefas. Ly.
Coniugia quando peruicax nostra abnuis
Regemq̧ terres: sceptra quid possint scies.
Complectere aras: nullus eripiet deus
Mihi te: nec orbe si remolito queat
Ad supera victor numina Alcides vehi.
Congerite syluas: templa supplicibus suis
Iniecta flagrent: coniugem: & totum gregē
Consumat vnus igne subiecto locus.

¶ Vmbræ Creontis. Cum videret Megara se Lyci coniugiū nulla ratiōe posse effugere, in desperationē versa impcat nuptijs suis cū illo diras: & manes infestos: ac omina infausta dicens. O vmbrę. i. manes infesti (quia vmbræ potiusq̄ manes sunt persecutrices. vnde Dido oibus vmbra locis adero) Creontis patris mei a Lyco interempti: & penates. i. dij familiares sed offensi, Labdaci regis Thebani ex Polydoro nepotis Cadmi: & faces nuptiales. s. infaustæ & incestę: Oedipodę impij: qui patrem occidit & matrē vxorē duxit: & ita impius erat in facto, licet insons animo: & agnita culpa graues poenas dederit: date nunc cōiugio nostro. i. meo & Lyci: fata solita. i. infausta & infelicitatem portendentia. O nurus. i. filioꝝ vxores cruētę q̄ prima nocte oēs excepta Clitemnestra sponsos occidistis: Aegisti aut potius Aegypti fratris Danai: cuius filiæ quinquaginta erant: & totidem Aegypti filij vt Bern. recitat: adeste nūc nūc: ex affectione geminat: q. d. maxime nūc: quia in his nuptijs sponsus dignus qui occidat̃ habebitur: adeste inquit infectæ manus. i. hñtes man' infectas: multo sanguine. s. patrueliū & sponsorū occisorū: vna Danais. s. Clitēnestra deest (vt monosyllaba vox profertur hoc loco) numero. s. quinquagenario belidū: ego explebo nefas. i. loco quinquagesimę quę marito pepercit, meum occidam: & ita si loco illius deputar opus nefandum fuerit expletū. Ad hoc Lycus. O peruicax. i. obstinata, quādo. i. quandoquidē, tu abnuis. i. abominaris coniugia nostra: & terres. s. imprecationibus, regem: tu scies. i. experieris: quid sceptra. i. opes regales possint. Cōplectere aras. s. mox mactanda. nullus deus eripiet te mihi: nec si Alcides. i. Hercules, queat vehi ad numina supera: orbe remolito. i. multo molimine remenso: aut orbe. i. globo terræ qui illi impositus est: remolito. i. multa mole deposito. non est legendum reuoluto ne sit Pyrrhichius. Sup. o satellites aut apparitores, congerite syluas. i. magnam vim lignorum. Templa. s. deorum: iniecta scilicet per ruinam incendij: supplicibus suis scilicet Megarę & Amphitryoni qui supplicandi gratia ad templa conuenerant: flagrent id est ardeant: & vnus locus consumat cōiugem Megaram & totum gregem. s. domus Herculanæ: igne subiecto. i. ab inferiori parte iniecto. ASCen.

¶ Vmbræ. Megara audiens tremefacta, & in desperationē acta sibi omnia mala optat. O vmbræ. o manes: & anima. Creontis. patris mei. Et penates. o lares. Labdaci. regis Thebani. hic fuit Polydori filii Cadmi filius & frater Althij. Et faces nuptiales. & o vos tædæ & faces quæ feruntur in nuptijs tales estote mihi ad futuræ calamitatis causam si iungar Lyco: vt fuistis in sceleratis nuptijs Oedipodæ quando matrem Iocastam duxit vxorem. Oedipodę. declinatur Oedipus Oedipi. & Oedipodes dę. Impii. scelerati. nam patrē Laiū occidit. Solita fata. calamitates solitas accidere nostro generi: vt supra diximus. Nunc nūc. Fuerunt quinquaginta ex diuersis vxoribus filiæ Danai filij Beli: vnde dictæ sunt Belides: quas frater Aegyptus cum parem numerum filiorum haberet filijs suis in matrimonium collocare volebat: sed Danaus oraculi responso exterritus/ his prorsus assentire nolebat. nam responderat Apollo Danaum ipsum manibus vnius ex filijs Aegypti quem generum haberet occidendum esse. sed pœnæ metu ad hæc matrimonia conficienda coactus filias in hunc modum subornauit: vt cum ad virorum thalamos accederent, abscōsos gladios secum deportarent & viros suos ea prima nocte interficerent: quos vtiq̧ omnes excepta minima natu Hypermestra interfecerunt, quæ Lino viro suo miserta pepercit: a quo tractu temporis Danaus ipse truncatus est. de quibus Iuuenalis in satyra Credo pud. Occurrent tibi multę Belides. Cruentæ. sanguinolentæ que maritos interfecistis. Iniectæ manus. Sinodoche id est habentes manus maculatas: & manus casus accusatiui. infectum tinctum dicimus: aliquando non factum. Danais. est patronymicum vna filia Danai Hypermestra. Deest. quia ipsa noluit interficere maritum. Explebo. complebo numerum: quia si adiuuabitis ego interficiam Lycum qui vult esse maritus meus: & implebo numerum illarum quinquaginta. Coniugia. indignatus Lycus dicit: credis ne Megara obstinata tuis verbis me terrere? faciam experiaris quid ego possim: & seruis imperat: vt parent rogum ad cremandum ipsam & filios. Congerite. scilicet o famuli. Flagrent. ardeant. BERN. Oedip⁹. Oedipodes. Danaides. Belides.

Suis supplicibus. istis supplicantibus. Hoc. o Lyce postq̄ tantopere sæuire vis: precor q̧ primum me facias mori.

Am. Hoc munus a te genitor Alcidę peto:
Rogareq; me deceat: vt primus cadam. Ly.
Qui morte cunctos luere supplicium iubet:
Nescit tyrannus esse: diuersa inroga:
Miserum veta perire: felicem iube.
Ego dum cremādis trabibus accrescit rog⁹:
Sacro rigentem maria votiuo rogem. Am.
Proh numinum vis summa: proh cælestium
Rector parensq;: cuius excussis tremunt
Humana telis: impiam regis feri
Compesce dextram. quid deos frustra p̄cor?
Vbicunq; es audi nate. cur subito labant
Agitata motu templa? cur mugit solum?
Infernus imo sonuit e fundo fragor?
Audimur: en en sonitus Herculei gradus.

ASCen. ℂHoc munus &c. R̄ndet Amph. Ego genitor Alcide ad leniendā inuidiā nunc se genitorē fatet̄ ei⁹ quē Ioue genitū p̄dixerat: peto a te hoc munus. i. donū: q̄ p. i. (nisi forte quo potius legis: vt sit quo. i. vt) deceat me rogare: vt cadā primus: ne. s. videat necē suorum. Ad hoc Lycus tyrannice ait. Is qui iubet cūctos. i. sil' oēs luere. i. pēdere supplicīū morte: nescit esse tyrannus: inroga vel irroga: si vis esse tyrānus: aut o tortor: hoc est impende: diuersa. s. supplicia: veta miserū, q̄ mortē p̄cat̄, perire: & iube felicē: qui mortē dep̄cat̄: hoc est qui viuere velit: pire: ego rogē. i. forte rogabo regentē maria. i. Neptunū: sacro votiuo: hoc est qd̄ fiat nūcupandis votis: si Hercules non redierit: vn̄ innuit ad insulas occiduas profectū p mare reuerti debere: sup. interea, dū rogus accrescit trabib⁹ cremādis. i. dū cōgerent̄ trabes cremādę. Ad hæc dū Amphitryon deos quasi desperans p̄caret̄: audit aduentantis Herculis strepitū. Pro: vox exclamātis ex indignatiōe: voluntq; etiā aspiratione carere nedū c: summa vis. i. potestas numinū: Pro rector & parens cœlestiū. s. Iuppiter: cuius telis s. fulminibus trisulcis, excussis. i. vi & multo tonitru extortis manib⁹, humana. i. res & corda hon inū tremūt: cōpesce impiā dextrā regis feri. i. efferi & immanis. s. Lyci: deinde castigat se q̄ deos p̄cetur frustra: cum præsentius putet numen Herculis. Quid. i. ad quid, p̄cor frustra deos? o nate. s. Hercules vbicunq; es siue in cœlo siue in terris siue adhuc in inferno: audi. s. me. Quo dicto audiuit strepitū aduentantis Herculis cū cōmotione templi. vnde addit mirabunda. Cur tēpla labant. i. cadunt aut nutant, agitata subito motu. s. facto ab Hercule erūpente ab inferis? cur solū. i. terra sustentans tēpla mugit. i. vehementer gemit: & sup. cur, fragor infernus sonuit e fundo imo? Respondet. Audimur: en en/ ad affectionē geminat: sonitus & strepitus gradus. i. gressus Herculei. i. Herculis aduentantis.

BERN. ℂGenitor. ego pater Herculis. Qui morte. o Amphitryo nescis q̄ ille qui oēs interficere vult nescit esse tyrannus. i. exercere crudelitatem: sed qui volunt esse tyranni aliquos qui vellent mori, & grata illis esset mora dimittant viuere in miseria: qui vero vellent viuere, illos interficiant. Luere. sustinere. interdum dicitur purgare: vt peccatum luere. Irroga. tribue. Rogus. congeries lignorū. Interea dum isti parabunt rogum ad cōburendum istos: ipse ibo sacrificatum Neptuno: vt ipsi voueram pro victoria Creōtia: & interim dum iuisset ad sacrificium Lycus: & Amphitryo precaretur deos: subito Hercules ab inferis rediit. Vis nu. summa potētia deorum. i. qui es potentissimus deorum. Cōpesce. comprime. Feri. inhumani. Quid. ad quid. Audi nate. o Hercules: & dum dicit ista sentit terrā tremere: & dicit hic est hercules. Tēpla. intelligendū est eos tunc fuisse in tēplo. Labant. tremunt. Mugit. sonat. Solum. terra. Fragor. strepitus veniens ab imo terræ. Audimur. scilicet ab Hercule. En. ecce est strepitus gressus Herculis.

DANI. ℂOedipodæ. a tumore pedum accepit nomen: οἴδημα tumor & πούς pes dicitur. de eius sorte per Sibyllam tradita videbimus fusius in Oedipo fabula. Inflectitur Oedipus, pi. Tranquillus in Iulio. Et laudes Herculis & tragoedia Oedipi. & Oedipodes. dæ: vt hic. & Oedipus Oedipodia vt Melāpus teste Prisciano. Supplicibus. qui p̄catur plicatur & genibus & toto pectore, p̄tensis manibus. hæc fuit veterum consuetudo. inde supplico: suplex: suppliciū: qd̄ capit teste Honorato, p supplicatiōe. Sallu. In suppliciis deoꝝ magnifici. Idē Non votis neq; suppliciis muliebrib⁹ deoꝝ auxilia parantur sed vigilando bene agendo prospere oia cedūt.

Supplico Supplicium.

ASCENSIVS.

ℂFortuna viris &c. Chorus iuxta officium suum fauet bonis & de iniquitate fortunæ conqueritur. Laudat Herculem & exemplo Eurydices indicat illi ad superos reditum patere posse. Officiū autem Chori prescribis in arte Horati⁹ sic. Authoris partes chorus officiūq; virile. Defendat: neu quid medios intercinat act⁹ Quod non p̄posito conducat & hæreat apte. Ille bonis faueatq; & consilietur amice. Et regat iratos, & amet peccare timētes. Ille dapes laudet mensę breuis: ille salubrem Iustitiam legesq; & apertis otia portis. Ille tegat cōmissa: deosq; precetur & oret. Vt redeat miseris, abeat fortūa supbis. Hęc illic. Quoꝝ vltimū hic i principio agit sil' cū illo. Ille bonis faue-

CHORVS.

Trimetri Iambici: seu Asclepiadei.



O Fortuna viris inuida fortibus:
Q̄ nō æqua bonis prēmia diuidis.
Eurystheus facili regnet in otio:
Alcmena genitus bella per omnia
Monstris exagitet cœliferam manum.
Serpentis resecet colla ferocia:

Deceptis referat mala sororibus:
Cum somno dederit peruigiles genas
Pomis diuitibus præpositus draco.
Intrauit Scythiæ multiuagas domos:
Et gentes patriis sedibus hospitas:
Calcauitqꝫ freti terga rigentia:
Et multis tacitum litoribus mare.
Illic dura carent æquora fluctibus.
Et qua plena rates carbasa tenderant:
Intonsis teritur semita Sarmatis.
Stat pontus vicibus mobilis annuis
Nauem nunc facilis:nunc equitem pati.
Illic quæ viduis gentibus imperat:
Aurato religans ilia baltheo:
Detraxit spolium nobile corpori:
Et peltam:& niuei vincula pectoris:
Victorem posito suspiciens genu.

at &c. Carmē est quale primū apud Horatiū. Ordo est. O fortuna inuida.i.naturaliter inuidens viris fortib⁹:quia nō est vera fortitudo sine prudētia:quāto aūt plus est alicui prudētiæ tanto min⁹ est fortunæ: itaqꝫ non poetica mō sed etiā philosophica est snia. Q̄z.i.o q̄tū nō æqua.i.iniqua p̄mia diuidis.i.impetis & distribuis bonis.s.hoibus: quia ꝑ virtute calamitatē:verū id dūtaxat in hoc mūdo accidere pōt:vbi nō est locus veri p̄mii sed certaminis. Eurystheus homo durus & imitis,regnet q.d.q̄n ita vis,pmitto vt regnet: & est amara pmissio: in ocio facili.i. parabili sine difficultate:& sup. genit⁹ Alcmena videlicet Hercules exagitet.i.vexet,manū cæliferā.i.qua celū aliqn̄ tulit: mōstris.s. cædēdis & delendis. Resecet sup.idē,ferocia colla serpentis.s.hydrę:referat.s.ad Eurystheū:mala.i.poma aurea:sed & oues gręce mela dn̄r,sororib⁹.s. hesperidibus deceptis:quia draconis vigilātiæ nimiū confiderant:cū draco ꝓpositus pomis diuitib⁹,qa aureis, dederit sono, genas.i.palpebras,puigiles.s.putatas: & eousqꝫ reptas. Sup. Hercules,intrauit multiuagas, qa plaustris iposttas,domos scythiæ,regiōis septētrionalis:& calcauit terga freti.i.maris rigētia.s. gelu,& mare tacitū in sil littorib⁹.i.oris. Quia ęquora dura.i.īdurata glacie,carēt illic fluctib⁹: & semita.i.sētuia terit.s.pedib⁹: Sarmatis itōsis ꝓlixos capillos & barbā pminētē fouētib⁹:sup.ea pte:q rates tēderāt.i.extēderāt vēti carbasa.i.vela nautica plena.s.vētoꝝ:in sūmo vere & primo autūno. Pōtus.i. mare sarmaticū, stat mobilis s. vētis & fluctib⁹,vicib⁹.i.vicissitudinibus annuis.i.q̄ quotānis illic sunt: vt in hyeme rigeat:& in æstate fluat: facilis.i.aptus pati nunc.s.tpe æstiuali,nauē:& nūc.i.tpe hyemali equitē:quia interdū plenā cohortē, immo iustū exercitū in armis sustinet:ideoqꝫ p̄cipua tūc ab illis bella vicinis inferunt. ea q̄ imperat gētib⁹ viduis.s.Hippolyte iperās Amazonibus toto genere viduis.i.a viris diuisis:religās ilia.s.sua: baltheo aurato: quia regina erat:detraxit illic.s.in cōfinio Sarmatię ad Thermodoontē flu. corpori.s.suo,spoliū nobile.s.baltheū insigne regiū:& peltā.i.scutū breue:& vincula niuei pectoris.i. fasciā qua mamillā nō abscisam religat: suscipiens aut potius vt Bernar. legit suspiciēs.i. venerās & adorans Herculē victorē genu posito.i.curuato in terrā.



O Fortuna. Chorus inducit: qui materiam pręcedentis actus habet: & cōpatitur & miseretur:& vocat BERN. Herculem vt redeat ad alios & monstrat illi facile esse qui superauit tot ardua: & hic versus est choriambicus. O for. spōdęus. Tuna viris.choriamb⁹. Inuida for.choriāb⁹. Tibus.pyrrhichi⁹: duæ breues:& sic habet quatuor pedes.primū spōdeū:duos choriābos: vltimū pyrrhichiū. alii scādūt tanq̄ pentametrum per cęsurā:& si in fine haberet vnā syllabā:esset integer versus pentameter:o for. tuna viris inuida: for. tibus. Cōqueritur chorus de fortuna q̄ Lyco scelerato & Eurystheo tyranno faueat & Herculē opprimat. O for. a ferēdo dicta est:qd temere & sine ratiōe ferat est enim fortuna accidētiū subitus atqꝫ inopinatus euentus. hęc a veteribus dea credita est:a quibusdā etiā deus varijs casibus humana deludēs. & propterea cæca existimata. Iu. Te facimus fortuna deā:cœloqꝫ locamus. Fortuna. Inuida. ab in qd est valde: & video. Inuidere pprie est ex alicuius rebus secūdis dolore affici: q̄ nimis intuemur formā illius de cui⁹ felicitate sum⁹ solliciti Inuidus dicit qui actu inuidet alicui. Inuidiosus q morbo inuidētiæ laborat. Oui. Tēpus edax rerū: tuqꝫ inui- Inuidus. diosa vetustas oia destruitis. Interdū Inuidiosus passiue capit ꝑ eo cui habetur inuidia. Ouidi⁹. Pactoloqꝫ Inuidios⁹ petit q̄ q̄ non aureus illo: Tēpore nec caris erat inuidiosus harenis. Inuidia aliquando pro odio capitur. Terētius. Vt facile sine inuidia laudē inuenias. Eurystheus. qui imperat Herculi. Facili ocio. quiete sine labore. Facile. eius contrarium est difficile qd sine labore fieri non potest. difficiles terras vocat. Virgi. quæ non sine difficul- Difficile. tate ferunt fructum. Difficiles primū terræ collesqꝫ maligni Facilis item significat qd est exorabilis. Vir. Faciles venerare napeas item humanus: vt Cicero facili ingenio preditus. contrariū difficilis ingenij appellamus morosos qui omnia suo modo volunt fieri: nec vnq̄ sunt contenti. vt Cicero in Catone Difficiles senes appellauit. Exagitet. defatiget & exerceat. Serpentis. dicta est supra hæc historia de pomis hesperidum: vnde repetenda non videtur. Mala, id est poma illa aurea. Sororibus. hesperidibus. Genas. quando draco cœpit dormire. Gena est pellicula quę tegit oculum. aliquando dicitur maxilla: vt Cū tenet obsessas inui- Gena. da barba genas. Intrauit. similiter dictum est supra de Amazonibus quas Hercules deuicit. Multiuagas domos dixit: quia Sarmatæ ipsi vtuntur plaustris pro domibus. ideo etiam addit. Patrijs sedibus hospitas. quia vbi sunt vna die, non sunt altera: licet in patria sua: tamen videntur semper hospites. Rigentia. gelata. Tacitum. sine strepitu fluctuū. cum sine sit mare glaciatum. Dura. congelata. Plena. intensa propter ventos. Semita. via. Teritur. transeundo. Sarmatis. populi sunt Scythiæ: a græcis Sauromatę dicunt. noia diuersa habēt: vtunt plaustris ꝑ domib⁹ & sanguinē equinū lacte mixtū potāt: & vt ait Florus m. iiij. nihil Sarmatę p̄ter niues, rarasqꝫ syluas habēt: quibus est tanta barbaries vt pacē non intelligant: ideo per Lentulū hos phi-

bere Danubio satis Augusto fuit. Intonsis. barbatis:& longos capillos habētib⁹. Annuis.quis hyeme cō gelatur ęstate nauigatur. Gētib⁹. Amazonibus. Viduis.sine viris. Peltam.scutum. Suspiciēs. venerās. s.regina Antiopa: vel vt alij Hippolyte. Victorem. Perculem. Posito.flexo ad terram.

DANI. ℭO fortuna.vulgaris est q̄rimonia de iniquitate fortunæ q̄ in hūanis dn̄aꝛ in quā sniam pulchre cadit Phalaris scribēs ad Lacritū. αι τυχαι γαρ ανθρωπων το πασι σομου χαι γνωπα κρατουσιν. Optat em̄ chor⁹ Herculis reditū a dite: vt quos fortuna fouet iniuste ipse fortiter vincat & deprimat. Carmen est alcaicū antispasticū brachicatalecticum vt placet nōnullis: mihi nō placet: est em̄ conābicū. Eurystheus loquitur stomachose & per amarā cōcessionē ꝓbare videtur qđ maxime negare cōtendit, seruiāt boni, regnēt mali, laborent iusti, iniqui sedeāt. Raferat mala.ꝑ auferat mala hespidib⁹. Hercules monitu Themidos pomariū Atlātis depopulatus est & tulit argolico fulgentia poma tyrāno. ara consecrata fuit postea Herculi eo in loco in rei memoriā sempiternā vt meminit Capella. Intōsia Sarmatis. Sarmatæ vltra Borysthenē amnē lōge colūt: dieb⁹ tertijs

Sarmatę. semp capiunt cibū medio abstinēt. In Sarmatia habitāt Scythæ qui nunc Beemi vocitantur q̄ñ in eam regionē an-

Scythæ. tea fuerāt Beemij Germani: & locus Beemiū appellaꝛ. in Scythia & Sarmatia paucissimæ sunt vrbes, villæ

Bohemi. innumerę Scythæ comedunt. carnes hominū: nominantur ανθρωποφαγοι. meminit Gellius.

Qua spe præcipites actus ad inferos
Audax ire vias irremeabiles
Vidisti Siculæ regna Proserpinę?
Illic nulla noto nulla fauonio
Consurgunt tumidis fluctibus æquora.
Non illic geminum Tyndaridæ genus
Succurunt timidis sydera nauibus.
Stat nigro pelagus gurgite languidum.
Et cum mors auidis pallida dentibus
Gentes innumeras manibus intulit:
Vno tot populi remige transeunt.
Euincas vtinam iura feræ Stygis
Parcarumq; colos irreuocabiles.
Hic qui rex populis pluribus imperat:
Bello cum peteres Nestoriam Pylon:
Tecum conseruit pestiferas manus.
Telum tergemina cuspide præferens
Effugit tenui vulnere saucius:
Et mortis dominus pertimuit mori:
Fatum rumpe manu: tristis & inferis
Prospectus pateat lucis: & inuius
Limes det faciles ad superos vias.

citur, leni.i.nō violento:vlla sylua non habet ramos pomiferos:& tñ fingit Tātalus ad poma subterfugiētia os attollere. Vñ statim dicturus poma destituūt famē. Vastitas soli pfundi, squalet.i.immūda iacet, sterilis: & tell⁹ fœda torpet æterno.i.ppetuo situ.i.immundo mucore & turpi lanugine vt in locis vapidis & immūdis nasci solet:& mœstus finis rerū.s.generabiliū est sup.illic,aut oim cū sit cētrū mūdi:& pro.i. vltima mūdi sup. sūt illic: aer hæret sup.illic immotus:& ita foetid⁹ est: & nox atra.i.nulla luce adiuta, sedet.i. fixa manet:mūdo pigro qa immoto: cūcta sup. sunt illic horrida mœrore.i. ob mœrorē quē inducūt ijs q illic sunt. Et locus mortis est peior ipsa morte.quo dicto cū nihil sit verius, nihil tamen est tristius:quia ibi est mors ęterna: hoc est semp mori & numq̄ mortuū esse. Cupiunt aūt q illic sunt mori & tñ mori nō possunt: vtrū tñ nō esse velle possint, disquirant theologi nostri. Quid? modus interrogādi, ille.s. Pluton aut dis aut Iuppiter infernus:q regit sceptro.i. virga regali, loca opaca.i. inferna,qua sede posit⁹.i.constitutus, tempat.i. tēperanter regit:aut inter se cōcordes facit: populos leues.i.mobiles & incōstantes? Ad hoc Theseus. Locus sup.quidā,est in obscuro recessu(nō est legendū secessu ne desit iambus secūdę sedi)tartari.i. pfundissimi carceris apud inferos:quē.s.locū,caligo spissa,quia vt quidā dicūt palpabilis,alligat.i.obsidet, vmbris grauibus.i.magnis & molestis. Latex discors.i. cōtrariæ naturę aqua:manat hinc.i.ex hoc loco caliginoso, vno fonte:alter sup.latex manat similis quieto.i. stagnanti:ita vt manet quidē & fluat: sed vix pceptibiliter, vt Arar interdū, deuehens.i.deorsum trahens, fluuio tacente.i. sine murmure & quasi imperceptibiliter pfluente, Styga sacrā,quia dij cuius iurare timent & fallere numen: dicit eñ tristitia,qua nil est diuinę naturæ magis contrariū: vñ addit quasi per parenthesim:dij iurant hūc.i. per hūc stygis laticē:nec est cōtrarium illi:dij cuius iurare timent &c. qa copulatim est legendū:non eñ dij timent iurare: sed iurare & fallere. Ast i.sed,hic.i.alter fluuius eodē fonte defluens videlicet Acheron ferox, quia impetuosus, rapit ingenti tumultu:& voluit saxa fluctu:ens inutus.i.inhabilis ad impedimētū viæ, renauigari. Regia Ditis.i. Plutonis aduersa.i.in aduerso posita, cingit duplici vado.s.dictorū fluuiorū:immo scdm Maronē nouies styx interfusa coercet:nō quidē aulā ditis sed fontes:& ingens domus Ditis, tegit loco vmbrante.i. vmbras faciente. Hic.i.in hac parte pendēt limina tyranni.s. Plutonis, specu vasto.i. valde amplo. Hoc iter est vmbris:quia sunt regna inuia viuis vt dicit Maro:& hęc est porta regni: vt noscamus qualis sit regia q̄ talē habet portā. campus.i. locus capax, iacet circa hanc.s. portā & regiam:in quo.s.campo Tyrannus sedes, digerit.i.discernit & recognoscit, vultu supbo, aīas recentes.i.recenter aduectas. Maiestas dira.i.tremenda quasi a deorū ira prolata, est deo s. Plutoni:frons torua.i.intorta & quasi taurina:q̄ tamē gerat specimen.i.indiciū & imaginē seu approbamētū fratrū.s.reliquorū Iouis & Neptuni.i.per qđ se possit pbare fratrē eorū:& q̄ gerat specimen tantæ gentis.i. generis:qđ inter se totū diuisit mūdum. Vultus Iouis est illi s. Diti: vñ & Iuppiter infernus dicit: sed fulminātis:& ita irati. Ipse dñs.i.sçuus tyrannus ē magna pars regni trucis. Vñ reuera, sicut summū bonum est fruitio diuinæ maiestatis:ita summū malū positiuū est dęmonū aspectus cū cruciatu, & priuatione æterni boni. Cui⁹ s.dñi hoc est Plutonis, aut vt nos diceremus Luciferi, aspectū timet quicqd timet.s.ab alijs:hoc est tā truculētus & dirus est: vt reliqui dęmones quos manes timent, ipm inspicere obhorreant. Rogat rursus Amphitryō. Est ne fama vera, q̄.s.dicit:iura tā fera.i. seriosa & rigida reddi inferis:& nocentes oblitos sui sceleris(quia per pœnitentiā nō deleuerint: vñ puniunt ibi vt dicit æneí. vj. Quæ quis apud supos furto lætatus inani distulit in serā cōmissa piacula mortē)dare pœnas debitas? Quod si est. Quis est iste rector veri.i.iustitiæ rigorosę, atq; arbiter.i.liber iudex:ęqui.q.d. epiikiæ? Respōdet quæ sequūtur Theseus.

¶ Palus inertis. Fœdam paludem noie Cocytum, vbi semp luctiferi bubonis gemitus, & aliarū dirarū auiū BERN.
turpissimus vlulatus audit, apud inferos esse testant poetæ. a Cocyo lugeo qs ibi ppetuo luctus. Inertis. nō Cocytus.
currentis. Bubo luctifer. ferens luctū & tristitiā: auis est cuius vox pręsagit futurā calamitatē: vt Vergi. Feralí carmine bubo. Omen. augurium. Infaustæ strigis. infelicis auis denuntiantis malum. Auis est noctur Strix.
na. Lucanus. Quod trepidus bubo:qđ strix nocturna querunt. a stridore nomē habēt. fabulosumq; est q eas tradunt vbera infantiū labris immulgere. Cōstat tñ & in maledictis iā esse:& etiā apud vetustissimos fuisse: acciipiq; pro maleficis mulieribus q̄ noctu gradientes infantiū corpora sugendo exhauriūt. Horrent. faciunt horrorē. Fronde opaca. folijs densis, & obscuris. Comæ. rami. Taxo imminēte. supstante. Est eñ taxus Taxus.
arbor, vt inquit Ply. abieti similis sed minus virens gracilisq; & tristis. nullo succo baccas fert quibus letale venenū inest pręcipue in Hispania. vasa etiā viatoria ex ea facta ad portandū vinū mortifera fuisse compertum est. hanc quidā similacē a græcis vocari dixerunt & esse in arcadia tā pręsentis veneni vt si qui sub ea dormiant, cibū ve capiant, moriant. innoxiam fieri putant, si in eam arborē clauus æreus figat. a taxo toxica ve Toxica.
nena dicta sunt quasi taxica. Quā. arborē. Sopor. somnus. & omnibus dat poeta personā suā. Famesq; rabido rictu. rictū nonnulli putant ferarum tantū esse: dū rostrū quasi indignabundæ torquent: sed de homi-

Rictus. nibus quoq; dicitur. Tacitus de Claudio. Porrecto rictu saliua manante loquebaẽ. Rictu ergo ore rabido.
Serus pudor. tardus. quia facta infecta reddi nõ possunt. Funus. mors. Dolor frẽdens. insaniens. Frẽde
Frendere. re pprie est dentes agitare ex ira, sicut frendet aper apud Ouidiũ. Est ne. Amphitryo interrogat Theseũ an il
lic sint terrę feraces vini aut cereris. Nõ prata. respõdet Theseus. Fluctuat. quãdo seges est adulta flãte Ze
phyro fluctuare solet quasi vndas imitãdo. non ibi sunt tales segetes. Vastitas. amplitudo illa campi sine vl
la cultura. Profundi soli. terrę infernalis. Squalet. horret. Aeterno situ. situs est positio loci: vt vrbs Par
Situs. ma est in pulchro situ. aliqñ dicitẽ mucor q nascitẽ in locis nõ habitatis. Verg. Per loca senta situ. Torpet. nihil
pducit. Vltima. generis neutri. Ille locus est vltima linea rerũ. Vltima. ergo extremitates oim locorũ. Im
motus. quia ibi nõ sunt venti, nec mouetẽ aer ibi vt apud nos. Moerore horrida. quia nõ sunt nisi luct⁹ & pœ
næ. Quid ille. rursus Amphitryo rogat q̃ sit cõditio & status illius regis inferni. Tẽperat. gubernat. Po
pulos leues. i. aias sine corpe. Est in recessu. describit Theseus locũ vbi Pluto regiã suã habet. Recessus & se
cessus idẽ, locus remotus, & secretior est. Tartari. dicitẽ tartarus ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν: qđ est turbare: ibi eñ
Latex. locus supplicij. Grauibus. tristibus. Alligat. circundat. Latex. aqua: eo q lateat in venis terræ. aliquãdo
vinũ ea ratione q lateat in vua. Vergilius. Lenęos latices. Manat. fluit. Discors. quia alter quietus, alter im
petuosus. Similis quieto. quia nõ videtẽ currere. Deuehens. fluuio suo facit stygiam paludẽ. Sacram sty
ga. Styx interptatẽ tristitia vel mœstitia. hãc Acherõtis, & terræ filiã dixerũt, ex eaq; & Pallante natos esse Ze
lum: & Victoriã. qñ vero victoria in bello giganteo Ioui opẽ tulisset, cõcessum ei a Ioue honoris gratia: vt dij
per matrẽ eius, hoc est per stygiam paludem iurarent: nec tale iuramentũ fas esset violare: & si quis deorũ vio
lasset centũ annis a nectare abstineret & numinis maiestate esset priuatus. Vergili. Stygiãq; paludem: Dij cu
ius iurare timent: & fallere numen. Herodotus vero lib. vj. dixit pro vera historia stygem paruã esse aquã in ar
cadia in ciuitate q̃ dicitẽ Nonacris ex petra quadã pfluẽtem. hæc eadẽ teste Plynio lib. ij. naturalis historię licet
neq; odore, neq; colore sit abominabilis, ilico pota necat. & idẽ lib. xxxi. de eadẽ inquit, pisciculos quosdam
generat: qui comesti repente perimũt comedẽtes. Est & palus alia eodẽ noie apud Memphim, quã veteres sty
ga vocauere. At hic. alius latex. Ferox ingẽti tumultu acheron. alio noie phlegethon infernalis fluuius. de
quo Vergi. tenebrosa palus acheronte refuso. & itẽ. sub rupe sinistra Moenia lata videt triplici circundata mu
ro. Quę rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus phlegethõ, torquetq; sonantia saxa. Phlege
thõ. ἀπὸ τοῦ φλέγω quod est ardeo deducitẽ. Inuius. vbi non ẽ via ad redeundũ. Regia aduersa. dom⁹ Plu
tonis posita ex opposito euntiũ illuc. Duplici vado. duob⁹ illis fluminib⁹. Hic. in hoc loco. Tyranni. Plu
tonis. Pendẽt. ppter specũ inflexũ & descendentẽ. Hoc. intrant p illã cauernã qui descẽdũt ad inferos. Vm
bris. animab⁹. Campus. planicies in q̃. Digerit. s. Pluto. i. diuidit animas q̃ de nouo venerunt, destinatq;
eas in diuersos circulos: secũdum earũ merita: vade tu aĩa huc, & tu illuc. Maiestas. describit ipm Plutonẽ.
Dira. timenda. Torua. horribilis. Fratrũ specimen. apparentiã, & similitudinẽ Iouis & Neptuni fratrum
suorũ. Specimẽ a specio, video, dicitẽ. Magna pars. est ipe solus ita terribilis: vt ipe sit pro maiori parte terri
bilitas illius loci. Vera ne. interrogat Amphitryo an sit verũ qđ dicitẽ, tã tarde aias iudicari, & puniri tãdiu: cu
pitq; scire qui sint isti iudices qui cõdẽnant eas. Rector veri. i. veritatis. Atq; arbiter. quis est ille qui habet
hoc officium iudicandi.

DANI. ¶ Cocyti. Cocytus fluuius lachrymarũ nascitẽ e styge tristitiæ vt canit Homerus in. λ. odissee κώκυτός θ' ὅς
Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀπορρώξ. Hic vultur. Vultur vt testis est Plutarchus in Romulo est animãtiũ innocẽ
tissimus omniũ. Herodotus ponticus tradit Herculẽ letari solitũ vulture in re gerenda se ostendẽte. nil vescitẽ
ex his q̃ hoies serunt aut plantant: sed ex cadaueribus escã sibi quærit. interficit nihil nec destruit animãtium.
volucribus aũt ob affinitatem etiã mortuis abstinet. meminit Aristoteles & Plynius. Hæc volucris fauit Ro
mulo in vrbis noie constituẽdo: vt Dyonisius & Liui⁹ ostendũt. Famesq; mœsta. ciues & incolæ tartari hi
sunt, sopor, fames, pudor, metus, pauor, funus, dolor, luctus, morbus: adeo vt miserrimus Achilles alloq̃ns
Vlyssem malit vilẽ seruitutem seruire hero inopi q̃ regnare in inferno. πουλοι μιν κεπαρευρόστων θντας μεν
ἀλλω ἀμ' ἀρι μαρακληρω ᾧ μηβιοτος πολὺς εἰη ἠ πακσὶ νεκύεσσι. καταφθι μενοισιν ἀνασσειν. Alter quieto. ater
non alter lege nãq; Acheron vñ scatet styx limosus est & piger: ipa palus styx etiã veternosa est & cœrulenta
formidabilis dijs peierantibus vt canit poetarũ doctor Homerus in. ε. Odissee. καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕ
δωρ, ὅς τε μέγιστος ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι. Acherõ. Circe alloquitẽ Vlixem sic apud Ho
merum in. κ. Odissee. Phlegethõ acherontẽ interluit & Cocytus qui ex aqua stygis manat. Sylius. Hic acherõ
sanie, crassoq; veneno Aestuat & gelidam eructãs cum murmure arenam Descendit nigra lentus per stagna
palude.

ASCEN. ¶ Non vnus &c. Verba sunt vt dixi Thesei
respondentis ad interrogatũ, quisnã esset iu
dex apud inferos, dicẽtiq; non vnũ esse. So
Iudices inferni. lẽt aũt tres poni Rhadamanthus q quæsitor
scelerũ: Minos q iudex: & Aeac⁹ q executor
sententiæ interdũ ponitẽ: sed cõfunduntẽ offi
cia. de Rhadamantho æneĩ. vj. Gnosius hęc
Rhadamanthus habet durissima regna: Ca
stigatq; auditq; dolos: cogitq; fateri &c. De
Minoe Horatius quarto car. Et de te splẽdi
da Minos fecerit arbitria. de Aeaco Iuue.
Quas torqueat vmbras Aeacus. Ordo est.
Non vnus quæsitor. i. inquisitor scelerũ: qa
& Minos quęsitor est: vnde Quęsitor Minos
vrnã mouet: & Rhadamãthus vt dixi: sedẽs
alta sede, sortitẽ. i. per sortes diuidit reis trepi-

Non vnus alta sede quęsitor sedens — The.
Iudicia trepidis sera sortitur reis.
Auditur illo Gnosius Minos foro:
Rhadamãthus illo: Tethydis hoc audit socer.
Quod quisq; fecit patitur: authorem scelus
Repetit: suoq; premitur exemplo nocens.
Vidi cruentos carcere includi duces
Et impotentis terga plębeia manu
Scindi tyranni. quisquis est placide potens

Dominusq; vitæ seruat innocuas manus
Et incruentum mitis imperium regit:
Animęq; parcit: longa permensus diu
Felicis æui spatia: vel cælum petit:
Vel lęta felix nemoris Elysii loca.
Iudex futurus sanguine humano abstine
Quicunq; regnas: scelera taxãtur modo
Maiore nostra. Am. certus inclusos tenet
Locus nocentes? vtq; fert fama: impios
Supplicia vinclis sæua perpetuis domãt? Th.
Rapitur volucri tortus Ixion rota:
Ceruice grande saxũ Sisyphea sedet:
In amne medio faucibus siccis senex
Sectatur vndas: abluit mentũ latex:
Fidemq; cũ iam sępe decepto dedit
Perit vnda in ore: poma destituunt famem.
Prębet volucri Tityus æternas dapes.
Vrnasq; frustra Danaides plenas ferunt.
Errant furentes impię Cadmeides.
Terretq; mensas auida Phineas auis. Am.
Nunc ede nati nobilẽ pugnam mei:
Patrui volẽtis munus: an spolium refert? Th.
Ferale tardis imminet saxũ vadis
Stupente vbi vnda segne torpescit fretum.
Hunc seruat amnẽ cultu: & aspectu horrid9:
Pauidosq; manes squalidus gestat senex.
Impexa pendet barba: deformem sinum
Nodus coercet: concauę lucent genę.
Regit ip̃e conto portitor longo ratem.

dis pię timore, iudicia sera. i. seriosa & rigida. Minos Cnosius. i. cretensis (proferẽ tñ quasi Gnosi9: licet gręce vrbs regia cretæ Knosos dicaẽ) audiẽ. i. sniam pronũtians illo foro. s. apud inferos: Rhadamanthus audiẽ illo foro: & socer thetidis, hoc ẽ Aeacus: vñ Achilles Aeacides dictus, erat eñ pater Pelei, qui pater Achillẽ: audiẽ hoc. s. foro. Quisq; patitur qđ fecit: aut poenas luit facinorũ: aut qua mensura mẽsus fuerit, recipit: q in aliũ sęuit, habet qui in se sęuiat. scelus repetit authorẽ s. suũ: & nocens premiẽ suo exemplo. i. sicut alios oppressit: aut inopia cõsici pmisit. Ego vidi duces cruentos. i. sanguinarios: vt Antiochũ, Herodẽ, Syllã. Mariũ, Neronẽ &c. includi carcere: vt q alios impie duxerint, non habeãt quo pedẽ efferant: & vidi terga tyranni impotẽtis. s. dum viueret. i. nequeũtis imperare passionib9 suis, aut nũc impotẽns effectũ, scindi. s. scorpionib9 & virgis: manu plebeia. i. eius plebis quã oppresserat. Quisq; sẽ potens placide. i. sine insolẽtia & duritate: & dñs. i. seuerus moderator, vitæ. s. suæ, seruat manus innocuas: & ip̃e mitis. i. benign9 regit imperiũ incruẽtũ. i. sine cęde suorũ: & parcit aiæ. i. vitę suorũ, is sup. permẽsus diu longa spacia felicis ęui: quia hic diu beate viuit: cũ ecõtrario vt dicit Iuuenalis, Ad generũ Cereris sine cæde & sãguie pauci Descẽdãt reges & sicca morte tyrãni: vel petit cælũ, si est summi meriti: vt Hercules petiturus ẽ, scđm poetas: vel ipse felix petit læta loca elysij nemoris. i. paradisi beatorũ, scđm ethnicos. Quicũq; regnas, futurus iudex. i. si fueris iudex, abstine sanguine humano: scelera nostra, vĩ qui regnamus, vel oim hoim, taxanẽ. i. apđ inferos, maiore modo. s. q̃ hic: aut quia pro breui libidine, dũmodo voluntas mala pmanet, æternũ nos maneat suppliciũ: vñ illic deus in furore suo nocentes arguit, in purgatorio in ira sua corripit: hic autẽ dũ punit, secat &, vrit misericorditer nobiscũ agit. Amphi. quærit. Locus certus tenet nocẽtes inclusos: & vt fama fert, supplicia sęua domãt impios vinclis perpetuis? Respondet Theseus afferens suos cuiq; cruciatus. quia Ixion patitur tortus. i. dũ torqueẽ volucri. i. semp reuolubili rota. Saxũ grande sedet. i. locatũ est, ceruice sisyphea. i. ip̃ius sisyphi. Senex. s. Tantalus sectaẽ vndas. s. fugaces, in amne medio, faucibus siccis. Hora. Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina. latex abluit aut alluit. i. attingit mentũ. s. Tantali: & quum dedit fidem. i. sanctã pmissionẽ nõ amplius fallendi, decepto. s. Tantalo iam sæpe, ip̃a vnda perit in ore: & poma destituũt. i. dereliquũt & fugiunt famẽ. i. famentẽ: nõ tamẽ fames perit sed augeẽ. Tityus filius terræ (sed fabulę ab alijs enarrãtur) significat aũt libidinosum, vt Tantalus auarũ: Sisyphus ambitiosum: Ixion stultũ amatorẽ &c. prębet volucri. s. vulturi hepar ei9 exedenti, æternas dapes: quia quicq̃d auferẽ renascitur in poenam eius: & Danaides q̃ & Belides, ferũt frustra vrnas plenas, quia effundunt in vas sine fundo. Cadmeides. i. Neptes Cadmi quia mulieres Thebanæ, impiæ, quia Agaue & aliæ in Bacchum cõiurauerunt, errant, furentes, sacro furore correptæ: & auis auida. i. Harpyia a rapiendo dicta, terret, quia foedat, mensas phineas. i. phinei regis in filios impij. Addit Amphitryon. Ede. i. edissere nũc nobilẽ pugnã nati. i. filij mei, saltẽ putatiui, q ẽ ex cõiuge mea, sup. vtrũ refert mun9 patrui. s. Plutonis, qui cum sit frater Iouis q verus pater Herculis, eiusdẽ est patruus, volentis. i. vltro offerentis. abstulit aũt Cerberũ. An refert spoliũ. i. detractũ & abactũ ab inuito? Respõdet Theseus. Saxum ferale. i. mortiferũm imminet. i. incũbit: vadis tardis. i. torpẽtib9: vbi fretũ (dicerẽ mare: si quidẽ a feruore fretũ diciẽ) segne. i. pigrum, torpescit, vnda stupente: quia stagnãte nec fluente nec refluente. Senex. s. Charon, horridus cultu & aspectu, seruat hunc amnem. s. per quẽ traijciunẽ aiæ ad inferos: & ipse squalidus more nautico, gestat. s. in

cymba aut in cymbã vt deinde vehat: manes pauidos. Barba pendet sup. illi impexa: & nodus .s. indumenti coercet sinum .i. complicaturã vestiũ, deformẽ: genę .i. oculorũ fossę, concauæ, quia profundæ, lucent ab ignitis oculis: & ipse portitor .i. exactor, portorij q triens est. Iuuenalis. Nec habet quẽ porrigat ore triẽtem. regit ratẽ .i. consutilem cymbam, conto .i. pertica, longo, quia magna est profunditas.

BERN. ¶ Non vnus. Respondet Theseus sunt plures. Quæsitor. qui quærit scelera. apud nos dicit iudex maleficiorum. Sortitur. per sortem extrahit. Sic Vergi. Vrnam mouet ille silentum. Solebant litigantes apud iudices Romanos nominatim in vna vrna poni: & eius causa prius audiebatur, qui prius ex vrna per sortem extractus fuisset: & hoc faciebant propter multitudinẽ litigantiũ. hanc consuetudinẽ seruari apud inferos dicit.

Iudicia. sententias. Sera. tarda, quia necesse est expectare donec sors venerit. Gnosius Minos. Cretensis Minos iudex inferni: vna cũ eo Rhadamanthus, & Aeacus: de quibus supra dictum est. Socer Thetidis .i. Aeacus pater Pelei qui concubuit cũ Thetide dea maris, ex qua genuit Achillem. Vidi. probat qđ dixit omnes puniri secundũ peccata sua. Impotentis. crudelis. qui se ipsm moderari non potuit in ira. Scindi. lacerari verberibus. Manu plebeia. quemadmodum in hoc mundo cruciarunt plebeios: nunc apud inferos ipsi cruciantur a plebeijs: & ita illis redditur vicissitudo malorum. Quisquis est. qui fuit in vita potens & potẽtia sua sit vsus cum humanitate hic vel ad cęlum vadit vel ad campos elysios. Incruentũ. sine cæde hominum.

Permensus. transiens, aut qui transiuit. Longa spatia. longum iter. Loca Elysij. habitacula Elysij campi.

Elysij cãpi. Elysium campũ veteres putauerunt esse in medio inferni, in quo piorum aiæ quiescerent post dissolutionem earum a corpore. Vergi. Solẽq; suũ sua sydera norũt. Philosophi dixerũt Elysiũ esse in insulis fortunatis. Hora. Nos manet Oceanus circumuagus arua beata. Petamus arua diuites & insulas. Reddit vbi cererẽ tellus inarata quotannis: & imputata floret vsq; vinea. has Sallu. scripsit carmine Homeri inclytas esse. Fuerunt etiã qui Elysiũ scriberent esse circũ lunarẽ circulũ vbi purior est aer. Vergi. Aeris in cãpis. Graeci ἀπὸ τῆς ἐλύσεως hoc est a profectione: q; qui sancte & iuste vixerint ad eos pficiscant. Iudex futurus. quicunq; habebis potestatẽ in hoĩes abstine sanguine humano, quia in inferno punitur quicunq; crudelis. Taxant. iudicant. a tãgo fit frequẽtatiuũ taxo quod significat æstimo appretio, a quo taxatio fit ęstimatio: hoc eni tangendo .i. ponderando fieri solet: & taxatores dicunt a scenicis, qui alterutrũ maledictis tangũt. taxis veteres pro tetigeris dixere. Caue ne meũ taxis liberũ. taxim etiã pro sensim. Pomponius. Adoptate clãdestino tacitus taxim perspectaui. Modo maiore .i. maiore mensura puniunt. Certus. Alia interrogatio Amphitryonis vbinã puniantur illi qui dant pœnas. Certus. destinat⁹ ad hoc. Supplicia. pœnę. interdũ significat supplicationẽ. Sallust. in supplicijs deorũ. Fert. dicit. est ne verum vt puniant illi qui peccauerũt? Rapitur. respõdet Theseus.

Ixion. Ixionẽ tradũt Phlegiæ filiũ a Ioue in cælum assumptũ: & Iunonẽ de adulterio ausum interpellare: qđ cũ ab vxore Iuppiter intellexisset: opposuisse illi nubem sub Iunonis effigie: cũ qua congressum Ixionẽ centauros genuisse: deiectum deinde a Ioue in terras, cum inter mortales gloriaret se cũ regina deorũ habuisse rem: fulmine ictum, & ad inferos demersum esse: vbi rotæ plenæ serpentũ alligat⁹ assidue voluta. Ouid. Voluit Ixion: & se sequitq;, fugitq;. Tortus. tormentatus. Ceruice. Sysiphus Aeoli filius Isthmon hoc est illã strictaram terræ q est inter mare Ioniũ & Aegęũ, latrocinijs occupabat: tandẽ occisus a Theseo apud inferos truditur:

Sysiphus. & hac pœna afficit: vt grande saxum supra montẽ portare coactus, cũ ad apicẽ & culmen deduxerit: cõtinuo ad ima relaxet. dicente Oui. lib. xiij. Meta. Aut petis, aut vrges rediturũ Sysiphe saxum. Ceruice Sysiphea: in collo Sysiphi. In amne medio. Tantalus fuit Iouis filius ex Plote nympha, qđ ille fatet apud Senecã in Thyeste. Magne diuorũ parens, nosterq;, q̃uis pudeat. Hũc dicit Eusebius lib. de temporib⁹ regẽ fuisse phrygiæ:

Tantalus. & cũ deos hospitio suscepisset, filiũ eius Pelopem comedendũ eis apposuit, mentit⁹ alias esse carnes, a quib⁹ epulis dei oẽs, excepta Cerere abstinuerunt: q̃ illius comedit humerum. ob quod facinus eũ Iuppiter ad infernum detrusit: atq; hoc ipso supplicio damnauit. vt vsq; ad inferius labium lympidissima diuersaretur aqua, sed tunc quoq; cum ad potũ inclinaret fugacissima. Insup & inclinari arbores redolẽtibus pomis vsq; ad os eius statuit, quæ omnia fugiebant, dum ea fame vel siti capere conaret. de illo Oui. iiij. Metamor. Tibi tantale nullę Deprehendunt aquę: quæq; eminet effugit arbos. Idem lib. ij. de sine titulo. Quærit aquas in aquis: & poma fugacia tentat Tantalus. hoc illi garrula lingua dedit. quo fit vt inter odorata poma: & aq̃s positus, fame & siti pereat. & vt dicũt poetę fuit hic Tantalus Agamẽnonis & Menelai auus, a quo patronymicũ deducit tantalides. Fuit alius Tantalus corinthiorũ rex adeo pius: vt dicat a poetis mensis deorũ accubuisse. ali⁹ fuit fili⁹ Thyestis ex Merope Atrei fratris cõiuge quẽ Atreus occidit & patri comedẽdũ apposuit.

Senex. Tantalus. In amne medio. in medijs aquis. Siccis. sitibundis. Latex. aqua. Fidem. vt crederet Tantalus eã posse capere. Decepto .s. Tantalo. Perit. fugit. Prębet volucri. Tityus fuit Iouis filius ex Elara filia Orthomeni: quã Iuppiter Iunonis iram extimescẽs in specu sub terra abscondit: ob qđ ex illa Tityus natus dictus est a poetis terræ filius. dicente Vergi. lib. vj. æneí. Necnon & Tityon terræ omnipotentis alũnum, cernere erat. hic cum Latonæ vim inferre vellet: ab Apolline sagittis cõfossus apud inferos magno cruciatu demergit: vt Oui. li. j. de põto. Sic incõsumptũ Tityi semperq; renascẽs Non perit vt possit sæpe perire iecur. huius magnitudinẽ corporis nouẽ iugerũ dixerunt poetæ. Tibull⁹. porrectusq; nouẽ Tityus per iugera terræ Assiduas atro viscere pascit aues. Volucri. vulturi. Aeternas. quia quãdo cõsumptum est semp renascit. Vrnasq;. dictũ est supra de filiab⁹ Danai, q̃ maritos suos prima nocte interfecerũt. istę sunt apud inferos hac pœna dãnatæ vt semp aquas cribris perforatis hauriant. Frustra. quia nõ possunt in eis continere aquã. Errant Cadmeides. filiæ Cadmi de quib⁹ dictũ est superius. sicut Agaue furens filium Pentheũ interfecit: eo modo apud inferos furentes vagant: nec vllã requiẽ habẽt. Terretq;. Phineus fuit Arcadiæ rex: qui suasu Harpalices vxoris, filios occæcauit: cuius sceleris magnitudine pmoti dij, oculis eũ priuarunt: atq; illi harpyias obiecerunt auiũ genus dirũ ac rapax, quę illi dapes & reliqua oia fœdabãt. Harpyiæ mõstra fuerũt q̃lia describit Vergilius. Tristius haud illis monstrũ: nec sæuior vlla Pestis: & ira deũ stygijs sese extulit vndis Virginei volucrũ vultus, fœdissima ventris Proluuies, vncæq; manus: & pallida semp ora fame. Mensas phineas .i. Phinei. Phine⁹: a quo phineius. Nũc ede. Amphitryo dicit o Theseu intellexi cõditiões: nũc aũt vellẽ scire quõ Hercules natus meus pugnauerit, & secũ traxerit cerberũ. Ede .i. demonstra. Edo ab e & do.

E.in compositiõe aliqñ auget: vt eluceo.i.valde luceo.aliqñ habet vim præpositionis extra: vt emitto extra mitto.edo similiter ꝓmo dicit: & q nascẽtes in lucẽ ꝓmunt, edi dicunt.& pro gigni ponitur.Hora. Mecœnas atauis edite regibus.eodẽ modo edere manifestare dicimus. Patrui.Plutonis fratris patris sui Iouis.Mun? s.Cerberũ. Ferale.respõdet Theseus describens ingressum ad regiam Plutonis: vt quid ibi gestũ sit demonstret. Et ferale.letiferũ-veteres ferã mortẽ dixerũt vñ feralis,& ferale deducit. Segne fretũ.i.pigrũ. Stupente vndа.aqua nõ se mouẽte. Hunc seruat.hãc descriptionẽ Charontis sumit a Vergilio qui hunc portitorem dicit obseruare tria inferni flumina seu paludes:hoc est acherontẽ,Stygem,& Cocytũ, quin & defunctorum animas ad ripã vehere:quẽ squaloris esse terribilis fingit,oculos habere igneos,amictum sordidum,magnã canitiẽ,remo velisq; ad aias transportandas vti. Pauidos manes.aias tremẽtes. Gestat.trãsuehit cymba. Impexa.inornata. Nodus coercet.ligat.Imitatio Virgiliana.humeris nodo suspẽdit amictũ. Deformẽ sinũ.vestem sordidã. Sinus aliquãdo vestis lata & muliebris.Ouidi?.Indue regales Laodomia sinus. aliqñ dicit portus.aliquando pro cõplexu capitur:vt iacet in sinu amantis. Genæ.oculi concaui & intra frontem fixi.aliquando genæ pellicula dicitur quæ oculos tegit:aliquando maxillę. Conto.pertica longa.

DANI. ¶Sortit.sortitio apud Athenienses fiebat inscriptis sortib? literis alphabeti.inde electi ad magistratũ aliquẽ vocabant grãmatici vt meminit interpres Aristophanis i prima comœdia.Vlyxes apd Home.inqt.Volebã videre aliorũ defũctorũ aias:hic vidi Minoa clarũ Iouis filiũ habentẽ sceptrũ aureũ,iura dantẽ mortuis,sedẽtẽ:& multos circa ipm:vidi Oriona venatorẽ cũ baculo æreo i manu:Tityũ filiũ terrę gloriosę sup iacentẽ nouẽ iugera terrę.vultures illi sedẽti imergẽtes rostra exẽterabãt epar:qa Latonã tẽtauit. vidi Tãtalũ senẽ cupiẽtẽ bibere & vnda illudi.ficus dulces,oliuæ floridæ,nuces,pomi,spargebãt fructũ desup,quas senex porrectis manib?cũ vellet tãgere eas vẽtus tollebat i vmbrosas nubes.vidi Sysiphũ ꝑcipitẽ. Taxant.plectunt scelerati & pressius tangunt in inferno q̃ hic apd nos.est enĩ ꝓprie taxare pressius crebriusq; tangere: vñ ꝓculdubio id inclinatum est:vt meminit Gel.in.ij.noctiũ atticarũ.Sicuti vexare est distrahere vi:& motu maiori vehere qd verbũ nõ est leue cõtra Cornutũ Vergiliomastycẽ. Ixion.nõ fuit fili?Phlegię sed frater si vera scripsit Eustachius Thessalonicẽsis.Diodo.tradit filium fuisse Anthionis & Melites. Squalid?senex.Charon:ẽ aer infernalis:quia animæ sunt aeriæ,ideo finxere poetę esse portitorem animarũ,& ideo squalidus,quia aer inferni squalidus est & teter. Magister nauis lingua Aegyptia dicitur Charon.

Hic onere vacuus littori puppim applicans
Repetebat vndas:poscit Alcides viam
Cedente turba:dirus exclamat Charon:
Quo pergis audax?siste properantem gradũ.
Non passus vllas natus Alcmena moras
Ipso coactum nauitam conto domat:
Scanditq; puppem:cymba populorũ capax
Succubuit vni:sedit:& grauior ratis
Vtrinq; Lethen latere titubanti bibit.
Tunc vasta trepidant monstra:cẽtauri truces
Lapithęq; multo ad bella succensi mero:
Stygiæ paludis vltimos quęrens sinus
Fœcunda mergit capita Lernęus labor.
Post hęc auari Ditis apparet domus:
Hic sęuus vmbras territat stygius canis:
Qui terna vasto capita concutiens sono
Regnum tuetur:sordidum tabo caput
Lambunt colubri:viperis horrent iubę:
Longusq; torta sibilat cauda draco:
Par ira formę:sensit vt motus pedum
Attollit hirtas angue vibrato comas:
Missumq; captat aure subiecta sonum:
Sentire & vmbras solitus:vt propior stetit
Ioue natus:antro sedit incertus canis:

ASCEN. ¶Hic onere vacuus.Venit ad facinora Herculis dicẽs.Hic.s.Cerber?,aut portitor iã dictus,vacuus onere:qd mirãdũ est cũ Vergilius ponat innumerã multitudinẽ transmitti oriẽtẽ, sed vacuus erat veniẽs oneraturus nauẽ in recessu:applicans littori.i.ad litus, puppim.i.posteriorẽ partem nauis, vt faciũt qui mox discedere volũt,repetebat.i.repetere parabat,vndas.s.maris:alcides.i.Alcei nepos putatiu?Hercules,poscit viã.i.aditũ ad cymbam,turba cedente.i.locum dante:ergo non erat recessurus vacuus. Charon dirus.i.truculentus ira,vidẽs Herculem adhuc viuum, exclamat O audax.i.temerarie,quo pergis? siste.i.reprime,gradũ.i.ingressum tuum properãtem id est festinum.Natus Alcmena scilicet Hercules nõ passus vllas moras,domat nauitã scilicet Charonta,coactum scilicet parere,ipso conto,quo nauem gubernabat:& scandit puppim.i.posteriorẽ partẽ nauis aut cymbæ. Cymba capax populorum.i.multarum vmbrarũ & simulacrorũ,quia non habentur vera corpora, succubuit vni scilicet Herculi.sic de ænea recepto:gemuit sub põdere cymba.sedit scilicet Hercules in medio cymbæ:& ratis id ẽ cymba,species pro specie,grauior id est oneratior q̃ par erat,bibit lethen id est partẽ lethes fluuij,vtrinq;,ab vtraq; pte,ergo nõ sedit i altera sed in medio,latere titubanti.i.vacillanti cum primum ingrederetur,aut ad sedendum se inclinaret.Tunc id est deinde,postq̃ ꝓpius accessit,ita vt agnosci posset:Centauri populi Thessalię truces, appositorie,mõstra vasta id est valde magna corpa habẽtia:& Lapithę etiã ppl̃i Thessalię vt cõmentarij recitãt,succẽsi ad bella multo mero.Quia vt dicit Maro:Bacchus & ad culpã cãs dedit ille furẽtes Cẽtauros leto domuit &c.Cũ ijs sũt Hercules apd supos pugnarat:vñ eo viso timuerũt apd inferos.Sũt au-

tē in foribus inferni locati: dicente Marone æneí. sexto. Multaq; præterea variarum mō stra ferarum Centauri in foribus stabulant: scylleq; biformes &c. & labor lernæus id est hydra quam apud Lernam paludem superauerat Hercules (nam etiam eius simulacrū sicut & Harpyiarum apud inferos erat) mergit capita foecūda id est foecunde renasci solita, pro singulis amputatis bina, quęrens vltimos sinus paludis stygiæ. Non intelligemus Herculem cum dictis apud inferos pugnasse: sed apud superos: vnde a facie eius fugerunt. Post hæc, id est postq̄ penitus ingressus est: dom⁹ ditis auari apparet id est videtur ab Hercule: Canis stygius scilicet Cerberus, territat hic scilicet apd̄ domum ditis: & ita legendum, hic sæuus &c. territat vmbras id est manes: qui concutiens scilicet latrando, vasto sono, capita terna id est tria simul, cum non nisi tria haberet, tuetur id est defendit regnum: colubri lambunt caput scilicet cerberi, sordidum tabo id est cruore corrupto & sanie: iubæ supple eius id est villę pectoris & colli, horrent viperis: quia eas pro pilis habet: & draco longus sibilat cauda torta: quia draconem pro cauda habet. Ira id est rabies eius est par formę: id est tā rabidus est q̄ truculēta forma. Vt id est postq̄ ipse sensit motus pedum scilicet Herculis, attollit. i. erigit comas hirtas. i. duras & densas ac setosas angue vibrato id est ad iaculandum arrecto: & captat aure surrecta aut subiecta. i. sursum acta, vt i Georgi. sonū missū solitus sentire vmbras. (vacet & pticula nisi metrum seruet vñ legi possit, sētire manes solit⁹.) Vt. i. postq̄ nat⁹ Ioue. s. Hercules, stetit propior, canis incertus an inuaderet an fugeret, sedit antro. s. suo: & vterq; timuit. s. tam Hercules canem q̄ canis Herculē. sed mirādū q; Herculem timere fatetur, cum sit vera Iouis soboles. verum exaggerationem truculentiæ Cerberiæ facit, innuens etiam q; primi motus nō sint i hois potētia. Ecce canis sup. vt aim recepit terret loca muta. i. vbi silentia esse solebāt, latratu graui: & serpēs minax sibilat per totos armos: fragor horrēdæ vocis, missus. i. emissus per ora terna, ex terret quoq;. i. etiam vmbras felices: nō vere felices si terreri possunt. Tūc ip̄e Hercules ferox soluit a lęua, in qua clypeus poni solet. i. diripit, rict⁹. i. ora hiantia: & opponit scilicet Cerbero, caput Cleonęum id est leonis cleonęi a se interempti: ac clepit seu potius clupit id est protegit (nam clepere furari significat) se tegmine ingenti scilicet leonis Cleonęi, gerens magnum robur id est truncum arboris, dextra victrice. i. vincere solita, & rotat. i. in gyrum agit manum aut robur, nunc huc & illuc id est in diuersas partes, verbere id est ictu assiduo: cum potius instrumentum notet: & igeminat ictus scilicet in Cerberum: canis domitus, infregit id est remisit minas, & lassus immo defatigat⁹, submisit cuncta id est simul omnia tria capita: & cessit id est locum dedit aut decessit toto antro. Vterq; dominus scilicet Pluto & Proserpina: de qua Maro. Hi dominam ditis &c.

Et vterq; timuit. ecce latratu graui
Loca muta terret: sibilat totos minax
Serpens per armos: vocis horrendę fragor
Per ora missus terna felices quoq;
Exterret vmbras: soluit a lęua feros
Tunc ip̄e rictus: & Cleonæum caput
Opponit: ac se tegmine ingenti clepit:
Victrice magnū dextera robur gerens:
Huc nunc: & illuc verbere assiduo rotans
Ingeminat ictus: domitus infregit minas
Et cuncta lassus capita submisit canis:
Antroq; toto cessit. extimuit sedens
Vterq; solio dominus: & duci iubet:
Me quoq; petenti munus Alcidę dedit.
Tunc grauia monstri colla permulcens manu
Adamante texto vincit: oblitus sui
Custos opaci peruigil regni canis
Componit aures timidus: & patiens trahi
Herumq; fassus ore submisso obsequens
Vtrumq; cauda pulsat anguifera latus.
Postq̄ est ad oras Tęnari ventū: & nitor
Percussit oculos lucis ignotę: bonos
Resumit animos victus: & vastas furens
Quassat catenas: pene victorē abstulit:
Pronūq; retro vexit: & mouit gradu.
Tunc & meas respexit Alcides manus.
Geminis vterq; viribus tractum Canem
Ira furentē: & bella tentantem irrita
Intulimus orbi: vidit vt clarum æthera:
Et pura nitidi spatia conspexit poli:
Oborta nox est: lumina in terram dedit:
Compressit oculos: & diem inuisum expulit:
Aciemq; retro flexit: atq; omni petit
Ceruice terram: tum sub Herculea caput
Abscondit vmbra. densa sed lęto venit
Clamore turba frontibus laurum gerens:
Magniq; meritas Herculis laudes canit.

est ergo conceptio generum implicita. sedens solio.i.sede regali timuit:& iubet aut Cerberum duci id est ab-
duci,aut Herculē duci.i.adduci ad se:vt qd venerit noscat:aut verum placet:quia sequit̄:& dedit Alcidę petē
ti cū adductus esset,me mun⁹.i.ꝓmunere:qa captus fuerat Theseus & ab Hercule liberat⁹,semel quidem:sed
postea illic,sedet æternūq; sedebit infelix Theseus &c. Sūt qui legūt me quoq;,sed malim spondeū in primo
q̄ dactylū ponere:quia tamen interdū ponit:vt tūc grauia &c.nihil muto. Tūc Hercules ꝑmulcens manu gra
uia colla monstri.i.mōstruosi canis,vincit sup.eū,adamante texto.i.cōtexto & cōpresso vt indissolubilis nod⁹
sit.Canis peruigil custos regni opaci.i.tenebricosi,oblitus sui.i.solitę strenuitatis,componit.i.demittit aures
s.arrectas ꝑ irā,ens sup.timidus & patiens trahi:& fassus sup.Herculē,herū.i.dn̄m suū,obsequēs.i. obedien-
ter eū sequēs,ore summisso.i.deorū misso:pulsat cauda angui fera vtrūq; latus,incessum depingit canū ꝑser
tim in vinculis. Postq̄ est ad oras.Prosequit̄ narrationē de inferis cœptā Theseus,q̄ ꝓlixa propterea fit,q;
populo acceptum est infernorū secretorū abdita nosse:& vt interea verisimile sit Hercu.e q̄ postea narrabūtur
perpetrasse.Ordo est.Postq̄ ventū est ad oras.i.extremas quia altissimas partes,Tęnari promōtorij illius in
Laconia:& nitor lucis ignotę ꝑcussit oc̄los.s.cerberi,ipe victus.i.q̄uis victus,aut vinctus,resumit aios bo-
nos.i.validos:& furens quassat magnas catenas:& abstulit.i.secū ad inferos retraxit pene.i.quasi,victorem
aut vinctorē.s.Herculē:& vexit eū pronū retro.i.retrorsum & mouit gradu. Alcides respexit.i.vt auxiliares i
spexit,tunc &.i.etiā meas manus.Nos sup.igit̄ vterq;.i.ambo,intulimus orbi.i.in hunc mundū,canē tractū
viribus geminis.s.meis & Herculis,furentē ira & tētantē bella irrita,quia in Herculē nihil poterat. Vt.i.postq̄
canis sup.s.Cerberus,vidit æthera clarū.i.ꝑspectū cęli,& cōspexit spatia poli.i.cęli a parte totū,nitidi,pura.i.
lucida:nox.i.caligo quędā est oborta.i.contra spem orta sup.cani:qui sup.dedit.i.deflexit lumina in terram,
& compressit.i.clausit oculos,& expulit oculis,diē inuisum,& flexit aciē.i.acumen oculoꝝ,retro.i.retrorsum
atq; petit terrā,omni(quia triplici)ceruice:tum.i.deinde abscondit caput sub vmbra Herculea,quia Hercules
ingens erat aut sub populi arboris vmbra.nō pōt legi cupit abscōdi,licet Daniel ita arbitret̄. Sed.q.d.non est
locus plura narrandi(& est locus futuræ scænæ)quia turba densa.i.chorus venit sup.cū clamore læto,gerens
frondibus laurū,in signū victoriæ:& canit meritas laudes Herculis magni.
¶Hic onere vacuus. Cū trāsuexisset multas animas quas habebat:reuersus est ad ripam. Repetebat.retro BERN.
nauigabat. Cedente turba.omnibus dantibus locū. Siste ꝓperantē gradum. noli o temerarie vltra venire.
Nauitam.charontē. Domat.s.verberādo ipm. Aeneas iuit cū ramo aureo pacis, iste vero violentia vte-
bat̄. Cymba populorū capax. q̄ transuehit tot animas vix potuit sustinere vnū. Sic Vergilius. Gemuit sub
pōdere cymba. Succumbit.quasi demersa est. Bibit.i.ab vtroq; latere recipiebat aq̄s. Titubante.vacillā
te,modo in vnā partē modo in aliā partem. Tunc.quādo transiuit Hercules,ea monstra q̄ erāt illic cœperūt
valde timere. Centauri.Hercules centauros nuptiarū die cū ebrij essent Hippodamē Pyrithoo auferre vo-
lētes acri bello superauit. Sunt aūt q non hoc die solū cū centauris pugnasse Herculē velint,sed etiā alias. Nā
cum Eurytus Cētaurus ab Oeneo Calydoniæ rege,forte hospitio susceptus fuisset:Deianirā eius filiā simul
ac vidit,petiuit sibi dari vxorē.Oeneus q̄uis illā Herculi.spopōderat vim tamē Centauri timens,huic se eam
traditurū ꝓmisit:quapropter orto inter Herculē & Eurytū bello,nuptiarū die.ab Hercule Centaurus supat⁹ est
Lapithæ.ab alijs Lapithæ nominati a laphita Apollinis filia iuxta Othrin montē Thessaliæ habitantes:cū
Centauris bella gerentes q vicinū montē pelion tenebant. Sed demū pulsi primo ab Ixione:deinde a Pyri-
thoo filio ad ethicas venere:Lapithis vero campestria concesserunt. Fingunt Centauros esse semiequos:sed
veritas est,eos esse gen⁹ durū & agreste,& primū pugnasse cum equis:cū ante equis velu Bellorophon & fre-
nis & ephippijs vti Peletronius inuenisset. Hic igit̄ est datus fabulæ locus:& a stimulādo calcaribus equo Cē-
taurus appellatus est:propter quod & hippocentaurus:hoc est equi stimulator est dictus. Succensi inflāma
ti ad bella. Multo mero.ebrietate. Lernęus labor.i.hydra de qua superius diximꝰ. Fœcundo.quia bscis
so vno capite nascebant̄ tria. Sinus.recessus. Post hæc.s.monstra. Auari.insatiabilis. Ditis.Plutonis.
Dis Pluto appellat̄ hoc est diues nam terrenā vim oēm atq; naturā diti patri dedicatam putabant:q; diuitiæ
omnes e terris oriant̄,& in terras recidant. Claudianus. Semperq; tenemus:quæ superi tenuere semel. Hic
ferus.ad custodiā dom⁹ Plutonis erat Cerberus:qui cum sensit Herculem,cœpit horribiliter latrare:at Hercu
les inuoluit pellem leonis circa sinistrū brachium:& dextra corripuit clauam. Tabo. sanie.& facit aliā discri-
ptionem ipsius canis qui loco pilorum serpentes habet:& pro cauda etiam vnum alium sibilantem serpentē.
Lambūt.inuoluūt. Par.similis.terribilis forma & ira. Hirtas.rigidas. Angue vibrato.motis serpētibus.
Captat.auscultat:& explorat. Subiecta aure.ꝓsita in terra:quia a longe venientem eo modo sentimus.
Missum sonum.de lōge missum. Vmbras.aīas quæ sunt leuiores corporibus. Incertus canis.dubius an
fugeret an staret. Vterq;.s.Hercules & canis,etiam fortes viri timent naturalia:quanto magis debent timere
ea quæ sunt pręter naturam? Graui.horrendo. Exterret felices vmbras.aīas:quāto magis infelices. Tūc
ipe.Hercules soluit ab humeris suis feros rict⁹:ora horribilis leonis Cleonæi. Et clepit.tegit se aduersus Cer
berū.clepere est tegere,inde clypeus dicit̄. Robur.clauam. Rotat.flectit illum canē acriter verberādo. In Clepo.
fregit minas.deposuit iram:& factus est humilis. Lassus fatigatus verberibus. Submisit.inclinauit tanq̄
victus. Cuncta.quia tria habebat. Antro.& dedit aditū Herculi. Vterq; dn̄s.Pluto & Proserpina infe-
rorū reges. Solio. sede regali facta de vno tantum ligno cōcauato. Solū integrū appellarūt & solidū:vnde
solum terram dicimus.alij dicunt solium sedem esse regis e ligno in qua ob tutelā corpis sui sederet:& dictū a Solium.
sedēdo. Curtius. Reginā in solio visam vehemēter admirat⁹. Aliquādo vas dicit̄ in quo hoīes in balneis,vel
domi sedentes lauabant̄. Martialis. Non vis in solio prius lauari. Nonnūq̄ huic simile vas in quo defuncti se
peliunt̄. Plynius. Cum & defuncti sese multi Fictilib⁹ solijs condi maluere. Quidam a solo deduci volunt q;
in his soli sederent. ideo solia sternere dicebant̄:qui solisternium habebant. Et duci iubet.scilicet Cerberum:
quia timebat. Me quoq;.scilicet Theseum qui illic detentus eram in carcere:quia iueram cū Pirithoo ad ra-
piendum Proserpinam. Tunc grauis. postq̄ Pluto dedit Cerberum & me Herculi,ille cepit canē blandien-
do illi,& iniecit collo vnam catenā:& secū attraxit. Grauia.horrentia. Permulcēs.leniter manu tāgēs.Mul- Mulceo.
cere est ꝓprie delinire,quasi mollicere:vnde mulsum,& aqua mulsa dicit̄. Vincit. ligat:inde vinculū ligamē.

Adamas. Adamante texto.id est coniuncto:hoc est dura catena. Adamas lapis preciosus miræ duriciei de quo Plynius loquitur.Nullo modo potest rumpi,nisi sanguine hirci:& cum poetę volunt dicere aliquã rem duram & infrãgibilem adamãtinam appellant:& dicitur ab a qđ est sine:& domo quasi indomit⁹. Oblitus sui.i. suarum virium:& dicuntur illi obliti sui qui in periculis suis nesciunt quid faciunt. Peruigil.qui nunq̃ dormiebat.

Opaci regni.obscuri inferni. Fassus.quasi confessus & monstrans se victum ab Hercule. Ore submisso.capite inclinato subsequebatur Herculẽ:& blandiebat̃ illi cauda viperina,more canum qui vtrunq; latus cauda percutiunt blandiendo alicui. Postq̃.sed quãdo venit ad exitum inferni:& vidit primam lucem voluit retrocedere:& resumpsit vires priores:& quasi Herculem retraxit: sed ipe illi opitulans inuitum traximus ad superos. Tęnari. montis laconici. Lucis ignotæ.erat lux illi incognita:cum in inferno semp sint tenebræ.

Pronum.quia via illa pendet in descensu. Mouit gradu.de loco vbi erat firmus pedibus. Geminis. scilicet meis & Herculis.Irrita.sine effectu.rata dicimus firma:& cum effectu.contrariũ est irrita. vnde Vergilius Irrita tela appellat,quæ missa non feriunt. Oborta nox. vt vidit lucem clausit oculos:& declinauit caput ad terram:& orta sibi nox est:quia non potens tolerare lucem faciebat sibi obscuritatẽ oculis clausis. Compressit.clausit. Expulit.scilicet claudendo oculos,ne videret diem inuisum. Aciem. visum. Petit.toto capite inclinatur in terram. Tũc. quãdo inclinabat se Hercules faciebat vmbrã,& ille sequebatur. Densa sed laeto.tam dat locum sequenti scęnæ. Densa. chorus. Laurũ.coronam ex lauro.

DANI. Cerberus. ¶ Stygius canis. Cerberus ex Echidna & Typhaone genitus tribus latrat faucibus ad ostium regis ditis patris. volentibus ingredi cauda & auribus blanditur.neminem permittit exire.Hesio.& Maro discordant. vorat carnem & ossibus supersedet: ideo quasi το κρεαβορος nuncupatur.ab Hercule ligatus est adamantina catena & tractus ad supera:quũq; trahebatur spumæ a rictibus cadentes cessere in aconitum. Alexander imperator habuit canem hoc nomine congredientem leonibus vt scribit Iulius Pollux. Tum sub Her.construe sic textum emendatum.sub Herculea cupit abscõdi vmbra.ita legit antiquissimus codex:& suadet metrũ:& sensus etiam quadrat. vt sit:cupit Cerberus abscondi sub vmbra Herculis ne cernat lucem.nisi dicas Herculea vmbra desuper abscondit caput cerberi.quod non probo.

ASCEN. Natus Eurystheus. In hac scęna recitantur laudes Herculis ob recẽtẽ precipue victoriam. Ordo est.Eurystheus persecutor Herculis, natus.i.in lucẽ pduct⁹,ptu pperãte.i. festinato qa septio mẽse pcurãte Iunone vt añ Herculẽ nasceret̃:iusserat sup.Herculẽ,penetrare fũdũ mũdi.i.ifernũ:hoc solũ scilicet facin⁹ Herculis,de iferis deuictis,deerat.i.defuerat,numero labor℞.s.Herculanor℞,inire.s.spoliare,regẽ tertiæ sortis.s.Plutonẽ: & ausus ẽ adit⁹ cęcos.i.caligiosos i quib⁹ nihil videt̃, qua. s. pte via tristis & metuẽda sylua nigra .i. eo q̃ habet syluam nigram & horrẽdam, ducit ad manes remotos scilicet a consortio viuentium:sed licet metuenda,tamen quia necessaria est frequens.i. frequentata , magna turba comitante,sup.tanta,quantus populus incedit per vrbes,auid⁹ad ludos.i.spectacula noui theatri id ẽ ædificij ad spectacula extructi: & qualis : putem legendum quãtus, non eñ apud inferos talis est:quia neq; festiuus, neq; letus,neq; viuus.Quantus igitur popul⁹ coit.i.conuenit ad tonantem eleum.i. ad spectaculum agonis olympici in honorem Iouis ab Hercule apđ Eleã oppidũ istituti : vbi idẽ prim⁹ Olympiõica.i. victor ĩ Olympico certamine.quocirca videret̃ ꝑpropa sil'itudo nisi intelligat̃ a choro dici pp'lo Ro.(nã si ab Hercule istitutũ ẽ:& forte paulo añ aut paulo post q̃ hęc acta fingũt̃:ñ ẽ ꝓsil'e tũc tã freq̃n tẽ eo cõuenisse pp'm)cũ q̃nta ęstas:q̃a q̃nto quoq; anno celebrabat̃: vñ & Olympias gręcis sicut lustrũ latinis q̃nquẽniũ significat:reuocauit sacrũ.i. festũ solenne Ioui. Et quãta turba freq̃ntat Cererẽ secretã videlicet Eleusinã cui⁹ sacra nemini fas erat publicare,nec ill' interesse q̃ nõ essent iitiati,& mystę.i.sacerdotes sacrificuli dicti q̃ secrete res agãt, Attici.i. Athenieñ. pperãt citi.i. festiui,relictis tectis i.domib⁹ priuatis (sunt q̃ legãt scythę, sed si Attici quõ scythæ pperant dicit̃) celebrare noctem id est nocturna Cereris sacra : tunc

Chorus.

Sapphici hendecasyllabi.

Natus Eurystheus properante partu
Iusserat mundi penetrare fundum.
Deerat hoc solum numero laborum
Tertię regem spoliare sortis.
Ausus est cęcos aditus inire:
Ducit ad manes via qua remotos
Tristis:& sylua metuenda nigra:
Sed frequens magna comitante turba.
Quantus incedit populus per vrbes
Ad noui ludos auidus theatri.
Quantus Eleum coit ad tonantem
Quinta cum sacrum reuocauit æstas.
Quanta cum longę redit hora noctis:
Crescere & somnos cupiens quietos
Libra phoebęos tenet æqua currus:
Turba secretam Cererem frequentat:
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare Mystæ:
Tanta per campos agitur silentes
Turba:pars tarda gradiens senecta

Tristis & longa satiata vita.
Pars adhuc currit melioris æui:
Virgines nondum thalamis iugatę:
Et comis nondum positis ephebi:
Matris & nomen modo doctus infans.
His datum solis minus vt timerent
Igne prælato releuare noctem.
Cæteri vadunt per opaca tristes:
Qualis est nobis animus remota
Luce: cum mœstus sibi quisq; sensit
Obrutum tota caput esse terra.

supple quum hora noctis longæ redit, scilicet ad ęquinoctium autumnale collectis iam frugibus: & cum libra.i.signū illud cæleste: de quo Maro. Libra dies noctisq; pares vbi fecerit horas: cupiēs somnos quietos crescere: quia interdiu interrūpūtur, tenet æqua.i tantū in nocte q̄tū in die, currus Phœbęos.i. solares, hoc est quādo est ęquinoctiū: vt nūc circa mediū septembris. Tāta turba agitur.i. impellitur ad loca debita, per campos silentes. pars sup. agiẗ gradiens tristis senecta tarda.i. suprema: & satiata longa vita. Pars æui melioris.i. fortioris, currit adhuc: & virgines nondū iugatæ thalamis: & ephebi.i. pubescentes, comis nondū positis.i. detonsis: qđ fiebat dum virilē sumerēt togā: quē morem etiā Langobardis & Frācis fuisse legimus: & infans doctus modo.i. paulo ante cum pri⁹ per ætatē discere nō potuisset, nomen.i. proprium matris, nā cōmune fere per naturā scimus. his solis.s. innocentibus & infantibus datum.i. concessum est miseratione diuum, releuare.i. minuere, noctem.i. tenebras igne prelato.i. ante eos portato: vt timerēt minus, quia tenebrę horrorem incutiunt. cæteri.s. manes, vadunt tristes quia per opaca.i. loca densa tenebris obsita: habētes sup. talem animum: qualis animus est nobis luce remota, cum quisq; sensit mœstus caput esse obrutum sibi tota terra, id est quum se pręcipitem senserit decidisse in antrum profundum & obscurum.

Natus Eurystheus. In fine oim actuū chorus inducit laudās facta. ita ibi nūc habet concelebrās fortitudinem Herculis qui vicit oia monstra in terra: restabant ea quæ sunt in inferno quo ipe iuit & rediuit cū victoria. Versus est sapphicus: & habet quinq; pedes. Prim⁹ trochæus. Secūdus spōdeus. Tertius dactylus: duo vltimi trochęi. Natus Eurystheus. Homer⁹ scribit cū Iuppiter diē quo Hercules proditurus in lucē erat, ita pręd ixisset, qui cæteris imperaret, cogitasse Iunonē id de Hercule dici. Quapropter impetrasse primo a Ioue, vt id iureiurando affirmaret: deinde missa Lucina q̄ dea parturientiū erat, distulisse Herculis ortū: & vxoris Sthelenı q̄ septimo iam mense pręgnans erat, partū accelerasse: ex quo natus est Eurystheus: q Mycenis. xlv. annis imperauit, semp infestus Herculi: ob id frequēter impellens eū ad congrediendū cū monstris: facile sic periturū Herculē sperās. Fūdū. infernū. Deerat. restabat hoc solū. qa oia alia superauerat. Tertię sortis regem. Plutonē regem inferni quę fuit tertia sors inter tres fratres. Nigra. obscura. illa tristis via est metuēda propter obscurā syluā per quā est eundū. Sed frequens.s. illa via ē valde frequentata: per eā multi quotidie ad inferos vadunt. Frequēs modo crebrū significat, siue de loco, siue de re animata diciẗ: vt frequēs senatus.i. creber, copiosus, multus. item frequētes domus, frequentes aræ, hoc est crebrę, multę. aliquando qđ ab alijs frequētatur: vt frequēs locus freq̄ns tēplū in quo multi conueniūt, & qđ multi freq̄ntant. Qualis. declarat istam multitudinem per comparationem ludorum olympicorū q fiebāt in honorē Iouis olympici apud Pisam & Helidē Arcadię oppida. id gymnicum certamē erat qđ quinto quoq; anno fieri solebat: vnde Olympias dicta est spaciū quinq; annorū: & exinde tpa ab olympiadib⁹ computare cœperūt: vt Olympiadis primæ vel tertiæ. Olympia vrbs est inter Ossam & Olympū mōtes. & Olympia olympiorum etiam ludi erant ipsi. Incedit. vadit ad spectandum. Populus. multitudo. Ad ludos noui theatri. noui spectaculi. Theatrum dici potest a nobis visorium seu spectaculum ex quo eminus turba ludos spectare potest: & apud Romanos ędificium fuit interdum mira luxuria ędificatū: vt Plyni⁹ ait libro decimo nono naturalis historiæ. Eleum tonātem. Iouem Eleum a ciuitate Elide. Coit. id est cōuenit. ex con & eo. Alij legunt currit: & male: quia versus non staret. sic Ouidius libro quarto fastorum. Mille manus coeūt. Quinta æstas, quintus annus. Reuocauit. reduxit. Sacrum. substantiue id est Iouis festum. Quanta. scilicet turba frequentat secretam Cererē, celebrat cerealia. de his sacris superius diximus. Mystæ. sacrificantes cęteri appellabantur. Mysticum dicunt græci omne id quo in arcanis deorum sacris vtimur. qualia erant Bacchi, & Cereris orgia, quæ noctu clam & a solis mulieribus celebrabantur: sed tamē inde illis sacris pollutis, viri quoq; ad ea accedere soliti erant. & Baptæ huiusmodi viri dicebantur ꝙ tincti, fucatiq; sacris interessent instar mulierum. Baptein enim inficere, tingere, & fucare dicitur. Mysteria arcana sacra appellabantur. hinc in prouerbio, non sine mysterio fieri dicimus qđ occulta aliqua quasi sacrorum ratione perficitur. Attici. Athenienses. nam ea sacra apud Athenas fiebant per decem miliaria ad Eleusin. Citi. veloces: quia cum facibus accensis currebant. Tectis relictis, quia ea sacra celebrabantur per agros. Cum longę redit hora noctis. Cupiens. scilicet nox. Crescere. qa ea crescente fiunt longiores somni. Libra. signum cęleste per qđ sol transit: & tūc est æquinoctium: quia sol libratus est & per vnum diem solum. ideo dicit tenet currus phœbęos id est solis. Tanta. adaptat comparationē: tanta est illa turba quæ vadit per illam viam ad inferos. & quæ est ista turba? sunt alij senes, alij pueri, alij infantes. Iugatę. id est nōdum cōiunctę matrimonio. Ephebi. ephebus dictus, ꝙ iam sit in pube hoc est iam ad annos pubertatis peruenit. Terentius. Nam is postq̄ excessit ex ephebis. hoc ē excessit ex ea ætate qua pubem primo emisit. Hinc Ephebia appellata est prima ętas adolescentiæ. Comis depositis.i. resectis capillis qui intonsi seruabantur pueris. Et in prima adolescētia illis resecabanẗ: & deo alicui cōsecrabanẗ: vt est apud Statiū in syluis de crinib⁹ Earini. Mō doctus. q vix sciebat ꝓnunciare nomē matris. His. solis infantib⁹ est data vna fax: vt p has tenebras possent videre & minus

BERN.
Eurysthei partus acceleratus.
Frequens.
Olympici ludi.
Olympias
Olympia.
Mystæ.
Libra.
Ephebus.

timere:hoc est mortale:quia sunt puri & sine macula vitiorum. Releuare.leuiorem facere. Prælato. ante portato. Cęteri.præter istos infantes. Per opaca.obscura. Qualis nunc dicit chorus qualis debeat esse animus eūtium per illam viam:quasi dicat tristis:quia videntur habere totum pondus terræ supra se: ideo dicit ꝙ debemus ire tardius q̄ possimus. Qualis.legēdum est interrogatiue. Obrutum. demersum,quia infernus est in centro terræ:quia qui vadunt ad inferos habent terrā supra se.

DANI. ℂNatus Euristheus. Inuidia Iunonis contra Herculem natus. Euristheus septimo mensę. Iuppiter indigna
Euristhei ortus. tus claudit cælum Euristheo. Properante partu.quia natus est citra nonum mensem timente Iunone ne Her-
cules prius nasceretur. Natus Euristheus. septimum carmen Sapphicum pentametrum.redeunti ab inferis
Mystæ. Herculi occurrit chorus cum tripudio & cantu. Mystæ.Mystæ daduchi id est gestātes facem dicebantur.sa-
Cereris sacra. cerdotes Cereris facibus discurrentes quibus ad filiam indagādam vsa est Ceres, ad extremam vsq; lassatio
nem debacchabantur. Papinius. Tuq; actea ceres:cursu cui semper anhelo Votiuam taciti lassamus lampa-
da mystæ.erant autem hæc sacra communia cum Baccho,ideo generosus poeta Bacchum ex adytis cereris
egredientem inducit.& Ouidius. Ipse suos ludos vuæ commentor habebat. Quos cum tędifera nunc habet
Eleusina. ille dea.scelerati arcebantur procul ab his sacris voce præconis. Tranquillus. Eleusinis sacris quorum imita-
Baptæ. tione impij voce præconis summouentur interesse ausus non est. Baptæ eius sacerdotes non sunt dicti ea ra-
tione ꝙ fucarentur instar mulierum: sed ꝙ lauarentur quando initiabantur. Aristophanes græcus comicus
Thesmophoria. facundissimus πρωτον εκ τιυ παλα τουθεσμεβ λαφαρ.& hæc sacra appellentur thesmopharia: vt meminit
Gellius in. xiiij. quasi legiferæ deę sacra. θεσμοσ enim dicit̄ lex & φερω.fero. Ceres enim prima dedit leges vt
Mysteria. fingit latinorū princeps Maro. Mysteria. Apollodorus tradit mysteria dicta Myente quodā Attico qui venā
Orgia. do perijt.eadem dicuntur etiam orgia ab ira cereris contra Iouem. vt ait Eusebius thesmophoria fiebant sic.
Exta fumantia polenta.saldiaco.mala punica.trementia animalium corda.hederę.papauera.& vinum quod
vocant cycrona:quod quidem vinum ceres cum nollet bibere oblatum sibi per hospitem Bambinē: tādem
Ephebia. sublata veste genitalia ostendit:hoc spectaculo mota dea bibit libens. inde dat̄ cyrron in sacris. Ephebi. spa
cium inter puerilitatem & pubertatem vocant Ephebiam. Quintilianus appellat lubricum ætatis quia illa
ætas facile labitur in vitium.

ASCEN. ℂStat chaos densum. Exaggerat diritatē tenebrarum infernalium dicens Chaos densum.i.caligo profunda & confusa,nam reb⁹ vox aufert atra colorem:stat horret, aut tam densa est vt stare videatur & palpabilis esse: & tenebrę turpes,quia nihil in eis mūdari potest:& color malus.i.nociuus noctis: & ociū i.cessatio ab omni opere:mundi silētis: quia vbi non est motus non est actio: & vbi actio deest,silentium est:& nubes vacuæ.i.inanes quia neq; pluuiā habēt neq; niuem generāt, aut grandinē. Et qa locus ille malus est & tristis,chorus precatur: vt senectus sera referat nos scilicet omnes illo.i.ad illum locum: nā nō potest illuc nimio sero veniri vt sentit addens. Nemo venit sero id est nimis tarde ad id:vnde cum venit semel nunq̄ potuit reuerti:quod quidē ad inferna ꝑscito nimis verū. At Christianus si fide integra & charitate nō ficta viueret,esset cum Paulo desiderium habēs dissolui & esse cum Christo. Quid iuuat properare id est accelerare fatum durum id ē inexorabile & triste, quia omnium terribiliū summum: accipitur enim pro morte:omnia hæc turba vaga id est sparsa magnis terris.i. quæ nūc vbiq; terrarum viuit,ibit ad manes id est inferos & faciet vela id est nauigabit, cocyto inerti id est torpenti. deinde per apostrophen mortē alloquitur dicens. O mors omne scilicet animal quod occasus & quod ortus videt crescit tibi id est vt a te absumat̄: parce venturis scilicet nobis ad te:qa o mors nos paramur tibi:& licet supple tu sis segnis id est tarda,nosipsi properam⁹ scilicet ad te, quia prima hora quæ dedit vitam, carpsit vitam.i. rodere cœpit:cum eīn sim⁹ ex contrarijs elementis constituti, continua est in nobis consumptio. Deinde mutato genere carminis cum sententia dicit. Dies læta adest Thebis, quia tyrannus cæsus est: & ideo o Thebani tangite supplices.i. supplicātes aras:cędite id est mactate victimas pingues.

Stat chaos densum tenebręq; turpes
Et color noctis malus ac silentis
Ocium mundi:vacuęq; nubes.
Sera nos illo referat senectus:
Nemo ad id sero venit vnde nunq̄
Cum semel venit potuit reuerti.
Quid iuuat durum properare fatum?
Omnis hęc magnis vaga turba terris
Ibit ad manes:facietq; inerti
Vela cocyto.tibi crescit omne
Et quod occasus videt:& quod ortus.
Parce venturis:tibi mors paramur:
Sis licet segnis properamus ipsi.
Prima quę vitam dedit:hora carpsit.

Choriambici Glyconii.

Thebis lęta dies adest.
Aras tangite supplices:
Pingues cędite victimas.
Permixtæ maribus nurus
Solennes agitent choros.
Cessent deposito iugo
Arui fertilis incolę.
Pax est Herculea manu
Auroram inter & Hesperum:

Et qua sol medium tenens
Vmbras corporibus negat.
Quodcunq; abluitur solum
Longo tethyos ambitu:
Alcidę domuit labor.
Transuectus vada Tartari
Pacatis redit inferis.
Iam nullus superest timor.
Nil vltra iacet inferos.
Stantes sacrificus comas
Dilecta tege populo.

nurus id est virgines nubiles, permixtæ matribus.i. matronis agitent choros solennes i.festiuos:& incolæ arui fertilis, cessent.s. ab agricultura, iugo.s.boũ, deposito.i.detracto a collo eorũ. Pax est sup. parta, manu Herculea inter aurorã.i.orientem: vñ aurora orit:& Hesperũ.i. occidẽtẽ, quo Hesperus q & vesp dicitur, cadit:& qua sup. parte videlicet meridionali, sol tenens mediũ.s.orbẽ, negat corporib⁹ vmbras qa sup caput incũbit ad syenen & Cyrenaicã regionẽ.& labor Herculeus domuit quodcũq; solũ abluit longo ambitu i.circuitu tethyos.i. Oceani, aut magni maris p metonymian: & ipse transuectus vada.i. vectus trans vada tartari, redit.s. ad nos, inferis pacatis. Nullus timor supest.i. reliquus est iam: qa nihil iacet vltra inferos. Post hęc q̃ si parasceuen sequenti scęnę fieri vult Bern. sed si hoc est nõ est nouus act⁹: pręterea nihil dicit de constructione. sacrificus lege: cum tñ aut casus pro casu, vt sit sacrificus, pro sacrifice, aut potius sacrificans: aut persona pro persona ponat: vt sit: lege pro legat: vbi quidã tege scripserũt, dicamus ergo, sacrificus pro sacrifice, lege.i.collige decerpe, populo.s. arbore, dilecta scilicet Herculi, quia ea coronatus ab inferis redit, comas .i. frondes, stantes id est densas & plenas: aut tege populo dilecta Herculi, comas scilicet tuas stantes.i.horridas & erectas ob rem diuinam & mirandam.

¶ Stat. non mouetur. Chaos. illa confusio. Densum. tenebrosum. Silentis. quia ibi omnia tacent: non sunt venti strepentes: nec animæ vsum loquendi habent. Vacuę nubes, quæ non faciunt pluuiam. Illo. ad illum locum. Ad id. eum locum. Vnde. a quo loco. Quid iuuat. quid oportet vt acceleremus mortẽ nostrã, opponẽdo nos varijs periculis? hoc non debemus facere: sed viuere diutius q̃ possimus. Durũ. inexorabile. Fatum. mortem. Faciet vela. nauigabit. Cocyto. omnes transibimus per illam viam. Inerti. stagnanti, quia non mouetur. Tibi. o mors quicquid est in mundo crescit: quia vt inquit Sallustius. Omnia orta occidunt:& aucta senescunt. Parce venturis. scilicet ad te: id est o mors noli nimium properare: quia sumus omnino tui:& ad te veniemus. Licet sis segnis. q̃uis sis tarda: tamen quotidie currimus ad te. Prima hora. in qua nati sum⁹. Carpsit. illam & incœpit diminuere vitam nostram. Thebis. iam reuertitur ad principale propositum de laudibus Herculis. Digressio ista concessa choro, mõ dicit ad Thebanos vt faciant sacrificia:& dijs gr.tias agãt: qui fecerunt vbiq; Herculem victorem. Versus est gliconicus ab inuentore: ecriãbicus etiã a pede. Scandit duobus modis. Primo modo spondęo:& duobus dactylis. Alio modo facis vnũ spondęum, & vnum coriambum, & vnum pirrhichium. Tangite. sacrificate: quia sacrificãtes manib⁹ aras tangebant. Agitent choros. choreas. solebant in sacris saltare ad lætitiã. Et qua sol mediũ. ab oriẽte & occidente & in meridie quæsita est pax manu Herculis. Vmbras negat. Est ciuitas Syene in confinib⁹ Aethiopię & Aegypti.& teste Plynio in secundo naturalis historiæ supra Alexandriam versus meridiem, quinquaginta milium stadiorum: ac vt scribit Macrobius libro secundo super somnium Scipionis directe locata est sub tropico æstiuo id est sub cancro in extremo torridæ zonæ. Quare cum sol ad cãcrum venit in medio solstitij die supra verticem ciuitatis cadens, nullam prorsus in ea vmbram efficit. Quod Lucanus tetigit in secũdo. Vmbras nusq̃ flectẽte syene: hoc est per dies solstitij. Tethyos. Tethys vxor Oceani: sed ibi pro ipso mari oceano ponitur. Stantes. datur locus sequenti scęnę. redibat lætus Hercules de victoria Lyci. Sacrificus.& sacrificulus appellatur rex sacrorum, a sacro quod est deo dedico,& sacrum facio. Stantes. Horridas & incultas. Populo. fronde populi arboris, qua coronatus fuit vadens ad inferos, vnde dixit dilecta. BERN. Sacrificu⁹

ACTVS QVARTVS.

Hercules. Theseus. Amphitryon. Megara.
Trimetri Iambici.



Ltrice dextra fusus aduersã
Lycus
Terrã cecidit ore: tum quisquis comes
Fuerat tyrãni iacuit & pœnę comes.
Nunc sacra patri victor:& superis feram:
Cęlisq; meritas victimis aras colam.



Ltrice dextra. Reuersus a cæde Hercules commemorat facinora sua statimq; in furorẽ rapitur: vel q insolentius ea narrauerit: vel q sacrificia non debite peregerit. Ordo est. Lycus fusus id est prostratus dextra vltrice scilicet mea qua meorum iniuriam vltus sum: cecidit id est percussit ore, terram aduersam id est obiectam illi: tum id est insuper quisquis id est quicunq; fuerat comes id est assecla, tyranni scilicet Lyci, iacuit & id est etiam comes id est particeps pœnæ id est mulctæ: quia morte mulctatus est. Nunc ego victor feram patri scilicet Ioui:& superis scilicet reliquis: sed moris est principem a vulgo secernere: sicut Troas relliquias Danaum atq; immitis Achilli:& colam id est adornabo as ASCEN.

ras meritas id est deorum sic meritorum, victimis cæsis. O Pallas belligera socia & adiutrix laborum: in cuius læua id est sinistra ægis .i. scutū ciet .i. cōcitat ore .i. vultu medusęo/q in ægide est / saxifico .i. in saxa vertēte temere aspicientes, minas feroces: ego p̄cor tete .i. te ip̄am .i. te in vota voco. domitor Lycurgi regis Thraciæ .s. Bacchus, & domitor maris rubri, p qđ Indiā petijt ęgerēs cuspidē tectā thyrso viridi .s. pampinis iuoluto: & numen geminū .s. Phoebus & soror Phœbi, q̄ & Phoebe dicit̃: hoc ē Apollo & Diana, (soror inquā aptior sagittis, qa venatrix ē. Phoebus tn̄ q arcitenens a Vergilio dicit̃: & lōge iaculans ab Homero: nō est sagittarū expers: sed dū sagittis vtit̃ vltionē irar⁹ quęrit: significat em̄ solē q radijs infestus pestem excitat: Diana aūt lunā, cuius fere noxij sunt radij: Phoebus .s. Apollo, aptior saltē nobis lyrę .i. ad Lyrā) sup. adsint, & quisq s .i. quicūq; frater me⁹, hoc ē fili⁹ Iouis, incolit cælū: frater inquit nō ex nouerca .s. Iunone: vt Vulcanus. Forte qa Iunonis stirpē excludit ip̄a furorē immittet: sicut Mars, & Bellona nuptijs Thetidis exclusi p̄liū cōcitauerunt. Appellite (ad ministros loq̄t̃) huc .i. ad me, greges opimos & cōferte in aras qcqd seges .i. terra fertilis indorū sup. fert: & quicqd arabes legūt arboribus odoris .i. odoriferis. Vapor pinguis exudet .s. ex victimis incēsis: arbor populea .i. populus ip̄a, exornet comas nr̄as .i. imponatur eius frōs capiti meo: o Theseu ramus oleę tegat te .i. caput tuū, fronde gentili .i. vt dicunt a gēte tua, qa a pallade Athenień. iuēta: Theseus em̄ fili⁹ regis Athenień. erat. nr̄a manus adorabit .s. gestu suo, tonātē .s. Iouē. Respōdet Theseus. Dij cōditores vrbis .s. nr̄æ, forte Cadmum & coniugem intelligit, nō tamē nominat: forte q̄ periculosum putabant tutelariū deorū nomina reuelare: ne fortasse ab hostibus euocarentur. sicut Romani dei sui nomen celabant. & sup. tu quisquis es qui colis syluestria antra ceti .i. immanis serpentis instar ceti, trucis .i. truclēti a Cadmo cęsi: & aq̄s nobiles dirces aut aq̄s dirces fontis nobilis: ppter dircen in eum conuersam: & q colis larem Tyrium regis aduenę .s. Cadmi a Tyro profecti. volebat multa addere, ac si diceret, secundate vota nostra: aut accipite oblata: & facite letemus, aut quid simile: sed Hercules impatiens moræ, vt furori proximus, interrumpit sermonem, addēs: Date tura flāmis. Ad quod Amphi. nate expia id est ablue & expurga ac pias fac, pri⁹ scilicet q̄ sacrifices manus cęde cruenta & hostili. Vnde Aeneas æneid. secundo. Tu genitor cape sacra manu patriosq; penates. Me bello ex tanto digressum & cæde recenti Attractare nefas, donec me flumine viuo Abluero. Vtinam cruorem &c. Hercules nondum furens pstat in ira cōcepta in Lycum, vnde dicit. Vtinam possem libare deis cruorem capitis inuisi scilicet Lyci. nullus liquor tinxisset gratior aras. Vlla victima haud potest mactari Ioui amplior & magis opima: cum illi more Romano offeferantur opima spolia, quæ erant detracta

Te te laborū socia: & adiutrix precor
Belligera Pallas: cuius in læua ciet
Aegis feroces ore saxifico minas.
Adsit Licurgi domitor: & rubri maris
Tectam virenti cuspidē thyrso gerens:
Geminumq; numē Phoebus & Phoebi soror:
Soror sagittis aptior: Phoebus Lyræ:
Fraterq; quisquis incolit cęlum meus
Non ex nouerca frater. huc appellite
Greges opimos: quicquid indorum seges
Arabes odoris quicquid arboribus legunt
Conferte in aras: pinguis exudet vapor:
Populeas nostras arbor exornet comas.
Te ramus oleę fronde gentili tegat
Theseu: tonantē nostra adorabit manus. Th.
Dii conditores vrbis: & sylucstria
Trucis antra Ceti: nobilis Dirces aquas:
Laremq; regis qui aduenę Tyriū colis. Her.
Date thura flammis. Am. nate manātes prius
Manus cruenta cæde & hostili expia. Her.
Vtinam cruorē capitis inuisi deis
Libare possem: gratior nullus liquor
Tinxisset aras. victima haud vlla amplior
Potest magisq; opima mactari Ioui
Q̄ rex iniquus. Am. finiat genitor tuus
Opta labores: detur aliquādo ocium
Quiesq; fessis. Her. ip̄e concipiat preces:
Ioue meq; dignas: stet suo cælum loco
Tellusq;: & æther: astra inoffensos agant
Aeterna cursus: alta pax gentes alat:
Ferrum omne teneat ruris innocui labor:
Ensesq; lateant: nulla tempestas fretum
Violenta turbet: nullus irato Ioue
Exiliat ignis: nullus hyberna niue
Nutritus agros amnis euersos trahat.
Venena cessent: nulla nociturо grauis
Succo tumescat hęrba: non sęui ac truces

Regnent tyranni: si quod etiam est scelus
Latura tellus properet: & si quod parat
Monstrum meum sit. sed quid hoc? mediū diē
Cinxere tenebræ: phœbus obscuro meat
Sine nube vultu: quis diem retro fugat
Agitq; in ortus? vnde nox atrū caput
Ignota profert? vnde tot stellę polum
Implent diurnę? primus en noster labor
Cæli refulget parte non minima leo:
Iraq; totus feruet & morsus parat:
Iam rapiet aliquod sydus: ingenti minax
Stat ore & ignes efflat: & rutilat iubam
Ceruice iactans: quicquid autumnus grauis
Hyemsq; gelido frigida spatio refert:
Vno impetu transiliet: & verni petet
Frāgetq; tauri colla. Am. qđ subitū hoc malū ē
Quo nate vultus huc & huc acres refers
Acieq; falsum turbida cœlum vides?

principi exercitus hostilis iusto bello occisi. bene vtitur vocabulo opima: quia Lycus caput erat mali. q̄ rex iniquus. Am. vt precetur decenter monet: opta sup. vt genitor tuus. s. Iuppiter finiat labores. s. tuos aut tibi: ꝓp &: vt sup. otiū & quies detur aliquando. i. tandē fessis. Ad hoc magnifice Hercules. Ipse sup. genitor meus, concipiat. s. prius & postea dictet & enūtiet, ꝓces dignas Ioue & me: & mox quasi Ioue inspirante pnunciat vota egregia: cælū stet suo loco: tellus & ęther stēt suo loco: & astra ęterna agāt cursus inoffēsos. i. machina vniuersi maneat vt ab Ioue instituta est. q. d. coelū coeli dn̄o: aut gloria in altissimis deo: ꝑ quē mund⁹ hic stat. i. cōseruat̄. deide addit: alta pax alat gētes: labor inocui ruris teneat. i. occupet oē ferrū: ita vt arma cōflent̄ in vomeres, bidētes, marras & id gen⁹ rusticorū arma: & enses lateāt. s. in tectis aut vaginis. non em̄ operęp̄tiū esset arma penit⁹ destruere. nulla tēpestas violenta, turbet fretū. nullus ignis. s. fulmineus, exiliat Ioue irato: sed bene pacato ad salubritatē aeris: nullus amnis nutritus niue hyberna, trahat agros euersos. i. sata in agris: ea vertendo & diruēdo. Venena cessent. i. si ad decus naturæ sint non noceant: nulla herba tumescat grauis & nociua aut foeta succo nocituro: vt aconitū tunc primū vt fingunt natum: & cicuta &c. Tyranni sęui ac truces nō regnent: & si tellus est latura. i. productura, qđ. i. aliquod scelus, ꝓperet. i. festinet, vt. s. deleatur: & si parat. s. ꝓducere: qđ. i. aliqđ mōstrū: id sup. sit meū. i. mihi det̄ exterminādū. Sed quid hoc. Inter loquendū Hercules furore corripit̄: totaq; natura illi mutata videt̄ & lux in tenebras versa: cerebro videlicet viciato. vn̄ dicit Sed quid sup. est hoc qđ video? tenebrę cinxere diē mediū: Phœbus. i. sol a splēdore sic dict⁹: meat vultu obscuro sine nube. vn̄ nō erat naturalis caligo: imo nulla erat sed Herculi videbat̄ esse: qa fugat diē retro. i. a meridie rursus in orientē? vn̄ addit: q; ꝑ. i. agit in ortus. i. oriētem versus? Vn̄ nox ignota qa insolita tpe meridiano: ꝓfert caput atrū? Vn̄ tot stellę diurnę. i. q̄ interdiu in hemisphęrio nr̄o esse sed nō apparere solēt: implēt polū. i. cęlū? En leo nr̄ labor refulget prim⁹: aut leo prim⁹ labor noster: qa eū vicit apud Cleonē: nō minima parte coeli: quia in zodiaco ponitur: & feruet totus ira & parat morsus: rapiet. i. deuorabit iā aliquod sidus: quia stat minax ore ingenti: & efflat ignes: & rutilat. i. coruscat iactans ceruice comā. Cū aūt non sit bellua dignior ira leonis, q̄ taurus: inter quem & ipsum leonem sunt oia signa hyemalia: dicit. Ipse leo (vt video) transiliet vno impetu, quicquid. s. signorū aut animaliū: autūnus grauis, aut foecūdus vuis & pomis: aut grauis. i. molestus laboranti febribus: & hyems frigida refert. s. ad cōspectum nostrum spatio gelido. i. in quo signa hiberna sūt: & petet & frāget colla tauri verni. i. i vere vtpote in aprili oriri soliti. Amphi. autē animaduertēs eū in furorē rapi: inquit. Quod est hoc subitū malū? deide ad Herculem: o nate: quo. i. ad quid, refers vultus acres. i. minacea qualea sunt frendentibus & furentibus: huc & huc? & vides cœlum falsum, id est non verum: sed apparens tibi: acie scilicet oculorum, turbida pro turbata?

Vltrice dextra. Iā reuertitur Hercules post mortem Lyci: & est principium quarti actus: in quo ponitur furor Herculis: & ibi notandū est q; in scęna nunq̄ ostēditur mora: sed narrat̄: ne forte spectatores terrerent̄. Ibi quatuor ꝑsonę itroducunt̄: Hercules, Theseus, Amphitryo, & Megara. Primo Hercules post victoriā de Lyco vocat deos: & ꝑparat sacrū. Fusus. mortu⁹. aliqn̄ fugatus: aliqn̄ iacēs: vt fusus humi. Pœnę. supplicij. Belligera Pallas. hāc dicūt poetę Iouis filiā sine mr̄e: itaq; cū Iuppiter videret Iunonē vxorē non ferentem filios percusso sibi capite Palladem armatam emisit: dicente Lucano libro nono. Hanc & Pallas amat patrio quæ vertice nata est. & Ouidius libro fastorum tertio. An quia de capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clypeo prosiluisse suo. hanc eandem Cicero libro de natura deorū tertio belli fuisse inuentricem ac principem dixit. Hanc toruam oculis: & armis insignem: longamq; cum clypeo cristallino ferre hastā: & pictū habuisse peplū dicūt poetę. Quin & virgo fingitur: & ipsi virgini cū Gigas nomine Pallas Titani filius deorumq; inimicissimus vim inferre tentaret: illum virgo sua virtute peremit ab eoq; interempto ipsa Pallas postea dicta est. Nā prius Tritonia dicebatur: quia iuxta tritonidis paludem primitus cōperta dicit̄: qui fluuius est Libyæ. Alij autē eam volunt a pallo verbo gręco dictam: qđ apud nos vibro & cōcutio interp̄tat̄: eo q; hastā vibrare cōsueuerit docueritq;. Fuit etiā Minerua cognominata: q̄si vim ipsa minetur: vt est apud Ciceronē secundo de natura deorum. Alij vero quasi minuēs neruos: eo q; qui optimis artibus verū laborē impendūt, vires corporis minuere dicantur. Nam ipsa eadem sapiētiæ dea & omniū bonarū artiū inuentrix appellatur teste Ouidio libro tertio fastoꝝ. Aegis. nomē ipsi⁹ scuti palladis. Leua. sinistra. Ciet. mouet. Ore saxifico. vultu medusęo. in eo scuto erat caput Medusæ q̄ vertebat hoies i saxa.

BERN. Pallas. Minerua.

Adsit Lycurgi. i. Bacchus qui superauit Lycurgū. hic fuit rex Thracū qui Bacchū deum esse negabat: ob

quod dū conaretur vites incidere, crura sibi amputauit. Rubri maris. Hic primus Indiā deuicit. vnde dixit rubri maris domitor .i. Erythrei. græci erythron rubrū dicunt. Vnde teste Solino ab arenarū colore mare Erythreū appellatū est. Virenti. Pampineo: vt supra diximus. Geminūq; numen. gemini dei. sed proprie Nu- **Numen.** men est dei voluntas. Virgilius. Nō hæc sine numine diuum eueniunt .i. sine voluntate. tractū est a Nuo qd veteres p volo vsurpabant. Nā pprie nuere est signo capitis voluntatem suam ostendere. a quo nutus signū qd capite datur: & voluntas q ex huiusmodi signo declaratur. aliq̄n num. ē p potestate dei dicit. Virgilius. Musa mihi causas memora quo numine læso. aliquando ponitur pro ipso deo. Virgilius. Spero equidem medijs: si **Diana.** qd pia numina possunt: supplicia hausurum scopulis. Phœbus. Apollo. Et soror. Diana: quę ob virginitatis amorem hoim cōsortiū dicitur aufugisse: & venando syluas ac montiū saltus incolebat. Quare cū arcu & pharetra illam incessisse ferunt: quā virgines plures simili proposito sequebantur: dicente Virgi. Qualis in Eurotæ ripis: aut per iuga Pindi Exercet Diana choros: quā mille secutę Hinc atq; hinc glomerant oreades: illa pharetrā Fert humero. Phœbus lyrę. nam citharā pulsans, qua a Mercurio donatus fuerat musis canentibus præerat. Frater. quia & ipse Hercules erat filius Iouis: vnde fratres suos: sed non ex Iunone natos.

Appello. Appellite. admouete appropinquate. Varro existimat proprie appellere dici: cum ex pelago: aut a flumine quis ad litus accesserit. Virgi. Hinc me digressum vestris deus appulit oris. appello etiā applico: vt Terentius. Animū ad scribendū appulit. Appello, as. primæ cōiugationis aliud significat. Greges opimos. pingues. opimus diues, pinguis dicitur: vnde opima spolia dicūtur quę dux duci rapit: & opime aduerbiū abundāter.

India. Indorū seges. India regio est orientalis Asię terminus: quæ ab Indo flumine nomē assumpsit qui solus teste Herodoto libro quarto, post Nilum crocodilos producit: ab oriente incipiens vsq; ad Asiam ex occidentali parte protenditur: ex meridiana vero vsq; ad Indicū mare: ex septētrione vero vsq; ad caucasum. hęc regio **Arabia.** aromatū ferax est. Arabes. Arabia regio est Iudęam ab Aegypto disterminās. hanc apud Ptolemęū in geographia triplicē inuenimus. Est felix: quæ ea esse videtur quā Plynius planā esse dixit inter Tigrim & Euphratem. In Arabia felici ciuitas metropolis in monte sita est Saba: ita appellata ἀπὸ τοῦ σέβειν qd est sacrificare: quia thus mittit: quo in sacrificijs vtuntur. Odoris .i. odoratis ferentibus aromata. Legūt. colligūt. Vapor. **Gens & Gentilis.** fumus. Frōde gentili. id est patria. Gētem appellam⁹ nationē: interdū familiam: inde gentiles dicūtur. Oliua arbor Atheniensium: quia in certamine Palladis & Neptuni de impositiōe nominis vrbi, nata dicitur oliua p Pallade qd signū erat pacis. Dij cōditores. Similiter Theseus lætus de victoria Herculis inuocat deos. o dij **Cadmus.** cōditores vrbis .s. Thebanæ. Antra ceti. & tu qui colis .i. habitas antra .i. speluncam ceti Cretis vbi Cadmus interfecit illū serpentē qui erat in fonte ad quē mittebat socios haustum aquas: & eos oēs interficiebat: qua re cognita Cadmus eū cōfodit & eius dētes seminauit: vt rem totam Ouidius exequitur. cetū appellauit propter **Cete.** magnitudinē: nā cete maiores pisces sunt in mari: non ouum: sed animal parturientes: qd nulli ex paruis accidit præterq̄ ranæ. Virg. immania cete. Inde Cetarij piscatores dicūtur: vt Varro testatur: & etiam qui eos vendūt. Et qui colis iterū sup. Aquas dirces. Dirce vxor Lyci Thebanorum regis. nō istius quē nunc occidit **Dirce.** Hercules: qui cū prius Antiopā haberet vxorē: quæ a Ioue conuerso in formā satyri grauidata fuerat: illam velut adulteram Lycus dereliquit: Dircen superduxit: hęc semel in suspitionē adducta, ne cū ea Lycus concubuisset: ipsam Antiopā in carcerem iecit: q̄ instante partus tēpore: & agente Ioue vincula rupit: ac in monte Cytherone pariens natos exposuit: quos pastor inueniēs pro suis educauit: sed tractu tēporis a matre recogniti: & in vltionē iniuriaę inducti: Lycū interfecerunt: & Thebanorę regno occupato, Dircen nouercā indomitorū tauroę caudis distrahendā alligarūt: q cū vsq; ad locū lympidissimi fontis illam traxissent: poetæ fingunt in fontē sui nois conuersam fuisse: quia dixit Ouidius in Ibin. Per q; feros mōtes tauro rapiente trahatis Vt tracta est cōiunx imperiosa Lyci. Larē regis aduenæ .i. domū Cadmi: qui de Tyro vrbe Phœnicię venit. Expia. Amphitryo monet vt priusq̄ incipiat sacrificiū seipsum mundet. Expia, purgate. Capitis inuisi. odiosi. a verbo passiuo inuideor. Cicero. dijs hominibusq; inuisus. Libare. sacrificare. Ipse conceptā preces. respōdet Hercules sapienter Amphitryoni qui suadebat illi vt quietē oraret a Ioue. Nullus ignis. nullū fulmen. Monstrū meū sit .i. cōtra me. Sed quid. Dū ita loqueretur Hercules: eū furia exagitare cœpit: vnde insanienti videbātur multa falsa quę intexit. Vnde. ex qua causa. Ignota. quia in medio die nō nascitur nox. Diurnæ. quæ solent esse nocturnæ. Rutilat. vibrat. vnde rutilātia sidera dicimus: quia vident mouere radios suos. Quicquid. videtur q ille leo velit facere vnū saltū. nā in zodiaco sūt duodecim signa: & tria ex ipsis habet quęlibet pars anni: inter taurū & leonē sunt oia signa quæ faciūt hyemē: ideo dicit q faciet vnū saltū ita magnū q saliet vsq; ad taurū. Autūnus grauis. quia tempus est letiferum: vt Iuuenalis. Quot Themison ægros autūno occiderit vno. Vno impetu. vno saltu. Tauri verni. ad signū tauri. ad qd sol decimotertio calēdas maij transit: vt Virg. in georgicis. Candidus auratis aperit cum cornibus annū Taurus.

Falsum cœlū. propter quod dixerat Hercules se videre leonem: & solem obscuratum.

DANI. ¶ Vltrice dextra. scanditur metro iambico trimetro Euripideo. quarta est epitasis huius fabulæ. Hercules incipit modo insanire dū de Lyco supato rē diuinam facit. primo agitur de furia Herculis deq; ijs oibus q̄ gessit furens. deinde chorus hoc deplorat infortuniū eo in loco. Lugeat æther &c. Aegis. scribit Honoratus ægida dici loricā ex ære qn hominis pectori cohęret: cū vero diuinū pectus operit: appellari ægida. ad quod pulchre canit martialis. Dum vacat hæc Cæsar poterit lorica vocari. Pectore cū sacro sederit ægis erit. proprie tñ & peculiariter datur ægis Palladi Medusæo capite insignita. idcirco Medusęa dea ab eodem Martiale denominata est. Ipsa Medusęæ quo tumet ira deæ.

ASCen. ¶ Perdomita. Hercules perstans in admiratione quæ eū furere faciet: dicit: tellus pdomita sup. est: freta tumida cesserunt .s. mihi: regna inferna sensere impetus nostros cœlū est immune .i. expers laboris nostri: appositorie labor .i. qd cœlū est labor dign⁹ Alcide .s. me: sed speciosius de se quasi de altero loquitur.

Her. Perdomita tell⁹: tumida cesserūt freta:
Inferna nostros regna sensere impetus:
Immune cœlum est: dignus Alcide labor.
In alta mundi spatia sublimis ferar.

Petatur æther:astra promittit pater.
Quid si negaret?non capit terra Herculem
Tandemq; superis reddit. en vltro vocat
Omnis deorum cœtus:& laxat fores
Vna vetante.recipis & referas polum:
An contumacis ianuam mundi traho?
Dubitatur etiam vincla Saturno exuam?
Contraq; patris impii regnum impotens
Auum resoluam? bella Titanes parent
Me duce furẽtes:saxa cum syluis feram:
Rapiamq; dextra plena Centauris iuga.
Iam monte gemino limitem ad superos agã:
Videat sub ossa Pelion Chiron suum:
In cœlum olympus tertio positus gradu
Perueniet:aut mittetur. Am. infandos procul
Auerte sensus pectoris sani parum:
Magni tamẽ cõpesce dementẽ impetũ. Her.
Quid hoc?gygantes arma pestifera mouent:
Profugit vmbras Tityus:a lacerum gerẽs
Et inane pectus:q̃ prope ac cœlo stetit?
Labat Cytheron:alta Pallene tremit:
Marcentq; tempe.rapuit hic pindi iuga:
Hic rapuit Oetham:sæuit horrẽdum minãs:
Flammifera Erinnys: verbere excusso sonat
Rogisq; adustas propius:ac propius sudes
In ora tendit:sæua Tisiphone caput
Serpentibus vallata:post raptum canem
Portam vacantem clausit opposita face.

ferar.i.euehar sublimis in alta spatia mundi: æther petatur sup.a me:quia pater.s.Iuppiter ꝓmittit astra.i. domiciliũ inter astra. Quid si sup.pater negaret?hoc furẽtis animi argumẽtũ:terra nõ capit Herculẽ:quia nihil est amplius qd̃ domet:& ita censet Herculẽ maiorem ac q secũ maneat: vñ addit:& tellus reddit tãdẽ Herculẽ supis: aut q; satu Iouis genit⁹ sit: aut errore Platonicorũ: putantiũ aias ois pri⁹ i cœlo fuisse q̃ in corp⁹ demitterent. en ois cœt⁹ deorũ: vocat sup.me vltro: & laxat fores.s. cęli: vna.s. Iunone nouerca vetante: ad quã p furorẽ cõuertens sermonẽ inquit.q.d.dic mihi Iuno vtrum sup. recipis sup.me: & referas polũ?an traho ianuã mundi cõtumacis.i. per te cõtumaciter sed nequicq̃ resistentis: videbat̃ eñ sibi per furorẽ ianuã cœli tenere:& vt aperiat̃ ad se trahere: Iunone retrahẽte. etiã.i. & an insuper dubitatur.s. a Iunone ac Ioue: sup.an exuam Saturno cui Iuppiter vincula iniecit: vincla?& resoluã auum.s.paternũ Saturnũ: cõtra impotens.i. insolens regnum.i. tyrannidẽ:patris impij.s. in patrẽ suũ. & sup. an titanes parent bella.s.in superos: furentes .i.inflãmati nimia ira:me duce.i.cohortatore cum tamen eos represserit olim:& sup. an feram saxa cum syluis:& rapiã dextra iuga.i. mõtiũ colla:plena centauris.s. nuper interfectis:& agã iam monte gemino.i. geminato, imposito.s.pelio ossæ:limitẽ.i. transitũ ad superos.s. deturbãdos?Chiron.s.centaurorum iustissimus qui in cœlũ tralat⁹ sagittarius est: videat Pelion suũ.i.montẽ illum quẽ inhabitare solebat:sub Ossa.s.monte illi supposito. Olympus etiã mons pręaltus:ita vt pro cœlo accipiatur:ponitur aũt i quatuor locis: sed de Thessalico loquitur : posit⁹ iam tertio gradu:quia super ossam & Pelion ꝑueniet in cœlum:aut si adhuc ꝑuenire nequiuerit: mittet̃.s.a me:quia iacietur i superos. Amphi. Auerte procul.s.a te, sensus infandos:q. vesanos: cõpesce impetũ dementẽ pectoris sani parũ: tamen.i.nihilominus magni:quia magna minatur sed in superos. Hercu. Quid hoc sup. sibi vult? gigantea mouent arma pestifera.i. perniciosa superis. Tityus apud inferos damnatus profugit vmbras.i.inferos: ac gerens pectus lacerũ & inane: quia hepate a vulturo partim exeso:partim laniato:q.i.o q̃tũ ꝓpe a cœlo stetit? Cytherõ mõs Baccho musisq; sacer in Phocide, labat.i.nutat & casum minat̃: Pallene vrbs Arcadiæ in monte sita & ita alta, tremit:& tempe loca amœnissime virentia, marcent. hic.i. vnus gigãtũ:rapuit iuga.i.quasi cacumina: Pindi.s.mõtis:hic.i.alter, rapuit œthen etiã montẽ Thessalię. Erinnys furia belligera vnde addit flãmifera.i.furorem mentibus ira incensis addere solita: sæuit minans horrendum ꝑhorrẽde:& Tisiphone, furia illa infernalis sæua & vallata.i.habens vallatũ caput serpentibus sonat.s. horrẽde: verbere.i.flagello excusso: vt faciũt aurigę: ac tendit in ora.s. bellantium/propius ac propius: sudes.i.perticas adustas.s.in anteriori parte: quo duriores essent: rogis.i.struibus lignorũ incensis:& clausit portã.s. dom⁹ Plutonis vacantem.s.custode: face opposita.s. aduentantibus: post canem.s. Cerberum raptũ.s.a me. Posset etiam ordo esse: vt de Erinny dicatur q; sonet horrende verbere excusso: ac tendit in ora sudes &c. deinde Tisiphone &c. clausit portam &c.

¶ Perdomita. Loquitur ex furore Hercules: superaui omnia mõstra quæ in terra, & mari:& inferos: reliquum est vt ascendã cœlũ. Immune.intentatũ viribus meis. Appositiue labor dignus Alcide.i. Hercule. Sublimis.leuatus a terra. Mũdi, cœli. Pater. Iuppiter. Quid si.quasi si nollet dare mihi cœlũ: ego raptã per vi quia terra non capit me:nõ est capax mei. Tandẽ.post multos labores. Reddit.s.me. secundũ Platonicã disciplinam qui testabatur õẽs aias descendisse de cœlo. En.ecce fantasiã repentinã: videbatur Herculi deos ipsum vocare ad cœlum: vna tamen Iunone nouerca vetante. Cœtus.turba. Laxat. aperit. Recipis. vertit sermonẽ ad ipsam Iunonem: via ne recipere sponte me: aut vi? Recipis.s.me o Iuno. Et referas.ape BERN.

ris mihi. Polum.coelum. An traho.frango vt per vim intrem. Cõtumacis mũdi.coeli supbi:& indignã tis me recipere. Dubitatur etiam.videbatur Herculi q̃ Iuno tardaret sibi aperire:ideo minaẽ.dubitatur.i.tu stas in dubio an debeas aperire. Vincla Saturno exuam.dissoluã. loquitur secundũ opinionẽ poetarum:qui dicunt Saturnũ a Ioue regno pulsum apud inferos relegatũ fuisse dicente Ouidio lib.j.meta.Postq̃ Saturno tenebrosa in tartara misso: Sub Ioue mundus erat:subijt argentea proles. Auũ.patrẽ patris mei Iouis. Impij.crudelis vel in me vel in patrẽ suũ. Impotens.crudele cęlum. Titanes.gigantes: de quibus diximus q̃ ausi sunt manibus rescindere cælum. Iuga.colles plena centauris:de quibus itidem dictum est. Agã.faciam. Limitem.iter. Monte gemino:vno posito supra altum. Chiron.Centaurus quẽ Saturnus cõuersus in equũ ex Phillyre genuit.vt Virg.lib.iij.georgicoꝝ.Talis & ipse iubã ceruice effudit equinã Cõiugis aduentu pernix Saturnus:& altum Pelion hinnitu fugiẽs impleuit acuto.nã cũ eam nymphã cõprimeret:Ops eius vxor superuenit:& ipse in equũ cõuersus est. hic Chiron fuit iustissimus & magni Achillis p̄ceptor. Pelion. montẽ Thessaliæ.similiter ossa & olympus eius regionis sunt montes. Tertio gradu.nam ossa sub Pelio:supra Pelium tertio gradu olympus. Perueniet.per se. Aut mittetur.p vim. Infandos.impios quia cõtra deos. Auerte.remoue inquit Amphitryo redarguendo Herculem: q̃ licet magnanimi sit appetere coelum: in isto modo velle insani hois est. Cõpesce.reprime. Quid hoc.Hercules non audit patrẽ: sed insaniens clamat repente ex phantasia sese videre gigantes pugnantes contra deos:& Tityũ de quo supra est dictũ, rupisse vincula & ab inferis redijsse. Inane.sine iocinore quia vultur illud corroserat. Prope.i.pugnando supra illos mõtes. Cytheron.mons iuxta Thebas. Pallene.ciuitas est Arcadiæ de qua Plynius lib.iiij.naturalis historiæ:est alia in Macedonia quã patriam Protei fuisse scribit Virgi.iiij.georgi. Hic nunc æmathię portus patriamq; reuisit Pallenẽ. Alta.in montibus sita est:ibi congregati sunt gigantes pugnaturi contra Iouem.

Marcent.perdiderunt suam amoenitatẽ. Tempe.de quibus diximus:neutri generis:& indeclinabilia:habentq; tantũ plurale. Pindi.montis Thessaliæ. Hic.alius gigas. Oethã.mõtẽ qui est inter Thessaliã & Macedoniã:famosus morte & sepulcro Herculis.de quo Ply.libro na.histo.xxj.hellebori fertilis est. Erinnys. facit in plurali erinnyes: sunt furię infernales. Horrendum.pro horrenda: quia furiæ armatæ sunt facibus & serpẽtibus. Sudes.palũ ligneũ: hoc est facẽ succẽsam ex infelici igne rogi vbi cõburunẽ cadauera. Propius.vicinus. Sæua Tisiphone vallata.circundata.etiam videor videre furiam Tisiphonem ad custodiã Plutonis adesse cũ face loco Cerberi rapti a me. Portam.inferni. Vacantem.sine custode.

DANI. ¶Vincla Saturno. Apollodorus ait Saturnũ alligari per annũ laneo vinculo: & solui ad diẽ sibi festũ.i. mẽse
Saturni decẽbri.atq; inde p̄uerbiũ: deos laneos pedes habere. Verrius flaccus dicit se ignorare cãm cur Saturnꝰ in cõ
vincula. pedibꝰ sit.physici asserũt spms in vtero aĩatũ in vitã grãdescere: qđ dũ in lucẽ exeat mollibꝰ naturę vĩculis de
Gigãtes tineẽ:sed hic aliter accipiẽ ligatꝰ Saturnꝰ. Bella titanes pa.manifesta teneẽ isanis Hercules q cupiat p illis pu
cæsi. gnare cõtra quos semel defendit coelũ:gigãtes em̃ interemit Hercules, cũ cęlũ p̄pugnaret vt scribit Theodorꝰ.
Tempe. p qđ significaẽ virtute solis spirtũ occuli tenebraꝝ. Tẽpe. sylua i Thessalia p quã labiẽ Peneus arboꝝ densitate & viridi solo amoenissima:odoris floribus & rosarũ varietate suauissima:qualem Oui.lepide circũscri. in
Marceo. primo metamor. Marcent.i.putrescunt:est em̃ marcere putrescere q̃ quæ attenuanẽ macie facile putrescunt inde Marcor vt placet Var.& Papi.appellat liberꝝ patrẽ marcidũ. Marcidꝰ edomito bellũ referebat ab æmo.

Sed ecce proles regis inimici latet
Lyci:nefandum semen inuiso patri
Hæc dextra iam vos reddet:excutiet leues
Neruus sagittas:tela sic mitti decet
Herculea.Am.quo se cęcus inuergit furor?
Vastum coactis flexit arcum cornibus:
Pharetramq; soluit:stridet emissa impetu
Arundo:medio spiculum collo fugit
Vulnere relicto.Her.cæteram prolem eruam:
Omnesq; latebras.quid moror?maius mihi
Bellum Mycenis restat:vt cyclopea
Euersa manibus saxa nostris concidant:
Huc eat:& illuc aula disiecto obice:
Rumpatq; postes:columen impulsum labet:
Procumbat omnis regia:hic video abditum
Gnatum scelesti patris.Am.en.blãdas manꝰ
Ad genua tendens:voce miseranda rogat:

ASCen. ¶Sed ecce &c. Correptus Hercules pernicioso furore: visus est sibi videre filios Lyci: cũ suos videret:atq; ita dũ illos perimere properat suos perimit:aufugiens a conspectu Amphitryonis: quia cædes & trucidatiões nõ fiunt sed narrantur factę in tragoedijs.Ordo ẽ. Sed ecce.q.d. dũ supis bellũ meditor: in terris adhuc est qđ perimã: nã ecce proles Lyci regis inimici:latet.s.abscõdita:o nefandũ semen hæc dextra reddet iam vos, patri inuiso s.mihi:hoc est Lyco:neruus.i.arcus neruatꝰ, excutiet.s.in vos sagittas leues.i. cito mobiles:decet tela Herculea mitti sic.i.in tã nefandũ semen. Videns autẽ Amphitryon eum se proripientẽ:inquit:quo furor cæcus.i. excecans Herculẽ:inuergit.i. intendit se? videbat autem q̃ in domum propriam.ipse flexit arcũ vastum.i.valde magnũ:cornibus coactis .i.trahendo chordã fere coniunctis: & soluit pharetrã eximendo sagittas:arundo.i. sagitta emissa,stridet impetu:spiculum.s.sagittæ: hoc est ferrata pars eius:fugit.i.celeriter transiuit:vulnere relicto medio collo per qđ transiuit. Hercules per furorẽ putans se interficere Lyci filios:dicit. Eruam.s.ex latibulis ad cædẽ:cæterã prolẽ.s. Lyci:& sup.scrutabor & rimabo:oẽsq; latebras:in quibꝰ latere possint. ẽ aũt artificiosa eclipsis seu aposiopesis: qua indicatur animus furẽs nõ potuisse orationẽ cõplere:aio statim ad alia impulso. Addit em̃ quid moror.i. immoror in cæde puerorum

Scelus nefandum:triſte:& aſpectu horridum
Dextram precantem rapuit:& circa furens
Bis ter rotatum miſit:aſt illi caput
Sonat:cerebro tecta diſperſa mandent.
At miſera paruum protegens natum ſinu
Megara:furenti ſimilis e latebris fugit. Her.
Licet tonantis profuga condaris ſinu:
Petet vn̄cunq; temet hęc dextra & feret. Am.
Quo miſera pgis? quã fugã:aut latebras petis?
Null9 ſalutis Hercule infeſto eſt locus.
Amplectere ipſum potius:& blanda prece
Lenire tenta. Me. parce iam coniunx precor:
Agnoſce Megaram:natus hic vultus tuos
Habituſq; reddit:cernis vt tẽdat man9. Her.
Teneo nouercam:ſequere:da pœnas mihi:
Iugoq; preſſum libera iam turpi Iouem.
Sed ãte matrẽ puulũ hoc mõſtrũ auferã. Me.
Quo tẽdis amẽs? ſanguinẽ fundes tuũ? Am.
Pauefactus infans igneo vultu patris
Perit ante vulnus:ſpiritum rapuit timor.
In coniugem nunc claua libratur grauis:
Perfregit oſſa:corpori trunco caput
Abeſt:nec vſq̃ eſt:cernere hoc audes nimis
Viuax ſenectus? ſi piget luctus:habes
Mortem paratam:pectus in tela indue:
Vel ſtipitem iſtum cæde monſtrorum illitũ
Conuerte. falſum:ac nomini turpem tuo
Remoue parentẽ:ne tuę laudi obſtrepat.

maius bellũ reſtat mihi Mycenis. ſ. excidendis: quarũ rex Euryſtheus: vt ſaxa cyclopea .i. mœnia fortiſſima: a cyclopibus ædificata: cõcidant euerſa manibus noſtris. Aula. i. atrium regale: eat, decidat huc & illuc obice. i. obſtaculo diſiecto. Certũ obicem dictũ ab obijciendo q; obijciatur: quocirca quia primã pducit obiex nõ obex merito ſcribatur: ſed vt diſcrimen ſit in ſcriptura placitũ eſt imperitioribus in ntõ ſine i: in obliquis vnico i ſcribi: ne ſi obijcis obijci obijce ſcribaẽ verbum puteẽ. qua ratione licet mihi nõ ſatiſfaciat ego vt inuenio ſcribo: cenſeo tñ obiex & obijcia &c. ſcribendũ, & ſup. aula cadendo rũpat poſtes & columen. i. culmen: qđ hic poni poteſt: impulſum. ſ. ab ruina aulæ, aut poſtiũ ſubtractione: labet. i. decidat: ois. i. tota. regia. ſ. Euryſthei, procũbat. i. peſſum ruat. Hoc dicto p furorem viſus eſt ſibi videre filium Lyci: dicẽs. Ego video hic filiũ patris ſceleſti. i. criminoſi: abditũ. i. occultatũ. Amphi. aũt quaſi intro inſpiciens (nam intus ea tranſigebantur: ſic tñ vt Hercules quoties loq̄baẽ quaſi p traſennã populũ aſpiceret) dicit que videt/ ad populũ. En ſup. paruulus Herculis filius: tendens manus blãdas ad genua. ſ. Herculis: in genibus aũt putabatur ſedes miſericordię: rogat. i. deprecatur mortẽ: voce miſeranda. deinde vt vidit eũ ab Hercule interimi: exclamat citra tñ excandeſcentiã: vñ nõ profert o particulã: ſcelus nefãdũ triſte & horridũ aſpectu. i. dũ aſpiciaẽ: Hercules ſup. rapuit: dextrã precantẽ. i. precantis nati: ſed forte attonitus voce p̄cari non potuit ſed manu: ideoq; precantẽ potius q̃ p̄cantis dixerat: & Hercules furens, miſit. ſ. puerũ rotatũ. i. in morẽ rotę verſatũ circa. i. in circuitum: aſt caput iactatum in tecta, aut tabulata ſeu teſtudinẽ domus ſonat illi. ſ. puero tecta diſperſa cerebro madent. i. rigantur. At Megara mater pueri & cõiunx Herculis: miſera. i. miſerãda: protegẽs natum paruũ ſinu ſ. ſuo: fugit e latebris ſimilis furenti. Hercules autem videns eam fugientẽ & per furorẽ putans eſſe cõiugẽ Iouis Iunonẽ: dicit. Licet tu pfuga. i. q̃ profugere tentas: cõdaris. i. abſcõdaris ſup. in ſinu tonãtis. i. Iouis: tñ ſuo. hęc dextra. ſ. mea, petet & feret. i. auferet: temet. i. teipſam nedũ plem: vndecũq;. i. ex quocũq; loco. Amp. autẽ videns eã fruſtra fugere: inquit o miſera. i. miſerãda mulier: quo pergis? quã fugã aut latebram, aut ſup. quaa latebras petis? nullus locus ſalutis eſt, Hercule infeſto .i. cui Hercules eſt infeſtus id eſt vim inferens: amplectere potius ipſum & tenta lenire. i. mulcere ipſum: prece blanda. Megara itaq; ad p̄ces cõuerſa: inquit. o coniunx. i. marite, precor iam parce: agnoſce Megarã: hoc eſt vxorẽ tuã: hic natus. ſ. in ſinu latens, quẽ ad cędem quæris, reddit. i. refert, vultus. i. habitus tuos. i. lineamenta corporis tui: argumento ex te eſſe genitũ. tu cernis vt. i. qualiter cũ p ætatẽ fari nequeat, tendat. ſ. ad te manus. ſ. ſupplices. Hercules aũt furens vt dixi & Iunonẽ ſe tenere arbitrans: teneo (inquit) nouercã. ſ. Iunonẽ: ſequere. ſ. reliquos interemptos: aut dexterã te trahentẽ: da mihi pœnas. ſ. tam iniqui in me odij & tot laborũ illatorũ & libera. ſ. morte tua Iouem preſſum iam iugo turpi. i. nefandę mulieris coniugio/ qđ per mortem alterius ſoluitur: ſed ego auferã. i. delebo ante matrem. i. in conſpectu matris vt magis doleat: aut priuſq̃ matrẽ: hoc mõſtrũ paruulum. Megara aũt exclamat. O amens quo tendis? fundes ſanguinẽ tuũ. i. eius quẽ genuiſti? Amphitryon aũt enarrans populo q̃ videt dicit. Infans pauefactus vultu igneo. i. ignito patris, perit ante vulnus. i. priuſq̃ vulneretur moriẽ: timor rapuit ſup. illi ſpiritũ: claua grauis libratur. i. extẽditur nunc ad feriendum: in cõiugẽ. ſ. Megaram: ipſa pfregit oſſa. ſ. Megarę: caput abeſt corpori trũco. i. truncato: nec eſt vſq̃. i. penitus eſt attritum clauę ictu: ita vt non amplius cõpareat. Deinde cõuerſus ad ſe: inquit. O ſenect9. ſ. mea nimis viuax .i. nimis auida vitæ: audes cernere hoc. ſ. facinus filij tui? Si piget ſup. te luctus. i. recuſas luctũ: habes mortem paratã quæ te luctu liberet: indue pectus. ſ. tuum in tela. ſ. Herculis: vel cõuerte iſtũ ſtipitẽ. ſ. nodoſum: hoc eſt

Obex.

clauã illitã cæde.i.cruore cæsoꝝ mõstrorũ, sup. in pectua tuũ.deinde cõuersus ad Herculẽ dicit. O Hercules: remoue.i.dele ab hoc mundo:parentẽ falsum.i.non verũ sed putatiuũ:hoc est me. Nã Iuppiter ubi verus est pater:ac turpem.i.indecorem nomini tuo:cũ deus habearis nisi a mortali genit⁹ existimeris:remoue (inquit) ne obstrepat tuæ laudi.i.ne interrumpat preconia tua.

BERN. ¶ Sed ecce.vide aliã phãtasiã Herculis:videbatur illi videre filios Lyci:& sui erãt proprij:quos miserabiliter interfecit. Reddet. patri. Lyco quẽ interfeci:& illa faciã vos comites ad vmbras. Neru⁹.corda arcus. Excutiat.emittat. Quo se.ea q̃ sunt crudelia nõ fiũt in scęna:ideo nunc Amphitryo, quomõ Hercules accepit sagittas,declarat. Quo.in quã partẽ. Cęcus.qui nõ cognoscit quid agat. Inuergit.vertit. Coactus.quasi simul iũctis. Arundo:sagitta ex calamo cydonio. Spiculũ.ipsa sagitta. Fugit.trãsiuit. Eruã. insaniẽs Hercules iterũ inquit. Eruam.extraham ex latebris omnẽ prolẽ Lyci:& oẽs latebras & loca abdita perscrutabor:ne aliquẽ ex eo genere relinquã:postea ibo Mycenas quę patria erat Eurysthei:vt eius domum quoq; destruã qui mihi tot monstra superanda imperauit. Cyclopea saxa.magna mœnia Micenarũ. poetę qñ volũt

Cyclopea opera. dicere rẽ bene fabricatã:dicunt eam arte cyclopũ factã. Sic Virg.in.vj.eneí. Mœnia celsa vides cyclopũ eductã caminis. Cyclopea aũt erant viri gigantes qui in Sicilia iuxta Aetnã degentes vnicũ in medio frontis habebant oculum.fuerũt & alij tres famuli Vulcani in Lipara qui Ioui fulmina fabricare dicebantur: quorũ noia Virg. vno versu describit. Brontes:steropesq; & nudus membra Pyragmon. Aula.regia Eurysthei. Dissiecto.fracto pessulo & obstaculo. Postes.valuas ianuarum:dicti q; tient post ostia. Virgilius. Hellit ferratos ru

Posticula pit saturnia postes. Postica & per diminutionem posticula,est ostium ipsum. Apuleius. Per quãdam breuem posticulã intro vocat me. Posticum autem est ostium in posteriore parte ædium. veteres etiam appellarunt vicinum habitantẽ in posteriore parte domus posticũ:& oia quæ post nos sunt postica dixerunt: sicut quę sunt ante antica dicũtur. Columen.summitas tecti:a culmis palearũ: quia antiqui faciebãt tecta de culmis paleatum. Labet.ruat.labare est ruere & repente cadere. Virg. labat ariete crebro ianua.a quo fit labasco. Terenti⁹ labascit victus vno verbo. Procũbat.cadat ad terrã. Gnatũ abditũ. filiũ Lyci absconsum. En.diximus q; ea quæ videntur crudelia non repręsentantur in scęna:ideo hic Amphitryo ostendit qualiter Hercules filios interfecerit. Tendens.porrigens ille paruus filius. Horridũ.terribile ad aspiciendũ.accepit manũ pueri: & ter circũcirca voluit:& illũ illisit parieti. Rotatum.circũcirca volutũ. Illi. puero. At misera. vides Megara filiũ interfectũ:cũ a tero fugit:sed eã sequitur Hercules. Furenti similis.quasi insania & furiata ex dolore. Petet. Inuadet &. Feret.auferet. licet cõfugias in cõplexum Iouis,ego te inde eripiam. Parce.sistit Megara ex verbis Amphitryonis:& se conuertit ad Herculẽ. Habitua.forma est ubi similis. est em̃ habitus corporis dispositio: vel pinguis vel macer. Reddit.repręsentat. Teneo nouercã.habeo in manus meã nouercã. putabat Hercules eã esse Iunonẽ. Sequere.s.alios:moriaris etiã tu. Da.sustine. Mihi.causa mea. Iugo. turpi matrimonio quasi seruitute. Libera.s.morte tua. Mõstrũ.appellat illũ filiũ monstrũ. Ante matrem. anteq̃ interficiã te. Tuũ sanguinẽ.filij tui, qui sanguis est tu⁹. Pauefactus. Amphitryo declarat quid gestũ sit dicens q; puer mortuus est ex timore:anteq̃ percussus. Igneo.pleno furore. Spiritũ.vitam. Libratur eleuatur. Claua. stipes quẽ gestabat. Grauis.magni põderis. Truncus.proprie corpus sine capite. Virg. iacet ingens littore truncus. Nusq̃.quia ita tritũ fuerat q; nõ videbatur. Cernere. postq̃ oia sunt perfecta Amphitryo loquitur ad seipsum:dicens o Amphitryo nimis vixisti vt videres tantã calamitatẽ tuoꝝ: sed si piget luctus:si nõ vis pati istũ:potes etiã tu mori. & ita conuertit se ad Herculẽ:vt ip̃m quoq; interficiat. Indue.vade cõtra tela Herculis:vt pectua transigat. Vel stipitẽ.clauã. Illitũ cæde.unctũ sanguine. Conuerte.s.o Hercules. Falsum.non verũ:quia Iuppiter est verus parẽs:ideo dicit ac turpẽ, indecorũ:tuo nomini: tuæ excellentiæ. Ne.loquitur de se ipso in tertia persona. Obstrepet.sit cõtrarius: & infamia tuis laudibus: & ita dicẽdo occurrebat Herculi vt ipsum quoq; interficeret:sed Theseus eũ retinet:dicens. o Amphitryo pl⁹ satis est q; Hercules filios & vxorẽ interfecerit:fuge ne addat etiã hoc scelus:vt interficiat patrẽ.

DANI. ¶ Inuergit.improprie dictũ est:siquidẽ & inuergere cõuersa manu in sinistrã vinũ ita fundere: vt patera cõuertatur.est aũt verbũ sacroꝝ ad inferos pertinentiũ:de quo poeta. Frõtiq; inuergit vina sacerdos. & vergere est aliquando vertere. Rotatũ misit. In vetustissimo codice lego missitat:& sane quidẽ vt cõueniat significatũ verbi cũ frequẽtia participij:vt fit & furens.s. Hercules missitat circa puerũ rotatũ bis & ter.cois tamen trecentorũ textuũ lectio habet misit at illi caput &c. Pauefactus.miserãdus Amphitryo maluit iam mori senex infortunatus q̃ tot calamitatibus superuiuere vt qui videat insaniam filij.cædẽ nepotis & nurus sanguinariam: ideo frustra impediente Theseo Herculi fit obuius vt & ipse pariter occidatur.

ASCen. ¶ Quo te &c. Theseus vidẽs Amphitryonẽ se vltro offerre Herculi furenti vt ab eo perimatur:conat eum reprimere dicens. O genitor quo ipse.i.sponte tua, ingeris te obuium morti? o amens.i.semote a bona mente:quo pgis.i.pregis iter tuũ?profuge.s.a cõspectu Herculis:& late obtectus: & aufer vnũ scelus s.parricidij manibus Herculis. Hercules autẽ credẽs se familiã Lyci exterminasse dicit. Bñ habet.s.se cœptũ meum:quia domus.i.familia regia pudendi.i.ignobilia tyranni Lyci est excisa. O cõiunx Iouis maximi, hoc est o Iuno nouerca mea:ego cecidi.i.mactaui, tibi.i. ad honorẽ & placitũ tuũ(& est amara irrisio & ironia: quæ tñ in caput dicentis recidit: vnde festiua & lepida est.credẽs em̃ Iunonẽ irritare & per ironiam loqui:sua damna iactanter me

Th. Quo te ip̃e genitor morti obuiũ ingeris?
Quo pergis amẽs?profuge: & obtectus late:
Vnumq; manib⁹ aufer Herculeis scel⁹. Her.
Bene habet: pudendi regis excisa est domus.
Tibi hunc dicatum maximi coniunx Iouis
Gregem cecidi: vota persolui libens
Te digna: & Argos victimas alias dabis. Am.
Nundum litasti nate: consumma sacrum.
Stat ecce ad aras hostia: expectat manum

Ceruice prona:præbeo:occurro:insequor:
Macta:quid hoc est?errat acies luminum:
Visusq; mœror hebetat:an video Herculis
Manus trementes?vultus in somnum cadit:
Et fessa ceruix capite summisso labat:
Flexo genu iam totus ad terram ruit:
Vt cæsa syluis ornus:aut portus mari
Datura moles viuis?an leto dedit
Idem tuos qui misit ad mortem furor?
Sopor est:reciprocos spiritus motus agit.
Detur quieti tempus:vt somno graui
Vis victa morbi pectus oppressum leuet.
Remouete famuli tela:ne repetat furens.

morat/&verum dicit. Nam Iunoni gratum & iucundum fuit q; Hercules coniugem & liberos per furorem ceciderat:cum Hercules putaret se trucidasse domũ Lyci factione Iunonis in regiam suam intrusi:& ita nihil Iunoni tristi⁹ duxit ac domũ Lyci exterminatã esse.) gregem hunc.s. cõiugis & liberorũ: dicatũ .i. cõsecratũ tibi.& magnifice dicit gregẽ: quasi plus q̃ hecatomben sacrauerit.ego libẽs(imo ignarus: sed tñ libens per errorẽ)persolui vota digna te.q.d.mactaui malos homies malo numini.&o Argos vrbs Iunoni gratissima (vt æneі.j.Prima qd ad Troiã p charis gesserat Argis)tu dabis alias victimas.s. Iunoni: quia Eurysthea quoq; occisurum se minatur. Ad hæc Amphi. mori cupidus. O nate:tu nondũ litasti.i. placasti deos sacrificio tuo:cõsũma.i.pfice sacrũ.i.sacrificiũ cœptũ.ecce hostia(seipm demonstrat)expectat manũ.s.tuã: vt feriatur:ceruice prona.i.demissa. Bonũ autem omen putabat dũ hostia non conabatur effugere:sed quasi spõte mori: vñ vt quasi se pertimeret supponebãt cultros in quos incurrebat. Præbeo.s.ceruicẽ: occurro.s.gladio:insequor.s.ferientẽ:macta. cũ autẽ hoc diceret: vidit Herculẽ ad se reuersum præ pudore dirigere & tremere: vnde addit.quid hoc sup. est mirũ acies luminũ .i.oculoꝝ Herculis,errat.i.diuagatur:& mœror hebetat.i. obtũdit visus. an video manus.s. Herculis trementes?q.d.id mirandũ:cũ inuicto sit aio & imperterrito. Vultus sup.eius cadit in somnum.i.oculi caligant: & ceruix fessa labat.i.decũbit capite summisso :& ruit iam tot⁹ ad terrã genu flexo:vt.i.quẽadmodum,ornus cęsa syluis:cõparatio Vergiliana:hoc est tanto pondere & crepitu cadit, vt arbor ingens in syluis: aut vt moles.i. pars magna promõtorij aut rupis prominentis in mare,datura mari portus: quia si tanta moles caderet in mare:efficeret ipsum tranquillum & ita in lateribus molis fierent portus.aut exponevt Daniel de tabulatis aut nauibus terra onustis pro fundamento in fundũ maris demissis.rupis tamẽ aptior est cõparatio: quia maiorem edit sonitũ.O Hercules viuis?(hoc dicit excitãdo eum)an idem furor qui dedit tuos.s.cõiugem & liberos,leto.i.exitio:misit sup.te ad mortẽ?deinde vt palpando cognouit pulsum vitalem:inquit. Sopor est non mors quia motus.s. arteriarũ/agit.i.quatit spiritus reciprocos.i. nunc foras nunc intro se mouentes. tempus detur quieti: vt vis morbi.i.furoris victa.i.superata,graui.i.alto somno,leuet.i.liberet pectus oppressum.s. furore. Vos o famuli remouete tela:ne furens repetat sup.ea.hoc dicẽs ingreditur Amphitryon & Chorus egreditur.

¶Bene habet. dictũ est qñcũq; cõsecuti sum⁹ votũ nostrũ.credebat Her.se totã familiã Lyci destruxisse. Cõiũx Iouis. Iuno.hic seruat decoꝝ:q; tanq̃ furẽs nõ firmat ppositũ:qa supra dixerat se iterfecisse Iunonẽ:nũc autẽ dicit q; illi sacrificiũ peregit. Te digna:tibi cõuenientia.quia tu es nimiũ crudelis:& delectaris semp immanitate. Argos.ciuitas.in plurali est generis masculini.ibo Argos, & ibi mactabo etiã Eurystheum tanq̃ victimã. Nondũ litasti.sacrificasti. Cõsumma.perfice.vnde virũ consũmatũ appellamus perfectũ. & est pprie quid ad finem ducere.& primæ coniugationis est verbũ. Stat.loquitur de seipso. stare dicimus victimas: quando sponte ante aras stant sine vinculo:& eo modo eas dicimus placere deo. aliter nõ sacrificabãtur. BERN. Bñ habet Argos.

Insequor. volo omnino q; interficias me. Quid hoc est. dum ista loq̃ret Amphitryo cœpit Hercules oculos flectere in somnũ:& totus tremebat:qd videns ipse Amphitryo ita miratur: dicens: ne errat mihi visus q; videã Herculẽ trementẽ? Acies luminũ:oculoꝝ meoꝝ. Mœror.meus dolor. Hebetat.obtenebrat. Ceruix. collũ. Submisso capite.inclinato. Labat.cadit. Ornus.ingẽs arbor:& seruat similitudinẽ. Moles. ingens rupes decidens ex mõtibus:quæ prę magnitudine quasi portũ faciat in mari:ita Hercules grauis cadebat in terrã. Viuis.appropinquãs Amphitryo inquit es ne viuus O nate:an idem furor qui interfecit tuos:te ipsum quoq; peremit? Leto. morti. Sopor est. videt q; dormit: quia stertebat. Reciprocos.quia spiritus ibat & redibat vt fit per eandem viam:per nares: & os. Motus.strepitus. Spiritus.flatus Herculis. Agit. ducit. Detur tempus.dimittamus eũ dormire: vt forte furor cedat. Vis.Violentia. Morbi.furoris. Victa.pulsa. Leuet.alleuiet. Remouete.imperat Amphitryo seruis: vt arma Herculi dormienti submoueãt: ne forte experrectus iterum insaniens illa repetat.

¶Macta. persistit in meta.nãq; pręmissum est nondũ litasti.cõsumma sacrũ.Mactare verbũ ppetuũ sacrorũ: est enĩ magis augere:sacra ppterea fiunt vt augeatur fortuna:salus:& reliqua id genus: inde macte virtute: & macmẽtũ maius augmẽtũ teste Põpeio. Moles.nõ est simplex hic loc⁹ & sensus. Intelligit de fundamẽto in mari iaciũdo qd solebat cõpactis tabulis & cõtignatiõib⁹ quibusdã supstrui:postea subductis tabulis magna vt cadens in aquã q̃rebat sibi viã: & sic sua mole & grauitate firmabatur: vt meminit Horatius. DANI.

Chorus. Anapestici.

LVgeat æther:magnusq; parens
Aetheris alti:tellusq; ferax:

LVgeat ęther. In hoc choro fictione poetica/res physica & naturalis graphice exprimitur: nam certum est ebrijs/attonitis/& mente captis lumen officere:ideo ætherẽ & solem quasi furoris auctores ad luctum puocat: somnũ autẽ ASCen.

qui ebrietatē & furorē cedat immodice laudat oratorie quidem, vt ab eo quā maxime cupit Herculi sanitatē impetret. Ordo est. Aether. i.lucida pars cœli, lugeat.i.(si physice interp̄tari placet) more lugētis vultum obducat: & parens magnus ætheris alti.i.deus siue Iuppiter siue aliter vocetur qui cūcta creauit: & tellus ferax & vnda vaga ponti mobilis, sup. lugeat: quia etiā fluxus aquarū nocet si videatur a furentibus vt a rabido cane morsis: vñ lymphati vocantur. & tu o titan feruide/ qui fundis per terras & tractus maris radios. s. tuos: & fugas noctē ore decoro.i.lucido: sup. lugeante oēs. s.deos: quia Alcides.i. Hercules vidit pariter tecū.i.pariformiter vt tu: obitus & ort⁹. s.tuos.i.qcqd terrarū iacet in oriēte & occidēte: & nouit vtrasq; domos tuas: tā oriētalem q̄ occidentalē. O superi soluite animū. s. Herculis, tantis monstris.i.furoribus mōstrosis: soluite inquā & flectite mentē sup. eius rectam.i.directā in melius.i. saniorē partē: & tu o sōne domitor malorū tam culpæ q̄ pœnæ: quia qui profunde dormit/ neq; agit / neq; cogitat/ neq; patitur malū tantisper dū dormit: quia vehemētes morbi & dolores somnū expellunt: non tamen dicit q̄ extinctor malorū sed domitor: quia mala non grassantur dormienti: nisi cui ipsum dormire malū est: vt lethargicis si pigris. Quies animi: q a curas demit: & melior pars vitæ humanæ: hoc Epicurice magis q̄ Christiane aut Stoice: quia nisi somno bene vtamur hoc est ad operam meliorem bono operi nauandā: parum a morte distaret. vnde Ouidius. Stulte quid est somnus gelidę nisi mortis imago. Longa quiescendi tēpora fata dabunt. Et si somn⁹ esset melior pars vitæ humanæ, non dixisset Apostolus: tempus esse nos de somno surgere. sed poeta metiens vitam nostram: qualis est: nō qualem esse deceat: & cōsiderans nullam partem fere culpa vacare: nisi qua dormim⁹: censet meliorem: quia minus malū esse partem vitæ: forte secundum eos qui in indolentia reposuerunt summū bonū: & secundū Horatiū qui dixit. Nec vixit male qui viuens moriēsq; fefellit.i. ignotus latuit: qđ dormienti maxime conuenit. O somne volucer.i.alate, genus.i.progenies ac proles, matris astreę: quæ iustitiā significat: malo exponere gen⁹ pro filio q̄ pro patre: quia additur matris: & quia non somn⁹ iustitiā: sed iustitia somnū.i.quietē tranquillam parit: dū neq; fures neq; sicarios timemus: o frater languide.i. torpēs mortis duræ. Maro aūt in sexto dicit: Et cōsanguineus leti sopor vnde & Christus Lazarū mortuū dormire dixit: & Lucas Stephanū migrantē obdormire in domino: miscens vera falsis propter insōnia: qđ Morpheo magis quadrat: author certus & idē pessimus futuri: quia mala quę mēs p̄saga futuri somniat veriora vidētur q̄ læta: quę sępe inaniter somniamus. o pater rerum quia post digestionem fiunt res & generationes opportunę: portus vitę: quia dum operamur ad quietem vt ad portum tendimus secundum Epicureos vt dixi. nam nos contra/ non laboramus vt hic quiescamus: sed quiescimus vt melius operemur. requies lucis. i.

Et vaga ponti mobilis vnda:
Tuq; ante omnes qui per terras
Tractusq; maris fundis radios:
Noctemq; fugas ore decoro
Feruide Titan: obitus pariter
Tecum Alcides vidit: & ortus:
Nouitq; tuas vtrasq; domos.
Soluite tantis animum monstris
Soluite superi: rectam in melius
Flectite mentem: tuq; o domitor
Somne malorum: requies animi
Pars humanę melior vitę
Volucer matris genus Astreę:
Frater duræ languide mortis:
Veris miscens falsa: futuri
Certus: & idem pessimus author:
Pater o rerum: portus vitę:
Lucis requies: noctisq; comes:
Qui par regi famuloq; venis:
Placidus fessum lenisq; foue.
Pauidum leti genus humanum
Cogis longam discere mortem.
Preme deuictum torpore grauis
Sopor indomitos alliget artus:
Nec torua prius pectora linquat
Q̄ mens repetat pristina cursum.
En fusus humi sæua feroci
Corde volutat somnia: nondum est
Tanti pestis superata mali:
Clauęq; graui lassum solitus
Mandare caput: quærit vacua
Pondera dextra motu iactans
Brachia vano: nec adhuc omnes
Expulit æstus: sed vt ingenti
Vexata noto seruat longos
Vnda tumultus: & iam vento
Cessante tumet: pelle insanos

Fluctus animi: redeat pietas
Virtusq; viro: vel sit potius
Mens vesano concita motu.
Error cæcus quo cœpit eat:
Solus te iam præstare potest
Furor insontem: proxima puris
Sors est manibus: nescire nefas.

finis laboꝝ q fiũt interdiu, & comes noctis: q venis par.i. cõsilis, regi & famulo: quia tã dulcis est somnus inopi ac regi: foue sup.ens placidũ & lenis, qa turbulentus non sanat sed cõcitat furorẽ, fessum.s. Herculẽ. tu cogis genus humanũ, pauidũ leti.i. mortis, discere lõgã mortẽ: qa vt dictũ ẽ somn⁹ est mortis imago. preme sup. Herculem deuictum scilicet a te graui torpore, id est profundo sopore: & sopor indomitus, id est ita vehemens vt domari neqst: alliget, id est irretiat artus scilicet Herculis: nec sopor linquat pri⁹ torua, id est phrenetica & furiosa pectora Herculis: q̃ mens pristina, id est sana vt solita est esse: repetat cursum, id est recipiat vsum rationis. En Hercules fusus humi.i. super humum, volutat, id est agitat, corde feroci, somnia sæua: quia adhuc vltionem meditatur: qđ ex gestu deprehendebat. pestis, id est infectio tanti mali.s. furoris: nondum est superata, id est deuicta: & ipse Hercules solit⁹ mandare.i. committere & concredere dormiturus, clauæ graui, id est ponderosæ, caput lassum: quærit pondera, id est ponderosam clauam: dextra vacua.i. euacuata iussu Amphitryonis: iactans brachia motu vano: qa eo tẽdẽtia vbi clauã nõ sunt inuẽtura: nec expulit adhuc oẽs ęst⁹.s. furoris. Sed vt.i. quẽadmodũ, vnda.s. maris: vexata.i. vehemẽter agitata, ingẽti noto.i. vẽto illo humido & pcelloso, seruat lõgos tumult⁹.i. agitatiões: & tumet.i. inflat adhuc: vēto iã cessante.i. quũ vẽt⁹ iã cessaret. O Sõne pelle fluct⁹ ai.s. Herculani, isanos: & pietas & virt⁹ redeat viro.s. Herculi: vel mẽs sit.i. pmaneat, poti⁹ cõcita.i. cõmota, vesano.i. parũ aut male sano, motu: & error cęcus.i. nihil videre permittens. hoc est furor eat sup. ea parte, qua cœpit.s. ire. O Hercules solus furor põt te pstare.i. exhibere iã innocẽtẽ: si.s. p furorẽ cui⁹ nõ est cã peccaueris. Vnde auctor innuit tres grad⁹ eoꝝ q culpa vacãt: Primũ eoꝝ q nihil mali cõmittũt. Scdm eoꝝ q ignorãtes cõmittũt: ignorãtia qdẽ nõ affectata & inuicibili: vt p furorẽ quã citra culpã qs incurrerit. qđ dico: qs ebrij & insanis amorib⁹ aut studio iiquo in furorẽ versi nõ purganť. Tertiũ eoꝝ q culpã p priam delẽt. de primis dicit sic. Proxia sors.i. cõditio & stat⁹ est manib⁹ puris.i. non coinqnatis, nescire nefas: licet admiseris: vt qui ignorãtes vt dixi peccant. Et quia sub primo gradu Hercules esse nequit: & de secundo incertum est an.s. fuerit sibi causa furoris: ad tertium adhortatur Chorus somnum vt Herculem inducat: subdens.

Lugeat æther. Introducitur chor⁹ inuitãs oẽs: & in primis elemẽta ad luctũ: q Hercules in tãtã insaniã deduct⁹ fuerit: deinde rogat deũ somni ne excitet nisi prius liberatus sit a furore. Versus est anapęsticus ab anapęsto pede. cõstat q̃tuor pedib⁹: recipit etiã dactylũ & spõdeũ: & multotiẽs inuenies sine vllo anapęsto. **BERN.** Lugeat ęther.i. cœlũ doleat. est eñi lugere pprie i luctu esse. Est aũt luct⁹ dolor cũ fletu: quẽ ex morte cuiusq; charissimi cõcipim⁹. vñ apud Liuiũ scribit in.ij. bello Punico: post cladẽ illã Cãnẽsem patres cõstituisse ne fœminæ vltra.xxx. dies in luctu essent: hoc est ne lugubri habitu pseuerarẽt. Parens. Iuppiter. Ferax. fertilis a ferẽdo. Mobilis. instabilis. Tuq;.s. sol. Qui fundis. spargis. Per tract⁹. regiões & plagas. tu q illuminas maria & terras. Decoro. pulchro. Feruide tiã. calide sol. Tecũ. reddit rationẽ cur debebat lugere. Hercules tecũ vidit obit⁹.i. occasum: & ortus. Vtrasq; domos. orientẽ & occidẽtẽ.

Mõstris soluite. liberate animũ Herculis a tanto furore. Tuq; somne. vertit se ad deũ somni. Est eñi Sõnus **Sõnus.** mõ de⁹ somni. sic Martialis. Et quia nulla venit: tu mihi somne veni. Modo quietẽ significat. Vir. Mors hoim facilis: dulcis; simillima somno. Maloꝝ domitor. qñ quis dolore est affect⁹: dormiendo curarũ suaꝝ obliuiscitur. Melior pars. qa qñ dormitur nihil mali agiť. Volucer. habẽs alas. fingũt eũ alatũ: quia subito venit.

Genus Astreæ. fili⁹ Astreæ: q̃ fuit teste Arato Astrei filij Titani ex Aurora filia: quã ob diligentissimã ęqui- **Astrea.** tatẽ iustitiã appellatã dixit: nã cũ terras habitaret, vt inquit Ouidius, Nundũ vesanos rabies nudauerat enses: Nec cõsanguineis fuerat discordia nota. hãc ferũt pp hoim scelus euolasse ad supos: dicente Iuuenale. Vltima cœlestũ terras astrea reliquit. hic ideo sõnũ filiũ iustitię appellat: qa dormiẽdo nõ peccam⁹. Lãguide. q somnolẽti lãguidi & torpẽtes efficiunť. Durę mortis. iexorabilis: q̃ flecti nõ põt. iõ frater mortis q ges vt inqt Maro est simillima morti. Veris. q sõmãt aliqñ videt vera & multotiẽs falsa. Futuri auctor. nũtius futuri boni: & interdũ mali. Pr. o sõne pr qui seruas quodãmõ oĩa in vita: quia ipse sõn⁹ alit: digestionẽ facit: & vires repat.

Port⁹. refugiũ vitę. qa cũ fessi sum⁹: qesciṁ⁹ in te. Lucis. laboꝝ q fiũt in die. sic Vir. sub nocte silenti Lenibãt curas & corda oblita laboꝝ. Noctis co. qa in nocte dormiť. Qui par. æq̃lis diuitib⁹, & paupib⁹. iõ iust⁹.

Lenis. suauis. Pauidũ leti. timẽs mortẽ. sõn⁹ est vna res p quã discim⁹ nõ timere mortẽ: q̃ est cõsimilis somno

Longam. quia mors est dormitio æterna: & somnus est tanq̃ breuis mors. Alliget. vt tantum dormiat: donec digerat furorem. Artus indomitos. membra Herculis quæ non possunt vinci ab vllo. Preme. tene.

Graui torpore. maxima pigritia ne se leuare possit. Linquat.s. sopor. Cursum. motum, & gradum quẽ habebat prius. En fusus iacens. dum diceret chorus has preces: Hercules forte somniabat, sese mouens quasi arma quæreret. Volutat. versat in mente. Nundum. tantus furor nundum cessit. Mandare. committere. Graui. ponderosæ. Pondera.i. ipsam clauam ponderosam. Vano. quia illam nõ inueniebat. Aestus. furorem animi. Sed vt. Ponit similitudinẽ: quando mare iactatur a ventis: & illis cessantibus, non tamen subito cessat motus vndarum: sic ille furor Herculem adhuc agitabat. Vexata. agitata. Noto. vẽto meridionali. Sed sit. corrigit quod dixerat: vt restitueretur ver⁹ sensus Herculi. sed potius nunc est optandum: vt remaneat in furore: quasi si peccauerit facile erit ignoscendum: cum in furore nesciat quid faciat. Concita. perturbata. Motu vesano. furore. Cæcus. qui non permittit eum agnoscere erratum suum. Eat. perseueret. Solus furor. insania. Pręstare. facere. Insontem. sine culpa. Sors proxima. similis conditio.

Puris manibus. inuiolatis: quæ non cõmiserunt aliquod malum. Nescire nefas. ignorare scelus suũ: hoc

eſt qui peccāt per inſaniā ſunt ſimiles innocentibus, quia neſciunt quid faciunt.

DANI. ¶ Lugeat. Carmē nouū metro pindarico dimetro anapęſtico ſcriptū habet. & prę ſe fert inſani & mobilis vulgi opinionē q̄ modo Herculis demētiā cōmiſerat atq; deplorat mō filiorū eiꝰ nefariā occidionē: mō cupit Her. reſipiſcere & ſui ſceleris pnia torq̄ri: mō eūdē ſemp iſanire vt in ſceleris defenſionē excuſet furor. Sopne. hęc

Sopnus. dictio cōtra tritā & pfectā cōſuetudinē rectiꝰ p p. ā n. q̄ p m. ſcribenda eſt: ſi em̄ vt teſtat Gelliꝰ. in. xij. fit ab eo qđ eſt ὑπνος noa p. y. primo ſypnꝰ: deide p y. græcę, latinæq; o literæ cognationē fit ſopnus: nō video cur ſit p m. magis q̄ p p ſcribēda hęc dictio niſi vt placet qbuſdā mutet p. in m. Ad ſōnū extat apud Oui. ſupplicatio venuſtiſſima huic pene par. Sōne qea reꝝ placidiſſime ſōne deoꝝ, Pax ai trāqlla qes &c. pingit cū cornu qa ſurrepit nō intellectus. Volutat ſomnia. eſt ſpecies quædam ſomnij quā græ. ἐνύπνιον vocant: quando quis metuens imminentem ſibi inſidijs vel poteſtate perſonam occurriſſe ex imagine cogitationum ſuarum videatur vt hic cōtigit Herculi. nec idem ſomnium qđ inſomniū: ſiquidē inſomniū creditur eſſe in ipſo ſomnio imago ſiue ipſum qđ pōt eē falſum: vnde Maro. ſed falſa ad cœlū mittunt inſomnia manes.

Nunc Herculeis percuſſa ſonent
Pectora palmis: mundum ſolitos
Ferre lacertos: verbera pulſent
Victrice manu: gemitus vaſtos
Audiat æther: audiat atri
Regina poli: vaſtiſq; ferox
Qui colla gerit vincta catenis:
Imo latitans Cerberus antro.
Reſonet mœſto clamore chaos:
Latiq; patens vnda profundi.
Et qui melius tua tela tamen
Senſerat ęther.
Pectora tantis obſeſſa malis
Non ſunt ictu ferienda leui:
Vno planctu tria regna ſonent:
Et tu collo decus ac telum,
Suſpenſa diu fortis arundo:
Pharetręq; leues: date ſera fero
Verbera tergo: cędant humeros
Robora fortes: ſtipeſq; potens
Duris oneret pectora nodis.
Plangant tantos arma dolores.
Non vos patriæ laudis comites:
Vlti ſæuo vulnere reges:
Non argiua membra paleſtra:
Flectere forti fortes cæſtu
Forteſq; manu iam tamen auſi
Telum Scythici læue corithi:
Miſſum certa librare manu:
Tutoſq; fuga figere ceruos:
Nondumq; ferę terga iubatę:

ASCEN.

¶ Nūc Herculeis percuſſa. Vt dixi aptat Herculi tertiæ innocentiæ gradum: vt ſcilicet per pœnitentiā culpam diluat, dicens. Pectora. ſ. Herculis, ſonēt nūc pcuſſa palmis Herculeis: & verbera. i. flagella & virgæ: pulſent dextra victrice. ſ. ipſiꝰ Herculis: lacertos. ſ. Herculis: hoc eſt humeros, ſolitos ferre mūdū. i. axem cœli: dū Athlanti ſuccumbenti ſuccurrebat. Aether audiat vaſtos gemitus. ſ. Herculis. & regina ſcilicet Proſerpina, poli atri. i. antarctici, qui vulgo putatur ſub terris: dicente Marone de noſtro & de illo: Hic vertex nobis ſemp ſublimis, at illum Sub pedibus ſtyx atra videt maneſq; profundi: attamen reuera æque altus eſt & diſtans ab inferno: vt arcticus: & Cerberus ferox qui gerit colla vincta catenis vaſtis: quas ſcilicet Hercules illi innexuerat: ſed videtur nunc ad inferos refugiſſe: vnde additur latitans antro imo: ſup. audiat hæc. Chaos ſcilicet infernale reſonet clamore mœſto: & vnda profundi lati, id eſt abyſſi maris reſonet clamore mœſto: & æther qui ſenſerat tamen melius, id eſt decentius tua tela: quia miſſas i feras volucres: vtpote ſtymphalidas: cum nunc in liberos inſontes miſſa ſint: ſup. reſonet clamore mœſto. Pectora ſcilicet Herculis/obſeſſa/quia polluta/ tantis malis: ſunt ferienda ictu non leui, immo graui. tria regna ſcilicet inferni, maris, & ætheris, ſonent vno planctu, id eſt vna contuſione pectoris: & tu arūdo fortis. i. ſagitta robuſta: collectiue: hoc eſt multitudo ſagittarū fortiū & pharetræ leues: appoſitorie decus, id eſt ornamentum ac telum, id eſt arma inuaſiua: collo ſcilicet Herculis: date verbera ſera, id eſt grauia: aut ſerioſa: aut nimia tarda: quia malū qđ cōmiſit eſt irremediabile: tergo fero. i. ferocis Herculis. Robora, id eſt duri trunci nedum virgæ, aut flagella: quæ ſunt arborū ſummi rami: cædāt id eſt percutiant, humeros, ſcilicet Herculis. fortes, id eſt robuſtos: vt ſtipes, id eſt virgultum ſtans, potens, quia denſum & magnum: oneret pectora, ſcilicet Herculis, nodis aut ipſius ſtipitis aut chordarū annexarum duris: quia fortiter connexis: arma, ſcilicet quibus Hercules abuſus eſt plangant, id eſt plangendo indicent tantos dolores. Conuertit autem per commiſerationem ſermonem ad pueros interfectos dicens: vos o pueri, non ſuppleſ fuiſtis, comites, id eſt participes licet minores laudis patriæ, id eſt paternæ: vlti reges ſæuos, id eſt tyrannos vt pater: vulnere

Ite ad stygios vmbræ portus:
Ite innocuæ: quas in primo
Limine vitæ scelus oppressit
Patriusq; furor: ite infaustum
Genus o pueri: noti per iter
Triste laboris.
Ite iratos visite reges.

squo, id est magno. Non ausi supple estis: fortes foru cęstu, id est munimento manuum a cædendo dicto: quo Athletæ man⁹ suas muniebãt: vt Hercules & Eryx: & Entellus & Dathes vt habetur ęnei. v. & fortes manu scilicet sine cæstu flectere membra scilicet vestra, palęstra. i. luctatione Argiua. i. more Argiuorũ: tamen vos ausi sup. estis iã, licet adhuc paruuli librare, id est aptare ad emittendum circumagendo telum leue. i. politum, corithi. i. thecæ sagittarię, Scythici, id est quali Scythę vtũtur: missum. i. emissum manu certa, id est non errante, & figere ceruos tutos fuga, id est qui sibi videbantur tuti propter fugã in qua sibi spem reponunt. Videtur aũt dicere tutos pro securos: quia si tuti erant quomodo fixi? & nondum sup. ausi estis, figere terga feræ iubatæ, id est Leonis Libyci. O vmbræ. s. puerorum iam interfectorum, ite ad port⁹ stygios, id est infernales: ite innocuæ: quas scelus scilicet paternum, aut eius qui occasionem furendi dedit, oppressit in primo limine. i. introitu, vitæ: scelus inquam, q; pro, id est furor patriua. i. paternus: ite o pueri, gen⁹ infaustum. i. infelix, per iter triste, laboris noti scilicet merito: quia paterni: pater enim nuper eodem redierat ab inferis. Ite visite scilicet apud inferos, reges iratos scilicet Herculi: qui eos illuc demisit: quia occisi ab aliquo moriuntur in ira & indignatione in illũ: iuxta illud Vergilianũ. Vitaq; cũ gemitu fugit indignata sub vmbras. & quali affectione decedunt in ea permanent. vnde adhuc irascuntur Herculi & semini eius.

❡Nunc Herculeis. Nunc vero chorus mutans propositum vocat Herculem ad pœnitentiã: vt pcutiat pect⁹ tantis verberibus: vt strepitus audiaẽ in terra: mari: & cœlo. Mundũ. cœlũ: q͂a sustinuit cœlũ loco Atlantis vt diximus. Victrice manu. s. Herculis q͂ victor vbiq; fuit. Atri regina poli. Proserpina regina obscuri inferni. Iuncta. ligata ab ipso Hercule. Imo. pfundo. quoniã infern⁹ est in centro terræ. Chaos. confusio infernalis. sed proprie est elementorum ipsa confusio: cuius imaginem apud inferos finxit Virgilius. Resonet. pter verbera Herculis. Profundi. maris. Et qui. q͂a in aere interfecit aues stymphalidas: ideo æther senserat ei⁹ tela. Senserat æther. hic versus adonic⁹. Pectora. q̃ fecerũt tãta mala. Leui. paruo: imo graui. Tria. cœlũ, mare, & infern⁹. Plãctu vno. pcussione vni⁹ Herculis. Et tu. Cõuertit sermonẽ ad arma Herculis q͂ iuuẽt verberare ipsũ. Arundo. sagitta. est singulare p plurali. Decus ac telũ. est appositio. i. ornamẽtũ & defensio: gestabat Hercules collo ex pharetra sagittas ad ornamẽtũ & tutelã sui. Sera. grauia. Sallusti⁹. bellũ serũ. i. graue. Tergo fero. Herculis. Robora. i. claua ex robore. Stipesq;. id est illa claua. Potens. i. ĩ frangibilis. Non vos. nunc commiserationem puerorum facit qui interfecti a patre non potuerunt demonstrare suam virtutem futuram. Comites. similes virtuti paternę. Viri. scilicet vos pueri non estis reges: vt pater Hercules. Non Argiua palęstra. Palestra Argiua. quia inuenta fuit a græcis. nec vos pueri luctatione aut cęstu monstrauistis vires vestras: vt pater. Palęstra siquidem a latinis dicitur luctatio. nam nudi palmis inter se homines decertabant. Vir. Pars in grammeis exercent membra palęstris. Iam tamen ausi. vos pueri in tenera ætate satis demonstrauistis virtutem vestram sequendo feras. Telum leue. sagittam volatilẽ. Corithi Scythici. qualibus Scythæ populi septẽtrionales vtuntur. Corithus dicitur vagina arcus: & etiam sagittarũ: gręce proferũt per g. gorithos. Librare. mittere. Certa manu. recte percutiente. Ceruos tutos fuga. q se vertunt de facili in fugã. Ferę iubatę. i. leonis: nõdũ audebatis ire ad leones queadmodũ pater: nõ ausi estis ista magna, sed vt pueri satis digna, figere ceruos & lepores. Ite. hucusq; pendet textus. Vmbræ. aĩæ puerorũ. Innocuę. quę nihil mali meruistis. In primo limine. primo igressu: hoc est in tã tenella ætate. Infaustum genus. appositiue. Faustus felix dicitur cui oĩes fauẽt: contrarium infaustus infelix. Fauere est bona fari. Virgilius. Ore fauete oĩes. hinc fauor vox bene precans alicui: siue alicuius commodum, & laudem tuens. Triste laboris. versus adonicus. Iratos. reges vel quos interfecit pater: vł iudices inferni intelligit, qui Herculi irati erant propter Cerberum raptum & Theseum deductum ab inferis.

❡Stipesq; potens clauæ. Claua fustis est ex vna parte capitat⁹ ad claui similitudinem. Claua Hercu. fuit locata post primas valuas templi eius q͂d extruxit Sylla iussu Sibyl. in foro boario. huius clauę odore canes territi & muscæ non intrabant ædem Herculis.

BERN. | Chaos. | Palęstra Argiua. | DANI.

Actus Quintus. Trimetri Iambici.
Hercules. Amphitryon. Theseus.



Vis hic locus? quæ regio? quę mundi plaga?
Vbi sum? sub ortu solis: an sub cardine
Glacialis vrsę? nunquid Hesperii maris
Extrema tellus hunc dat oceano modum.
Quas trahimus auras: q͂d solum fesso subest?

Q Vis hic locus. In hoc quinto & vltimo actu Hercules expergefactus & per quietum soporem meliori menti restitutus: & percipiens se fuisse perturbatum: formidansq; ne quid impie egerit: dicit secum. Quis locus est hic: scilicet in quo sum? quæ regio? & quæ plaga, id est zona mundi, supple est hæc? Vbi sum? an sub ortu solis, an sub cardine vrsæ glacialis, id est poli arctici? Nunquid extrema tellus quæ est ad Gades, maris Hesperij. i. occidentalis, dat oceano hunc modum, id est terminum fluxus? Quas auras, id est sub quo cœlo trahimus, id est attrahimus inspiran-

ASCen.

do? quod solum, id est quæ terra subest fesso, scilicet mihi? redimus certe, id est indubitanter ab inferis: vnde, id est a quo igitur video corpora cruenta: domo prostrata. i. deiecto. an mēs nōdū exuit simulacra inferna. i. qualia apud iferos vidi? an sup. turba feralis. i. mortifera: oberrat oculos meos, id est obuersatur ante oculos meos: quoq;. i. etiam post redit⁹, id est reuersionem ab inferis? Pudet fateri. s. q̄ paueo: nescio quod mihi, nescio inquam q̄d grande malū, anim⁹ p̄sagit mihi. i. indicat futurū ex pauore subito me corripiente: cui⁹ causam ignoro? Vbi est parens. i. pater meus Amphitryon? vbi est illa animosa coniunx, scilicet Megara sup. cum grege natorum scilicet liberorum? cur letus sup. meum: læuum id est sinistrum, vacat. i. viduum est & priuatum, spolio, id est pelle leonis? quonam abijt tegmen meum. i. quo tegi solebam: & idē thorus, id est stratum meum, mollis somno Herculeo, id est in quo ego Hercules dormire volens molliter quiescebam? dictum est q̄ Amphitryon iusserat omnia arma tolli. Vbi sup. sunt tela: vbi supple est arcus? Quis potuit detrahere mihi viuo, arma scilicet mea? quis abstulit tanta spolia. i. tam sæuis monstris detracta? nam qui victori spolia abstulit, etiam spoliatis auferre potuisse comprobatur. Et quis non horruit ipsum somnum Herculis, id est etiam Herculem dormientem: sicut Catonem etiam ebrium veriti sunt qui eum deprehenderant. Libet videre victorē meū: Valla diceret mei. i. q̄ me vicit: sicq; repono. libet inquā: exurge o victor. s. mei aut Herculis. i. emerge & ostenta te: quem pater. s. Iuppiter, genuit nouum, id est alterum a me: coelo relicto: sicut reliquit dum Herculem genuit: cuius incestu, id est cuius cum matre adulterino concubitu Iouis: nox longior stetit q̄ nostra, id est qua ego genitus sum. quæ tamen dupla fuit: sed cum sit Hercule fortior: vult longiorem moram illi generando impensam. Quod nefas cerno? (vidit enim ablatorem telorum quærēs, liberos iacentes) nati, id est filij mei, iacent confecti, id est absumpti, cæde cruenta, id est cum sanguinis effusione. Coniunx supple iacet perempta. quis Lycus, id est Lyci similis aut Lyco violentior tyrannus obtinet, id est contra voluntatem meam tenet, regnum scilicet meum. Quis ausus est moliri, id est cum mole & difficultate perpetrare Thebis tanta scelera Hercule reuerso, id est post q̄ Hercules est reuersus? quod duplici de causa dicit: & quia viderat aduentens natos incolumes: & q̄ audacius sit factum ipso reuerso q̄ apud inferos, vnde nō sperabatur reuersurus, agēte. notum autem est ab ipso esse perpetrata quæ alij imputat. O quisquis colis loca Ismeni, id est quæ Ismenus fluuius Boeotiæ alluit: & quisquis colis arua Actea, id est Attica: & qui colis regna Pelopis Dardani pro Dardanij: pulsata gemino mari, scilicet Aegęo & Ionio: indica supple mihi auctorem sæuæ cladis. adhuc nescit se eum essa. Cum autem videret neminem indicare: ad terrorem addit. Ira scilicet

Certe redimus: vnde prostrata domo
Video cruenta corpora? an nondum exuit
Simulacra mens inferna? post reditus quoq;
Oberrat oculos turba feralis meos?
Pudet fateri: paueo: nescio quod mihi
Nescio q̄d animus grande p̄sagit malum.
Vbi est parens? vbi illa natorum grege
Animosa coniunx? cur latus læuum vacat
Spolio Leonis? quonam abiit tegmen meū?
Idemq; somno mollis Herculeo thorus?
Vbi tela? vbi arcus? arma quis viuo mihi
Detrahere potuit? spolia quis tanta abstulit?
Ipsumq; quis nō Herculis somnum horruit?
Libet me videre victorem: libet:
Exurge victor: quem nouum coelo pater
Genuit relicto? cuius incestu stetit
Nox longior q̄ nostra? q̄d cerno nefas?
Nati cruenta cæde confecti iacent.
Perempta cōiunx: quis Lycus regnū obtinet?
Quis tanta Thebis scelera moliri ausus est
Hercule reuerso? quisquis Ismeni loca:
Actea quisquis arua: qui gemino mari
Pulsata Pelopis regna Dardani colis
Succurre: sæuæ cladis aut horem indica:
Ruat ira in omnes: hostis est quisquis mihi
Non monstrat hostem. victor Alcidę lates?
Procede seu tu vindicas currus truces
Thracis cruenti: siue Geryonis pecus:
Libyæ ve dominos: nulla pugnandi mora est:
En nudus asto: vel meis armis licet
Petas inermem. cur meos Theseus fugit
Paterq; vultus: ora cur condunt sua?
Differte fletus: quis meos dederit neci
Omnes simul profare: quid genitor siles?
At tu ede Theseu: sed tua Theseu fide.
Vterq; tacitus ora pudibunda obtegit:
Furtim q; lachrymas fundit in tantis malis.

Quid eſt pudendum? nunquid Argiuę potēs
Dominator vrbis? nunquid infeſtum Lyci
pereuntis agmen clade vos tanta obruit?
Per te meorum facinorum laudem precor
Genitor tuiq; nominis ſemper mihi
Numen ſecundum: fare quis fudit domum?
Cui prę da iacui? Am. tacita ſic abeant mala.

mea.i.furor, ruat.i.irruat, in oēs: tā inſontes q̄ ſontes cum nullus ſit qui indicare velit: nam hoſtis eſt mihi quiſquis.i. quicūq; non mōſtrat, id eſt indicat mihi hoſtem. O victor Alcidę, id eſt cum viceris Alciden lates? q.d. id fruſtra facias: cum non ſit maior Alcide præter te. Procede, id eſt in publicum prodi: ſeu tu vindicas, id eſt vleiſceris: currus, id eſt equos (vt in georgi. neq; audit currus habenas) truces: quia humana carne veſci ſolitos: Thracis.ſ. Diomedis: cruenti, ſanguinarij dū viueret: quia hoſpites ſuos illis obiecit: aut iam cruore ſuo reſperſi. ſiue pecus.i. boues, Geryonis ſcilicet tricorporis regis Hiſpaniarū: ve pro vel dominos Libyę.ſ. Anthea & forte Buſyrim Aegypti tyrannum: aut potius ſolum Anthea ſignificat: loquens ſupbe de vna re pluraliter: vt ille: non poſſum meretricum pati contumelias: & illa Nauibus infandum amiſſis. noti ſunt in eunucho & primo æneí. loci. Nulla mora pugnandi eſt ſcilicet quæ moretur te: en ego aſto nudus, ſcilicet expectans vindicem, ſpoliatus armis meis: licet, id eſt permittitur ſup. vt, petas, id eſt inuadas inermem: vel, id eſt etiam meis armis. Cur Theſeus ſcilicet amicus, & pater ſcilicet Amphitryon fugit vultus meos? cur condunt, id eſt abſcondunt ora ſua? Differte fletus. Hercules videns Theſeū & patrem lachrymantes ſe fugere inſequitur eos dicēs. Differte.i. ſuſpendite ad tempus fletus: Quis dederit meos omnes ſcilicet neceſſarios neci: profare o genitor (nam reuerentiæ cauſa eum priorem alloquitur). quid ſiles? at quis genitori quē cogere neſas eſt edere non placet: tu Theſeu, ede, id eſt eloquere, exprime quis eos neci dedit: ſed Theſeu ede fide tua.i. tibi ſolita: quæ firmiſſima eſt. Cum autem neuter loqueretur, Hercules mirabūdus ait. Vterq; ſcilicet tam pater q̄ Theſeus: tacitus obtegit ora pudibunda & fundit lachrymas furtim, id eſt diſſimulāter vt qui palam effundere verentur: in malis tantis: quaſi dicat importune, cum non lachrymis ſed armis res vindicanda ſit. Quid eſt pudendum, ſcilicet cōmiſſum? Nunquid dominator, id eſt tyrannus potens vrbis Argiuæ, ſcilicet Euryſtheus: nunquid agmen, id eſt manus bellica, Lyci pereuntis, id eſt qui adhuc perit, infeſtum, id eſt vim inferens: obruit vos tanta clade: vt ſic fleatis? Ego precor te o genitor per laudem facinorum, id eſt factorum meorum: & per numen nois tui, ſecundum, id eſt felix & dextrum mihi ſemper: fare quis fudit domum, id eſt familiam? Cui iacui præda, ſcilicet ſi me diripere auſus eſſet? Reſpondet Amphitryon. Mala, ſcilicet domus tuæ: abeāt ſic tacita: quaſi dicat melius eſt te eorum auctorem ignorare.



Vis huc locus. hic eſt quintus & vltimus actus in quo Hercules reſipiſcens introducitur: qui cum vidiſſet ſuorum cadauera gemiſcens miratur. Quis locus. vbi ſum. Quæ plaga. quæ pars mundi. quinq; ſunt plagę: vt Virgilius. Quinq; tenent cœlum zonæ. Sub cardine. ſub polo arctico. Heſperij. occidentalis. ſum ne in Hiſpania vbi oceanus facit modum, id eſt terminum & finem terræ. Quas trahimus auras. vbi viuo. Quod ſolum. terra. Feſſo. mihi. Certe redimus. conuertit Hercules oculos & videt corpora ſuorum ſanguinolenta: & primo dubitat ne ſit fantaſia: vt adhuc illi videantur ſimulacra & imagines infernales. Feralis. inferorum. antiqui feram mortem dixerunt. Pudet fateri. Hercules magni animi timebat ſed verecundabatur id demonſtrare. Prę ſagit. diuinat: vnde mens prę ſaga mali dicitur: quando ignota triſtitia verſatur in animo. Parens. Amphitryo. Coniūx. Megara. Latus lęuum. ſiniſtrum. Spolio. leonis pelle. Tegmen. veſtis. Torus mollis: lectus delicatus. ſolebat Hercules veſtire ſe ea pelle: & illam ſibi ſternere pro lecto cum vellet dormire. Libet. videns Hercules arma ſibi ſubmota, indignans duplicat verbum licet ad auxeſim. Quem nouum. neſcio quis fuerit iſte qui mihi eripuerit arma. niſi forte Iuppiter pater relicto cœlo deſcendens in terras genuit alium fortiorem me: vt qui duplicauit noctem qn̄ genuit me: triplicauerit in generatione alterius. Inceſtu. adulterio. Stetit. firmata eſt. quare vt dictum eſt: Iuppiter concumbens cum Alcmena matre Herculis iuſſit ſolem cōtinuare noctem loco diei. Quod cerno. hic admirabundus Hercules interrogat quis filios & vxorem interfecerit. Cōfecti cęde, id eſt interfecti. Quis Lyc⁹. quis tyrān⁹ ſimilis Lyco. Moliri. perpetrare. Reuerſo. ab inferis.

Quiſquis. vocat non ſolū Thebanos: ſed circumuicinos: vt indicent ſibi quis fuit auctor tanti ſceleris.

Colis. habitas. Iſmeni. Iſmenius fluuius eſt Bœotiæ ſic cognominatus teſte Diodoro libro hiſtoriarum quinto ab Iſmeno filio Pelaſgi. Attea. Atticæ regiones: vbi ſunt Athenæ. Pulſata gemino mari. agitata vndis ægæi Ionijq;. Iſthmos eſt ea nomine terrę ſtrictura quæ inter duo maria cōcluſa eſt: vt Ouidi⁹. Aequora bina ſuis oppugnant fluctib⁹ Iſthmon. Et tenuis tellus audit vtrūq; mare. Pelopis Dardani. Phrygij. nā filius fuit Tantali regis Phrygum: a quo Peloponneſus dicitur. Indica. Oſtende. Ira. mea. Ruat. ſæuiat: quia nemo reſpondebat dicit ruam in omnes. Hoſtis eſt. reputabo omnes hoſtes qui non monſtrant mihi auctorē tanti ſceleris. Procede. veni palam. Alcidę. Herculis. Seu vindicas. o victor vndecūq; venias ſiue a Geryone, ſiue a Diomede vt facias eorum vindictam procede: ego ſum paratus pugnare licet habeas arma mea. Vindicas currus truces. equos iugales. Thracis cruēti. Diomedis ſanguinolenti qui paſcebat equos ſuos carne humana. Pecus Geryonis. ſupple iterum vindicas armenta abducta a Geryone Hiſpano.

Libyæ ve dominos: ſcilicet iterum vindicas Buſyrim & Antheum quos ſuperaui. de his omnibus ſuperius ſatis diximus. Vel. etiam. Petas. inuadas. Cur. dum loqueretur Hercules talia, Theſeus & Amphitryo opponebant manus oculis ne viderentur lachrymari propter cōmiſerationem Herculis. Fugit meos vultus. nolunt me videre. Differte. prolōgate. Profare. dic. At tu. non poterat loqui Amphitryo: vnde cōuertit ſe ad Theſeū: vt facin⁹ ſibi explicet. Ede. dic: enarra. Tua fide. tua ſolita veritate. Vterq;. pater & Theſeus. Pudibūda. quæ habēt ſignum pudoris. Furtim. paulatim celando me. Pudēdum. nolite ve-

BERN.

Iſmenius

teri manifeſtare mihi hoc tam dirum ſcelus. Nunquid. interrogat per circumlocutionem num fuerit Euryſtheus. Potens. ironice. qui ſolitus eſt mihi ſemper imperare. Argiuæ. Argorũ. Infeſtum. inimicũ. fuitne exercitus Lyci quem interfeci? Pereuntia. mortui. Per te. rurſus cõuertit ſe ad patrem & adiurat vt ſibi manifeſtet iſtud ſcelus. Numen ſecundum mihi. ſecundus deus: primus erat Iuppiter. Præda. quis ſpoliauit me dormientem armis meis. Tacita. noli fili curare ſcire iſta: quia multi quæſiuerunt aliqua quæ poſtea illos pœnituit ſciuiſſe.

DANI. ¶ Quis hic locus. catastrophe de inſano ad ſanum Herculem. In hoc actu quinto Hercu. reuerſus in ſe quęrit auctorẽ cędis liberorum & cõiugis: quo circa inardeſcit ad vindictam: vltimo cognoſcens ſe reum facti mortem ſibi parat aſciſcere, qua tandem inhibita fugam quęrit. eſt aũt huius fabulę carmẽ decimum: qđ cõſtat trimetro hypercata. iãbico. Quis hic lo. &c. Sub cardine. ꝓprie locutus eſt de polo arctico. nam vt teſtis eſt Iginius duo ſunt cardines qui aliter axes vocantur: vnus ſeptemtrionarius ſiue arcticus alter auſtralis ſiue antarcticus. propterea cardines ꝙ circa eos orbis rotari videat. Sub cardine glacialis vrſę. i. ſub vertice ſeptemtrionario. Simulacra. Tres ſũt partes in homine quę ſoluto corpore abeũt in diuerſa: anima: corpus: ſimulacrũ: anima petit cœlum: corpus in terram putreſcit: ſimulacrum ad inferos deuolat. inde apud Homerum Vlyſſes volens amplecti Anticliæ matris ſuæ ſimulacrũ κτιμοιϛ Δολοψτο Δαί γαιη περσεφοη ε ιοω τρυψε. Simulacra igitur ſunt in inferno: vt Maro etiã in ſexto cecinit & hic Seneca. Quiſquis Iſmeni. Senſus eſt quicũq; Boeotiam incolit & Peloponneſũ: & conſcius auctorem huius ſęuę cladis non indicarit: is ſentiat iram meam: & veniat in me quiſquis eſt auctor ſæuę cladis: ſeu velit meis armis tectus Geryonem & Diomedem vlciſci Antheum Buſirimq;: ego illi vel nudus pugnabo. Tua ſi. Emphatice tua. Fuit enim Theſeus inter amicos qui celebrantur adeo conſtans in fide vt venerit in proprium quoddam epitheton ipſius fidei. hinc Ouidianum illud in triſtib. O mihi Theſea pectora iuncta fide.

Tres partes in homine.

ASCENSIVS.

¶ Vt inultus &c. Reſpõdet mirabundus Hercules: vis ne abeant tacita: ſic vt ego omniũ monſtrorum vindex ſim inultus? Amphi. Vindicta obfuit, id eſt nocuit ſæpe: ſcilicet victori: non igitur ſemper vindicandũ. Ad qđ Hercules. Quiſq̃ ne, id eſt an aliquis ſegnis, id eſt torpens: tolerauit tanta mala? Ad hoc Amphitryon. Quiſquis timuit maiora mala, ſup. tolerauit inultus minora: & omnia ſũt ſententioſa. Ad quod argute Hercules. O pater poteſt quicq̃ maius aut grauius etiam his ſcilicet malis, hoc eſt nece coniugis & liberorum timeri? Ad hoc Amphitryon. quaſi dicat tu putas grauiſſimum malum eſſe necem illorum, ſed longe ſecus eſt: nam peius ẽ ꝙ ab a te occiſi ſunt q̃ ꝙ occiſi. Vnde dicit. Quota pars: quaſi dicat minima: cladis, id eſt calamitatis & aduerſitatis tuæ: eſt iſta quã noſti: ſcilicet cædes tuorum. Ad hoc Hercules neſciens quomodo poſſet expiſcari vt ſciat auctorem mali: ſimulq; videns minaci vultu id Amphitryonẽ dicere: addit O genitor miſerere, ſcilicet mei, ego tendo tibi manus ſupplices. Quid hoc? id eſt quæ eſt huius rei cauſa? pater refugit, id eſt non vult cõtingere manus. Scelus id eſt flagitium aliquod erat hic, id eſt in his manibus. alij legunt errat, id eſt latet aut vagatur. Vñ hic cruor, ſup. eſt in manibus meis? quid illa arũdo, id eſt ſagitta tincta ſcilicet prius, nece, id eſt cæde, lernea ſcilicet hydræ, eſt ſup. nunc madens leto puerili, id eſt cruore effuſo in cæde puerorum. Ego iam video: quaſi dicat agnoſco: tela mea: ſcilicet arcum & clauam. non quæro manum, ſcilicet quæ illis vſa ſit: ſcio enim ꝙ non niſi mea ſit. nam quæ dextra, ſcilicet alia q̃ mea: potuit flectere arcum: aut quæ potuit ſinuare. i. incuruare neruum ſcilicet arcus tendẽdo ipſum, vix recedentem, id eſt obedientem mihi? quaſi dicat nullus. & ideo ego reuertor ad vos: ſcilicet Amphitryon pater & Theſeu amice. Poſtq̃ autem adierat eos alloquitur patrem. O genitor: hoc ſcelus. ſ. qđ eſt in nece meorum, eſt noſtrum: hoc eſt meum. cũ autẽ nihil diceret:

He. Vt iult⁹ ego ſi? A. ſępe vĩdicta obfuit. H.
Quiſq̃ ne ſegnis tanta tolerauit mala? Am.
Maiora quiſquis timuit. Her. his etiã pater
Quicq̃ timeri maius aut grauius poteſt? Am.
Cladis tuę pars iſta (quã noſti) quota ẽ? Her.
Miſerere genitor: ſupplices tendo manus.
Quid hoc? manus refugit? hic erat ſcelus.
Vnde hic cruor? quid illa puerili madens
Arundo leto tincta lernæa nece?
Iam tela video noſtra: non quęro manum.
Quæ potuit arcum flectere? aut quę dextra
Sinuare neruum vix recedentem mihi?
Ad vos reuertor: genitor hoc noſtrũ eſt ſcel⁹.
Tacuere: noſtrum eſt. Am. luctus eſt hic tuus:
Crimen nouercę: caſus hic culpa caret. Her.
Nunc parte ab omni genitor iratus tona:
Oblite noſtri vindica ſera manu
Saltem nepotes: ſtelliger mundus ſonet:
Flammas & hic & ille iaculetur polus:
Rupes ligatum Caſpiæ corpus trahant:
Atq; ales auida: cur Promethei vacant
Scopuli? paretur vertice immenſo feras
Volucreſq; paſcens Caucaſi abruptum latus
Nudumq; ſyluis: illa quæ pontum Scythẽ
Symplegas arctat: hinc & hinc victas man⁹

Distentat alto: cumq; reuocata vice
In se coibunt: saxaq; in cœlum exprimment
Arctis vtrinq; rupibus: & medium mare:
Ego inquieta mōtium iaceam mora.
Qui structū aceruās nemore cōgesto aggerē
Cruore corpus impio sparsum cremo?
Sic sic agēdum est: inferis reddā Herculem.

& qui tacent cōsentire viderētur: subinfert. tacuere. s. ambo: & ita nostrum est. s. scel⁹. Amphi. autē volēs placare dolorē: inqt. Hic luct⁹ .i. hæc calamitas causa luctus, est tuus: crimē est nouercæ quę tibi furorem immisit. s. Iunonis. hic casus cū sit p furorē fact⁹, caret. i. vacat culpa. Hercules autem ad Iouē cōuersus vindictam in se expetit dicens. O genitor. s. cœlestis Iuppiter: tu oratus tona nunc ab oī parte. s. cœli: & o genitor oblite nostri, vindicta saltem manu sera. i. nimis tarda, quia melius fuisset ante patratum scelus eum sustulisse: nepotes. s. tuos ex me filio tuo: mundus stelliger. i. cœli ornatus sonet, & polus hic & ille. i. vterq; iaculetur flammas. s. fulgurum. rupes Caspiæ in quibus est dirorum sedes trahant corpus. s. meū ligatum: vt promethei corpus ligatum fingitur: & ales auida, vt vultur famelicus: sup. trahat me. Cur scopuli. i. rupes Promethei id est in quibus Prometheus ligat⁹ dicitur, cessant sup. ligare & distrahere me? latus Caucasi. s. montis, abruptū seu obrutum. s. æstu & frigore & nudū syluis. i. arborū vmbris viduū, pascens vertice immenso id est immensæ altitudinis, feras. s. terrestres: vt lupos, vrsos, tygres &c. & volucres. s. rapaces, vultures, miluos, accipitres: paretur sup. mihi. Aut si id supplicij parum est: illa Symplegas. i. insula sic dicta, quę arctat pontū scythen pro scythicū: distendat manus. s. meas: vinctas hinc & hinc. i. ab vtraq; parte: alto. s. vertice insulæ: cūq;. i. & cum pro quando, sup. ambæ Symplegades seu insulæ cyaneæ, coibunt vice reuocata q a vicissim extendi & coire videntur nauigantibus: & exprimment. i. vi impressionis quam faciunt in coitu, expellent saxa & mare medium. i. aquas in cœlum, rupibus actis. i. impulsis: vtrinq; id est ab vtraq; parte: ego iaceam sup. tunc inquieta mora montium. i. in medio montium faciens illis moram ne coeant: q. d. concutiar ab vtrisq; insulis coire volentibus. Quin. i. cur non potius: q̄ ab Ioue supplicium expectem: ego aceruans. i. cumulans, aggerem. i. struem lignorum (futuræ olim mortis præsagio hoc dicere videtur) structum, nemore. i. omni ligno nemoris congesto. i. in vnum comportato, cremo corpus scilicet meum: sparsum cruore impio scilicet meo? quasi dicat se debere prius interimi & deinde in ignem iniici: nam puerorum cruor non est impius nisi quia impię effusus. Agēdum est: sic sic. i. maxime sic: ego reddā Herculē, hoc est me: sed significantius dicit Herculem q̄ si diceret me: inferis. Vnde pauloante reuersus fuerat: sed viuus, cum eo nunc velit descēdere mortuus.

¶ Ego. habet emphasim: quasi dicat ego Hercules non faciam vindictam. Quota. minima respectu maioris. Miserere. more precantis Hercules extendēs manus ad patrem, eas pr̄ noluit tangere: qd̄ miratus Hercules videt man⁹ suas cruentatas: & tunc cognouit se auctorem eius mali fuisse. Quid hoc. scilicet q pater nolit tangere manus suas. Hic errat. in me. Vnde hic cruor. vnde sanguinolētę sunt mihi man⁹. Quid. ex alia parte videt sagittā tinctā. Leto. morte puerili filij sui. Lernęa nece. quā prius tinxerat sanguine hydrę quam supra ab eo superatam diximus. Iam. videns tela sua amplius non quęrit quis fecerit illam stragem: quia bene sciebat: q potuisset nullus flectere arcum suum, nisi ipse. Sinuare. incuruare. Neruū. chordam arcus. Vix. cū difficultate. Cedentē. flexibilē: quia vix illū ipse possum flectere. Nostrū. nos fecim⁹ illud. BERN.

Luctus. Amphitryo consentiens Herculem fecisse illud scelus: vult eum consolari dicens: tu fili habebis dolorem ex morte filiorum: sed culpa est nouercę Iunonis quę cæcum furorem in te misit. Nunc parte. Hercules animaduertens se tantum scelus cōmisisse vocat Iouem patrem: vt sibi mortem faciat: & omnes pœnas desiderat. Oblite nostri. qui nullam curam habes filij Herculis: quē in tantum furorem peruenire permisisti. Sera. tarda. quia prius debebas vindicare q̄ interficerē eos.. Nepotes. filios meos qui nepotes erant tui.

Stelliger. cœlum. Hic. arcticus in septētrione. Ille. Antarcticus in meridie. Rupes caspiæ. Si non me fulminare vis: saltem dato alias pœnas. Caspij in Asia Boreales: a quibus mare caspium est dictum: & portæ caspiæ hoc est via quædam eos montes intersecans: vt testatur Solinus. sunt maiori Armeniæ conterminī. Ales auida. aquila. ferunt Iouem Prometheum Iapeti filium ob ignem subreptum superis in monte Scythiæ Caucaso ferrea catena vinxisse: aquilamq; addidisse: quæ iecore eius assidue renascēte perpetuo pasceretur. Hanc aquilam quidam ex Typhone atq; Echione genitam prodiderunt: alij ex terra & Tartaro: nonnulli Vulcani factam manibus & a Ioue animatam. post hęc Prometheum, vt sibi Iouem conciliaret: hac arte vsum fuisse. Iuppiter amore Tethydis cōspecta eius pulchritudine forte exarserat: qd̄ sentientes Parcę quarum prouidentia non fallitur cecinerunt. Quicunq; Tethydi connubio iunctus esset, eius filium patris gloriam longe superaturum. hoc cum forte intellexisset Prometheus Ioui renuntiasse fertur: qui veritus ne quod ipse Saturno patri fecerat a filio pateretur: omnē de Tethyde cogitationem deposuit: & ne erga Prometheū parum gratus videretur, vinclis eum liberauit: q̄uis ad triginta milia annorum huic pœnę deditus fuerat: vt Eschylus scribit: & ne liberatiōis eius perpetua memoria foret: facto ex vtraq; re hoc est saxo ad quod alligatus fuerat, & ferro ex quo facta erat catena, anulo digitum eius sinistra manu minimo proximum cinxit: quæ prima anuli inuentio fuisse memoratur. Ad hunc igitur Prometheum adhuc caucaseæ rupi alligatum cum forte Hercules ab Eurystheo ad hortos hesperidum missus locorum ignarus diuertisset: viamq; ab eo fuisset edoctus: aquilam iecur siue vt alij volunt cor eius assidue depascentem sagitta peremit. Scopuli. montis. Cur vacant. vacui sunt: quasi dicat pone me in hanc pœnam vbi erat Prometheus: vt loco illius dem pœnas. Paretur latus abruptum. rupes alta in pręceps. Nudum. sine arboribus quæ ibi non nascuntur propter frigus. Illa. proponit sibi aliam pœnam: vt intra Cyaneos montes alligatus discerpat. Sunt Sym- Symple-
plegades teste Plynio in quarto & sexto natu. histo. velut Pomponius vult in secūdo, duę insulæ Hellesponti gades.
cōtra Thraciū bosphorū mille quinquaginta passibus ab Europa distātes: quas nōnulli ex nostris poetis Cya

neas vocauere. de quibus Lucanus circa finem secundi libri. Vt Pagasea ratis peteret cum phasidos vndas Cyaneas tellus emisit in æquora cautes, has instabiles & interdū concurrentes simul dixerunt: vt Oui. Transeat instabiles strennua cyaneas: & declinatur etiam in substātiuo pro oibus his cautibus: hæc cyane huius cyanes. Symplegades igitur easdē dixerunt: hoc est cōcurrentes. has Oui. lib. xv. meta. immobiles factas dixit. Timuit cōcursib⁹ Argo Vndarū sparsas. Symplegadas elisarū: Quę nūc imotę pstāt: vētisq̧ resistūt. hoc fictū est quia isti scopuli vicini & altissimi a lōge nauigātib⁹ sese mouere videbantur. Pōtū. mare. Scythē. Euxinū apud scythiā. Arctat. stringit: vbi est angustissimū mare. Et hinc. Et hīc ab vtraq̧ parte. Vinctas. ligatas: vnā ad vnū scopulū aliā ad aliū. Coibūt. cōiūgent. Reuocata vice. quia dixi illas cōcurrētes. Dicūtur eñ illa q̄ vadūt & redeunt dare vicē. Mediū. qd̄ p mediū illarū labit. Actis. immissis: qñ eliduntur aquæ saliūt vsq̧ in coelū. Ego ero medius inter has rupes: & ero mora hoc est obstaculū ne se illę rupes tangāt: & sic semper inquietus ero. Quin. mutās ꝓpositū dicit esse melius si seipm interficiat. quin: potius. Aceruās. accumulans. Aggerē. struē lignorū vbi me cremare possim. Reddā. restituā: quia semel fuerat.

DANI. ¶ Cladis tuę. Rogat⁹ Amphitryō p obtestationē ab Hercule docet illā quā videbat cladē minimā esse p̄ grauiori .i. isania sui, q̄ nulla grauior ē clades. Quot⁹: nomē ordinale: aliqñ ponit̄ p quot. Cic. Quot⁹ istuc q̄sq̧ fecisset? & Marti. Dic quot⁹ es: quāti cupias coenare .i. quot estis. & quot⁹ ē interdū cōtinuę q̄titatis. vt Iuue. Quota portio facis achęę. p quāta .i. q̄ minima. Promethei. Trita ē fabula Promethei i cui⁹ opis inuidiā cogitauit Iuppiter aliud opus: adhibitis eñ dijs oib⁹ in cōsiliū creauit foeminā: cui in ipa creatione singuli dij aliquā particulā cōtulere: q̄ propter foemia natura versipellis & vafra vulpecula. hęc dicta Pādora. vt plane oia docet Hesiod⁹ ὠνόμηνε τήνδε γυναῖκα πανδώρην ὅτι πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες δῶρον ἐδώρησαν. ꝓpter qd̄ febres: macies: tormina: vertigines: & mala cōplura hoiem inuasere. extat lamētatio apd̄ Hoṝ. & itē apd̄ Marti. epigrāma nō illepidū. In se coibūt. Cyaneæ petrę cōtra Thraciū Bosphorū cōcurrētes: quas iternauigauit Iason cū florido illo heroum comitatu: vt pulchre cecinerunt Apollonius & Orpheus in primo Argonauticō: & in latinis Valeri⁹ Flaccus in quinto. Vlyxes etiam illic grauissime laborauit referente Homero in duodecimo Odysseæ.

Pandora

Cyanęę petrę.

ASCen. ¶ Nondum tamen. Hec audiens Amphitryon inquit. Pectus sup. Herculis, attonitū, nōdum caret tumultu .i. impetu furoris: ipse mutauit iras, scilicet ab alijs in se. & qd̄ furor habet proprium: ipse sæuit in se: (sunt qui legāt furit: sed versus nō patitur Pyrrhichium in secunda sede) Hercules autē non attendens ad verba Amphitryonis quæ ad populum dixerat, pergit dicēs. Dira loca furiarum, & carcer inferorū, & plaga decreta turbę sonti .i. noxię, & si quod exiliū latet vlteri⁹ erebo, ignotum Cerbero .s. cani, & mihi: o tellus abde .s. absorbendo, me huc .i. ad huiusmodi locum: ego ibo ad vltimum finem tartari: mansurus .s. ibi. O pectus, sup. meum nimium ferum .i. efferum & crudele. O liberi quis poterit deflere digne .i. vt meruistis: vos sparsos per omnē domum? Hic id est meus vultus, durus id est induratus malis, nescit lachrymare. date scilicet amici aut famuli, huc id est ad me afferte ensem: date sagittas huc: date stipitem vastū id est clauam: huc. o puer (videtur vnus fuisse quem fugiens Megara in sinu tenebat: licet liberos dixerit: nam etiam de vnica filia Terētius liberos dixit) nos rumpemus tibi, id est ad solatium tui: arcus nostros: ac stipes grauis, id est nodosa & ponderosa claua: ardebit vmbris tuis: quasi i inferias. ipsa pharetra frequens telis lernæis id est tinctis sanguine venenato hydræ, ibit id est absumetur in tuos rogos: arma quibus necem peregi, dent poenas scilicet nunc: o infaustæ manus scilicet meæ, nouercales id est nouercæ meæ Iunoni per quam insaniui, nimis obsecutæ: ego cremabo quoq̧ id est etiam vos telis meis id est simul cū telis meis. alij legunt infaustas: vt sit cremabo vos infaustas: meis telis: o nouercales manus. Ad hæc Theseus volens purgare factum dicit. Quis vnq̄ addidit errori nomen sceleris, id est scelus censuit vocandum

Am. Nondū tumultu pectus attonitū caret:
Mutauit iras: quodq̧ habet proprium furor:
In se ipse sæuit. Her. dira furiarum loca
Et inferorum carcer & sonti plaga
Decreta turbæ: et si quod exilium latet
Vlterius erebo Cerbero ignotum: & mihi:
Huc me abde tellus: tartari ad finē vltimum
Mansurus ibo. pectus o nimiū ferum.
Quis vos per omnem liberi sparsos domum
Deflere digne poterit? hic durus malis
Lachrymare vultus nescit. huc ensem date
Date huc sagittas: stipitem huc vastum date:
Tibi tela frangam nostra: tibi nostros puer
Rumpemus arcus: ac tuis stipes grauis
Ardebit vmbris: ipsa lernæis frequens
Pharetra telis in tuos ibit rogos.
Dent arma poenas: vos quoq̧ infaustas meis
Cremabo telis: o nouercales manus. The.
Quis nomē vnq̄ sceleris errori addidit? Her.
Sępe error ingēs sceleris obtinuit locū. The.
Nūc Hercule op⁹ē: pfer hāc molē mali. Her.
Non sic furore cessit extinctus pudor:
Populos vt omnes impio aspectu fugem.
Arma arma Theseu flagito propere mihi
Subtracta reddi: sana si mens est mihi

Referte tela manibus: si remanet furor
Pater recede: mortis inueniam viam. Am.
Per sancta generis sacra: per ius nominis
Vtrunq; nostri: siue me altorem vocas:
Seu tu parentem: perq; venerandos piis
Canos: senectae parce desertę precor
Annisq; fessis: vnicum lapsę domus
Firmamen: vnum lumen afflicto malis
Temet reserua: nullus ex te contigit
Fructus laborum: semper aut dubium mare
Aut monstra timui: quisquis in toto furit
Rex saeuus orbe manibus aut aris nocens
A me timetur: semper absentis pater
Fructum tui cōtactum & aspectum peto.

quod per errorē commissum est. q. d. nullus ex aequo iudicans. ad hoc Hercules. Error ingēs obtinuit saepe locum sceleris. Theseus, non quiens inficias ire quod dixerat, addit. opus est nunc Hercule .i. viro forti qualis tu semp fuisti. perfer .i. ad finē vsq; fer, hāc molē .i. immensam congeriē mali .i. aduersitatis. Ad hoc Hercules. Pudor non cessit. s. a me, sic extinctus furore, vt fugem .i. fugare veli, oēs populos aspectu impio. q. d. non sic perfricui fontem: nec sic p scelus extinxi pudorē, vt velim superstes manere: ita vt oēs mortales fugiant a conspectu meo tam scelerato & impio. & ergo o Theseu ego flagito .i. vehementer expostulo, arma subtracta mihi reddi mihi propere. si mens est mihi sana, referte manib⁹ sup. meis tela: si furor remanet, o pater recede, ego inueniā viam mortis. argutum satis dilēma. Ad qd Amphi. ad obsecrationē se conuertēs inquit, Ego precor per sancta sacra generis sup. nostri: & per vtrūq; ius nois nostri: siue tu vocas me altorē .i. nutritorem seu parentem. s. tuū: & precor per canos. s. meos, venerandos pijs. s. omnib⁹: parce .i. vt parcas senectae meę: & ānis fessis: ens vnicum firmamen .i. sustentaculum domus lapsae, & vnum lumen reserua temet sup. mihi afflicto malis: nullus fructus laborum contigit sup. mihi ex te, quia semp anxius fui: nam semp timui, aut mare dubium, aut monstra. s. dubia: quisquis .i. quicunq; rex saeuus fuit in toto orbe, aut nocens aris .i. impius in deos, sup. is timetur a me: ego pater semper peto, hoc est petiui contactū & aspectū tui absentis, fructum .i. vt fructū ex te capiendum.

¶ Nondū. Loquitur Amphitryo forte nō audiente Hercule. Tumultu. agitatione furoris. Proprium furoris. qui nec suis, nec sibi parcit. Dira. psequitur Hercules sermonē suum dolore & ira plenum. ibo ad inferos ibiq; in deterrima parte me ipm relegabo. Plaga decreta. regio destinata. Sonti. nocenti. Erebo. fluuium inferorum erebum esse dicunt. ponitur interdum pro obscuriore parte inferni. Vergi. Imas erebi descendit ad vmbras. Cerbero. cani custodi inferorum quem ad superos traxi. Pectus. nūc vellet se parare ad fletum, sed non potest: vnde dicit O pectus meū, anime dure. Liberi. filij mei. Digne. quantum meremini. BERN.

Durus malis. induratus in malis. Huc. rogat arma sua, quib⁹ filios interfecit: vt ea saltem cremet in rogum filiorum. Tibi. Vertit se ad vnum filium dicens tibi vni frāgam sagittas: ad alium tibi arcus & clauam. Stipes grauis. ponderosus truncus hoc est claua. Tuis vmbris. animę & manibus tuis. Frequēs. plena. Lernaeis. linctis sanguine hydrae lernęe. Dent. sustineant. Nouercales. vos etiā manus meę comburam q̄ fuistis nouercae obsequentes sicut volebat Iuno. Infaustas. infelices meis filijs & vxori. Quis nomen. Theseus volens consolari eū dicit, q istud non est appellandum scelus, quod per errorem cōmissum est. Ingens. respondet Hercules quādo error est nimis magnus non est excusabilis. Nunc. dicit Theseus: fuisti semper fortis, nunc etiam opus est, vt videaris idem qui in ceteris aduersis fuisti. Perfer. fortiter sustine. Molem. magnitudinem, & pondus graue. Nō sic. non sum adeo impudēs vt velim amplius superesse in vita: & omnes fugare a conspectu meo: qui me tam sceleratum abhorrent. Pudor. verecundia. Extinctus. perditus.

Furore. insania. Cessit. fugit a me. Pater recede. ne videas mortem meā, qa volo me interficere. Per sancta. Amphytrio rogat Herculem ne velit suā senectā tantis doloribus afficere ex morte sua. nam semp fili p te habui labores & poenam, dum assidue mittereris ad diuersa monstra: modo q aliquā delectationē ex te capere possem, vis miserum patrem destituere. Vtrūq; ius. siue dicas me patrem tuū: siue alumnū & educatorē.

Canos. albicantes capillos, hoc est senectutem semp venerandam apud pios & bonos. Desertae. quae nullum habet in quo possit habere spem.

¶ Mentē. Subiectum totius fabulae sub ingenua breuitate ppemodū complexus est hic poeta i persona Herculis per figuram dialyton vel asyntheton. est per transitum de industria celeratum subnotatio vt finiat furorem morte. insaniā eni pectoris nemo vnq̄ mederi potuit. Vulnus animę est insania. huic medet sola mors vt scribens ad Alcibonū Phalaris eleganter ostendit. σωματος μεν γαρ αρρωστια ιατροι τυχον, ψυχης δε νοσον ια τροσ ιαται θανατος. Septem portis. Homerus appellat Theben heptaphylam quasi septem portarū vrbem. ὑμεισ και θηβησ εδοσ ειλομεν επταπυλοιο. & Ouidius. Septem portas cū duce quęq; suo. & Hesiodus in op. & dies. τουσ μεν επτα πυλω θηβη καδμηιδι γαιη. DANI.

Her. Cur animā in ista luce detineā amplius:
Morerq;: nihil est: cuncta iam amisi bona
Mentem: arma: famam: cōiugē: natos: man⁹
Etiam furorem: nemo polluto queat

¶ Cur animam &c. Respondet Hercules sibi quidē nullam causam esse cur amplius viuere velit, sed per hoc non excludit quin patri viuat. Ordo est. Nihil est cur detineā amplius animam in ista. s. mortaliū luce: & morer .i. i mora teneam sup. eam. ego amisi iam cuncta bona, videlicet mentem, quia insaniuit: arma quae Amphitryon auferri iussit: famam, quia insanus in suos saeuijt: cōiugem ASCEN.

Animo mederi.morte sanandũ est scelus. Th.
Perimes parentẽ?H.facerẽ ne possĩ occidã.th.
Genitore corã?H.cernerẽ hũc docui nefas.th.
Memoranda potius omnibus facta intuens
Vnius a te criminis veniam peto. Her.
Veniam dabit sibi ipse:qui nulli dedit?
Laudanda feci iussus:hoc vnum meum est:
Succurre genitor:siue te pietas mouet:
Seu triste fatum:siue violatę decus
Virtutis:effer arma:vincatur mea
Fortuna dextra. The.sunt quidẽ patriæ pces
Satis efficaces:sed tamen nostro quoq;
Mouere fletu:surge & aduersa impetu
Perfringe solito:nunc tuum nulli imparem
Animum malo resume:nũc magna tibi
Virtute agẽdũ est.Herculẽ irasci veta. Her.
Si viuo:feci scelera:si morior:tuli.
Purgare terras propero:iamq; dudum mihi
Monstrum impium sæuũq; & immite ac ferũ
Oberrat:agedum dextra conare aggredi
Ingens opus labore bisseno amplius.
Ignaue cessas:fortis in pueros modo
Pauidamq; matrem?arma nisi dentur mihi
Aut omne Pindi thracis excidam nemus
Bacchiq; lucos & Cytheronis iuga
Mecum cremabo tota cum domibus suis:
Dominisq; tecta cum deis templa omnibus
Thebana supra corpus excipiam meum:
Atq; vrbe euersa condar:& si fortibus
Leue põdus humeris mœnia imissa incident:
Septemq; opertus non satis portis premar:
Onus omne media parte qua mundus sedet
Dirimitq; superos:in meum vertam caput.

scilicet Megaram quã trucidauit,natos.i. liberos quos occidit,& manus.i. vsum manuum,aut gloriam facinorum meorum,cũ melius sit me nuper nõ habuisse manus. Etiam furorem.potest videri ordo,vt sit:etiã amisi furorem,quo durãte,nihil sensi doloris,nec culpam agnoui:sed meli⁹/licet raro/si medeor cum accusatiuo cõstruat,sic cõtexitur.Etiam nemo polluto animo.i.habens animum pollutũ,queat mederi.i.medendo pellere furorem.aut potissimum dicamus,etiã.i.insuper furorẽ sup.passus sum:nã talia verba ab iratis & commotis alioqui animo sæpe reticẽtur.Nemo queat mederi aĩo polluto.i.violato semel per furorem. scelus.s. furoris,aut in furore commissi,est sanandum morte:qa q semel insaniuit,semp est insanienti affinis. The.Tu.s.moriendo perimes parẽtẽ scilicet Amphitryonem,qui sine te viuere nolet.dicit Hercules argute:sed aliter accipiẽs q̃ Theseus(nã Theseus volebat dicere q̃ occasionaliter occideret patrem.s.abstrahẽdo se cuius solius causa viuere vellet,Hercules aũt accepit,tanq̃ dixerit q̃ manu sua eum tolleret, sicut coniugẽ & liberos sustulerat. Vñ dicit) ego occidam.i.moriar,ne possim facere.i.ne per furorem parentẽ perimã. Ad qđ Theseus.Occides sup.coram genitore? Ad hoc Hercules.Ego docui.i.assuefeci, hunc cernere nefas:quia vidit me occidentẽ coniugem & liberos. The. Ego intuẽs.i.qui intuerer potius facta tua memorãda omnib⁹ (nisi sit pater tuus sup.sit potius intuens facta tua memoranda omnib⁹ q̃ mortẽ tuã:deinde cõuersus ad pces addat)ego peto a te veniã vnius criminis.s.tui, vt tibi ignoscas & veniã des. ad qđ Hercules. Dabit sup.is,ipse sibi veniã.i.ignoscet sibi,qui nulli dedit veniã?q.d.qui omnes vltus sum sontes mihi vni parcam? Ego feci laudanda nõ proprio motu,sed iussus.s.ab Eurystheo:hoc vnũ.s. illaudãdum facinus,est meum.s.solius:quia nullus iussit nec consuluit.O genitor succurre.s. mihi ad delendam hanc turpitudinẽ,siue pietas.s.occisorum aut mei turpiter viuẽtis seu fatum triste.i.fatalis necessitas ineuitabilis, siue dec⁹ virtutis violatæ.s.per me, mouet te: effer arma.s.quæ abscõdisti,fortuna.s. aduersa vincatur dextra mea. Theseus rursus ad preces conuersus, Preces inquit patriæ, hoc est paternæ (legi tamen potest pris.s.tui Amphytrionis)sunt quidem satis efficaces.i. merito satis habeãt efficaciæ & authoritatis ad te cõmouendũ:sed tñ.i.insuper preces patris mouere sup.te:aut,sed tñ tu mouere.i.moueris, quoq;.i.etiam nostro fletu.surge & peruince aduersa impetu solito.s.tibi:resume nũc animum, nulli.i. nõ vlli,nõ imparem,immo parẽ,vlli.i.cuiuis malo.i.aduersitati. agendum est tibi nũc magna virtute, veta.i. prohibe. Herculem, q mõstra domuit,irasci.Her.adhuc persistens in proposito moriendi,si inquit viuo.s.diutius,feci scelera:quia cũ ea in me non puniam,videar ea approbare & ita fecisse: si morior.s.manu mea,tuli.s.scelera,facta quidẽ per me:sed potius patientem q̃ agentẽ cũ nescierim quid fecerim. tuli ergo.i. perpessus sum scelera Iunonis per me perpetrata. Ego propero purgare terras.s.monstro immani.intelligit aũt seipso purgandũ.Monstrũ.s.quoddã impium, sæuumq; & immite ac ferum,oberrat iamdudũ mihi.i.obuersat añ oculos meos. Agedũ,adhortandi vox,o dextra conare aggredi opus ingens.i.valde magnũ,& amplius.i.maius labore bisseno.i.q̃ duodecim laborib⁹ peregi

sti:quia qui duodecim laborum effectorem vincit plus facit q̄ si tot labores obierit. O ignaue.s. Hercules cessas.i. in teipsum plectēdum, fortis modo.i. qui fueras paulo ante fortis in pueros,& partes pauidas: more indignantiū de singulis pluraliter loquit:nā vnos liberos & vnā matrē peremerat. sunt tñ qui legāt pauidamq; matrem:sed sic i tertia sede ponat trochæus, pes huic metro infrequens. Nisi arma.s. quibus me occidā, dētur mihi:aut excidā omne nemus pindi.s. montis syluosi, Thracis.i. in cōfinio Thraciæ,& lucos.i. syluas inçeduas quia sacras, Bacchi,& iuga.i. syluas in iugis nascentes, Cytheronis mōtis sacri Baccho cremabo mecum: aut excipiā supra corpus meū.i. in me diruā, tota tecta cum domibus & dñis suis:& templa Thebana cū omnibus deis.s. suis:atq; condar.i. sepeliar & abscondar vrbe versa.s. sup me:& si mœnia.s. thebana, incidēt humeris meis fortibus onus leue.i. facile portatu, quia cælum aliqu ādo tulerunt: hoc est si non potero opprimi pondere mœniū Thebanorū:& si ego opertus septem portis. s. Thebanis, nō premar satis:ego vertā in meum caput, omne onus.i. molē omnē terræ, quo mūdus sedet.i. quiescit tanq̄ in fundo,& dirimit supos: quia vtraq; pars terræ a cælo & ita a superis respicit:& ita in medio duorū hemisphęrioꝝ sita est, grauitate sua vtrūq; declinans:& interpositu vtrunq; dirimens.

¶ Manus. quæ mihi solitę erant comparare gloriam & laudem:nunc autē pepererunt maximū dedecus. Occidam. moriar ip̄e. quando est media longa de alio itelligit, quia venit ex ob & cędo. nunc ex ob & cado. Cernere nefas. quia in conspectu eius interfeci filios & vxorem. Memoranda intuens. aspiciēs potius tua pręclara facta. Veniā. ignosce tibi viuendo ne velis te occidere. Vnum. hoc scelus. Iussus. scilicet per Eurystheū BERN.

Succurre. rogat patrem vt det arma. Sunt preces. Theseus rursus Herculem consolatur, rogatq; vt viuat dicēs satis efficaces debent esse preces patris ad mouendum te:sed tamē etiā nouisti me semper tibi amicum & amicorum preces plurimū debēt valere: ideo moueare meo fletu & lachrymis,& erige te i aduersis:& memēto te Herculem esse virum fortē qui omnia difficillima ferre debet. Imparem. quia omnia mala æquo animo ferebas:ideo animus tuus erat omnibus malis æquus:hoc est ita magnus vt erant omnia mala. Veta. vince hunc dolorem. Si viuo. dicit Hercules non debeo amplius viuere: quia si in vita mansero, dicent omnes q̄ sponte tantū scelus peregi. Feci. sponte fecisse. Purgare. quæ meo scelere est polluta. Agedum. exhortat dextram suam, vt tantum facinus aggrediatur. si me perimes maius opus facies, q̄ superando monstra omnia quæ vicisti. Bisseno.i. duodecim laboribus meis, quos superius enumerauimus. Ignaue. reprehendit seq̄ cesset a morte. fuisti nuper animosus in filios & vxorem:& teip̄m times occidere. Matres. in plurali dicit ꝑpter indignationē.& mos est iratorū ponere plurale pro singulari. Arma. Herculi vt supra vidimus dormienti subtracta fuerant arma: q̄ sibi reddi postulat. q̄ si negauerint: minatur Thebanam ciuitatem & omne nemus Pindi euersurum. Pindus mōs est in finibus Thessalię a parte occidua versus Thraciam:ex cui⁹ ima parte Peneus fluuius profluit. Lucos. syluas incæduas quæ nō succiduntur, quia sunt cōsecratæ alicui deo. Pindus.

Cytheronis iuga. colla & summitates Cytheronis montis prope Thebas vbi Bacchus colebatur. Leue. & si illud pōdus erit nimis leue ad opprimendum me, rapiam mecum simul muros & arces vrbis. Opertus. oppressus non satis tanta ruina vertam & totam terrā supra me. Septem. quia septem portas habebant Thebæ. Medis. terram quæ posita est in medio elementorum. Onus. totum pondus terræ. Mūdus. machina elementorum. Sedit. iacet. Dirimit. separat superos & cælum.

Redde arma. Am. vox ē digna genitore Her-
Hoc en perēpt9 spiculo cecidit puer: (culis.
Hoc Iuno telum manibus emisit tuis:
Hoc nunc ego vtar. ecce q̄ miserum metu
Cor palpitat:corpusq; sollicitum ferit.
Aptata arundo est:ecce iam facies scelus
Volens:sciensq;: pande quid fieri iubes?
Nihil rogamus:noster in tuto est dolor.
Natum potes seruare tu solus mihi
Theseu. Ip̄e necdū maximum euasi metum:
Miserum haud potes me facere:felicē potes:
Sic statue quicquid statuis:vt causam tuam
Famamq; in arcto stare & ancipiti scias.
Aut viuis:aut occidis. hanc animam leuem
Fessamq; senio:nec minus quassam malis
In ore primo teneo:tam tarde patri
Vitam dat aliquis? non feram vlterius morā:

¶ Redde arma. Ad hęc scd̄m Danielis commentarios respondet Amphitryon per Ironiā. Vox est digna genitore Herculis.i. q̄ dicatur ad patrē Herculis: vt.s. reddat filio tibi necē inferre volenti arma. q. d. nihil min⁹. aut citra ironiā legat sic vt dicat Amphi. Vox ē digna genitore Herculis vt non expauescat reddere arma quibus & ip̄e fortiter cadat, cū nulla supersit ratio cur viuere amplius velit. Deinde afferens arma dicat. En puer.i. filius tuus cecidit peremptus hoc spiculo.i. acuto telo. Iuno emisit tuis manib⁹ hoc telum. qđ dicit ne penitus Herculem ad sui necē cohortetur: retecit eñ culpam in Iunonē. Ego vtar nūc hoc telo, hoc est me quoq; perimam. apposuit aūt gutturi hoc dicens telū vnū: vnde vidēs, qđ maxime voluit, Herculem a paterna cæde abhorrere & pauitare, inquit. Ecce q̄ miserum cor.s. Herculis palpitat metu, & ferit.i. cōcutit assiduo pulsu, corpus.s. eius sollicitum.i. anxium quid faciat. O Hercules arundo est aptata.s. gutturi paterno, aut forte Herculeo. nā potest fieri vt Amphitryon eo vultu & indicio applicuerit Herculi arma vt si sese interimat ip̄e idem in se mox sit facturus. Ecce tu facies iam scelus.s. occidendo te & patrē, qui nollet viuere sine te, volens & sciens, quia nullo furore correptus. pande.i. indica, quid fieri iubes.s. an vt mecū viuas an vt prior moriar? vñ malim q̄ gutturi suo apposuerit arundinē Amphitryon. Nos nihil ASCEN.

Letale ferrum pectori impressum induam:
Hic hic iacebit Herculis sani scelus.
Her. Iā parce genitor parce: iā reuoca manū.
Succumbe virtus: perfer imperium patris.
Eat ad labores hic quoq; Herculeos labor:
Viuamus: artus alleua afflictos solo
Theseu parentis: dextra contactus pios
Scelerata r̄fugit. Am. hāc manū ā̄plector libēs
Hac nixus ibo: pectori hanc ego admouens
Pellam dolores. Her. quē locum ꝓfugus petā
Vbi me recondam? qua ve tellure obruam?

rogamus, neq; vt parcas vtriq; : neq; vt perimas vtrūq;: dolor noster est in tuto, quia decreuimus etiam ante te mori vt nō doleam⁹ de itentu tuo. deide cū videret Herculē stupe & obmutescere conuersus ad Theseū dicit: o theseu tu sol⁹ potea seruare mihi natum. i. filium, ip̄e. i. ego, necdum euasi metum maximum, quē euaserunt quib⁹ decretū est mori: quia mors est terribilium maximū. tu haud potes me facere miserum, quia si filiū nō seruas, ipse vna peribo & ita non supero miser: potes facere me felicem, si vna mecū filiū ser ues. Deinde cōuersus ad Herculē inquit. Hercules statue. i. constitue & decerne tecū sic, vt scias quicquid statuis, seu mori mecū seu viuere, causam tuam & famam stare in arcto & ancipiti. s. statuaut loco: quia moriendo etiā patrem occasiōaliter occidere/impium fecerit, parcendo sibi post tanta flagitia turpe. tu aut viuis. s. qualitercunq; etiā cū dedecore, aut occidis hanc animā leuem. i. facilem ad mortem, & fessam senio, nec minus quassam malis. ista aūt eo tendunt vt omnino se paratum mori si Hercules se occiderit ostendat: aliter em̄ nō innueret etiam viuendo Herculis famā in arcto fore: sed id callide facit vt quo se paratiorem ad mortē significet, eo magis Herculē deterreat: vnde dicit ego teneo aiam fessam malis i primo ore. i. extremis labijs. dat aliquis vitam patri tam tarde? hoc est potest aliquis esse tam impius vt cum patrē volentē mori perimere possit, sinat eum viuere vsq; ad decrepitam senectam miseriarum & dolorū nimirū plenā. qd maxime impiū in Triballis est: vn̄ parētes priusq̄ senio conficianť mactant & comedunt. Ego si tu maxime me occidere nolis, non feram. i. non patiar vlterius moram. s. vitæ: aut dilationem mortis. Ego induā ferrū letale. i. letiferū, impressum pectori. s. meo. alij legunt letale ferro pectus impressum induā. hic hic. i. pręcipue in hoc facto iacebit. i. conspicuū erit vt res q̄ iacet ante oculos, aut mecum iacebit, scelus Herculis sani. i. non furentis. Hercules aūt vt patrē reuocet, se reuocat ab instituto dicens. O genitor parce, parce iam tibi, reuoca. i. retrahe manū: o virtus. s. mea. i. fortitudo, succumbe s. pietati: perfer imperiū patris: quia pater alioqui moriturus te viuere vult. Hic labor. s. quo patrem serues & te ipsam vincas o virtus, eat. i. accedat quoq;. i. etiā ad labores Herculeos. Viuam⁹. i. decreui iam viuere vt viuat pater. O Theseu alleua solo, artus parentis afflictos, quia dextra. s. mea/scelerata/refugit. s. prępudore, cōtactus pios. i. paternos: hoc est quia nō audeo manibus adhuc cæde meorum pollutis attingere patrē. Cū autem id diceret etiā ip̄e accurrit ad leuandū patrem: & pater illius amplexus potius q̄ Thesei manū dicit. Ego amplector libens hanc manū, quā. s. tu sceleratam censes: ego ibo. i. ingrediar, non prostratus iacebo, nixus. i. suffultus & sustentatus, hac. s. dextra: ego admouens. i. applicans hanc pectori. s. meo, pellam dolores. s. eius. Hercules igiť cū data dextra fidē dederit se velle viuere, delibera de exilij loco, dicēs. Quē locū petā ego ꝓfugus? Vbi recondā me, qua ve tellure obruam me? ne. s. populum diritate vultus mei fugem.

BERN. ¶ Redde arma. Vertit se cū furore. Vox. Amphitryon vict⁹ minis & furore Herculis illi restituit arma. Digna. conueniens patri Herculis, fecit vt illi tradat arma ad occidendū se. En. vide. Hoc spiculo. hac sagitta puer filius tuus interemptus est. & hæc porrigendo arma dicebat. Iuno. ideo culpa non est tua. Vtar. occidam me quoq;. Cor. s. meū. Palpitat. tremit. Ferit. quia quando cor tremit pulsat & ferit pectus. Sollicitum. anxiū. Arundo. sagitta. Aptata. s. ad guttur: vt se interficiat. videbat Herculē iā sibi parantē mortem. Volens. o fili alia scelera excusata sunt per furorem, sed hoc facies scienter si te occides. Pāde. quid iubes quid vis aperi & dic aperte: nolo amplius rogare sed me ꝓtinus occidam. In tuto. scio qd volo facere & dolor meus est in portu mortis. & hęc dicēs vertit se ad Theseum: tu solus Theseu potes mihi seruare Herculem filiū. Felicē. si non interficiat se. Sic statue. loquiť ad Herculem. Statuis. siue viuere siue mori ꝓponis scito famā & causam tuā fore in arcto difficili ancipiti & dubio iudicio, an plus sis laudandus ꝓpter egregia facinora tua: an plus dānandus ꝙ patri sciens volensq; mortis causam dederis: nam me nūc interficiā. Hanc animā leuem. imbecillem & fractā ꝓpter multas angustias. In primo ore. in primo egressu: quia cito emittā illam. Patri. mihi Amphitryoni. Aliquis. forte aliquem quęrebat qui ip̄m occideret: vn̄ cum tardareť, sibi ipsi deliberat mortem cōsciscere. Non feram moram. nō expectabo vlterius quempiam vt me occidat: sed ip̄e induā ferrum. Letale. mortiferū. Iā. videns Hercules patrem morti incūbentē, dicit pater reuoca retrahe manum: quia iam parauerat ferrum ad pectus. Succumbe. loquitur Hercules ad se ip̄m. Virtus. fortitudo succumbe dimittas te vinci amore paterno. Perfer. facias quicquid velit pater. Labor scilicet ꝙ inuitus viuam. Eat. adiungať alijs laboribus meis: quia vita ista erit mihi maximus labor in tot tormētis viuere cōscio scelerū meorū. Alleua. ceciderat Amphitryo quasi exanimis, vnde Hercules rogat Theseum vt illū eleuet, quia ip̄e manib⁹ pollutis non audet eum tangere. Solo. terra. Hanc. surgit Amphitryo: & ꝙ audiuerat Herculem non audentē eum tāgere, vltro illius dextram capit. Hac, Herculis dextra. Nixus. ip̄e sustentat⁹ Admouēs. appropinquans pectori. s. meo. Quem locum. videns Hercules adeo se scelestum, vellet ire ad aliquā partem mundi vbi incognitus viuat. Profugus. de patria exiens.

DANI. ¶ Vox. Permotus & conterritus rabie Herculis pater illi ostendit arma per ironiam dicens. Vox est digna qa scilicet arma filio meo indicabo. quasi dicat. immo indigna, cum arma potius debeam occultare. acceptum telū Hercules aptans vulneri, inquit hoc nūc ego vtar. statim Amphitryo p antiphorā ad Theseū. Ecce q̄ missum metu. & quæ sequuntur. hoc modo syntaxis procedit & vera & antiqua.

Quis Tanais: aut quis Nilus: aut quis Persica
Violentus vnda Tigris: aut rhenus ferox
Tagus ve ibera turbidus gaza fluens:
Abluere dextram poterit? Arctoum licet
Meotis in me gelida transfundat mare:
Et tota Tethys per meas currat manus:
Hęrebit altum facinus. in quas impius
Terras recedes? ortum: an occasum petes?
Vbi notus perdidi exilio locum.
Me refugit orbis: astra transuersos agunt
Obliqua cursus: ipse Titan Cerberum
Meliore vultu vidit: o fidum caput
Theseu latebram quęre longinquã: abditam.
Quicunque semper sceleris alieni arbiter.
Amas nocentes: gratiam meritis refer:
Vicemque nostris redde me inferis precor
Vmbris reductum: meque subiectum tuis
Restitue vinclis: ille me abscondet locus.
Sed & ille nouit. The. nostra te tellus manet.
Illic solutam cæde gradiuus manum
Restituit armis: illa te Alcide vocat:
Facere innocentes terra quę superos solet.

ASCEN. ¶ Quis Tanais. Quærit quo flumine cædẽ & cædis culpã abluere possit: dicitque quod nullo cũ tñ prisca supstitione putarit fluminib⁹ viuis esse vim purgatricem? iuxta illud ęnei. ij. Me bello ex tanto digressum & cæde recenti Attractare nefas, donec me flumie viuo Abluero. Cõmemorat aũt plurimos & in diuersis regionib⁹ precipuos fluuios dicẽs, Quis Tanais flu. scythię, & ita septentrionalis, aut quis Nilus flu. Aegyptũ præterfluẽs, aut qs Tygris flu. violẽtus vnda persica: quia persidem prętercurrens: aut quis rhenus ferox, quia impetuosus aut iter feroces accolas hic Gallos illinc Germanos labẽs: ve pro vel qs Tagus fluẽs turbid⁹ gaza ibera. i. arenis aureis: vñ Lusitanis sũt diuitię. Hic Iune. Tãti tibi non sit opaci Ois arena tagi &c. potent abluere. i. purgare dextrã. s. meã, cęde meorum pollutã? nã licet sanguinem facile detergat: culpã tamẽ derelinquet. Licet Meotis pal⁹ in Scythia, & ita gelida, transfundat in me mare arctoum. i. septẽtrionale sub vrsis: & licet tota Tethys. i. mare oceanũ, currat per man⁹ meas, tamen sup. facinus. i. culpa facti, hęrebit altum. i. profunde, quia animo inusta. In quas terras recedes impius. i. cum sis impius? alloquit̃ aũt seipm. an petes ortũ. s. solis, an occasum? vbi. i. in quibus tã ortu q̃ occasu, ego not⁹, quia vtrobique egregia gessit, perdidi locũ exilio, quia exulare cupiebat vt ignotus lateret. Orbis. s. terrarũ refugit me: astra obliqua. i. auersa a cõspectu meo, agũt cursus transuersos. id per imaginẽ falsam dicit. ipse Titan. i. sol, vidit meliore. i. benigniore & placatiore vultu, cerberũ, canem infernalem, sup. q̃ me. o Theseu caput fidũ. i. fidelis semp comptus comes, quęre sup. mihi latebrã. i. latendi locum lõginquã. i. remotam a meis: & sup. abditã. i. occlusam ab omnib⁹. Quicunque semp arbiter alieni sceleris. i. quisquis apud inferos iudicans aliena scelera, amas. i. vt charos apud te seruas, nocentes. i. noxios, refer meritis nostris quæ mala sunt, gratiam, & pro. i. vicem: hoc est gratiam parem vicissim, pro peccatis supplicia: ego precor, redde me inferis & restitue me reductum vmbris. i. ad vmbras infernas, hoc est manes: & restitue me subiectum. i. subactũ & victum, vinclis tuis. Ille locus. s. infernus, abscondet me. Sed &. i. etiã ille nouit. s. me: quocirca non placet, cũ non possim illic latere. Theseus aũt dicit se inuenisse locum exilio illius aptum, vbi sontes purgari solent, addens. Tellus nr̃a. i. Attica quæ patria mihi est, & cuius rex sum, manet. i. expectat te. Gradiuus. i. mars restituit illic armis. i. reb⁹ bellicis manum. s. suam, solutam. i. absolutam cæde. s. filij in bello cæsi. o Alcide illa. s. terra vocat te, quæ terra solet facere superos innocentes: cum prius viderent̃ nocentes. quia martẽ absoluerunt dij. vt Bern. recitat.

BERN. ¶ Quis Tanais. In qua regione ero vbi vitam incognitam degere possim. Tanais fluuius est septentrional' in Scythia qui in paludẽ meotidem defluit. Quis Nilus. Est fluuius ægypti ex maioribus totius orbis, cuius teste Lucano in decimo Arcanũ natura caput non prodidit vlli: sed immensa mole singulis annis sole existente in cancro totam Aegyptũ inundat: & vt ait Vergili. iiij. Georgicorũ per septem ostia mare ingreditur: diuersa ruens septem discurrit in ora Vsque coloratis amnis deuectus ab indis. Tigris. fluuius Armeniæ: q tãto impetu fluit vt Persica lingua tigris sagitta dicatur. Violentus. impetuosus: velocissime currens. Rhenus. fluuius est separans Galliam a Germania. Tagus. fluuius est Hispaniæ qui dicitur habere arenas aureas. Ibera. hispana. Gaza. auro, & diuitijs. Meotis. palus est in septentrione versus Scythiã, a qua mare vsque in Tenedũ protendens, pontus dicitur: & alio nomine mare euxinũ. Arctoũ igit̃ dicẽs. i. euxinũ. Arctos vrsa signũ cęleste ad septentrionem. Tethys. vxor Oceani: ibi pro mari oceano ponitur. vt etiam Martialis. Et quẽ supremæ tethyos vnda ferit. Per meas manus. licet sint oẽs aquæ mundi: non tamẽ lauabũt scel⁹ mearum manuũ. Altum. magnũ. Hęrebit. manebit. In quas. loquitur ad se ipm: vbi scelerate Hercules poteris latere? Vbique. in omni parte mundi sum cognitus & sic non habeo locum ad exiliũ meum. Me refugit. credo quod totus mundus, & sol & astra fugiẽt me. Trãsuersos. remouẽt sese a recto cursu: ne videãt me. Meliore. s. q̃ me. Cerberum. canem infernalẽ, quẽ traxi ad superos. O fidum caput. est appositio. vertit se ad Theseum: amice de quo multum fido Theseu reperi mihi latebras vbi incognitus viuã. Quicũque. si faceret quique: versus non staret. hic est sensus tu quicunque arbiter inferni q es contentus quod homines peccent vt veniãt ad inferos. Arbiter. q iudicas aliena scelera. Gratiam. pœnã. Gratia in bono & malo accipitur: Gratia.

vt si male facienti male facis, reddis gratiā. Refer. redde. Vicem. sicut inferos perturbaui ita me perturbēt Meritis. commissis meis: & sic in bonū & malū dicitur meritum. Redde. s. o quicūq̧ arbiter. Reductū. me Herculem ab inferis receptum iterū illuc me reduce: & illic tuis catenis & carcere liga. Ille locus. infernus. Et ille. s. locus. Nouit. quia illic fui. Nostra. Theseus loquit̃: scio Herculea locū in quo bene latebis, veni Athenas: & ibi poteris quoq̧ expiari, quēadmodū Mars expiat⁹ est. & breuiter tangit historiā. Neptunus vocauit Martē in iudiciū corā deis q̄ filius suus eius causa fuisset in bello interfectus. locus iudicij Athenis constitutus est: & ibi mars sese excusans q̄ bellum sit cōmune omnibus: q̄ qui bellant̃ in dubio vitæ sint: a deis absolutus est. ideo ibi dicit. Gradiuus. mars. qđ est vocabulū neq̧ grecū neq̧ latinum: sed thrax: qđ fortem & bellicosum significat. Restituit. reduxit. Illic. s. in terra nostra, hoc est Athenis. Manū. suam. Solutā. cæde expurgatā. Armis. ad arma, vt iterum preesset bello. Alcide. Hercules nepos Alcei. Illa terra. s. Attica. Quæ solet facere superos. deos: hoc ꝑpter Martem dicit. Innocentes. absolutos, expiatosq̧. Vocat te. inuitat vt vadas illuc: vbi fuit absolutus Mars. Vnde Athenis Ariopagus erat vicus Martis: in quo constitutus fuit Senatus quadringentorū senatorū a Solone. Collis est authore Herodoto li. viij. e regione ad arcem athenarum ariopagus dictus. Arios mars dicitur, & pagos vicus.

DANI. ¶ Quis Nilus. Verg. in. iiij. Georgi. canit, a coloratis Indis. i. Aethiopib⁹, vt exponit Tortellius nilum deuehi. Theocrit⁹ Blemyos populos i Aethiopia affirmat nō inuenire ortū nili. πετραιων βλεμυων ουθεν ουκετι μηλος ορατος. is vnus mundans ægyptum reddit terrarū feracissimam fructuūq̧ iugi copia floridissimā. merito laudat Ptolemęū regē a soli fertilitate idē Theocritus in alio edyllio. Gaza. aurū trahit Tagus aqua felicissima: Lusitaniæ fluuius iuxta nouā Carthaginē. Mar. Hispanus amore patrię sæpissime illum commēdat vt ciuē Tagi se appellet: & calamo Tagi malit scribere q̄ Cydonio. Gaza. persicum est. Curtius. Igit̃ quasi parum muniminis oppidi fidens ante solis ortum pecuniam regiā (Gazā persę vocant) cū preciosissimis rerum afferri iubet, fugam simulans.

Nilus.

Tagus.

Gaza.

Tragœdiæ quę inscribitur Thyestes: Argumentum.

Pelops Tantali Phrygiæ regis & Taygetæ filius, ex Hippodamia Atreum & Thyestem sustulit: Peloponnesi prius deinde Mycenarum reges. Iis alternis vicibus regnum administrantibus, Thyestes quum sciret regni curam penes eum fatali dispositione mansuram, qui arietē velleris aurei haberet (quem Atreus regiam ingressus, plurimum custodiebat) corrumpens Europam, seu potius Aeropen Atrei vxorem, imperium ad se transferre posse iudicauit. Vnde stuprata fratris cōiuge: & abducto ariete: ab Atreo regno pulsus est. Sed paulo post simulata reconciliationis gratia, Atreus per nepotes suos Thyestē ab exilio reuocauit. Cui de nomine proaui Tantalum & Phylisthenem filios, nō solū apposuit epulandos: sed etiam sanguinem eorum vino permixtum propinauit: cuius impij facinoris quū Thyestes a dijs vltionem exquireret: respondit Apollo se posse alio scelere eius sceleris vindicem nancisci: si cum Pelopeia filia concūberet: quo peracto, natus est Aegysthus, qui Atreum occidit: & Agamemnonem eius filiū ex bello Troiano redeuntem interemit. ¶ Diuisa est hæc Tragœdia in quinq̧ actus, quorum primus continet Megeram vnam e furijs Tantalum ab infausta sede abstrahentem: vt impios suos penates furijs agat: quousq̧ omni scelere certetur: & alterna vice stringantur enses. Secūdus Atreū habet seipm excitantem ad aliquod facinus cruentum, sanguinarium, in Thyestem peragendum, necnon & seruum ei quietem animi suadētem. In tertio, simulata reconciliationis gratia, Thyestes per suos filios Atrei iussu ad regni administrationē reuocat̃. In quarto Atreus pietatis oblitus, nepotes interemit, eosq̧ partim elixos: partim assos patri epulandos apponere curat. sed hæc in scæna non agunt̃: sed narrant̃ per nuntium. Quintus exponit infaustum illud, & tragicum conuiuium, ante Thyestem ab Atreo appositum: quo inter fratres adulteros & homicidas, & graues iræ recrudescunt: atq̧ clamores horrendi & sanguinariæ detestationes intumescunt grauius.

Tragœdia secunda: quæ inscribitur Thyestes. Cuius interlocutores sunt.

Tantalus.	Megera.
Atreus.	Seruus.
Thyestes.	Phylisthenes.
Nuntius.	Chorus.

ACTVS PRIMVS.

Trimetri Iambici.

Tantalus. Megera.



Vis me furor nūc sede ab infausta abstrahit:
Auido fugaces ore captantem cibos?
Quis male deorū Tātalo viuas domos
Ostendit iterum? peius inuentum est siti
Arente in vndis aliquid: & peius fame
Hiante semper. Sisyphi nunquid lapis
Gestandus humeris lubricus nostris venit?
Aut membra celeri differens cursu rota?
Aut pœna Tityi semper accrescens iecur
Vulneribus atras pascet effossis aues:
Et nocte reparans quicquid amisit die?
Plenum recenti pabulum monstro iacet.

ASCEN. QVis me furor &c. In huius secūdæ tragœdiæ quę Thyestes ab eo cui priæ.i. pcipuę ptes cōpetūt, inscribit, pria actiōe, iducit vmbra Tātali ab inferis Megera furia agitāte, per furorem & impatientiam & sibi & suis malum imprecari. quapropter cum Tragœdię semper turbulentū habeant exitū, nō semp a miti initio auspicant. Sane qa qua tēpestate Atreus & Thyestes in semuicem sęuiebāt Tantalus eorum auus defunctus erat, bn̄ inducit eius vmbra ab inferis reuocata: alioqui viuentiū (nam viuere finguntur Atreus & Thyestes) actui interesse neqret. dicit ergo stimulis Megæræ quæ vna trium furiarū e/ agitatus & ab inferis facessere coactus/ Tantalus. Quis furor (furere enim se sentit) abstrahit id est vi quadam abducit ab infausta sede.s. infernali, me captantem.i. assidue capere conantem ore auido, qa famelico, cibos fugaces.i. assidue fugientia & ad labra vsq; redeuntis poma fragrātissima. Fingit em̄ vt sępe dictū ē ea pœna cruciari apd īferos: vt supne ad os vsq; illi demittant poma optima: & inferne flumina lympidissima: q̄ dum fame sitiq; misere æstuans capere nititur assidue fugiūt redeuntq; quo maior sit illi cruciatus. Qua fabula significantur auari qa hic bonis partis vti noluerūt, illic vti non posse & tn̄ velle: vn̄ Horatius pri. ser. ad auarū. Tātalus a labris sitiēs fugiētia captat Flumina. quid rides? mutato noie de te Fabula narrat: cōgestis vndiq; saccis Indormis inhiās: & tāq̄ pcere sacris Cogeris, aut pictis tāq̄ gaudere tabell. Aut lege talionis illic puniri: cū em̄ Tantalus Pelopē filium dijs epulandum apposuerit, quo illi vesci noluerint: apponendum illi curant quibus vesci non possit. Quis deorū ostendit Tātalo (plus efficaciæ habet q̄ si dicat mihi, quia in noie ipo pondus est). q.d. homini miserrimo, iterū nouas domos, male.i. in perniciē & malū eius vn̄ ad maiorē cruciatū transferunt manes a frigore nimio, ad calorē nimiū. Peius inuētū &c. legi potest admiratiue cum interrogatione, aut definitiue cū assertione: vt sit sentio cur id fiat. aliquid inuētum est peius.i. maioris cruciatus, siti arente in vndis.i. cum proximę sint aquæ, qui vt dixi magnus est cruciatus: & aliquid inuētum est peius fame hiante.i. aperiente os ad captandū cibum proximū, semp, quia frustra, cum fugiat cibus. Nūquid lapis sisyphi.i. qui sisypho addictus est semp voluendus, lubricus.i. assidue elabens, venit gestādus humeris nostris? q.d. nō credā cū id malum nostro minus sit. Aut rota differens.i. in diuersa discerpens, cursu celeri, mēbra.s. Ixionis, sup. venit mihi: aut pœna Tityi, videlicet iecur accrescens semp, pascet aues atras i. vultures nocentes, vulneribus effossis.i. carne per vulnera excerpta, & reparans.i. resarciēs nocte, quicquid amisit die. Pabulum.i. edulium, plenū.i. non diminutū sed semp renascens quantū discerptū est iecur, iacet.s. ante pedes, monstro.i. monstrosæ aui, recenti.i. semp paratę ad nouas pœnas: quia vermis eorū nō extinguetur: aut quia vt libidinosis in vita insatiabilis erat Venus: ita in inferno irrequietus est cruciatus.

BERN. QVis me. Hæc secunda Tragœdia inscribit Thyestes grauitate sententiarum & verbis significatissimis ornatissima. eius argumentum est. Thyestes & Atreus filij Pelopis maxime inter se inuisi fuerūt fr̄es. Thyestes vero vitiauit vxorē Europen atrei: & ex ea suscepit duos filios: qd dolēs Atreus ei epulandos apposuit. Habet quinq; actus hæc fabula: vt dictum est in superiori: qz quinquies introducunt nouæ personæ in scœna: & quinquies relinquit ipa scœna deserta. In primo actu inducit Tantalus qui ex inferis excitabat a Megæra furia ad miscenda odia inter fratres. In secūdo est consilium Atrei cū seruo quo pacto sumat vindictam de fratre. In tertio reducit Thyestes q expulsus fuerat de regno: simulata pace cum Atreo fratre. In quarto, cœna in qua filij Thyestis sibi apponunt. In quinto, Atreus & Thyestes perpetrato scelere loquunt. In fine cuiusq; actus inducit chorus. Quis furor. loquitur Tantalus ad Megærā: qua causa moueor ab inferis, vultis ne mouere me ad maiorem pœnā? Infausta sede. a loco meo infelici. Captātem. me volentem capere. Fugaces. qui fugiunt ab ore meo. Superius in Hercule diximus de Tantalo plura. Itaq; aduerte lector ne vobis sæpius idem sit repetendum cum vno loco historia vnius fuerit explicata: amplius non replicabitur: sat erit locum assignasse. Viuas. viuentium superorū, quis deus cogit me iterū ire ad supos. & ita mirat ad quid hoc fiat. Peius inuētū est. aliud malū grauius. Siti arente. q̄ sit mea sitis sic sicca in medijs aquis: nam illa erat pœna Tantali vt in medijs aquis sitibundus bibere nequiret. Hiante. habente semper os apertum. habeo semp poma famelicus nec possum comedere: sed aliud supplicium peius est mihi inuentum. Sisyphi. sum ne mittendus ad pœnam loco sisyphi qui aduersus montem ingens saxū perpetuo voluebat. Lubricus. labilis: quia semp vt dictū est supra, cum in summo montis erat lapis ille relabebat. Aut rota.s. venit. Celeri. quia celeriter voluit. Deferens. voluens. Mēbra. Ixionis qui Iunonē

Tātali pœna.

Sisyphus.

Ixion.

.n.

interpellauit de stupro mittor:ne ad pœnam Ixionis, aut Tityi, qui similiter gigas Latonam stuprare voluit: & hac pœna cruciatur: extensus in terra habet duos vultures semp corrodentes sibi iecur. Accrescens. quia semp crescit, quando coꝝ sumptum est. Atras. Foedos vultures. Nocte. quātū comedūt in die, tātū crescit in nocte. Reparans. renouans. Recenti. qđ nō fatigaẗ: vel scđm Homerū qñ vnus comedit alius quiescit. Plenum. integrum: quia renascitur.

DANI.  Vis me. Tragoedia haec itidem vt aliæ oēs tota sanguinaria: tota grauis & percita. infelicis em̄ coītus exitum per monstrosæ cœnę apparatum demōstrat. odiosas habet sentētias & formidabiles. acuta verba & furoris plena: vtpote fraternā discordiam alternasq; insidias arguētia. quæ quidem Fabula primū, authore Fabio, insigni laude est acta a Vectio: cuius prim⁹ actus totam materiam pręsignificat hoc modo. Vmbra Tantali cogiẗ per furiam ad viuos egredi: & ne domus sua vacet scelere dōnec funditus pereat, Thyestis cor diræ ac nefariæ libidinis ardore incendit: per quē Atrei fratris vxorem petulanter infestat. Iratus Atreus filium eo compressu conceptum Tantalum de nomine proaui, coctum cœnanti apponit Thyesti. Apollinis oraculo Pelopeam filiam de se violat Thyestes: vñ ortus Aegyptus Atreū perimit. Egrediẗ ergo Tantalus cogente Megęra. Quis me. Carmen Iambicum trimetrū archilochiū quale Soror tonantis. Tātalus secreta Iouis protulit mortalibus: Iouis filius fuit ex Plote tenuitq; Paphlagoniā imperio. notissima pœna est superius ex Homero per me ad verbum repetita: quā linguæ vitio datā fuisse cōtendūt, Ouidius, & Marti. Hoc illi garrula lingua dedit. & nunc inter vndas garrulo seni siccus. & ipe Seneca inferius. Taxata pœna lingua. Crucietur &c.

In quod malum transcribor? o quisquis noua
Supplicia functis durus vmbrarum arbiter
Disponis: adde siquid ad pœnas potes:
Quod ipse custos carceris diri horreat:
Qđ mœstus Acheron paueat: ad cuius metū
Nos quoq; tremam⁹: quęre. iam nostra subit
E stirpe turba: quę suum vincat genus:
Ac me innocentem faciat: & inausa audeat.
Regione quicquid impia cessat loci
Complebo: nunq̄ stante Pelopeia domo
Minos vacabit. Me. perge detestabilis
Vmbra: & penates impios furiis age:
Certetur omni scelere: & alterna vice
Stringantur enses: ne sit irarum modus
Pudorve: mentes cæcus instiget furor.
Rabies parentum duret: & longum nefas
Eat in nepotes: nec vacet cuiq̄ vetus
Odisse crimen: semp oriatur nouum:
Nec vnum in vno: dumq; punitur scelus
Crescat: superbis fratribus regna excidant:
Repetantq; profugos: dubia violentę domus
Fortuna reges inter incertos labet.
Miser ex potente fiat: ex misero potens:
Fluctuq; regnum casus assiduo ferat.
Ob scelera pulsi quū dabit patriam deus:
In scelera redeant: sintq; tam inuisi omnibus
Q̄ sibi: nihil sit ira qđ vetitum putet:
Fratrem expauescat frater: & natum parens:

ASCEN. ¶ In quod malum trāscribor. Specioso verbo quærit an leges ita deorum ad nouas pœnas transcribaẗ. Transcribi em̄ proprium est eorū qui in nouas colonias scripti mittebantur: & ita habitationem mutabant: vñ Serui⁹ in illud ęnei. v. Transcribunt vrbi matres populūq; volentē. dicit. Transcribunt Romani moris verbū est. Transcripti em̄ in Colonias deducebanẗ. Ordo est. In. i. ad, quod malum s. grauius, transcribor. i. transmittendus scribor? O quisquis. i. quicunq;, sup. ens, durus quia inexorabilis arbiter. i. arbitrari⁹ iudex vmbrarū. i. manium, disponis. i. diuersimode scđm merita statuis, functis. i. defunctis, noua supplicia: si tu quid. i. aliqd potes: hoc per furorem dicit agitante Megæra: adde ad pœnas sup. meas subaudi id, qđ ipse custos diri carceris. s. inferni, vtpote Cerberus, horreat. i. exhorreat ob diritatem eius, qđ Acheron flu. sine gaudio apud inferos, mœst⁹ qa mœstitiam inducēs, paueat: sup. &, quære. i. disquire sup. id, aut aliquid, ad cuius metū, nos quoq;. i. etiam nos tremamus. & vt facile fieri posse ostendat addit. Turba subit id ē succedit & suboritur iam e stirpe nr̄a. de duobus autem loquiẗ. s. Atreo & Thyeste: sed in Achilleide dicit Stathius. Nos duo turba sumus. q̄ vincat. s. superet. i. flagitijs & pœnis, genus suum. i. me ꝓgenitorē, ac pro. i. faciat me respectu sui innocentē: quia minus flagitium ad longe maius comparatum, videẗ innocētiæ speciem habere: & audeat inausa. s. a me. i. q̄ ego ausus nō sum. Ego cōplebo. s. generatione mea, quicquid loci. i. omnem locum qui cessat. i. vacuus est, sup. in regione impia. i. impiorum. s. apđ inferos. Minos. s. iudex aut persecutor impiorum, nunq̄ vacabit id est ociosus erit, domo Pelopeia. i. Pelopis filij mei, stante. Megęra autem audiens eū ex sentētia loqui, impellit amplius dicēs. O vmbra detestabilis (imperiose agit sciens q̄ sermo durus suscitat furorē) perge. i. perfice iter incœptum: & age. i. commoue, penates scilicet tuos & tuorū, impios. s. olim in deos, furijs. Certeẗ. s. inter fratres omni scelere: ita vt alter alterū scelere expellat regno: & Thyestes Atrei vxorem polluat: & Atreus Thyeste, aut Thyesti (nam vtroq; modo declinatur) proprios natos apponat epulādos: & en

Gnatusq; patrem:liberi pereant male:
Peius tamen nascantur:immineat viro
Infesta coniunx:bella trans pontum vehant:
Effusus omnes irriget terras cruor.

ses strigant.i.nudent inter fratres,alterna vice:ita vt nūc hic per scelus dominet,nūc ille: nec sit.i.nolo sit modus.i. finis aut mēsura terrarū: ve p vel pudor:furor cęcus.i.ex cęcās instiget.i.stimulet,mētes.s.fratrū . Rabies.i. impietas & iniquitas rabiosa,parentum.i.patris & aui, Pelopis & mea,duret.i.pduret,permaneat:nefas longū.i.diu durans,eat.i. trasferatur in nepotes.i.minores & descēdentes ab illis:nec cuiq̄ vacet.i.sit vacuū & ociosum odisse crimen vet⁹.i.semper habeat qd̄ merito oderit:crimen sup.oriat semp nouū:nec vnū in vno:sed sup. multiplex in diuersis:& dū scelus punit,crescat.i.augeat:quia Thyestes nouo scelere fratris scelus vltus est :vt in argumēto patuit:& regna excidant fratribus.i. Atreo & Thyesti,superbis:qa neq; simul nec vicissim regnare sustinentib⁹:& sup.regna,repetāt.i.reposcant,& recipiant pfugos.i. pcul a patria ante fugatos: vicissim em̄ se expulerūt Atreus & Thyestes.Fortuna dubia.i.incerta felicitas regnādi,domus.i.familię violentę.s.in se,labet.i.ad interitū recidat,inter reges incertos.i.sine certitudine regnantes.Miser fiat ex potente.i.qui modo regnauit fiat exul:& potēs.s.rex,fiat ex misero.i.paulo ante pfugo & exule:& casus ferat.i.psequat,regnū.s. Mycenarū & prius Peloponnesiacū,fluctu assiduo.i.agitatione & mutatiōe cōtinua. Ipi fratres pulsi.s.vicissim a se,ob scelera.s.in alterutrū cōmissa:cū deus dabit sup.eis patriā.i.reditū in regnū,redeāt in scelera.s.noua:& sint tā inuisi oib⁹.s.subditis suis ,q̄ sibi.s.inuicē:hoc ē alter alteri nūc ē:nihil sit qd̄ ira.i. vterq; irat⁹,putet vetitū.frater expauescat fratrē vt Atreus Thyestē & ecōtrario:& parēs.i.pater sup.expauescat natū.i.filiū:& gnat⁹.i.fili⁹ expauescat patrē.Liberi pereāt male.i.in malū suū & suorū parētū:nascant tn̄ peius.i.ad maius malū: qa peccaturos peius est nasci q̄ mori:moriēdo em̄ finē male agendi inueniūt,nascēdo initiū : quocirca misericorditer agit de⁹:si quos in peccatis nouerit pmāsuros citius aufert.aut peius nascant:qa incest⁹ grauior ē homicidio. Cōiunx immineat infesta viro:qa cū sit futura adultera:nulla aūt adultera q̄ non eadē si fieri pōt sit venefica:nimirū viro infesta futura est vt adultero q idē hostis sit,placeat. Vehāt.s.nepotes tui Atridę,bellū trans pontū.i.mare in Troiā.Cruor effusus.s.a tuis,irriget omnes terras.

¶ Transcribor. Transmittor. O quisquis. vertit nunc sermonem ad Plutonem & iudices inferni. nō opus vt reuertar ad meos,quia satis sunt mali:sed potius adde omnem aliam poenam grauiorem:ita q; omnes inferi horreant illam,siqua alia excogitari pōt maxima. Durus.inexorabilis. Disponis. diuidis. Supplicia.poenas: secūdū merita. Functis.mortuis. Fungi proprie est finire. vnde vita functus dicitur qui finiuit vitam,hoc est mortem obijt. Liuius. Defuncta morbis corpora salubriora esse incipere.hoc est corpora quae finierunt & euaserunt morbos.accipitur tamen frequēter fungor pro eo quod est officium & munus ago , vt fungor magistratu,fungor pretura. Adde.scilicet mihi:& noli facere meos tam sceleratos. Diri carceris.inferni. Acheron.fluuius inferni. Ad cuius.ad quam poenam ipe tremiscam:& videar hucusq; bene fuisse in comparatione illius:quęre:ad quid vis facere meos sceleratiores? Subit.succedit. Vincat.superet magno scelere. Innocentem.quasi dicas erunt tam scelerati vt ipse in comparatione illorum dicar bonus. Inausa.audeat qd̄ nūq̄ alij ausi sunt. Regione impia.infernali: quicqd est vacuū in inferno ipse qui sum author scelerati generis complebo. Cessat.vacuum est. Minos.iudex inferorum. Nunq̄ vacabit.nunq̄ erit ociosus:nam semper aliquem ad puniendum habebit durante Pelopeia domo filij mei:ex qua semp erūt scelerati. Perge.Megæra furia videns Tantalum dolentem venire,vrget eum. Vmbra.anima impia perge,vade,& age,misce. Penates.domum tuorum nepotum. Certent.pugnent inter se quis sceleratior esse possit. Certare autem altercari est,pugnare,cōtēdere. Vergilius.Certent & cygnis vlulæ.& alibi.Officio nec te certasse priorem poeniteat:hoc est contendisse vt officio vinceres. Alterna vice.vicissim & alternatim.

BERN.

Fungi.

Stringantur.denudentur vt mutuo sese perdant. Modus.finis:non pudeat committere tot mala. Cęcus.qui non permittat videre & cognoscere tanta facinora. Rabies.magna cupiditas vindictæ. Duret. scilicet in nepotes. Vacet.cesset. Nouum.facinus semper perpetretur. Nec vnum. imo multa in vno sint mala: vt Thyestes non contentus vno scelere: concubuisse cum vxore fratris : vltionem quærens postq̄ comederat filios a fratre sibi in coena appositos,consuluit Apollinē: qui respondit alio scelere vindicem eius facinoris posse nasci scilicet si cum Pelopea filia sua concumberet:quo facto nat⁹ est Egysthus qui Atreum interfecit,& Agamēnonem ex bello Troiano redeuntem. Vn m.ergo facinus. In vno.imo plura sint in vno: vt Thyestes commisit adulteriū cum vxore fratris:& cum filia:& filios proprios epulatus est.ideo dicit crescat q; additur scelus sceleri dum vlcisci quæritur. Fratribus. Thyestæ & Atreo. Excidant.tollantur. Profugos.expulsos:nam Thyestes iuit in exilium:postea simulata pace cum Atreo rediuit in patriam Repetat.reuocet ab exilio. Violētę do.crudelis familiæ Pelopeæ. Labet.incerta sit & vacillet. Incertos reges. qui dubij sint semper de regno. Miser. vt Thyestes:qui miser & exul factus est : postea ex misero potens q; reuocatus est in regnum simulata pace. Casus ferat.agitet. Fluctu assiduo. continua tempestate & miseria. Ob scelera. ob adulterium pulsus Thyestes : qui redijt ad comedendum filios:& filiam stuprādam.ideo dicit redeant in scelera. Ira.cupiditas vindictæ alterius in alterum. Vetitum.illicitum. Fratrē.sicut Thyestes Atreum. Parens.sicut Clytemnestra Horestem a quo interempta est. Peius nascant. turpiori incestu:sicut Egysthus ex Thyeste,& Pelopea filia natus est. Immineat viro.instet ad mortē marito suo,sicut Clytēnestra q̄ interfecit Agamēnonē maritū. Infesta cōiunx.inimica vxor. Trās pōtum vehāt. nauibus.ipi etiā faciant bellū trans mare: sicut Menelaus & Agamēnon repetentes Helenā raptā a Paride,ad bellum troianum fuerunt. Irriget.spargat.

Thyestę facinus.

¶ Furijs age. Cōcute inquit totā domū cæco furore & rabie. Horatius in Palinodia ad Candidiā puellam affirmat domū Thyestis ira corruisse. Irę Thyestem exitio graui strauere. Ira siquidē oim malorū est porta: q̄ stati aperta furorē fundit. Alexander Macedo per irā transfodit venabulo Clitū familiarē in coena q; præponeret

DANI.

Philippum ipi. Liuius salinator Fabio Maximo iratus dixit: aut q̃ celerrime ex hostibus victis victoriã, aut ex ciuibus pstratis gaudiũ capiam. sexcenta exempla possent adduci: nisi tua cum historicis familiaritate cõfiderẽ. Fratrẽ expauescat. hic videt de idustria facta imitatio ad Hesio. Nec fratrẽ amabit frater nec parẽtes filius. βυσε κεαι γρυτος φιλος εος ετωλουλε τε π αλεσα + λε γαρας κουτας ατι μησουσι τυκνασ.

ASCEN. ¶ Supraq̃ magnos. Et libido. i. mala cupiditas, victrix. i. voti compos, exultet supra magnoa duces gentiũ. i. dominetur iis q alijs impaturi sint: vt Agamẽnoni: qui cũ magno gręcorũ malo Chryseida Achillis amicã deperiit: & Egistheo: q Clitemnestrã Agamemnonis vxorẽ stuprauit: & Thyesti: qui Atrei vxorẽ Aeropẽ, & ppriã filiam incesto polluit: & Paridi q Helenẽ Menelai vxorem rapuit: nã cõiter dicit ducea quoscũq; nõ solũ grecos. Aut libido. i. cupiditaa dira regnãdi: qđ potius dicã: quia sequit, stuprum sit leuissimum. s. peccatum, in domo impia: cum libido dominãdi lõge maius, quia perniciosius sit: & fas & fides & oẽ ius fratria. i. qđ fratri frater seruare tenet, pereat: cęlũ nõ sit immune a vestris malis: quia etiã soli inferat tãtam abomiationẽ vt equos auertat a coena Thyestę, qđ respexisse volũt Maronẽ cũ apud eũ dicat Dido. Nec tam auersua equos tyria sol iũgit ab vrbe: q̃uis sit & altera illius dicti causa, cũ stellae micant polo. tpe aũt coenę micare fere incipiunt: & flãmę. i. faces caelestea, seruant decus. i. ornamentũ solitũ mundo: sup. tunc nox atra fiat, & dies. i. apparitio solis in stellis repercussis: excidat caelo. Misce. i. confunde, penates, per pollutionẽ vxorũ: accerse, concilia, prouoca, odia, cędes, funera: bene seruatur rerũ ordo, nã ob odia fiunt cędes i. percussiones: & ex illis funera: & imple domum Tantaleã, hoc est tuã: sed potius dicit Tantale: eam. q. d. sic meritam, scelere, columen. i. culmen: & putem scribendũ culmen: ornetur. i. instruatur rebus laetis: & fores virescant laete. i. praesefe: entes laetitiam nuptialẽ lauro: ignis splendescat dignus aduẽtu tuo: quę per ironiam dicunt. fiat scilicet in domo tua, nefas Thraciũ. i. quale in Thracia Philomela aut Progne cõmisit dãdo Tereo Itym filium epulãdum: numero maiore: quia pro vno qui appositus Tereo, apponantur duo filij Thyesti. cur dextra patrui scilicet Atrei qui patruus filiorũ Thyestis: & supple cur, Thyestes nõdum deflet liberos suos, sibi. s. in coenam appositos? Ecquãdo. ex affectione loquitur furia: quae morę impatiẽs iam velit filios appositos. Ecquãdo, aut & quando scilicet Atreus, tollet id est eximet aheno idẽ aereo cacabo: spumante ignibus iam subditis ad coquendos filios Thyestis: vtinã supple membra. s. filiorum Thyestis, eant. s. iam discerpta per partes: & sãguis polluat focos. i. lares & culinam, patrios. i. paternos. Epulae scilicet abominabiles, hoc est filij in epulas parati, instruantur id est aptẽtur vt apponi possint. Tu non venies conuiua sceleris noui id est incogniti & inauditi tibi: quia etiam Pelopẽ olim mactasti & dijs epulãdũ dedisti: aut quia te praemonitum facio. Nos dedimus diem liberũ. s. a poena, ad quã apđ inferos dãnatus es: q; pro. i. soluimus famẽ tuã ad istas mẽsas. i. vt vna cum nepote pnepotes tuos

Supraq; magnos gentium exultet duces
Libido victrix: impia stuprum in domo
Leuissimum sit: fratris: & fas: & fides:
Iusq; omne pereat: non sit a vestris malis
Immune cęlum: cum micant stellę polo:
Flammęq; seruant debitum mundo decus:
Nox atra fiat: excidat cęlo dies.
Misce penates: odia: cædes: funera
Accerse: & imple scelere Tantaleam domum.
Ornetur altum columen: & lauro fores
Lętę virescant: dignus aduentu tuo
Splendescat ignis: Thracium fiat nefas
Maiore numero: dextra cur patrui vacat?
Nondum Thyestes liberos deflet suos?
Ecquando tollet ignibus iam subditis
Spumante aheno? membra per partes eant
Discerpta: patrios polluat sanguis focos.
Epulę instruantur: non noui sceleris tibi
Conuiua venies: liberum dedimus diem:
Tuamq; ad istas soluimus mensas famem.
Ieiunia exple: mixtus in bacchum cruor
Spectante te potetur: inueni dapes
Quas ipse fugeres. siste: quo pceps ruis? Tan.
Ad stagna & amnes & recedẽtes aquas:
Labrisq; ab ipis arboris plenę fugas.
Abire in atrum carceris liceat mei
Cubile: liceat (si parum videar miser)
Mutare ripas: aluco medius tuo
Phlegethon relinquar: igneo cinctus freto.
Quicunq; pœnas lege fatorum datas
Pati iuberis: quisquis exeso iaces
Pauidus sub antro: quiq; venturi times
Montis ruinam: quisquis auidorum feros
Rictus leonum: & dira furiarum agmina

Implicitus horres:quisquis immissas faces
Semustus abigis:Tantali vocem excipe
Properantis ad vos:credite experto mihi:
Amate pœnas.quando cōtinget mihi
Effugere superos?Me.ante perturba domū:
Inferq; tecū prelia:& ferri malum
Regibus amorem:concute insano ferum
Pectus tumultu.Tan.me pati pœnas decet
Non esse pœnam:mittor vt dirus vapor
Tellure rupta:vel grauem populis luem
Sparsura pestis:ducam in horrendum nefas
Auus nepotes?magne diuorum parens
Nosterq;:q̄uis pudeat:ingenti licet
Taxata pœna lingua crucietur:loquar
Nec hoc tacebo:moneo ne sacra manus
Violata cede:neve furiali malo
Aspergat aras:stabo:& arcebo scelus.

comedas permittimus:exple.i.satia, ieiunia i.longā famē:cruor multus in bacchū.i.vinū potetur.s.a Thyeste,te spectante. Ego muneri dapes,quas ipe.i.tu fugeres.s. merito : cū reliquæ dapes te fugiant.Quo audito Tātalus coepit repetere inferos: vñ Megæra : siste i.reprime gressum:quo ruis p̄ceps.i.tā precipitanter?Ad stagna. Respōdet Tātalus:ruo sup.ad stagna & amnes & aquas fugiētes. s. a labris meis:& ruo ad fugas arboris plenę.i. ad patiendū assiduas fugas,quas facit arbor plena pomorū,ab ipsa labra.s.meis:quoties conor poma apprehēdere:itaq; fugas nomē est:a quo arboris regitur gtūa.Liceat supple mihi p te, abire in atrū.i.nigrū & obscurum cubile,carceris mei.i. cui addict⁹ sum. liceat si videor parū miser in ripis solitis,mutare ripas.i.parat⁹ sum dānari ad dirtores ripas.O Phlegethon,qui ab ardore dict⁹ est flu.relinquar.s.ab omni ope destitutus,medio tuo alueo.i.fossæ capaci,cinctus.i.circūdatus,freto igneo.i.feruentibus vndis igneis. O quicūq; iuberis pati pœnas datas.i.adiudicatas lege fatorū:quia nō sine sorte ac iudice exercent pœnis inferi:quisquis.i.quicunq; iaces pauidus sub antro exeso.i.rupe vetusta:& q times ruinā.i.illapsum,montis venturi.i.ruituri in te:quę pœna ābitiosorū ē:& quisquis. i.quicūq; implicitus.i. irretit⁹ catenis, aut stygio amne,horres rictus feros leonum auidorum:& dira agmina furiarum:quę iracundorum pœna:quisquis abigis.i. repellis a facie tua,faces semustas.i.semiustas,immissas.s.in te:vt facit Typhoeus,& cæteri in deos inuidi & rebelles: excipe.i.euidenter cape,aut accipe,hoc est intellige,vocem.s.hortatiuā, Tantali:hoc est meā properantis ad vos. noue mutat numerū:nam cum dixerit excipe addit ad vos &c. Vñ sunt qui ponentes tribrachū aut anapęstū vltimo loco legāt excipite:quia tñ ad singulos referri pōt,quod dixerat quisquis:potuit prius singulariter dicere excipe:deinde collectiue oēs alloquens subinferre:properantis ad vos.i.festinantis ad solitas pœnas q̄tenus liceat redire. Credite mihi experto. s. q̄ triste sit ad supos redire,amate pœnas. s. quas datis apd inferos. quando.i.oh quādo continget.i.cum difficultate dabitur,mihi , effugere superos.i. habitātes in hoc mundo qui inferis superi sunt?Respondet Megæra. Perturba ante.s.q̄ superos effugias,domum.i. familiā tuam:infer.s.in domum tuam,tecum prelia:& infer regib⁹.s. Atreo & Thyesti,malum amorem ferri.i.armorum: cōcute ferū pectus.s.fratrū qui nepotes tui sunt,tumultu insano:i.bello plus q̄ intestino. Tantalus. Decet me.s. qui viuens peccaui,pati pœnas.s.quas merui:nō esse pœnam.s.meis:quia filij nō deberent luere iniquitatem parentis:aut esse pœnam immittendo furorem meis. Ego mittor.s.a te in domum meam , vt vapor dirus.i. execrabilis & pestilēs,tellure rupta.i.sicut exhalare solet e cloaca,cuius terra supposita rupta est: vel mittor pestis.i.vt sim pestis:sparsura populis,luem.i.infectionem grauem. Ego auus.i.cum sim auus, vis sup. vt ducam nepotes.i.filios filij mei Pelopis Atreum & Thyestē:in nefas horrendum?quale est stuprare fraternā cōiugem: & apponere patri liberos epulādos. O magne parēs diuorum & noster:quia Tantalum genuit:solus enī Iuppiter inducitur & deos & mortales genuisse: q̄uis pudeat.s.te nostri:licet lingua crucietur taxata ingēti pœna,tñ loquar:nec tacebo hoc:moneo ne manus .s. Atrei, violata.i.polluta,cæde sacra.i.execrabili, liberorum fratris:neue polluta,malo furiali.i.a furia inducto & cōciliato,aspergat.i.imbuat,aras.s.deorum. ego stabo.s.contra:& arcebo.s.ab Atreo scelus conceptum.

¶Leuissimū. Reputetur non malum. Ius.humanum. Fas.diuinum.non curent ius naturæ nec deorum:sed omnia peruertant. Immune cælum.sine parte vestrorum malorum.& hoc dicit q; in mēsa Thyeste comedēte filios ab Atreo appositos sol nō patiens videre tantū scelus obduxit faciem suam & obscurat⁹ est. Stellæ.stellas posuit pro sole:nam non diceret fiat nox in medio die. Flammæ.radij solis. Debitum decus.debitam lucem. Dies.lux & sol. Excidat.cadat & recedat. Misce.id est perturba. Penates.domum vestram. Arcesse.id est prouoca hoc est fac vt sint hæc omnia mala,& interficiant se inuicē. Tantaleam domum. Tantali.habet emphasim. Ornetur.hoc dicit propter simulatam pacem inter fratres. Ignis.solet in letitia ignis magnus fieri. Dignus.quia sceleratus est:& hic ignis fiet ad scelus inter fratres. Thracum nefas.sensus est : fiet maius facinus a nepotibus tuis q̄ a duabus sororibus Philomena & Progne vxore Terei regia Thracū.hæc Ithym filiū epulandum dedit vt plane scribitur ab Oui. Atreus autem duos filios patri comedendos parabit. Ideo dixit maiore numero. Patrui.scilicet Atrei: qui patruus erat filiorum Thyestis quos interfecit. Vacat. cessat.videbatur enim furiæ q; nimis tardaretur istud scelus. Tollet.scilicet Atreus: remouebit illos filios coctos. Aheno.vase. Spumante.id est bullien te ad ignem. Discerpta.dilacerata a dis & carpo. Eant.vadant & diuidantur. Polluat.maculet. Focos:

BERN.

Sol oculos auertit & equos a cœna Thyestę

Thracum nefas.

qui sunt consecrati laribus. Non noui. hoc scelus non videbiꝭ tibi nouum: quia simile fecisti de filio Pelope. Liberũ. Loquiꝭ furia. hodie dabo tibi facultatẽ, vt possis satiare famẽ tuã ad mẽsas tuas: hoc est de carnib⁹ tuorũ nepotũ. Exple. satia. Cruor. sanguis tuorũ. Inueni. ego dedi tibi dapes quas fugias & nõ te fugiẽt: quẽadmodum illæ q̃ apđ cruciatũ tuũ tibi mõstranꝭ. Siste. audiens tam dirũ nefas Tãtalus voluit potius reuerti ad poenas suas ad inferos q̃ spectare tã horrenda scelera suorũ: sed furia illũ retinuit. Preceps ruis. tã festinãter fugis. Recedentes. s. qñ vellet bibere. Fugas. quia me fugiũt illa poma qñ volo comedere. Licet. melius est abire ad cubile vbi soleo iacere in tanto cruciatu: q̃ videre tam abominabile factũ meorũ: & si hæc poena tibi parua videꝭ pone me in omnibus alijs locis inferni: vbi oẽs poenas patiar, potius q̃ vadam ad superos ad tã inauditũ spectaculũ. Medius. s. ipe. Relinquar. ponar. Alueo. fũdo tuo O phlegethon: q ẽ fluuius infernalis ꝑpetuo ardens. Freto. a feruore diciꝭ. quia semꝑ vomit vndas igneas. Quicunq;. Tãtalus dolens loquitur omnib⁹ q sunt in inferno, ꝙ sint contenti in poenis suis: quia videntur felices in comparatione sua. Lege fatoꝝ. statuto deorũ: q perpetuo certas poenas nocentib⁹ dederũt. Exeso. i. corroso & cõcauo. de hac poena dixim⁹ supra in Hercule. Vẽturi. supracasuri. Horres. times. Rictus. i. ora. Et agmina furiarum. impetus & furorem furiarum dixit agmina: cum sint tñ tres furiæ propter earum tumultum quia videntur plures. Abigis. i. expellis, sicut Typheus. Excipe. audi. Properãtis. qui cupio venire ad vos: ad inferos. Amate poenas. estote contenti in vestris poenis. Expto. est parenthesis. mihi Tantalo qui expert⁹ sum poenas inferni: & videre scelera superorum. Q ñ. cõuertit se ad furiã, q̃si dicat. Nõ erit vnq̃ illud tp̃s quo reuertar ad poenas priores? Ante. Megæra respõdet: nolo prius reuertaris ad sedes tuas: q̃ perturbaueris totam domũ tuã. Añ. s. q̃ reuertaris ad inferos. Infer. dato. Prelia. vt tui simul bellenꝭ. Regibus. s. Atreo & Thyesti. Amorẽ. cupiditatẽ. Ferum. crudelẽ. Tumultu. perturbatione. Me pati. respondet Tantalus: nõ debeo punire alios, sed puniri: cũ ipe sim nocens. Esse poenam. i. punire alios. Vt vapor. mittor ad superos tanq̃ pestis & malus vapor in agris qui deuastat oĩa: sicut vidim⁹ sępius accidere de veseuo monte Apulię: ex cuius vapore diciꝭ Plynius perisse. Grauẽ luem. i. malam contagionem. Auus. ego Tantalus. Ducam. Interrogatiue legendũ est: faciã nepotes venire ad tantam scelus: quasi dicat nõ faciam. Horrendum. abominandũ. Magne parens. exclamat ad Iouem: tu q pater es omnium & præcipue meus ex nympha Taygete: scias me nunq̃ tacere tantum scelus vt inducam meos ad tanta flagitia. Ingenti. graui. grauissima poena punior ꝑpter linguam cũ deorum secreta reuelauerim: etiam reuelabo hæc: reuocaboq; meos a tanto malo. Taxata. statuta & fixa. Moneo ne sacra. s. deorũ. Violata. i. commaculata. ne execrabilis manus Atrei faciat tãtũ nefas: & hoc dixit quia ipse Atreus sacrificauit in ara filios Thyestis fratris sui. ideo dixit aspergat aras. Cæde. i. per cædẽ filiorum Thyestis. Arcebo. repellã i. ne faciat scelus.

DANI. ¶ Stuprum. In viduã ꝓprie stuprũ cõmittiꝭ etiã in virginẽ & puerũ: indifferẽter tñ pro adulterio accipi solet.

Stuprum. Thyestis facinus. Quintilia. Vxor marito dixit appellatã se de stupro. & alibi. Furtiua stupra obijciat falso marito. Inde stuprare. & lex decẽ mẽsiũ cõtra stupratores masculorũ statuta: vt inquit Modestin⁹. Thyestes aũt filiã suã stuprauit Pelopeã & Europen seu Aeropẽ vxorẽ fratris Atrei. ergo impia ĩ domo stuprũ leuissimũ sit &c. Luẽ. pestis apta differentia. Pestis eñ repentinum malum & speciale. Lues cõmune vitiũ vt febris aliudve genus morbi. sed q̃uia ista confundantur hinc tamen cõijcitur pestem generalius q̃ luem.

ASCEN. ¶ Quid ora terres. Cũ superiora diceret, Megæra flagellum anguiferũ in eũ erexit: vñ dicit ad eã. Quid. i. ad qd. terres ora. s. mea, verbere. i. flagello, et ferox minaris. s. inijcere in me, totos angues? quos pro capillis habes: & pro flagelli chordis: quid agitas famẽ sup. meã, infixã medullis infimis? Cor sup. meũ, flagrat. i. ardet, incensum siti: & flãma flagrat visceribus perustis. q. d. nõ possum amplius tolerare famem & sitim immissam: & ita sequor. s. quo trahis me. Videns Megæra obsequentem, dicit. O, optãtis vox, diuide id est distribue nũc, furorẽ in totã domũ: ferantur. s. filij tui a furore, sic sic. i. omnino sic vt furor exigit: & infensi sitiãt. i. sitienter appetãt, inuicem suum. i. alter alterius cruorẽ. Dom⁹ s. tua, sensit introitus tuos: & ipa tota horruit id est cõcussa est horrore, contactu nefando. i. contra fas pernicioso: quia auus deberet nepotibus salutẽ afferre nõ perniciem. Actum est abũde. s. quod agi voluit hoc est satis furoris immissũ est: gradere. i. reuertere ad specus inferos: & ad amnem notum. s. apđ quẽ eaten⁹ poenas dederat: terrę grauanꝭ. i. nimis premunꝭ iam sede tuo moesto: cernis vt. i. q̃liter liquor. i. aqua, act⁹ introrsus. i. introuersus, linquat. i. destituat aridos, fontes. i. lac⁹ fontium: & vt ripæ vacent id est vacuæ sint aquis: & vt ventus igneus, sicut apud nos est aerius, ferat id est inferat, nubes raras? scilicet a corpore tuo manantes: & omnis

Quid ora terres verbere? & totos ferox
Minaris angues? quid famem infixã infimis
Agitas medullis? flagrat incensum siti
Cor: & perustis flãma visceribus. sequor.
Me. Nunc o furorem diuide in totam domũ:
Sic sic ferantur: & suum infensi inuicem
Sitiant cruorem: sensit introitus tuos
Domus: & nefando tota contactu horruit.
Actum est abunde: gradere ad inferos spec⁹:
Amnemq; notum: iam tuo moesto pede
Terræ grauantur. cernis vt fontes liquor
Introrsus actus linquat: vt ripæ vacent?
Ventusq; raras igneus nubes ferat?
Pallescit omnis arbos: ac nudus stetit
Fugiente pomo ramus: & qui fluctibus
Illinc propinquis Isthmos atq; illinc fremit
Vicina gracili diuidens terra vada:

Longe remotos latus exaudit sonos.
Iam Lerna retrocessit:& Phoronides
Latuere venę:nec suas profert sacras
Alpheus vndas:& Citheronis iuga
Stant:parte nulla cana deposita niue:
Timentq; veterem nobiles agri sitim.
En ipse Titan dubitat:an iubeat sequi:
Cogatq; habenis ire periturum diem.

arbos pallescit.i.pallida facta est: ac ram⁹ stetit nudus.i.vacuus: pomo fugiente.s.a contactu tuo:& isthmos.i.angustus locus terræ inter duo maris, qui fremit illinc atq; illinc.i.a duabus partib⁹:fluctibus propinquis.s.cũ alluentib⁹: fremit dico: diuidẽs vada vicina, terra gracili.i.stricta: lat⁹.i.amplus & extent⁹ lõgitudie, audit lõge sonos remotos.i.remotis locis ortos. Lerna pal⁹ apd Argos, retrocessit tã.s.vt fugeret a cõspectu Tãtali:& venæ Phoronides id ẽ Inachi fluuij ab Inacho Phoronei regis Argiuorũ filio dicti (Est itaq; longe petitũ epithetũ:& patronymicũ pro possessiuo positum, phoronides, pro phoronicæ) latuere.s.abscõditæ in venis terræ. Nec Alpheus flu. Helidis, profert.s. in apertum (Est autem ꝓprium ei fluuio occultare aquas suas: vñ Maro. Fama est huc Helidis amnem Occultas egisse vias subter mare &c.) suas vndas sacras: aut quia oẽs aquę fluentes sacrę: aut sacras Arethusę. Et iuga.i.cacuminibus vicina loca, Citheronis montis Baccho sacri, stãt.i.horrent, niue cana.i.albicante, nulla.i.non vlla, nõ deposita/ vlla parte:& agri nobiles timent veterem situm.i.ne propter desolationẽ & infrequentiã populi cõtrahant sitũ.i.lanuginẽ quãdã immundã.en ipse Titan.i.sol: dubitat an iubeat diem periturũ.i.quẽ scit periturũ, ne videat tãta scelera, sequi sup.se:& cogat habenis.i.p habenas quibus equos suos regit, ire.i.progredi. Hoc est tanta est diritas tua: vt s facie tua oia naturalia retrahant cursus suos. Personæ aũt hæ Tantali & Megærę quæ fictitia sunt, solum inuentæ sunt ad aperiendũ argumẽtum: nam amplius non sunt locuturæ.

¶ Quid ora. Tum furia incitabat eum Tantalum. Ideo dixit quid terres verbere, qd minaris serpentib⁹/ quos BERN. habes loco flagelli & scuticę. Quid famem. cum Tantalus semp afficiatur fame: maxime nunc furia suxit illam. Agitas. commoues. Flagrat. ardet. Incensum. perustum. Micat. desilit. Sequor. quid opus est, ꝙ me tantopere crucies o Megæra faciam quicqd velis:& sic coactus est Tantalus. Ferantur. ducanť odio.

Sensit. cum fuisti in domo: subito illa horruit.i.tremuit. Tactu. primo ingressu. Actum est. satis fecisti o Tantale cum aduentu tuo omnia perturbasti: modo redi ad locum pœnarum tuarum: quia terræ non possunt amplius ferre pręsentiam tuam: nam omnes aquę fugiunt:& siccanť arbores. Ideo dixit. Ripę vacẽt.i. vacuę sint. Raras nubes. spirantibus ventis calidis nubes rarę.i.sine pluuia desiccãt. Pallescit. albescit, ꝓpter calorem. Fugiente pomo.i.cadente fructu. Isthmos. terra angusta inter duo maria per sex milliaria in Isthmos. Peloponneso. Vicina vada.i.maria inter se proxima: a dextra est Ioniũ a sinistra Aegæum. Diuidens. separans. Gracili. stricta. Latus. Isthmos. Lõge remotos. qui lõge discesserũt: vt est natura maris crescentis & decrescentis. Lerna. palus argiuorum. nam Argos & Mycenę ciuitates fuerũt Atrei & Thyestis. Pho Lerna. ronides venæ.i.aquæ Inachi fluuij ab Inacho filio Phoronei regis argiuorum. Alpheus. fluuius est etiam Alpheus. Pelopõnesi Pisam vrbem præterfluens. Vnde Pisa alphea dicitur. Vergi. Hos parere iubent Alphee ab origine Pisæ vrbs Hetrusca solo. Profert. emittit foras. Iuga. cacumina Citheronis montis. Stãt. horrẽt: deposuerunt omnes niues ne tu haberes potum. Veterem sitim. ne iterum veniret tanta siccitas quanta fuit tempore Phaetontis. Argi nobiles. famosi. Titan. id est sol. non solum fontes te fugiunt: sed etiam sol.

Sequi.i.procedere. Periturum. futurum obscurum per te. Habenis. metaphorice dicit tanq̃ ducatur ab equis.

¶ Specus inferos. Satis & sup fecisti officiũ tuũ: nũc cessa & descẽde in infernũ ne vltra viuẽtium reb⁹ sis mo DANI. lesta. Specus apud Priscianũ notissimum est quadrifariam inflecti: hoc specus us, hæc specus us: hoc specus ris.& hoc specu u.a specio verbo antiquo declinatum. locus ex quo despicitur: teste Vulpiano. Alpheus. fluuius Helidis ita dictus: ꝙ eius aqua impetiginem tollit & fugat.

Choriambici Asclepiadei.
Chorus.

Argos de superis siquis Achaicum
Piseasq; domos turribus inclytas:
Isthmi siquis amat regna Corinthii:
Et portus geminos:& mare dissidens:
Si quis Taygeti conspicuas niues:
Quas cum Sarmaticus tempore frigido
In summis Boreas composuit iugis:
Aestas veliferis soluit Ethesiis:
Quem tangit gelido flumine lucidus

Argos de supis. Precatur Chorus ASCEN. deos & ꝓcipue Iouem & Iunonem vt futura scelera tã immania a Tãtali domo auertãt, dicens. Siquis de superis id est deorum cęlestium, amat Argos Achaicum id est quod est oppidum in Achaica regione: qd Iuno multum amauit. vnde ænei.j. Prima quod ad Troiã pro charis gesserat Argis. declinaẗ hæc argos, hi argi: sed argi ẽt ciues sunt.& siqs amat, domos piseas.i.pisæ vrbis, inclytas.i. gloriosas & nobiles turribus: vt Iuppiter: & siquis amat regna Isthmi Corinthij.i.corinthiaci: qui vt vidim⁹ iam, inter duo maria situs est: Ionium & Aegæum:& siquis de superis amat port⁹ geminos scilicet Corinthi: & mare dissidens i.diuisum & q̃si separatim sedẽs interiectiõe Isthmi: Si qs sup. amat niues cõspicuas.i.cõspicabiles & faciles visu, Taygeti mõtis iuxta

Ledęmonios: quas sup. niues cũ Borea sarmaticus. i. a Sarmatis flans: composuit tempore frigido, in summis iugis. s. mõtiũ: ęstas soluit. s. i aquas, Ethesijs. i. ventis aquilonarib⁹, veliferis. i. ad nauigationẽ aptis. Et sup. siquis de superis est: quẽ Alpheus lucidus. i. clarus: tangit flumĩe gelido: Alpheus inquã notus stadio olympico: qđ Hercules illic ad mensuram pedum suorum constituit: cũ ludos illic in honorem Iouis patris sui constitueret: sup. talis / quisquis est, aduertat. i. applicet numen. s. suum, placidum. i. benignũ & bene volens: & arceat. s. a domo Tãtali: ne alternę vices scelerum, redeãt. s. in domum dictam: & ne nepos deterior. i. min⁹ bonus, immo peior, vt Atreus vel Thyestes, succedat auo. s. Tantalo: & ne culpa maior. s. q̃ q̃ erat Tantali, placeat minorib⁹ id est posteris eius. Impia progenies Tantali sicci. i. ęterna siti cruciati, lassa id est satiata, exuat tandem impetus feros. Satis est peccatum scilicet a Tãtali domo. & est a verbo impersonali peccatur. fas nihil valuit id ẽ nihili habitum est: aut nefas commune, nihil valuit: quia impunitũ mansit. Myrtilus deceptor dominę scilicet Hippodamię filię Oenomai cuius currũ corrupit, prodit⁹. s. a Pelope, occidit. i. perijt: & vect⁹ quasi in curru quo dominã fefellit fide quam tulerat. s. dominę, hoc est nulla, sed fraude: reddidit pelagus nobile. i. insigni fama, nomine mutato: quia myrthoũ a Myrtilo dicitur. Nulla fabula est notior nautis aut nautis, seu nauibus: vt sit continens pro cõtẽtis. Paruulus nat⁹ scilicet Pelopa filius Tãtali, exceptus scilicet a patre nõ vlnis sed gladio impio, dum currit ad osculum patrium id est paternum. concidit victima immatura focis, quos lares colunt: & o Tantale ipe est diuisus tua dextra: vt sic dijs apponatur: vt strueres scilicet ex corpore filij, deis. s. ad conuiuium inuitatis, hospitibus. i. a te hospitio susceptis, mẽsas. s. ciborum. fames ęterna, sequitur. i. psequitur ad inferos, vsq; hos cibos. s. filij deis appositi: & sitis ęterna prosequtur hos cibos: nec pœna decentior. i. cõuenientior potuit decerni. s. a iudice inferno, dapib⁹ feris. i. inhumanis: ita vt qui dijs immanes cibos apposuerit: ipe nullos nãciscat. Tãtalus stat. s. apđ inferos, lusus. i. elusus, gutture vacuo: quia visus est sibi interdum bibere cum flumina fugiant: & praeda fugacior auibus Phineis. i. harpyjs rapacibus mẽsam Phinei fœdãtibus: impendet plurima capiti noxio s. Tantali: hoc est poma pulcherrima & fragãtissima demissa ad nasum aut ad labra vsq; Tantali statim vt ea attingere conatur retrofugiunt: vt harpyię apud Vergiliũ ęnei. iij. Sed neq; vim plumis vllam: neq; vulnera tergo Accipiunt: celeriq; fuga sub sidera lapsę. Arbor. s. pomifera incubat id est incumbit in caput Tantali, hinc illinc id est ab hac & illa parte: frõdib⁹ grauidis id est ramis oneratis pomis cum frondibus. & curuata fœtibus suis. s. pomis, ac tremens quasi excutere volens poma alludit. i. quasi p ludũ simulat velle imittere poma sua hiatibus. i. aperturis

Alpheus stadio notus olympico:
Aduertat placidum numen: & arceat:
Alternę scelerum ne redeant vices:
Nec succedat auo deterior nepos:
Et maior placeat culpa minoribus.
Tandem lassa feros exuat impetus
Sicci progenies impia Tantali.
Peccatum satis est: fas valuit nihil:
Aut commune nefas. proditus: occidit
Deceptor dominę Myrtilus & fide
Vectus qua tulerat nobile reddidit
Mutato pelagus nomine: notior
Nulla est Ioniis fabula nauitis.
Exceptus gladio paruulus impio
Dum currit patrium natus ad osculum:
Immatura focis victima concidit:
Diuisusq; tua est Tantale dextera
Mensas vt strueres hospitibus deis.
Hos ęterna fames prosequitur cibos:
Hos ęterna sitis: nec dapibus feris
Decerni potuit pœna decentior.
Stat lusus vacuo gutture Tantalus:
Impendet capiti plurima noxio
Phineis auibus pręda fugacior:
Hinc illinc grauidis frondibus incubat:
Et curuata suis fœtibus: ac tremens
Alludit patulis arbor hiatibus.
Hęc quis auidus nec patiens morę
Deceptus toties tangere negligit:
Obliquatq; oculos: oraq; comprimit:
Inclusisq; famem dentibus alligat.
Sed tunc diuitias omne nemus suas
Demittit propius: pomaq; desuper
Insultant foliis mitia languidis
Accenduntq; famem: quę iubet irritas
Exercere manus: has vbi protulit
Et falli libuit: totus in arduum

Autumnus rapitur:syluaq́ꝫ nobilis.
Instat deinde sitis non leuior fame:
Qua cum percaluit sanguis: & igneis
Exarsit facibus:stat miser obuios
Fluctus ore vocans:quos profugus latex
Auertit:sterili deficiens vado:
Conantemq́ꝫ sequi deserit:hic bibit
Altum de rapido gurgite puluerem.

oris Tantali,patulis pro patentibus. Tantalus q̄uis auidus.s.cibi,nec patiens morę.i.dilationis cibi:tamen supplex ipe deceptus toties,negligit.i.contemnit,tāgere hęc.s.poma & obliquat.i.flectit deorsum oculos: & cōprimit ora ne erigant:& alligat.i. astringit famē dentib⁹ inclusis.s. intra labra,pro eo qd est iclusam dentibus.Quia ergo interdū os claudit dixi patulis pro patentibus. Sed qñ contemnit poma,omne nemus.i. ois arbor fructifera,demittit ad labra vsq́ꝫ Tantali,diuitias suas.i. foetus suos: & poma insultant desuper,mitia.i.matura,folijs lāguidis:& ita eas nondiu vt videtur retenturis: & accendunt, id est acriorem faciūt,famē: quæ.s.fames,iubet:immo compellit Tātalum exercere manus irritas.i.eas iterum ad poma fugacia extendere: vbi.s.postq̄ Tantalus protulit has.s.manus suas, & lusit.i.sustinuit falli.s.a pomis,totus autumnus.i. vis tota pomorum,quorū messis nobis in autumno est:& pro id est sylua nobilis.s. ob poma, rapitur in arduū.i.locū altum & Tantalo inaccessibilem. Deinde sitis non leuior fame,instat.i.tentare incipit Tantalū:qua.s.siti,cum sanguis percaluit:& exarsit facibus igneis quas furiæ admouent,ipse stat miser.i.miserandus, vocās ore.s.aperto,fluctus obuios.i. se offerre visos : quos.s. fluct⁹ latex profugus.i.aqua semper ab ore eius declinans,auertit.s.ab ore eius,deficiens.i.esse desinens,vado sterili.i. sicco alueo:& deserit Tantalū conantē sequi:& cū aquā nō inuenit,ipe bibit hic altum.i.densum puluerē.i.arenam puluerulentam,de gurgite rapido.i.vbi paulo ante viderat gurgitē aquarū rapidum. vnde mirabilis est Tantali cruciatus: quem fabulosum fatemur:sed non multum absimilē cruciatui diuitis epulonis guttam aquæ adhuc implorantis frustra.



Rgos. Dictū est ꝙ domus Tātalea veniebat in furorē. Vñ ibi chorus cantat:& rogat deos, vt tanta scelera auertant:quia nimia fuerunt mala Tantali, vt non velint alia fieri. In primis dicit si quis ē deus q amet hęc regna prohibeat tantum nefas: & sic textus pendet vsq́ꝫ infra Auertat. Versus est A sclepiadeus choriambic⁹. Prim⁹ pes est spōdeus. Duo sequētes choriābi. Vltim⁹ pyrrichius: vel pōt icāti mō pētametri deficiente cæsura. Argos achaicū.grecū. Portus gemios.alter i Ionio,alter in ęgeo. BERN.
Dissidēs.diuidens. Cōspicuas.quasi nobiles. Taygeti.mōs est ꝓpe Lacedemonios nō lōge a Mycenis vbi niues tpe hyberno defluūt:& tpe veris liquefiunt spirantibus Ethesijs ventis. Boreas sarmaticus.flans a septentriōe vbi sunt Sarmatę populi. Cōposuit.cōgregauit. Iugis.collibus. Ethesijs.Ethesię flatus aquilonij spirant añ canis ortū : & appellant̄ ꝓdromi:post exortū constantius perflant & appellant̄ Ethesię:qui nisi esset canicularis ardor agros exureret. Orit̄ āt canis sexto Calēdas Augusti:occidit idib⁹ octobris: quo tpe cessare incipit nauigatio. vñ Cicero in epl'a. Nisi me Ethesię remorabuntur. ibi m̄ videt̄ posuisse ventos nauigantibus fauentes: q a meridie veniētes tertia pte diei oriunt̄ & nocte occidūt: vt author est Ply. Iō dixit velifera : ferētibus vela. Quē. & si quis est q Alpheū amet auertat ab ijs malis. Lucidus. purus. Notus. famosus. Stadio olympico.certaminibus q̄ fiebāt in honorē Iouis apud Olympū monte & Elidē ciuitatem.
Auertat numen.hoc est oēs dij qui amant hęc loca succurrāt:ne fiat tm̄ scelus. Arceat.remoueat. Ne alternę vices. ne alternatim se malis contaminēt. Nepos.singulare ponit pro plurali.i. Atreus & Thyestes nepotes. Auo.Tantalo. Maior.i.maiorū.minores hoc est posteri nō debēt sequi mala furorū maiorū. Lassa.fatigata scelerib⁹. Sicci.semp sitientis, vt supra dixim⁹,ei⁹ pœnā. Peccatū. verbū est impsonale. Fas. ius religionis,& pietatis. Nefas.scelus nil valuit:quare inter illos cōmissa sunt ingentia scelera. Cōe.s. vtriusq́ꝫ:alter adulteriū,alter homicidiū i nepotes pegit. Proditus.decept⁹. Occidit.perijt. Myrthil⁹. appositiue deceptor. Dominæ.s.Hippodamiæ q̄ fuit filia famosissima Oenomai Elidis & Pisę regis:q̄ cum a pluri- Myrthilus.
mis in matrimoniū peteret̄ legē hāc illis posuit pater: vt q illā vellet cum ea certaret, victusq́ꝫ capite truncaretur: victor illa potiretur.cuius legis causam posuit Diodorus lib.ij.dicēs. Oraculo responsum esse regē mo- Hippoda mia.
riturum cum filia eius nuberet. Itaq́ꝫ equorum cursum instituit a Pisa ad Neptuni Arā q̄ est apud Isthmū corinthi.cursus erat eiusmodi. Oenomaus arietem Ioui sacrificabat:q virginē postulabat quatuor equorū ferebatur curru. Oenomaus cursu sequebatur precedentē aurigante Myrthilo.assequutum hasta quam gestabat manu interficiebat. Vnde dixit Papinius. Et Oenomai fremitum audire sequētis. hoc pacto cū plures equorum velocitate peremisset: Pelops Tantali filius qui Pisam accesserat visa Hippodamia id cupiens cōnubiū Myrthilū regis aurigā corrupit. Nam illi ꝓmiserat si se victorē faceret:primū Hippodamiæ concubitū daturum.quare axē rotę plūbeū Myrthilus currui Hippodamiæ ędificans cursu dissolutus Pelopē victorē reddidit:q̄ ex re dolore act⁹ Oenomaus existimās aduenisse respōsi tēpus mortē sibi cōsciuit: Pelopa vero sumpta Oenomai
vxore Hippodamia illius regnū tenuit: sed cū ab illo Myrthil⁹ pacta reposceret, in mare ꝓiectus & submersus exitus.
est. vnde nomē mari dedit. vna pars est maris Aegęi quod Myrthoum appellatur. Horatius primo carminū Myrthoū
Myrthoum pauidus nauta secet mare. Fide.scilicet falsa. Vectus.ductus. & alludit ad currum. Nobi- mare.
le. famosum. Nomie mutato.nam illa pars maris Aegęi: vt diximus, dicta est myrthoū mare vbi submersus ē Myrthilus. Nulla fabula.oēs nautę trāseūtes dicunt hic est locus vbi Myrthil⁹ mersus fuit. Except⁹. insidiose interfectus. Paruulus. Pelopa filius.ibi ponit scelus Tantali,de quo supra dictū est: filium Pelopē ab eo interfectum dū curreret ad osculum patris, dijs epulandum dedit: ideo ipe punitur perpetua fame & siti. Victima.ille Pelopa mactatus. Immatura.ante tempus. Diuisus.dilaceratus. Tua dextera.habet emphasim: quasi patris, q tantā impietatē ausus ē. Hos cibos.scilicet filij. Feris. crudelib⁹ decenti. Stat. describit pœnā ipius Tātali. Noxio capiti.scelerato. Prędа.poma. Fugacior.q̄ fugiūt ad ꝓdēdū Tātalum.

Harpyæ. Phineis auibus.q̄ mensas Phinei regis Arcadiæ s dijs excæcati q̇ ꝓpter nouercam filios occiderat, fœdo tactu maculabant: nec illas capere, aut occidere poterat volantes.iō dixit fugacior. quare celerius fugiūt illa poma q̄ nō euolabāt illę sues Phinei: de quo diximꝰ in Hercule. Incubat.imminet. Grauidis.plenis. Fœtibus.pomis. Hiatibus. Tantali qui auiditate magna spericbat os, nec illa carpere poterat. Obliquat.flectit ad illa poma oculos ex desiderio. Cōprimit.claudit. Alligat.frenat. Inclusis dentibus.i.ore clauso.
Sed tūc. arbor quādo videt q̇ nō curat, iterū se inclinat ad os eius. Nemꝰ. oēs rami arboris. Diuitias. poma. Propius. vicinius: ad vultū. Folijs languidis.demissis, & nō se mouētibus: videt q̇ velint illum expectare. Insultant.illi se offerunt. Quæ.s.fames. Exercere.fatigare. Irritas.quia non potest capere. Vbi postq̄. Has.s.manus. Protulit.extendit. Et libuit falli.q̄q̄ bene scit q̇ non poterit capere, tamen experiri volebat. Autūnus.oia illa poma: quia illo tpe oēs fructus sunt maturi. Rapitur.celeriter mouet. In arduū.in altū. Sylua.rami arboris. Mobilis. quæ est in motu. Sitis instat.vrget: torquet nō minore pœna sitis q̄ famis. Fscibus.quia sitis illa tanq̄ fax sitibunda torret eū. Fluctus. vocat aquā vt possit bibere. Latex.aqua.interdū dicit vinū. Auertit.fugat. Sterili.quia non dat illi potum. Hic.i. tunc.quando inclinat se: vt possit bibere: tunc aqua fugit & puluerem capit ore pro aqua. Altum.ꝓfundum.qui in fundo manet. Rapido.fugaci. Gurgite.aqua.

DANI. ¶ Argos. Deflet chorus neqtiā domꝰ Tātaleæ rogās supos tātā pniciē ab eadē remoueāt.deīde duo affert in mediū exēpla ifelicitatis ipiꝰ domꝰ.Carmē coriābicū Asclepiadeū, q̄le Mecœnas atauis &c. Stadio olympico.dictio greca το σαδιον απο της στασεως.i.a statione: quia Hercules vno spiritu confecto hoc spatio cōsisteret.fecit aūt Hercules Pisis iuxta olympū stadiū.i.curriculū longū ducentos pedes.& cōtinet stadiū octauam partē mille passuū.Romani prius determinabant spaciū terræ per miliaris postea per stadia. Mēsis.Tātalus epulantibus dijs quos hospitio susceperat Pelopē apposuit: sola ceres cōsumpsit humerū qui postea ex ebore illi restitutus est.inde Ouidius vocat eburnū Tantalidē secundo tristiū libro.Quid nisi Tantalidea agitante cupidine currus Pisæā Phrigijs vexit eburnus equis.cuius rei mentio paulo superius patet.

ASCEN. Gnaue &c. Quæ in hoc secundo actu habent videnī ex historia deprōpta: supiora autē mere fictitia. Ordo est.O Ignaue (inqt Atreus Tyrannus ad seipsum).i.sine opera & industria, iners sine arte, eneruis.i.sine neruis, hoc est viribus: & (quod reor maximū probrum i.dedecus, tyranno.i.ei qui tyrānū agit, in rebus summis.i.ad tyrannidē & denominationē spectantibus) inulte.i.qui nondū vltionē accepisti de fratre: tu agis iras q̄stubꝰ.i. querelis vanis post tot scelera.s. fratris tui: post dolos fratris: q cōiugē corrupit & aureū vellus abstulit: & post omne fas ruptū, p incestū fratris: &.i.& tū cū muliebriter quereris, totū Argos debebat iā fremere tuis armis: & ōis classis.s. tua, debebat iam inire mare geminū s. Argęū & Ioniū: decuit iā agros & vrbes lucere flāmis tuis.i.ignibꝰ a te & tuis immissis, ac ferrū strictū.i.enses nudatos, micare.i. resplendere vndiq; id est ex omni parte. quod cum ita sit, tota tellus argolica sonet id ē fac vt sonet, nostro equite id est equitatu nostro hinnitu equorū. Syluę non tegāt.i. ꝓtegant hostē, nec arces.i.castella & munitiones, structæ sup.in altis iugis montium tegant supple hostem: totus populus canat bellicum id est vocet ad arma, Mycenis relictis id ē egressus vrbe regia: quisquis id est quicunq; tegit id est abscondit, ac tuetur id est defendit, caput inuisum id est fratrem Thyestem: quem vt inuidentibus moris est non dignatur nominare: occidat id est perimatur & cadat in mortem, clade funesta. Hæc ipsa pro qua certatur, pollens id est potens, domus Pelopis scilicet patris nostri, inclyti id est gloriosi & clari, ruat id est cadat, vel id est etiam in me: dummodo ruat in fratrem. Ea est natura inuidi vt sibi nocere velit quo inuiso incōmodet: vt graphice exprimit Apologus Aesopi: de inuido & auaro: quibus cum Iuppiter optionem annueret: priorq; ausus optaret: vt duplum haberet eius quod inuidus peteret: ille

ACTVS SECVNDVS.
Trimetri Iambici.
ATREVS. SERVVS.

Gnaue: iers: eneruis: & (quod maximum
Probrum tyranno rebꝰ in summis reor)
Inulte: post tot scelera: post fratris dolos:
Fasq; omne ruptum: questubus vanis agis
Iras: & Argos fremere iam totum tuis
Debebat armis: omnis & geminū mare
Innare classis: iam tuis flammis agros
Lucere & vrbes decuit: ac strictum vndiq;
Micare ferrum, tota sub nostro sonet
Argolica tellus equite: non syluę tegant
Hostem: nec altis montium structę iugis
Arces: relictis bellicum totus canat
Populus Mycenis: quisquis inuisum caput
Tegit: ac tuetur: clade funesta occidat.
Hæc ipa pollens inclyti Pelopis domus
Ruat vel in me: dummodo in fratrem ruat.
Age anime: fac quod nulla posteritas probet
Sed nulla taceat: aliquod audendū est nefas

Atrox:cruentum:tale quod frater meus
Suum esse malit.scelera non vlcisceris:
Nisi vincis:& quod esse tam sæuum potest
Quod superet illum?nunquid abiectus iacet?
Nunquid secundis patitur in rebus modum?
Fessis quietem?noui ego ingenium viri
Indocile:flecti non potest:frangi potest.
Proinde ante q̃ se firmet aut vires paret:
Petatur vltro ne quiescentem petat:
Aut perdet aut peribit:in medio est scelus,
Positum occupanti.Ser.fama te populi nihil
Aduersa terret?At.maximũ hoc r̃gni bonũ ẽ:
Q᷑ facta domini cogitur populus sui
Q᷑ ferre:tã laudare.Ser.quos cogit metus
Laudare:eosdem reddit inimicos metus.
At qui fauoris gloriam veri petit:
Animo magis q̃ voce laudari volet. Atr.
Laus vera & humili sæpe contigit viro:
Non nisi potenti falsa.quod nolunt velint.

ne inuisum beatiorem se videret,petijt alterũ sibi oculũ erui: vt auaro inuiso eruat̃ vterq;. Age aie:hortatur seipsum ad isigne flagitiũ: fac qđ nulla posteritas ꝓbet.i. approbet: sed nulla taceat: aliquod scelus atrox,cruentum, & sup.tale: qđ frater meus malit esse suũ.i.qđ malit in me fecisse:q̃ a me accepisse:est audendum.i.audacter faciendum:tu non vlcisceris scelera:nisi vincis.i. maiora scelera cõmittis: & quod scelus potest esse tam sæuum qđ superet illum.i.illius,hoc est fratris scelus?nunquid ipse scelestus,iacet abiectus?q. d. minime: quia regnat. nunquid patitur.i. admittit modum,id est moderationem & mensuram in rebus secundis.i.prosperis? & nunquid patitur rebus fessis quietem?q.d.minime. Ego noui ingeniũ viri indocile:non põt flecti:potest rumpi: vt res durissima.proinde.i.& ideo anteq̃ ipse firmet se,aut paret.i.comparet vires:petatur.i.iuadatur armis vltro.i.a me quẽ nondum armis petit:ne petat me quiescentẽ. Ipse aut perdet sup. me : aut peribit. s. armis meis.scelus est positum in medio, occupanti .i. vt cedat occupanti.i. pręuenienti: q.d.aut perimere aut perimi necesse est: nisi pemero, qđ pręueniendo facere possum,perimar. Ad hęc seruus (qui inducitur prudentior tyrãno: vt moraliter innuat,tyranni conditionem deteriorem esse seruili) conatur dominũ ad humanitatem reuocare,dicens. Fama populi aduersa, id est diffamatoria,nihil terret te,id est vereris ne a populo male audire? Ad hoc Atreus. Hoc est maximum bonum regni: etiã tyrannici : ꝙ populus cogitur tam laudare facta domini sui q̃,id est quantum ferre.i.pati. Ad hoc Seruus. Quos metus cogit laudare:eosdem reddit metus inimicos.at,id est sed, is supple qui petit gloriam fauoris veri & non simulati aut ficti: volet magis laudari animo,scilicet populi q̃ voce. Ad hoc Atreus eleuans laudem etiam veram dicit. Laus vera cõtigit sæpe,et.i.etiam,humili viro:falsa sup.laus,non sup.contigit nisi potenti:per quẽ sup. homines, velint.i. velle coguntur qđ nolunt. vel:& ideo populi mei, velint,id est opto vt velint.i.se saltem simulent velle: quod nolunt.

Ignaue. Hic est secundus actus in quo introducuntur nouæ personæ: & tractatur deliberatio vindictæ Atrei contra Thyestem fratrem:& disputat hanc rem cum consiliario suo. Ille autẽ seruus hortatur dominum ad honestatem:at ille respondet,tanq̃ crudelis,contra omnem æquitatem. Itaq; in principio secum loquens Atreus redarguit seipsum:ꝙ sit tardus ad vindictã dicẽs sibi ipsi. Tu ignaue iã debuisses parasse classem cõtra fratrem & suos. & ibi seruat decorum poeticum dum persona crudelis crudeliter loquitur. Ignaue.ab in qđ est non:& gnauꝰ:qui dicitur strenuus & celer:a naui ductũ qñ currit secũdo fluctu. BERN.
Iners.quantũ ad corpus. Probrũ. dedecus. Tyrãno. vt tu:qui non fecisti vindictam. Quod.s.esse inultum. Summis.in magna potentia. Agis.exerces iras tuas tantummodo verbis: cum frater tuus fecerit factis. Questibus.lamẽtatiõibꝰ. Vanis.sine effectu. Ruptũ.postq̃ violauit pietatẽ contra fratrẽ. Fremere.resonare:iam debuisses cõcitasse totã ciuitatẽ cõtra eũ. Geminũ mare.Ioniũ & Aegęũ: quorũ ipsi erãt domini. Iam lucere. cõburere:iam debebas incendere vrbes & syluas. Strictum.nudatum.quando loquimur de ferro stringere & distringere est nudare,& euaginare gladiũ. Micare.splendere. Equite. singulare ꝓ plurali.i.vt tota ista tellus resonaret equitibus. Non syluæ.iam sit tanta mihi potentia: vt ille non possit se occultare in ciuitatibꝰ:neq; in syluis. Iugis. collibꝰ. Mycenis.ciuitate: vbi isti regnabant. Bellicũ.pro bellice: sicut triste & lęte. Tegit.occultat. Caput.hominem Thyestem. Inuisum.quẽ habemꝰ odio. Occidat. ci,syllaba breui.i.moriatur:& sic quicunq; fratrem defendent, ille mihi hostis erit. Hæc ipsa. etiam si ipse occultaretur in domo nostra faciam ipsam ruere,etiam supra me.nã sum contentus mori:dummodo frater meus moriatur. Inclyti Pelopis.gloriosi patris mei. Pollens.excellẽs. Vel.etiam. Age.aduerbium exhortantis: seipsum incitat ad peragendum tantũ malum. Age anime.i.cape vires & aude. Posteritas.sequens ætas omnis. Nõ probet.nõ laudet,sed nõ taceat. Atrox. detestabile.opus est ꝙ facias maius scelus cõtra fratrem q̃ ille contra te fecerit: si vis,te de eo vindicare. Esse suum.quod ille doleat se non fecisse contra me.
Vincis.faciendo maius scelus. Nunquid.vides ꝙ nunq̃ potest domari vlla fortuna: si in aduersis,malum machinatur: si in prosperis, superbus efficitur. Abiectus. in aduersis positus. Iacet.deprimitur:quasi dicat non. Secundis.prosperis. Modum.mediocritatem,& facilitatem:quasi dicat non habet modestiã: sed semper superbus. Quietem. vacationem:nunq̃ cessat ꝓpter longos labores. Ingenium. naturã. Indocile. indomitum. Viri. Thyestis. Flecti.mutari nullis precibus, aut aliquo mõ:sed vi sola potest superari. Proinde.ergo anteq̃ sumat vires volo eum opprimere. Petatur.inuadatur. Vltro.me incipiẽte.melius est vt sui

gam contra ipsum priusq̃ in me surgat. Quiescentem.s.me ociosum.aut. Perdet.s.me.aut. Peribit.ipse morietur. In medio.cõi.ita potest incipere,quemadmodũ ego:sed qui incipiet meliorē partē habebit. Occupanti.prius incipienti. Fama aduersa.mala. seruus audiens hæc exhortatur dominum ad ęquitatē. Maximum. Tyrãnus hoc bonũ habet:siue bona, siue mala faciat,populus cogif pati & laudare. Regni.i.regis. ℭ.pro q̃tũ. Quos cogit.notabilis est ista sententia. Laus vera. Atreus respõdet. Ista est laus quã habent etiam infimi qui virtuose viuunt:sed magnum est mala agere & laudari: qđ soli tyranno contingit. Humili. infimo. Velint.cogantur velle.

DANI. ℭIgnaue.Tertium carmen Trimetro iambico interposito dimetro anapęstico catalectico constans. Secundi actus initium est. Atreus & seruus collocutores. Hic in Thyestem fratrē grassari deliberat seipsum ad formã sceleris componens. Ille contra dissuadet famę conseruandæ ratione admonitus. At Argos. nõ erat lachrymis sed manu sedanda ira:quin tota gręcia armis cõcitaref:& domus Pelopis aut in meũ aut in fraternũ caput deberet ruere. Argos.nũero vnitatis neutrũ ē:multitudinis masculinũ.inde Argiu' & Argolicus declinata.

ASCen. ℭRex velit. Respõdēs Seruus & ostēdens posse fieri: vt populus eadem velit quę rex:dicit. Velit.i.fac velit: aut dummodo rex velit honesta:nemo non.i.totus populus volet eadem quæ.s.rex:quia honesta.Honestum enĩ trahit oēm animũ non deprauatum in amorē sui.Ad hoc tyrannus. Vbicũq;.i.in quocunq; loco,tantum.i.dumtaxat honesta,licent.i. permittuntur dominanti:ibi sup. regnatur.i. regnum exercetur: precario.i.quasi per p̃ces. Ad id seruus.Vbi nõ est pudor: nec cura iuris nec sanctitas.s.vitæ:nec pietas.s.i deum: nec fides.i.fidelitas in homines:ibi sup.regnũ est instabile. Atreus. Sanctitas,pietas, fides, sũt bona priuata.i.priuatorum & non regum. reges eant.i.ingrediantur sup.ea via,qua iuuat .i.delectat eos.Nefas &c. Seruus non seruiliter sed ingenue tyrannum ad sanctiora consilia hortatur dicēs.Puta.i.existima nefas sup. esse:nocere fratri, vel.i.etiam malo.Cõtra qđ Atreus.fas est in illo:quasi dicat: tam crudeli hoste vt frater vocari nõ mereaf:qcq̃d nefas est i fratre.i.si fiat cõtra fratrē.quapropter puto verã lectionē esse in illũ & in fratrē/in accusandi casu:non enĩ vult dicere fas aliquod eē in illo:sed fas esse vt fiat in illum.i. cõtra illũ: quicquid nefas est in fratrem.i. vt fiat in eum qui se fratrē agit: qđ iste non facit. Quid enĩ reliquit intactũ crimine? q.d. nihil:nec domũ nec cõiugē/nec penates/ nec regnum. aut vbi .i.in qua re aut in quo loco: pepercit sceleri.i. parce cõmisit scelus aut abstinuit scelere? q.d. nusq̃.quia abstulit coniugē.s. Aeropen, stupro.i. per stuprum incestũ: & abstulit regnũ furto.i.arietem aureo vellere in quo stabilitas regni/ sustulit: & est adept' fraude antiquum specimen.i.approbamētum & insigne imperi pro imperij:& turbauit domũ.s. meã fraude, corrupta.s.coniuge. Aperit autem qđ obscure tetigerat: vtpote qualiter furtum cõmiserit Thyestes dicens. Pecus nobile.i.grex nobilium arietum,est i altis stabulis Pelopis. q.d.patris nostri:aries.s.quidam,arcanus .i.arcte custoditus, est ductor gregis opulenti, id est vnde multę accumulari possent opes. Coma.i.vellus dependet per oĩne corpus huius.s.arietis auro infuso.i.auricomum habet vellus: e cuius tergo.i. tergi villis aut vellere aureo,noui reges Tãtalici.i.a Tãtalo originē trahentes gerunt sceptra aurata. Possessor huius.s.arietis auricomi, regnat. Fortuna tãtæ domus sequitur hunc.s. possessorē: quia qui thesaurũ regni habet facile milites & popularem animum sibi conciliat. ipse sup.aries/ sacer,quia imperij arbiter, carpit prata tuta in

Ser. Rex velit hõesta:nemo nõ eadē velit. A.
Vbicunq; tantum honesta dominanti licent
Precario regnatur. Ser. vbi non est pudor:
Nec cura iuris:sanctitas: pietas:fides:
Instabile regnũ est. Atr. sãctitas: pietas:fides
Priuata bona sunt:qua iuuat reges eant. Ser.
Nefas nocere:vel malo fratri puta. Atr.
Fas est i illum: quicquid in fratrem est nefas.
Quid enim reliquit crimine intactum? aut vbi
Sceleri pepercit? coniugem stupro abstulit:
Regnumq; furto:specimē antiquum imperi
Fraude est adeptus:fraude turbauit domum.
Est Pelopis altis nobile in stabulis pecus:
Arcanus aries ductor opulenti gregis.
Huius per omne corpus infuso coma
Dependet auro: cuius e tergo noui
Aurata reges sceptra Tantalici gerunt.
Possessor huius regnat:hunc tantæ domus
Fortuna sequitur. tuta seposita sacer
In parte carpit prata: quæ cludit lapis:
Fatale sacro pascuum muro tegens.
Hũc (facinus ingēs ausus) assumpta in scel⁹
Consorte nostri perfidus thalami abuehit.
Hinc omne cladis mutuæ fluxit malum.
Per regna trepidus exul errauit mea.
Pars nulla nostri tuta ab insidiis vacat:
Corrupta coniunx:imperi quassa est fides.
Domus ægra:dubius sanguis est: certi nihil:
Nisi frater hostis. qđ stupes? tandem incipe:
Animumq; sume Tantalum & Pelopen aspice.

Ad hæc manus exempla pascuntur meæ.
Profare dirum qua caput mactem via. Ser.
Ferro peréptꝰ: spiritum inimicũ expuat. Atr.
De fine pœnæ loqueris: ego pœnam volo:
Perimat tyrannus lenis: in regno meo
Mors ípetrat? Ser. nulla te pietas mouet?

parte seposita.i.separata a grege: quę.s.prata, lapis cludit.i.secludit tegẽs pascuum fatale, muro sacro. Thyestes sup. ausus facinus ingens aduehit legã abuehit.i. a nobis vehendo aufert: hunc.s.arietem: perfidus: vt pote cõsorte thalami nostri.s. Merope aut Aerope: assũpta in scelus: vt scilicet socia sceleris. Oẽ malum cladis, id est calamitatis, mutuę, id est quam vterq; in alterum molimur: fluxit hinc id est ex hac dicta iniuria fratris in me. ipe cũ exul errauit trepidus, id est anxius & tremens prę timore: per regna mea, id est quę tunc tenebam: nulla pars nostri, nec mei nec ipsius vacat, id est vacua est curis, tuta ab insidijs. quia vbiq; tendimus vterq; in alterum insidias. Cõiunx.s. mea iam dicta, corrupta sup. est fides imperi pro imperij .i. sancta promissio vt alternis annis regnemus, est quassa, id est concussa aut cassa, id est euacuata & annihilata: domus, .i. familia, est ægra: sanguis.i. hęres sanguine nostro, est dubius.i. incertus: vtrius sit: nihil certi sup. est mihi nisi frater hostis. & ideo o Atreu (alloquitur enim seipsum exhortando) quid stupes.i. vt stupidus hæsitas? incipe tandem.s. aliquid viriliter agere: & sume animo Tantalũ.i. factum tantali aui tui, qui Pelopẽ filium suum dijs epulandum apposuit: & aspice.s. oculis mentis, Pelopem qui appositus est dijs coctus a patre. omnes autẽ dij abstinuere prę ter Cererem quę humerum exedit: loco cuius dij illi restituerunt humerũ eburnũ: vnde illud Maronis. Humeroq; Pelops insignis eburno. in qđ Seruius dicit Cererem significare terram quæ præter ossa corpus vorat. Manus meæ pascuntur.s.a me: ad hæc exempla.i. vt expleant similia facinora: & filios non deis sed patri epulandos apponãt. Profare.i. proloquere o serue, qua via.i. ratione & medio, mactẽ dirũ caput.s. fratrem. Respondet seruus. Ipse peremptus.s. si peremeris eũ ferro.i. gladio, expuat.i. quasi rem fœdã eijciat ex ore, spiritum inimicũ, & ita non amplius exercuerit tecum inimicitias: quia nulli grauis est percussus Achilles vt postmodũ dicturus erat Iuuenalis. Atreus autẽ non contentus morte fratris dicit: tu loqueris de fine pœnæ: quia mors vltima linea rerũ est: ego volo.i. exquiro pœnã .i. diuturnũ cruciatũ fratris: tyrannus lenis.i. is qui mitior est tyrannus, perimat.s. hostes suos.i. simul & semel deleat: deinde per indignationem quærit: impetratur.s. precibus & gemitibus mors in regno meo? hoc est putas q; in regno meo tantum beneficij faciam vt semel interimam? Seruus itaq; crudelitatem eius intelligens rogat. Nulla pietas mouet te: vt ne mori quidem concedas?

¶ Nemo non.i. omnis. Eadẽ.s. honesta. Vbicũq;. quando vnus rex non audet nisi secundum leges est subditus legibus quemadmodũ alij qui seruiunt. Precario.i. concedentibus. alijs qđ verbum est apud iuriscõsultos. Vbi non est pudor.i. reuerentia honestatis & infamię timor. Sanctitas. non violare aliquẽ. Pietas. in deos & patriam amor. Fides. quæ est fundamentũ iustitiæ: vt vult Cicero: quę omnem ciuitatem & societatem continet. Instabile. nõ durabile. Sanctitas. Atreus respondet. Ista sunt bona priuatorũ hominum qui nullã habent potentiã: sed reges eant.i. faciant quæ placent sibi. Qua. ea parte qua. Nefas. dicit seruus q; da cet esse pium fratrem. Atreus respondet q; oia mala meretur enumerãs iniurias quas ab illo accepit: vxorem stupratã: arietem aurei velleris abductũ. de quo fatatum erat apud quem esset: illum regnaturum. Vel malo. & scelerato. Regnũ. arietem: cãm regni. Specimen. ornamentum. aliquãdo pro argumento ponitur: & est signũ alicuius rei: vt specimen virtutis. Arcanus. secretus: appositiue. Pecus. quicquid caret humana effigie. Ductor. dux gregis. Cuius.s. arietis. Noui. reges de nouo facti. Possessor. qui habet hũc, regnat. Fortuna.i. status. Sacer. propter fatum qđ est in ipso: nã possessorẽ regnare facit. Carpit. pascit. Tuta. secura. Seposita. seclusa. Quę.s. prata. Lapis. murus. Sacro. cõsecrato, ad fatum conseruandũ. Hũc. s. arietẽ. Thyestes violata vxore mea illũ secũ duxit. Consorte nostri thalami.i. vxore. Assumpta. adiuncta sibi. In scelus. in furtũ faciendũ. Hinc. ab isto furto. Mutuæ. quã fecimus vicissim. Fluxit. venit: descedit. Exul. recedens ab vrbe. Pars. tu vides oia mihi suspecta esse: nescio an filij sint mei an Thyestis: vnum solũ certũ habeo q; frater est mihi hostis. Nostris. de nobis. Ab insidijs.s. huius fratris. Vacat. vacua est. Cõiunx. Merope. Corrupta. stuprata. Aegra. dolens. Dubius sanguis.i. incerti filij. Quid stupes. enumeratis causis malorum suscitat seipsum ad vindictã. Stupes. admirans inaudita scelera. Sume Tantalum. cape exemplũ aui tui Tantali q Pelopen filium non dubitauit occidere. Aspice Pelopẽ. vide qđ fecit Pelops qui mersit Myrtilum qui iuuerat eum superare Hippodamiam. Ad hęc. ad talia.s. pater & auus horrenda fecerunt: nec debeo esse segnis ad faciendam vindictam. Profare. vertit se ad seruũ: loq̃re. Qua via. qua ratione. Caput. Thyestẽ. Ferro. si deliberas te vindicare interfice illũ. Expuat. emittat. De fine. mors est finis laborũ: sed pœnã volo q̃ duret. Lenis. mãsuetus: nam placidi tyranni dant mortẽ, crudeles aũt longas pœnas. Perimat.s. suos inimicos. Impetratur.s.a me precibus & p beneficio: nam in tantis poenis potius volunt mori q̃ viuere. BERN. Specimẽ

¶ Est Pelopis aries. de hoc ariete meminit Sophocles in electra & Euripides in Phœnissis: & in nostris Lactãtius in tertio diuinarum institutionum: qualem circũscribit hic Seneca. Corrupta coniunx. Pertinax menda in ore omnium pene magistrorũ volitat cũ Atrei vxor dicatur & passim per græcos codices legatur Aerope non Europe neq; Merope. inspice etiam dictionariũ grecũ, lege Homerũ, lege Callimachũ: aut ne pudeat doceri recte quæ temere nõ pudet in vulgus iactare. hoc etiã velim sis monitus nõ esse æ diphthõgũ in prima positiõe vt nõnulli scribũt dictionẽ cõcinnare arbitrãtes: sed alpha & e psylon: nã græca est ἀ ερόπη. DANI. Aerope.

Atr. Excede pietas: si modo in nostra domo
Vnq̃ fuisti: dira furiarum cohors

¶ Atreus. O pietas excede domo nostra: si modo fuisti vnq̃ i domo nostra: dira cohors furiarũ & Erinnys discors.i. discordiarũ pro catrix, veniat.s. in domũ nostrã: & Megęra.s. furia quatiens faces geminas: alteram in me: ASCen.

& alterã in fratrẽ: aut in me vnum vt geminet mihi furorem: nam pectus meum non ardet satis magno furore: iuuat. i. delectat sup. ipsũ impleri, monstro. i. furiarum angue maiore. Ser. Quid tu rabidus, quia furias aduocans, struis noui? Atr. Nil sup. struo: qđ capiat modum. i. mensurã doloris assueti: ego nullum facinus relinquam. s. cõmittẽdũ: & sup. tamẽ nullũ facinus, etiã si omne facerem, est satis. Ser. Ferrum sup. exerce. Atr. parum est. Ser. quid ignis. i. quid dicis de igne? At. etiã ignis est nunc parũ. Ser. Quonã ergo telo. i. instrumento inusiuo vtetur dolor tantus: quantũ concepisti? At. vtetur sup. ipo Thyeste: tanq̃ instrumento: quia dentibus suis inuitus & inscius vorsbit liberos suos. Seruus modũ nõdum concipiens: sed immanem præsagiens inquit: Hoc malũ est maius ira. i. q̃ qđ ab irato concipiatur: quia ira quauis vltione modo subita sit contenta est: inuidia autem & diup̃ conceptum odium longiores & maiores meditatur cruciatus. Atre. fateor q̧ sit maius ira qa tumultus. i. perturbatio, attonitus. i. attonitum faciens, quatit & voluit. i. agitat penitus, pectora. s. mea. Ego rapior &. i. etiam quo nescio. i. ad malum qđ nondũ concepi animo. Sed rapior: solum mugit e fundo imo: aduẽtante. s. furia: dies serenus tonat: ac dom⁹ crepuit vt fracta. i. tanq̃ sit fracta totis tectis: & lares. i. dij domestici domus tutelares moti. s. pręsagio sceleris futuri, vertere vultum: ne. s. aspiciant. O dij, fiat, fiat hoc nefas, qđ vos timetis. s. videre. Ser. Quid tãdẽ paras facere? Atre. Nescio quid. i. quam rem, maius & ampli⁹ solito: & supra fines moris humani. i. q̃ hoies cõmittere solent: animus sup. meus timet: quia trepidabat hoc dicit: & instat manibus pigris, id est vrget vt accelerent. Queras, quomodo instet si timet? Nempe vt non diu sit in timore: quia mala q̃tumuis magna tolerabilia sunt si breuia. Ego haud scio quid sit: sed est quiddã grande: ita sit. i. opto vt sit insolitum facin⁹. o aie icipe hoc: quia ex motu tuo cognosco q̧ facinus quod meditaris, est dignũ Thyeste: & dignum Atreo: vt sup. vterq̧ faciat: cum sint sæuissimi vterq̧ in alterum tyranni. Incipit autem cogitare: & ab exemplo inducitur ad concipiendũ immane facinus, dicens. Domus Odrysia, id est regis Thracię Terei, vidit mensas infandas: in quibus per matrem appositus est patri filius epulandus: fateor scelus illud est immane: sed occupatum. i. ab alijs inuentum: vtpote a Progne aut Philomela: dolor sup. me⁹, inueniat aliquid maius hoc: vt si immanius excogitare nequeat saltem maius excogitet. qđ etiam faciet: nam pro vno filio duos apponet. o dolor: inspira mi. i. mihi animũ. s. ad cõcipiẽdũ: deinde cogitans factũ prognes aut philomelæ (nam in eius fabulæ narratione variant auctores: & vtrosq̧ sequit̃ Maro. Quas illi Philomela dapes &c. Et manibus Progne pect⁹ signata cruentis.) dicit: gnatus parens sororq̧: quę cum cogitabundus & secum inquirẽs similitudinem facti dicat, non exprimit verba: cũ satis sit si se ipse intelligat: possunt aũt sic suppleri. Gnat⁹ sup. fuit qui apposit⁹ est:

Discorsq̧ Erinnys veniat: & geminas faces
Megæra quatiens: non satis magno meum
Ardet furore pectus: impleri iuuat
Maior mõstro. Ser. qđ noui rabid⁹ struis? A.
Nil qđ doloris capiat assueti modum.
Nullũ relinquã facinus: & nullũ est satis. Ser.
Ferrũ? A. parũ ẽ. Ser. qđ ignis? A. ẽt nũc parũ ẽ
Ser. Quonã ergo telo tãt⁹ vtet̃ dolor? Atre.
Ipso Thyeste. Ser. maius est ira hoc malũ. A.
Fateor: tumultus pectora attonitus quatit
Penitusq̧ voluit: rapior: & quo nescio:
Sed rapior: imo mugit e fundo solum:
Tonat dies serenus: ac totis domus
Vt fracta tectis crepuit: & moti lares
Vertere vultum. fiat hoc: fiat nefas
Qđ dii timetis. Ser. facere qd tãdẽ paras? A.
Nescio quid animus maius: & solito amplius
Supraq̧ fines moris humani timet:
Instatq̧ pigris manibus: haud quid sit scio:
Sed grãde quiddã est: ita sit: hoc anime icipe
Dignũ est Thyeste facinus & dignũ Atreo:
Vterq̧ faciat. vidit infandas domus
Odrysia mensas fateor: immane est scelus
Sed occupatum: maius hoc aliquid dolor
Inueniat: animũ mi inspira. gnatus: parens:
Sororq̧: causaq̧ est similis. assiste: & manum
Impelle nostram. liberos auidus parens
Gaudensq̧ laceret: & suos artus edat.
Bene est: abunde est: hic placet pœnę modus.
Tantisper vbinam est? tã diu cur innocens
Versatur Atreus? tota iam ante oculos meos
Imago cædis errat: ingesta orbitas
In ora patris. anime quid rursus times?
Et ante rem subsidis? audendũ est: age
Quod est in isto scelere præcipuum nefas
Hoc ipse faciet. Ser. sed quibus captus dolis
Nostros dabit perductus in laqueos pedem?

Inimica credit cuncta. Atr. non poterit capi
Nisi capere vellet: regna nunc sperat mea:

parens qui concidit. s. Tereus: & soror quae fuit causa apponendi: quia a Tereo violata. Causa itaq; est similis: quia soror Thyestis vt pote fratris vxor a Thyeste stuprata erit causa, cur patri gnatos apponã epulandos. assiste o aie ad hoc inuẽtũ: & impelle manũ nostram: parens. i. pater. s. Thyestes laceret. s. dentibus, auidus & gaudens, putans se delicatis cibis vesci, liberos. s. suos: & edat artus suos. i. quos genuit de substantia sua. Bene est abunde. Excogitata ratione nocendi dicit Atreus: Bene est abunde. i. bene processit res: hic. s. modo excogitatus modus poenę. s. infligendae Thyesti: placet. s. mihi. vbinam est. s. Thyestes, tantisper. s. dum illi coenam parabo. Cur Atreus (de se loquitur) versatur tamdiu innocens. s. dum scelus paret? nec tamen innocens est illi animus: sed nondũ nocens manus. Daniel accipit Tantisper p tñ modo: vt sit dic tantisper. i. tantũmodo vbinam est &c. Tota imago. i. forma & species caedis. s. puerorum errat. i. obuersatur iam ante oculos meos: orbitas. i. priuatio liberorũ, ingesta sup. est in ora. i. cõspectũ patris: videbit eñ liberos ante se appositos. o anime quid times rursus? s. post inuentum modum nocendi: & subsidia. s. labascis ante rem. i. priusq̃ rem aggrediaris? audẽdũ est: age. i. aude: quia Thyestes faciet ipse. i. qd dicũt in propria psona, hoc qd est pręcipuum nefas in isto scelere: videlicet dilaniare liberos suos dentib⁹ suis. Ser. cum flectere tyrannũ nõ potuerit obsequens dicit. Sed quibus dolis Thyestes sup. captus. i. circumuentus: dabit pedem perductus in nostros laqueos. i. opportunitatẽ dabit perficiẽdi sceleris? nã absenti apponere nequeas: & ipse credit cuncta. s. quae facias & cogites inimica sup. esse: vt erant. Atreus. Ipse non poterit capi, nisi vellet capere: ipse sperat nunc regna mea. s. adipisci: ablatis coniuge & ariete fatali.

BERN.

¶Discors Erinnys. furia q̃ secum discordiam fert. Megaera. furia alia horribilis. Quatiens. concutiens me ad magnum furorem contra fratrem. Iuuat. delectat. Maiore monstro. inaudito scelere. Quid struis. animo machinaris. Rapidus. pręceps & sine fręno. Nil. s. struo: vellem inuenire aliquod scelus nõ assuetũ: sed non possum reperire aliquod qd satis magnum mihi videatur. vnde dixit. Nullum est satis. i. satisfacit mihi ad vindictã. Ferrũ. ferro interfice. Ipso Thyeste. vtar thyeste p telo. faciã q ipse comedet filios suos. Tumultus. strepitus. Attonitus. faciens me attonitũ. Rapior. trahor ad faciendum scelus. Quo. ad qd scelus certum nescio. Imo. profundo. Solum. terra. Mugit. resonat: & istud erat propter aduentum Tantali: quẽ supra dixit ab inferis missum. Tonat. cum dies esset serenus. Vnde mirabatur: vnde esset illud. Crepuit tota dom⁹. resonat acsi frangant̃ omnia tecta. Lares. dij domestici: de quibus dixim⁹ supra. Fiat. est cõduplicatio verbi. Nescio. volo facere aliquod insolitũ: sed animus videtur timere aggredi tantũ facin⁹ ideo dixit. Pigris manibus. quę tardabant cõmittere tãtũ malum. Aude. incipe. s. quod cogitas. Dignũ. qd conueniat mihi qui cupio magnũ scelus facere: & fratri qui est sceleratissimus. Vterq; faciat. s. scelus: ego interficiẽdo, & ille comedẽdo. Odrysia. Thracensis. Mensas. quando Ithys puer positus fuit ad comedẽdũ patri Tereo. Occupatũ. i. iam factũ ab alijs. vellem esse primus auctor istius sceleris. Hoc. s. qd factum est propter Prognen. Parens. Pelops: qui etiam fuisti sceleratus. Inspira. demõstra modum sceleris. Soror. quasi velit dicere vxor mea erat illi soror: ideo similis est casus. nam maritus Prognes vitiauit sororẽ suã: ita frater meus vxorẽ meã quae illi soror erat. Auidus parens. famelicus Thyestes. Artus suos. i. mẽbra filiorũ qui dicuntur viscera patris. Bene est. videtur q haec poena conueniat. sed vbi inueniemus eũ. Tantisper. interea. Vbi est. s. Thyestes. Atreus. de se loquitur in tertia persona. Innocẽs. quid moror tamdiu ad faciendũ hoc scelus. Errat. obuersatur: iam video animo meo totum modũ istius mali. Caedis. necis: quã faciam de filijs Thyestis. Orbitas. priuatio filiorũ erit ingesta. i. posita in ora patris quia comedit eos. Anime. vocatiui casus. Iterũ dubitat aggredi tantũ scelus: vnde seipsum exhortatur. Subsidis. deficis. Ante rem. anteq̃ facias istud malum. Age. hortãtis est. Ipse faciat. s. Thyestes: ego interficiam filios, & ille comedet illos qd peius est. Sed quibus. loquitur seruus: quomodo veniet Thyestes in potestatem nostram: cũ credat nos sibi esse infestos. Non poterit. respondet Atreus sane quomodo capi possit. Regna. propter cupiditatem regni iret contra fulmen Iouis & contra oia pericula maris.

DANI. Tereus.

¶Vidit infandas. Exemplo Terei docet clam quod paraturus est sceleris formam. Tereus Martis filius Philomelam glotẽ stuprauit: absciditq; ei linguã ne scelus publicaret. soror Progne commonita maritalis culpę occiso & apposito inter epulas filio Ithy melior soror esse maluit q̃ mater. dijs miserantibus Philomela in hirũdinem demutata est & Progne in lusciniam. vt placet Probo. Tereus in hupupam galeritam volucrẽ producto rostro: quę pascitur stercore hois vt pulchre docet Callimachus in quodam epigrammate: & Ithys in phasianum volucrẽ. Sororẽ. confirmat qualitatem causę ex similium comparatione. Soror erat Progne Philomena quã incestauit Tereus. Soror etiam vxori Thyestis vxor mea quã cõpressit. Tantisper. i. tantummodo: vt apud Liui. in primo. Tñ id imperiũ ei ad puberẽ aetatẽ incolume mansit tantisper tutela muliebri. quae quidem dictio & sine dum & cum dum posita frequenter inuenitur: dũ tamen sequente significat q̃diu vel donec. hoc habetur ex arte.

Tantisp.

Hac spe minãti fulmen occurret Ioui:
Hac spe subibit gurgitis tumidi minas
Dubiumq; libycae Syrtis intrabit fretum
Hac spe quod esse maximum retur malum
Fratrem videbit. Ser. quis fidem pacis dabit?
Cui tãta credet? Atr. credula est spes im pba

ASCen.

¶Hac spe. cõtinuat̃ cũ superioribus. Et ipse occurret hac spe. s. stimulatus spe regni: Ioui minãti fulmẽ. i. etiã si in manu ei⁹ videat fulmen qd minet̃ iacere si pcedat: & intrabit hac spe fretũ dubiũ. i. icerti exit⁹, imo periculosissimi: & vnde pauci exierunt: syrtis Libycae. i. maris Aphricani: in quo duae sunt syrtes maior & minor. Sũt autẽ loca neq; nauibus neq; pedibus peruia. quia habẽt breuia vada: nũc sicca & arenosa interstitia: nũc pfũdas valles & arenas mobiles. & ipse videbit hac spe. s. regnandi: fratrẽ. s. suũ: hoc est me: qd. s. videre

fratrem quem tantopere oderit, ipse tetur esse maximum malum. Ser. Quis dabit fidem.i. credulitatē pacis.i. recōciliationis? Cui credet ipse tanta.s. reconciliationē & amicitiam: aut cui cōmittet tanta.s. seipsum? sed potius prio ri modo exponam. Atreus. Spes improba .i. immoderata, est credula.i. facile quis credit qđ multum sperat: tamē nos dabim' gnatis .i. filijs nostris mandata.i. verba etiam pacifica. nam mandata non sunt imperia: sed quęcunq; mandantur.i. denuntiantur: siue amica siue inimica. quæ.s. amica ferant.i. afferant patruo.s. suo Thyesti. Hoc autem pacto vero simile erat eum induci potuisse: cum filij fratris quasi obsides sint fidei eius. Hæc autem sunt mādata. Vt ipse exul vagus, mutet miserias regno.i. pro miserijs redeat regnatur': relictis hospitijs.s. alienis: atq; regat Argos dominus ex parte.i. assumptus in societatem regni. nō enim esset verosimile in totum assumi posse: nec id cupiebat, putans satis fore si in partem reciperetur: sperans se posse Atreū delere. vnde prius dixit. non poterit capi nisi capere vellet. Si Theseus nimis durus, spernet preces.s. meas & filiorum meorū: preces mouebunt, liberos eius rudes.i. fraudis ignaros: & fessos malis.i. aduersitatibus grauib': & faciles, capi. Vetus furor.i. immensa cupiditas regni: & egestas tristis & labor dur', subigēt.i. cōpellēt redire hinc & illinc & hinc.i. ex sua q̄q; parte, virum.s. Thyestem: quis rigentem.i. induratum tot malis? Ser. Tēpus.s. lōgum fecit ęrumnas iam leues illi. Atre. Tu erras. quia sensus.i. perceptio malorum accrescit die.i. cum tēpore. Leue est.i. facile est ferre scilicet ad modicum tempus, miserias: aut ferre miserias est leue. Perferre sup. eas.i. ad finem vsq; ferre est graue. Ser. lege.i. delige istis consilijs.s. explendis, alios ministros.s. q̄ filios tuos. Atre'. Iuuenes audiunt, scilicet obsequēter facile pręcepta peiora.s. q̄ bona. Ad hoc Seruus: Ipsi filij tui faciēt in patrem, hoc est i te: quicquid doces sup. eos facere in patruū.s. in Thyestem: quia in magistrum.i. doctorem, redierunt sæpe scelera sua: vbi Valla docet etiam ei' posse poni in tractatu de reciprocatione. Respōdet Atreus. Vt.i. demus vt nemo doceat filios meos vias fraudis & sceleris: ipsum regnum docebit. times ne.s. filij fiant mali? ipsi nascuntur.s. mali: quia ex malo parēte. Istud qđ tu vocas.s. in me, sęuū .i. asperū: & credis agi dire & impie nimiū: agitur fortasse & illic.s. apud Thyestem. Ser. Nati scient.i. percipient & cognoscent hanc fraudē parari.s. patruo suo Thyesti: & quia fides .i. fidelitas, tacita.i. tacens: non est in annis iā .i. adhuc, rudibus, ipsi detegent.i. reuelabunt forsan dolos. Atre. Tacere discit' multis malis vitę. Ser. Falles ne ipsos p quos vis fallere alios? Atre. At.i. licet videatur mirum: fuerit tamen bonum: quia ipsi sic vacent.i. vacui sint, crimine & culpa: quum ignorantes fuerint ministri sceleris. Quid enim necesse est inserere.i. immiscere liberos sceleri meo? q. d. nihil: & ita odia nostra explicent.i. saturent. se per nos, non per liberos. Reprehendit aūt seipsum Atreus, q tam sancte ac pie senserit

Gnatis tamen mandata quæ patruo ferant.
Dabimus relictis exul hospitiis vagus
Regno vt miserias mutet: atq; Argos regat?
Ex parte dominus: si nimis durus preces
Spernet Thyestes: liberos eius rudes
Malisq; fessos grauibus: & faciles capi
Preces mouebunt. hinc vetus regni furor:
Illinc egestas tristis: hinc durus labor
Quis rigentē tot malis subigent virū. Ser.
Iam tempus illi fecit ęrumnas leues. Atr.
Erras: malorum sensus accrescit die.
Leue est miserias ferre: pferre est graue. Ser.
Alios ministros consiliis istis lege. Atr.
Peiora iuuenes facile pręcepta audiunt. Ser.
In patrem facient: quicquid in patruū doces.
Sæpe in magistrum scelera redierūt sua. Atr.
Vt nemo doceat fraudis & sceleris vias
Regnum docebit. ne mali fiant times?
Nascuntur. istud qđ vocas sæuum: asperum:
Agiq; dire credis: & nimium impie:
Fortasse & illic agitur. Se. hanc fraudem sciēt
Nati parari: tacita iam rudibus fides
Non est in annis: detegent forsan dolos. Atr.
Tacere multis discitur vitæ malis. Ser.
Ipsos ne per quos fallere alium cogitas
Falles? Atr. at ipsi crimine: & culpa vacent.
Quid enim est necesse liberos sceleri meo
Inserere? per nos odia se nostra explicent.
Male agis: recedes anime: si parcis tuis:
Parces & illi: consili Agamemnon mei
Sciens minister fiat: & patris cliens
Menelaus adsit. prolis incertę fides
Ex hoc petatur scelere: si bella abnuunt:
Et gerere nolunt odia: si patruum vocant:
Pater est: eatur. multa sed trepidus solet
Detegere vultus. magna nolentem quoq;
Consilia produnt. nesciant quantæ rei

Fiant ministri: nostra tu cœpta occule. Ser.
Haud sum monendus: ista nostro in pectore
Fides timorq́; sed magis claudit fides.

scilicet filios nõ esse Imiscẽdos sceleri: dicẽs: O anime, tu male agis. i. ita sentiendo. tũ recedes. s. a proposito: it tu parcis tuis, parces & illi. s. fratri cui male vis. Agamemnon qui filius est Atrei fiat sciens minister consilij mei: & Menelaus alter filius Atrei, vnde Atridæ dicti, adsit cliens patris. i. obsequens patri in tali facto: fides. i. approbatio prolis incertæ. i. vt ea quæ est incerta vtrius sit an Thyestis an mea: petatur ex hoc scelere: scilicet qđ paro: si scilicet filij mei, aut quos puto meos, abnuunt bella. s. in Thyestem: & nolunt gerere odia: si vocant sup. eũ patruum, ipse est pater eorum. Natura enĩ sagax refragetur armare filios in patrem. eatur. s. a filijs in Thyestem. Sed melius sup. est vt non eãt: quia vultus trepidus. i. anxius & tremens, solet detegere. i. reuelare multa. Magna consilia, vt sunt de nece alicuius produnt quoq;, id est etiam nolentem: solent enĩ qui magnum malum patrare volunt mire expallescere ac trepidare: & ideo nesciant quãtæ rei fiant ministri: tu o serue occule cœpta nostra. Ser. Haud. i. non, sum monendus: quia scio id faciendum etiam si non moneas. Ista fides. i. fidelitas est in pectore nostro: & timor est in pectore nostro: ne si reuelem peream: sed fides. i. fidelitas magis claudit. i. abscõdit secreta dñi q̃ timor: quia posset ad Thyestem transfugere, a quo & libertate donaretur & protegeretur.

¶ Dubiũ fretũ. vt supra diximus: quia interdũ deficiens fluctus solam arenã relinquit vbi periclitantur naues. Libycę syrtis. Aphricanę. Hac spe. s. regni, veniet in conspectum meum: licet credat esse magnũ malum. Quis fidẽ. seruus dicit quis credulitatem faciet. Credula. Respondet Atreus cito credet: quia omnis spes improba & insatiabilis omnia sibi pollicetur: sed tamen vt melius credat mittam ad eum filios. Patruo. Thyesti. Relictis hospitijs. i. alienis domibus: & ista erunt mandata vt redeat Thyestes in regnũ: & nolit amplius tolerare tanta mala ex illis: sed reuerti domũ & frui pace. Argos. in singulari est neutri: & in plurali est masculini. Durus. si forte nollet redire faciã vt filij mei amore & blãditijs puerilib⁹ ducãt filios Thyestis secũ: & ipsimet inuitabũt patrẽ in regnũ. Rudes. inexpertos. Fessos. defatigatos: hinc credo q̃ mouebit̃ propter cupiditatẽ regni: & ꝑpter egestatẽ miserã in qua versat̃. Hinc. ex vna parte. Durus labor. asper & magn⁹. Virũ ingentẽ. Thyestẽ durũ & asperũ. Subigent. superabũt & inmutabũt eũ ꝓposito. Iã tẽpus, iã atiuetus est laborib⁹. & vt inquit Tullius, tps malis callũ obduxit. Leues. faciliores. Erras. nõ bene sentis: quia ferre p paucos dies malũ est tolerabile & vt inquit Cice. Oĩe malũ etiã magnũ si nõ longũ est tolerabile est. BERN.

Ferre. tolerare ad tẽpus breue. Perferre autẽ ad longum sicut vigilare in partem noctis peruigilare per totã noctem. vt Martialis. Nam vigilare leue est peruigilare graue. Alios ministros. si vis mittere tales nuntios elige alios q̃ filios tuos ne assuescant malis. Peiora. Iuuenes sunt magis prompti ad malum, q̃ ad bonum.

In patrem. faciẽt in te postea qđ nunc doces in patruum. vnde subijcit sententiam. In magistrũ. i. auctorẽ. multi inuenerũt pœnas: & postea easdẽ passi sunt. vt inquit propheta: incidit in foueam quã fecit. Vt nemo. licet aliquis non doceat: si erunt principes erunt scelerati vt inquit Lucan⁹: Exeat aula Qui vult esse pius: virtus & summa potestas. Non coeunt. Regnũ. quia vult regnare oportet vt exerceat multas iniquitates. Ne mali fiant. dicis q̃ doceo illos fallacias: & times ne fiant mali per istam doctrinã: scito qđ poeta inquit venit a radicibus humor. i. nascuntur a natura mali. Fortasse illic. i. apud Thyestem: fortasse docet contra nos fieri talia: & inquit Terentius par pari referre licet. Hanc. non est cõmittendũ aliquod secretum pueris q̃ illa ętas nihil celat & ita poterũt dolos reuelare ira. Gnati. filij tui. Hanc. simulationẽ pacis. Tacita. secreta. Rudibus. imperitis. Detegent. aperient. Discitur. tormenta & metus docent hoies esse secretos. Falles. poteris ne decipere filios tuos: ne sciant istud: cum per illos velis omnia fallere? At ipsi. s. filij. Vacent. careant. Aula nocentes facit.

Inserere. Immiscere, quasi mutata sententia, vacillat animus & cedit ne mittat filios: sed ipsemet omnia peragat. Explicent. ostẽdant. Male agis. rursus reuertitur ad primũ propositũ: dicẽs ad seipsum: o anime recedis. s. a proposito omnino sunt mittendi filij: quia si tu parcis illis ne fiant mali tu parces illi. s. Thyesti: hoc est tu non poteris facere vindictam de fratre. Agamemnon. filius meus. Fiat sciens. hoc est sciat consiliũ meum simul & Menelaus filius meus peragant mea mandata: & sic potero experiri si sint filij mei veri: quia dubito ne sint mihi filij: cum Thyestes vxorẽ meã vitiauerit: si videbũtur fauere ipsi Thyesti non est ambigẽdũ quin illis pater sit. Fides. ꝓbatio plis. Incertę. dubię. Ex hoc. s. q̃ vadãt ad Thyestẽ. Abnuũt. i. recusant. Eatur. delibero q̃ vadant. Multa detego qđ dixit Ouidius, heu q̃ difficile est crimẽ nõ prodere vultu. dabunt signũ vultu conscientiæ suæ. Ita melius est q̃ illos mittam. insciẽtes. Produnt. demonstrant. Nolentem. etiam simulant. Nostra. vertit se ad seruum dicens o tu serue. Occule. i. occulta & tace nostra cœpta, meam deliberationẽ, & ita cœptum dicitur quicquid deliberamus facere. licet adhuc nõ simus aggressi. Fides. beniuolẽtia quia te amo. Claudit. i. occultat.

¶ Iam tẽpus. non facile inquit malis vincitur qui malis occalluit. Erũna. miseria & calamitas dicta q̃ animã eruat: vexet: fodiat inde erũnosus mœstus. Erras. deciperis. Errare inquit Cola. in libris quos inscripsit verborum a græcis tractorũ est sumptum & detortum ἀπὸ τοῦ ἔρρειν. a pereundo. Hom. ἔρρ᾽ ἐκ νήσου θᾶσσον. & alibi ἔρρε ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλέγχιστε ζωῶν. Improbat Gellius. Peiora iuuenes. in vitium fertur iuuenilis ętas: & facile labitur: vt lepide canit in arte Horatius. Imberbis iuuenis tandem custode remoto Gaudet equis &c. Cereus in vitium flecti: monitoribus asper. DANI.

Gliconicum carmen.
CHORVS.

TAndem regia nobilis
Antiqui genus Inachi

TAndem regia nobilis. Chorus cõmendat sedationem minarũ inter fratres vtens apto vocabulo: simulata enim concordia licet odia dñarentur, minæ tamẽ cessabant: verum quia nouit ob ambitionem malam compositionem hanc minarum non diu duraturam: ideo adhortatur tacite ad verum regnum: qđ cum in ASCen.

animo conſiſtat, quilibet ſine alterius iniuria adipiſci poſſet. Ordo eſt. Regia nobilis appoſitone genus, id eſt ſucceſſio (non tamē de genere erant Inachi: ſed ſucceſſores in regnū Argiuorum) Inachi antiqui, id eſt multū nobilis, cōpoſuit. i. ſedauit & finiuit: vt aenei. ſ. Ante diem clauſo cōponet veſper olympo: quia compoſito opere finis eſt laboris: minas fratrū. ſ. Atrei & Thyeſtis: O fratres aut quicunq; eſtis ſeditioſi: quis furor exagitat vos dare. i. effundere ſanguinem alternum, id eſt alterum alterius: & aggredi ſceptrū. i. regnū cuius ſceptrum inſigne eſt, ſcelere, id eſt p ſcelus? Vos cupidi arcium, id eſt dominationis quā per arces tuemini (qui enim dominari ciuibus volunt arces in vrbibus extruunt) neſcitis quo loco regnum. ſ. verum iaceat, id eſt tranquille ſitum ſit. Opes. i. diuitiae & facultates, non faciunt regem. ſ. verum: color. ſ. purpureus veſtes tyriae. i. apud Tyron tingi coeptae: vbi & optima quia dibapha. i. bis tincta fieri ſolebat. eſt autem regale indumentum qđ in Chriſto illudendo ſignificauit Pilatus. nota regiae frontis, id eſt diadema aut corona, non facit regem. Trabes nitidae, id eſt fulgidae auro, id eſt inauratae non faciunt regē: ſed rex eſt qui poſuit, id eſt depoſuit met⁹, & pro, id eſt mala diri pectoris, id eſt vitia. quorum qui ea facit ſeruus eſt deterrimus: timēt autem omnes quibus impura eſt conſciētia: vnde illud Perſianum: An ne magis ſiculi gemuerunt ęra iuuēci: Et magis auratis pendēs laquearibus enſis Purpureus ſubter ceruices terruit imus Imus praecipites: q̄ ſi ſibi dicat, & intus Palleat infelix quod proxima neſciat vxor? Vnde & in geor. Maro. Felix qui potuit rerū cognoſcere cauſas. Atq; metus: oēs & inexorabile fatum Subiecit pedibus &c. Non ergo loquitur de filiali dei timore: ſed de ſeruili conſcientiae malę: quem charitas foras mittit. Et rex eſt quem ambitio impotens. ſ. rationi obtemperare: & fauor nunq̄ ſtabilis, id eſt aſſidue mutabilis, id eſt ſuffragium, vulgi praecipitis, id eſt praecipitanter & ſine maturo conſilio fortunam ſequentis, nō mouet, ſcilicet a vero iudicio: & quem non mouet, id eſt afficit: quicquid occidens fodit, id eſt fodiendo eruit populus in occidente ſiue auri ſiue gemmarum: aut Tagus fluuius Luſitaniae, deuehit, id eſt deorſum vehit, alueo claro, id eſt nobili vnda aurea, id eſt habente aureā arenam: & quem non mouet quicquid area feruens terit, id eſt dum teritur pedibus boum: hoc eſt purgatur a paleis frumentum, continet meſſibus Libycis: quae fertiliſſimae ſunt: & quē via fulminis obliqui, id eſt in obliquū demitti ſueti, cadēs, id eſt dum cadit, non cōcutiet ſcilicet a ſtatu firmo animi. Sciens forte q; (vt Plynius ſcripſit) fulmen nemini niſi prius exanimato noceat. & quem non concutiet Eurus ventus ab oriente flans, rapiēs, ſcilicet ſecum mare, id eſt vndas marinas: aut tumor Adrię, id eſt Adriatici maris, vētoſi, rapidus (niſi ſit rabidus) freto, id eſt aeſtu aquarum ſęuo. i. imani. Et quem lancea, id eſt longa haſta militia nō domuit: & chalybs, id eſt enſis e chalybe, ſtrictus, id eſt vagina exē.

Fratrum compoſuit minas.
Quis vos exagitat furor?
Alternum dare ſanguinem:
Et ſceptrum ſcelere aggredi?
Neſcitis cupidi arcium
Quo regnum iaceat loco.
Regem non faciunt opes:
Non veſtis Tyriae color:
Non frontis nota regię:
Non auro nitidę trabes.
Rex eſt qui poſuit metus
Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens
Et nunq̄ ſtabilis fauor
Vulgi praecipitis mouet:
Non quicquid fodit occidens
Aut vnda Tagus aurea
Claro deuehit alueo.
Non quicquid Libycis terit
Feruens area meſſibus.
Quem non concutiet cadens
Obliqui via fulminis:
Non eurus rapiens mare:
Aut ſaeuo rapidus freto
Ventoſi tumor Adriae.
Quem non lancea militis
Non ſtrictus domuit chalybs.
Qui tuto poſitus loco
Infra ſe videt omnia:
Occurritq; ſuo libens
Fato: nec queritur mori.
Reges conueniant licet:
Qui ſparſos agitant Dacas
Qui rubri vada littoris:
Aut gemmis mare lucidum
Late ſanguineum tenent:
Aut qui Caſpia fortibus

Recludunt iuga Sarmatis.
Certet Danubium licet
Audet qui pedes ingredi:
Et quocunq; loco iacent
Seres vellere nobiles.

ptas non domuit. Qui positus loco tuto, vñ nihil timeat, videt oia infra se: quia oia mino ris æstimat q̃ se & cõsciẽtiã integram: & occurrit libens fato suo.i. morti quã ex diuina ordinatiõe obire debet: nec queritur, id est cõ q̃ritur aut dep̃cat̃ mori: cũ mors ineuitabilis sit: occurrit inquã fato: licet reges cõueniant, id est simul in eum veniant: qui.s.reges, agitant Dachas populos feroces in septẽtrione trãs ripam Danubij, spatsos, quia loca inculta habitant: & qui tenẽt vada maris rubri: aut mare lucidum gemmis: vt est indicũ: & etiam rubri maris: & sanguineum: quia sanguinei coloris: late.i.per totum tractũ: aut qui recludunt.i.aperiunt nihil timentes, Sarmatis (q & Sauromatæ dicũtur. Iuuenalis. Vltra sauromatas fugere hinc libet & glatialẽ Oceanũ) populis Scythiæ, fortibus & bellicosis, iuga Caspia: in quibus Gog & Magog inclusi sunt: & licet certet.s.cum eo.i. paratus sit certare: is qui pedes.i.pedester & sine equo aut naui audet igredi Danubiũ fluuiũ rapacissimũ: qđ nemo auderet nisi robustis & animo & corpore: & licet sup. certẽt Seres nobiles vellere, qđ e folijs depectunt: quocũq; loco iacent, id est siti sint. Sunt autẽ primi occurrẽtes nostris in Indiam profectis. Sunt enim Seres populi Asiæ Scythicę hoc est qua Scythiam cõtingit: a Sera vrbe sic denominati: apud quos arbores sunt quę non Seres. solum folia aut frondes, sed lanã quoq; pferunt tenuissimã. Nã & earũ frondib⁹ caniciẽ lanuginem ve depectunt aqua perfusam. ex quo vellere vestimenta cõfictũt q̃ serica nũcupant̃: nõ ea quidẽ quæ a bõbycib⁹ vermibus pducta lana bõbycina dicẽda sunt: licet vulgato errore etiã ea serica dicant̃. Nã nõ e vermiũ viscerib⁹, sed arbo℞ canicie hoc lanitij gen⁹ deducit̃: vt latius disputari solet ad illud Virgilianũ in geor. Velleraq; vt folija depectũt tenuia seres. Sane hui⁹ noia singulare, licet in rariore sit vsu, est hic ser. Sidonius. Assyri⁹ gemi Ser. nas ser vellere: tura sabęus. Et Auson⁹. Iã pelago volitat mercator vestifluus ser. Vt vero auctor est Pausanias tam vermiculus ipse q̃ populus ser dicitur. Notandum itaq; grammaticis: penultimam produci contra id Et tibi p̃bet eris: sed opinor gręce per η scribendũ: talia autẽ omnia penultimã producũt: vt pręster, character, stater, panther, clister &c. & eris non tria faciunt.

Tandem. Inducitur chorus ex materia tractata. Atreus deliberauerat reuocare fratrẽ. vnde ibi. chor⁹ BERN. gaudet de pace nõ reuelans secreta: nam semper bonis fauet & malis est contrarius. Ideo ibi laudat otium & tranquillitatem: quia vere non sunt reges qui in huiusmodi anxietatibus versantur. Scribitur iambico glyconico coriambico. primus pes est spondeus, secundus coriambus, tertius pyrrhichius. Tandem. est spõdeus. regia no, coriambus. bilis pyrrhichius. Alij faciunt primum spondeum: duos sequentes dactylos. Tandẽ. post multas iniurias fratres composuerunt pacem: nam hoc intellectum est Agamemnone & Menelao missis ad fœdus. Regia. domus regalis: appositiue genus antiqui Inachi: non q Tantalus fuerit de genere Inachi: sed quantum ad domum & locum vbi regnauit Inachus. Quis. Hæc verba ad Atreum & Thyestem: vel generaliter ad omnes: quicũq; contenditis inter vos nescitis quid sit regnum & regnare. Furor. insania. Exagitat. impellit. Dare. ad dandum: vt donat habere, id est ad habendum.

Arcium. nam antiquitus reges habitabant arces. Regem. nolite credere neq; coronam neq; diuitias facere regem sed solam animi tranquillitatẽ. Tyrię. purpurę. Tyros ciuitas in Phœnicia vbi tingebatur purpura.

Nota. id est diadema regis. Non auro. non celsa palatia fulgentia auro, supple faciunt regem. Rex est. Vere dicendus est rex qui nulli perturbationi seruit. qđ solum bono cõtingit: non timetis: vt inquit Horatius Integer vitę scelerisq; purus non eget mauris iaculis nec arcu Grophe sagitta. Diri. qui nõ habet cupiditatem malam in animo. Ambitio. cupiditas honoris: qui nõ curat dignitates vulgi qđ miserrimum est: vt inquit Marcus Tullius: primo officiorum. Impotẽs. quę nescit habere modum. Vulgi præcipitis. celeriter se mouentis, & inconsyderate omnia agentis. Occidens. omne aurum quod foditur in Hispania. Tagus. fluuius est Hispaniæ ducens arenas aureas. Alueo. fossa fluminis. Claro. propter splendorem auri. Libycis. Africanis. Libya pars Africæ fertilissima. Vnde dicebatur horreum Romanorum. Feruens. propter calorem. Quem. iste qui nec diuitijs mouebitur, nec minis, vere rex erit appellandus: conscius enim sibi nihil mali fecisse nihil timet. Obliqui. non recte tendentis. nam fulmen est ignitum & ignis de natura leuis ascendit & venti impetu descendit: ideo loca altiora petit. Eurus. vẽtus orientalis scilicet mouebit. Aut tumor. id est fluctus. Rapidus. impetuosus, scilicet quem non mouebit. Adrię. maris qđ separat gręciam ab Italia: ab Adria vrbe dictum quæ illic fuerat olim colonia Tuscorum. Quẽ non lancea. Is qui non mouetur impetu maris nec aliquo terribili dignus est appellari rex. Chalybs. ensis ex chalybe fact⁹: a populis in septemtrione sic dictus. Strictus. nudatus. Qui tuto. metaphorice: qui est in loco tuto & videt omnia pericula sub se nihil timet. Fato. morti destinatus per fata nõ timet mortem: sed omnia inferiora virtute sua putat.

Occurrit. vadit libenter cum opus est ad mortem. quod proximum est fortis & magnanimi. Queritur. lamentatur. Reges. sententia bona: q̃uis veniant contra me omnes reges non facient quin hoc sit verum q solum bona & recta mens regem faciat. Conueniant. coadunentur. Dachas. prima breui. populi sunt in Dachæ. ripa Danubij vlteriori in septentrione. Daci prima producta sine h, populi sunt septentrionis: sed remotiores. de quibus Statius deiectos vertice Dacos. Qui. rubri licet conueniant omnes orientales habitantes iuxta mare rubrum: qđ dicitur Erithreum: a nostris rubrum ab arenarum colore. teste Solino. Lucidum. q ibi nascuntur gemmę. Late. lõge. Sanguineum. rubeum. Aut qui. q̃uis cõueniant Caspij qui sunt in Asia boreales maiorisq; Armeniæ contermini vbi sunt portę Caspię hoc est via quædam montes Caspios intersecans: quæ teste Solino panditur itinere manu facto longo octo milibus passuum: cuius latitudo vix est plaustro permeabilis. illic caspium mare. Recludunt. aperiunt. Iuga Caspia, id est montes Caspios. Sarmatis. Sarmatę. qui sunt teste Herodoto lib. historiarũ quarto populi ex profundo paludis Meotidos incipientes: regionẽ versus boreã itinere dierum quindecim incolũt exilẽ & tenuẽ terrã. hos dixit Plinius lib. vj. naturalis historię

esse Mœdorum sobolem. & prius lib. iiij. dixerat Sauromatas Scytharum gentes greci vocant quas Sarmatas Romani dicũt. hos per Lentulum prohibere danubio satis Augusto fuit. vt Florus lib. iiij. inquit. hi nihil praeter niues raras'q; syluas habent: quibus est tanta barbaries, vt pacem non intelligãt. Certet. pugnet & conueniat contra. Qui pedes. sine naui: quando est congelatus Danubius: qui teste Plinio lib. iiij. natu. historię oritur in Germania iugis montis Noricae ex aduerso oppidi Gallorum Scauri. qui versus septemtrionem per innumeras lapsus gentes immenso aquarũ actu & a sinistris Germanos linquẽs, & a dextris theutonicos cũ primum in illyricum venit mutato nomine Hister dicitur & longissimo pacto cursu septem'q; diuisus ostijs secundum Solinum, vel sex secũdum Plinium in mare Ponticũ defluit. Seres sunt teste Solino in collectaneis: & Plinio in. vj. natu. histo. Populi Asiae Scythicae mites & quieti inter se: reliquorũ mortalium coet' fugiũt, adeo q; ceterarum gentium commercia abnuant: arbores apud hos non solum folia, sed lanam etiam proferunt quae ab eis denominata sericum appellatur: vt Virgili' primo georgicorum. Velleraq; vt folija depectũt tenuia seres. vñ ibi dixit vellere nobiles. i. serico famosi. Quocũq; loco. quia vt diximus sunt incogniti.

DANI. ¶ Tandem. Quartum carmen glyconicum trimetrũ ex spondeo & duobus dactylis. vltima enim syllaba est cõmunis vt docet Beda & Honoratus noster in centimetrico compendio. Inuehit chorus in superbam regij supercilij sortem. arguit enim proteruiam fortunae regię. & fortunae humilis securitatem commẽdat. Me dulcis saturet quies: obscuro positus loco leni perfruar otio &c. & hoc propter caecam regnandi ambitionem inter Thyestem & Atreum. Libycis messibus. Libya fertilissima: in qua campus Bizantius tanta pinguedine

Libyę fertilitas. vt procurator Augusti miserit ex vno grano huius campi quadraginta germina. extant'q; de ea re epistolae est item ciuitas Tacape felicissimo solo ternis fere milibus passuũ in omnem partem: vbi olea subditur palmae. oleae ficus. fico, punica. punicae, vitis: et sub vite frumentum: mox legumen: demum olus: omnia haec eodem anno: omniaq; aliena vmbra aluntur. Plinius & Solinus cõcordes. dicta Libya: a Libya Epaphi filia & Busiridis matre.

Area. Area. locus purgatus & cylindro consolidatus vbi triticum teritur. dicta ab ariditate. Virgi. Area tum primũ est ingenti aequanda cylindro.

Adria. Tumor Adrię. Notus ventus (vt placet Honorato) vexat mare Adriaticum. Adria colonia Hetruscorum in mari supero. Hetrusci olim vniuersae Italiae imperarunt cum superum ab eorum colonia Adriaticum dicatur mare: vbi Venetiae sita magno miraculo: & inferũ s nomine gẽtis Tyrrhenum. ab Adria fit Adriaticum & Adrianum. Hora. in palinodia. Siue mari libet Adriano. Infra se. vir sapiens omnia putat suis pedibus supposita praeter virtutẽ. ευγεμα μουνη αρετη τα δεαλ λακεγτα τυχυ.

Seres. Seres. primi ex illa immani Scythia cognoscuntur lanificio syluarum nobiles perfusas q̃ depectentes frondium canitiem. mites quidem: sed feris persimiles, & fugiunt alios homines cum commercia expectant. Plini. vij. & Solinus.

Mens regum bona possidet:
Nil vllis opus est equis:
Nil armis: & inertibus
Telis: quae procul ingerit
Parthus: quum simulat fugas.
Admotis nihil est opus
Vrbes sternere machinis
Longe saxa rotantibus.
Rex est qui metuit nihil.
Hoc regnum sibi quisq; dat.
Stet quicunq; volet potens
Aulę culmine lubrico.
Me dulcis saturet quies.
Obscuro positus loco
Leni perfruar otio:
Nullis nota quiritibus
Aetas per tacitum fluat.
Sic quum transierint mei
Nullo cum strepitu dies:
Plebeius moriar senex:

ASCen. ¶ Mens regum &c. Prosequitur cœptã sententiam dicens. Mens bona, id est fortis & integer animus possidet regnum. s. verum: nil opus est vllis equis: nil opus est armis & telis inertibus, id est nihil ad verum regnum faciẽtibus: quae, id est qualia tela Parthus ingerit procul: quia cũ simulat fugas: nihil opus est sternere vrbes machinis. s. bellicis rotantibus lõge saxa admotis. s. ad muros vrbium: quia rex est non qui timorem incutit: sed qui metuit nihil. Quisq; dat sibi hoc regnum scilicet in animo constitutum. Et ideo. quicunq; volet, stet. i. licet per me vt stet, potens culmine, id ẽ in summitate sui regni aut rotae fortunae, lubrico, id est vnde cito delabatur. quies dulcis vt est nil timentibus minusq; cupientibus, saturet me: perfruar positus loco obscuro, otio leni. i. tranquillę vitae. Aetas sup. mea fluat. i. elabatur, per tacitum. i. occultũ & ignotũ & locum & tẽpus, nullis. i. nõ vllis, non nota. s. in comitijs vllis quiritib'. i. ciuib' cõgregatis ad magistrat' eligẽdos: sũt aũt Romani a Quirino Romulo dicti: siue q; hasta quiris. Sic cũ dies mei trãsierint cũ nullo strepitu. s. satellitũ. i. taciti, ego moriar senex plebeius. i. ignobilis. Mors incubat. i. incũbit grauis. i. molesta, illi q not' nimis oib', morit ignot' sibi: qa se & suas vires ac cõsciẽtias ignorãt potẽtes.

BERN. ¶ Nil vllis. quando sola mens facit regnũ nõ est opus vllis armis ad obtinendum illud.

Inertibus. ignauis: quae sunt signa timentium. Parthus. teste Iustino Parthia pars fuerat orientalis Scythiae. ex illis locis veniẽtes in Assyriam exules & illam occupãtes de suo noie Parthiam vocauere: nã vt dixit Parthi lingua Scythica dicũt q apud nos exules vocitant. hi eqtare & sagittare magna industria

Illi mors grauis incubat:
Qui notus nimis omnibus:
Ignotus moritur ſibi.

docent liberos: ineuntq; pugnas admirabili ardore. ſed diu pugnare non valentes in fugã verſi victoriam ex ipſa fuga reportant: dicente Virg. tertio geor. Fidentemq; fuga Parthũ verſiſq; ſagittis. Ingerit. mittit. Admotis. adductis. non eſt opus habere machinas & bombardas ad habendum iſtud regnũ mentis. Sternere. demoliri. Rotantibus. mittẽtibus. cum quadam rotatione. Rex eſt. qui non habet metũ, nec ſpem, nec ambitionẽ, & cupiditatem is mihi videtur rex. Stet quicunq; eſt conceſſio: ſequatur quicunq; regna & imperia: ego autẽ vitã trãquillam ſectabor. Culmine. ſummitate. Lubrico. inſtabili & mutabili: quia nõ diu durãt: cũ habeãt multas inſidias. Obſcuro. humili. Perfruar. vſq; ad finẽ. Otio leni. dulci pace. Aetas. ſ. mea trãquilla. Nota nullis quiritib⁹. guſtata nullis principibus qui ſemper anxij ſunt. Fluat. eat. Per tacitum. vt de me non multa dicantur: vt ſolet dici de maximis viris. Sic cum. hoc modo cum traduxero vitam quietã moriar ſenex: quod non faciunt iſti reges qui quaſi omnes moriuntur iuuenes: vt Iuue. Ad generũ cereris ſine cęde & vulnere pauci Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni. Strepitu. quia non habeo potentiã. Plebeius. de numero plebis. Illi mors. iſta eſt notabilis ſententia: dolent maxime potentes qui tot diuitias relinquerunt: nec ſe ipſos cognouerunt: vnde dixit. Notus omnibus. propter potentiam. Ignotus ſibi. quia ſeipſum non cognouit quaſi ebrius fœlici fortuna.

¶Parthus. Fugiens torquet ſpicula in hoſtem. Horatius. Et verſis animoſum equis parthum. & Virgilius. Fidentemq; fuga Parthum. pugnaciſſima gens Parthica inquit Herodotus. Nullis nota quiritibus. id eſt non conſumpta in diuitum comitatu, in ſalutationibus. hoc eſt qđ epigrammaticus poeta tangit in epigrammate: Parce precor laſſo vanoſq; remitte labores. & in alio ad Auitum laudãs vitam priuatam & tacitam paruo contentam. Illa placet tellus in qua res parua beatam Me facit & tenues luxuriantur opes. DANI.

Actus Tertius.
Trimetri. Iambici.
THYESTES. PHYLISTHENES.



Ptata patriæ tecta: & Argolicas opes
Miſeriſq; ſummum ac maximum exulibus bonum:
Tactum ſoli natalis: & patrios deos:
Si ſunt tamen dii: cerno cyclopum ſacras
Turres labore maius humano decus:
Celebrata iuueni ſtadia: per quæ nobilis
Palmam paterno non ſemel curru tuli.

Optata patriæ tecta. In hac ſcena prima actus tertij inducitur Thyeſtes in patriam reuerti: læt⁹ quidem ſed non plane ſecurus: cũ præſaga mali mens neſcio quid magni mali in patris accipiendum præſagiat. Ordo eſt. Ego cerno tecta patriæ: in qua genitus ſum: optata cum eſſet in exilio: quia dulce eſt natale ſolum: & non ſinit nos ſui eſſe immemores: & cerno opes, id eſt facultates & diuitias Argolicas: & cerno (cum vt Auguſtinus docet, ſenſus videndi communis ſit) tactum ſoli natalis, id eſt percipio ipſum & ſentio: appoſitorie, ſummum ac maxime bonum miſeris exulibus, quibus fere nihil charius in patria q̃ ipſa patria eſt: quã cum videre non licet, tum maxime cupiunt: & cerne deos patrios. ſi tamẽ dij ſcilicet vlli ſunt, quod dubitat, aut vt tyrannus impius: aut quia contra deorum prouidentiam ſe exulaſſe cẽſet. cerno turres ſacras cyclopum, id eſt aut manibus cyclopum ædificatas: aut tam magnificas vt cyclopũ op⁹ merito dicantur: vt præclara ædificia omnia: appoſitorie decus, id eſt ornamentum, maius labore humano, id eſt q̃ quod humano labore cenſeatur extructum. Et cerno ſtadia, id eſt certa currendi & aurigandi ſpatia, octauam partem miliarij continentia, celebrata id eſt celebriter frequẽtata, iuueni ſupple mihi: per quæ ſcilicet ſtadia, ego nobilis, id eſt clarus, tuli, id eſt abſtuli, non ſemel, immo frequenter, palmam. i. victoriã: curru paterno. i. quo pater Pelops vti ſolitus erat. A S Cen.

Optata patriæ. Hic eſt principium tertij actus: in quo agitur reditus Thyeſtis & falſa ſimulatio pacis. vnde quaſi præſagiens malum Thyeſtes cũ eſſet propinquus patriæ pœnituit eum veniſſe & intra ſe hęc dicit. Quis exules nil aliud deſiderent videre niſi patriam: tamen neſcio quomodo retrahor quo minus vadam. quam rem filius cognoſcens hortatur patrem: vt vadat. Optata. quæ ſunt mihi diu deſyderata: iam video Argos: iam venient ciues mihi obuiam. Summum bonum. ſecundum varias hominum opiniones varij fines bonorum habẽtur. Infirmus ſanitatem pro ſummo bono habet: ita exul patriam. Tactum. appoſitio eſt. Natalis ſoli. terrę in qua natus ſum. Deos patrios. tẽpla. Si tamẽ ſunt. quia hic fiunt tanta ſcelera: vt credam deos ibi habitare nõ poſſe. Cyclopum. hi miniſtri Vulcani fuerunt in Sicilia & Iouis fulmina fabricare dicebantur. Illis omnia ædificia præclara tribuebantur facta fuiſſe. ſic & Virgilius de arce inferni. Cyclopum educta caminis. Decus. ornamentum: quia turres ſunt excellentiores q̃ poſſent homines facere. Celebrata iuueni. ſ. mihi. Video locum in quo quando iuuenis eram ſolebam me exercere curſu. Stadia. loca ad currẽdum deputata. Stadium eſt octaua pars vnius miliaris: aliquando loc⁹ per quem curritur: vel equis: vel pedibus: vel curribus. Nobilis. dũ victoriam habebam. Palmam. arbor quæ nititur contra pondus: vt Aulus Gelius refert. ideo pro victoria ponitur vt: hic. Curru. patris mei Pelopis qui habuerat velociſſimos equos a Neptuno. BERN. Cyclopea. Stadium

¶Optata. Carmen quintum trimetro iambico Euripideo catalectico conſtans: & Act⁹ tertius ex pricipio ſuperioris dependens. Reuocatus Thyeſtes ab Atreo per nepotes ſuos quemadmodum in carmine tertio cõ DANI.

stitutum fuit:] iter arripit patriam versus animo formidoloso & quasi imminentis calamitatis conscio. Collocutores Thyestes pater & Phylistenes filius. pater inuitus proficiscitur in patriam & modo contempto regno paupertatem laudat. Contra instat filius vt in patriam redeat ;& regnū arripiat. tandem ab Atreo fraudulenter accipitur.

Occurret Argos:popul9 occurret frequens.
Sed nēpe & Atreus?repete syluestres fugas
Saltusq; densos potius:& mixtam feris
Similemq; vitam.clarus hic regni nitor
Fulgore non est qui falso oculos auferat
Cum quo datur spectabilis. & tādem aspice.
Modo inter illa quę putant cuncti aspera
Fortis fui:lętusq;:nunc contra in metus
Reuoluor:animus hæret:ac retro cupit
Corpus referre:moueo nolentē gradū. Phy.
Pigro(quid hoc est?) genitor incessu stupet:
Vultumq; versat:seq; in incerto tenet. Thy.
Quid anime pendes?quid ve consilium diu
Tam facile torques rebus incertissimis?
Fratri atq; regno credis?ac metuis mala
Iam victa:iam mansueta:& ærumnas fugis
Bene collocatas?esse iam miserum iuuat:
Deflecte gressum dum licet:teq; eripe. Phy.
Quæ causa cogit genitor a patria gradum
Referre visa?cur bonis tantis sinum
Subducis?ira frater abiecta redit:
Partemq; regni reddit:& laceræ domus
Componit artus:teq; restituit tibi. Thy.
Causam timoris ipse quam ignoro exigis.
Nihil timendum video:sed timeo tamen.
Placet ire:pigris mēbra sed genibus labant:
Alioq; q̄ quo nitor:abductus feror.
Sic concitatam remige & vento ratem
Aestus resurgens remige & velo refert. Phy.
Peruince quicquid obstat:& mentē impedit:
Reducemq; quanta præmia expectent vide.
Pater potes regnare. Th. cū possim mori. Ph.
Sūma est potestas. Th. nulla:si cupias nihil. P.
Gnatis relinques. Th. nō capit regnū duos. P.
Miser esse mauult: esse qui felix potest?

ASCENSIVS.

¶Occurret Argos. Procedit & animo & pedibus ad lętiora: donec ad maxime læta perueniat: in quibus vt fit obijcitur scrupulus q omnem perturbat letitiā: quis extremū gaudij luctus occupat: dum enim regiam animo meditatur:& populum plausibiliter occurrentem gratulantemq; reduci: non est qd lætius expetere posset: verum inter occurrentes inquit erit Atreus: quo nihil peius odi: vsq; vt in ferarum lustris exulare mallem q̄ illum videre. Ordo est. Argos, id ē vrbs regia, occurret.i. obijcietur oculis meis: Bernardin9 tamē Argos pro Argiuo populo accipit: eo q; populi est occurrere non vrbis: verum quia additur populus:& vrbs quodammodo occurrit oculis dum videri incipit: aliter exposui: vt alia multa: vbiq; aliter sentio, vel quo aliter quoq; exponi posse significem. neq; damno eos, qui varias afferunt sentētias: cū ea sit fœcunditas poetarū vt ex vno dicto multiplex sensus nō impertinenter elici possit. Qz si vnius dicti nisi vna probetur explanatio: dij boni quot sacrarū literarū interpretationes essent rejciendæ. Populus occurret frequens, scilicet gratulabundus:& applaudēs. Sed nēpe, sed nonne, et.i. etiam, Atreus sup. occurret aut inter illos erit?O Thyeste(Alloquitur enim seipsum)repete fugas syluestres.i. loca syluestria, in quibus feræ fugas exercent: aut veras dum fugantur: aut simulatas dum lusitant. q; pro, id est repete potius, scilicet q̄ Atrea videas, saltus densos, id est syluosos, in quibus ferę saliunt:& repete vitam mistam.i. commistam feręq & similem feris: quæ viuunt thalami expertes. Vnde æneid.iiij. Non licuit thalami expertem sine crimine vitam degere more ferę? Nitor, id est splendor regni clarus id est conspicuus, non auferat hic, scilicet in syluis, fulgore falso, id est fallaci, oculos scilicet mentis, id est prudentiam. dum non expetenda tantopere expetimus cæci videmur. Nitor inquam spectabilis, id est conspicuus supple eo fulgore cū quo datur. Bernardin9 dicit cum quo homine: sed non sequar. Alij legunt Spectabis: tu spectabis cum quo datur scilicet talis nitor: quis cum multis malis. sed neq; id quidem probo: tum q; diceret detur qd metrum non recipit, tum q; diceret specta potius: eo q; sequitur & tandem aspice. Cuius ordo est & o anime, aspice tandē, id est attende quam mutationem facias recipiendo partem regni. Ego fui modo inter illa quę cuncti putant asperas videlicet paupertatem & exilium: fortis & lætus: nunc ego reuoluor contra, id est contrario, in metus, qui neq; in fortem neq; in lætum cadunt. Animus supple meus hæret, id est dubius est vtrum procedat an retrocedat: ac cupit referre corpus retro, id est retrorsum: ego moueo gradum.s. pedum nolentē.i. quasi inuitum. Quod an-

maduertens Phylisthenes qui vna cum Tantalo fratre aderat, licet Tātalus nihil loquatur, dicit. Quid hoc est? id est quae est huius rei causa? genitor, id est pater meus Thyestes, stupet, id est more stupentium haeret: gressu pigro: quia agitatus curis interdum vestigia figit: & versat. i. in varias partes vertit vultū: aut versat. i. mutat vultum, secundum animi affectiones: & tenet se in incerto, id est dubio vtrum progrediatur necne. Thyestes autem prosequens sermonem suum, nam verba filii non percepit, dicit. O anime, quid pendes, id est suspendens dubius: quid ve torques diu rebus incertissimis, consilium tam facile. hoc est quid dubitas reuerti: quo nihil facilius: cum progredi sit incertissimum? Credis, id est fidem habes fratri atq; regno? quę duo sunt incertissima: quia fratrum quoq; gratia rara est. Omnisq; potestas impatiens cōsortis erit. Ac aut an metuis mala, videlicet pauperiem, exilium, abiectionem: iam victa, iam mansueta, id est mansuefacta longa assuefactione: & fugis aerumnas collocatas bene, id est vnde nil peius timendum sit: quasi dicat in tuto? iuuat, id est delectat sup. te iam esse miserum. s. ob securitatem? deflecte. s. a conspectu fratris, gressum dum: id est donec, licet, id ē permittitur: & eripe te. s. malis quae regnū fraterq; parent. Phylisthenes ergo videns patrem retrocedere percōtatur. O genitor, quae causa cogit te referre gradum a patria visa? cur subducis, id est subtrahis & claudis, tantis bonis, vt sunt regnum & patria, sinum, id est capacē complexum: vt est sinus inter lacertos laxitas illa vestium: in quam multa condere solemus: nisi sit pro gremio aut gremiali veste positum: quā puellae dum illis praesertim desuper aut poma aut nuces deferūtur pandunt. Frater scilicet Atreus, redit scilicet tecum in gratiam: ira abiecta, pro eo qd est odio sedato: & reddit scilicet tibi partem regni: & componit artus domus lacerae, id est per discordiam diuisae: & restituit te tibi, id est dignitati & honori pristino. Ad hoc Thyestes. Tu exigis, id est expostulas a me causam timoris scilicet mei: quam ipse. s. qui timeo ignoro: quia nihil video timendum: sed tamen timeo. Placet ire. s. ad fratrem. Sed membra labant genibus supplentibus pigris: & ego abductus scilicet ab animo refragāte, feror alio, id est in alium locū q̄ quo nitor, scilicet ire: quia retrorsum agor. Sic, id est simili modo aestus, id est feruens fluctus aquarum, resurgens scilicet per refluxum aquarū, refert remige & velo. i. plena nauigatione, ratem, id est nauem concitatam. s. contra fluctum & aestum remige & velo. interdum enim dum modicus est fluxus bene nauigatur cōtra eum remigio & ventis: at vbi ęstus resurgit, & vndę refluunt: cogūtur naues cum velis & remigibus retrocedere: quia vela & remiges in ipsis sunt. Ad hoc filius Phyl. O pater: peruice, id est perfecte & ad finem vsq; vince, quicquid obstat scilicet animo tuo, & impedit mentem scilicet tuam: & vide quanta praemia expectent te reducē, scilicet ab exilio: quia o pater tu potes regnare. Ad hoc Thyestes. Cū possim mori: non est verosimile q; regnē: nā frater me potius extinguat q̄ regnare patiatur. Ad hoc Phyl. Sūma potestas. s. regnandi, est. s. in te. Ad hoc Thyestes. Nulla supple potestas regnandi sit tibi aut cuipiam: nam secūda persona pro qualibet ponitur. si tu cupias nihil, id est si recuses regnare. Ad hoc Phylist. Si regnare non vis: relinqs sup. regnū tuū, gnatis supple tuis. Thy. Regnū non capit, id est compatitur, duos. s. simul regnantes. Ad id Phyl. dicit. Is qui potest esse felix, mauult esse miser? quasi dicat id non esse credibile.

¶ Argos. populus. Frequens. in magna turba. Atreus. frater meus veniet quoq; mihi obuiam: quē nullo modo vellem videre. Repete. reuertere potius in exilium inter syluas q̄ pattare aspectū fratris. Saltus. loca vbi sunt pascua & arbores densę: vnde Columella saltuarios appellat qui habent custodiam pascuorum & ruris. Clarus hic. In eo loco syluestri non est splendor regni: qui te decipiat. Falso. fallaci quia nihil est tam fragile & mutabile q̄ conditio regni: quae multos decipit & allicit splendore suo claro. Oculos auferat. scilicet a recto propter cupiditatem. Sunt enim oculi, vt vult Marcus Tullius, tanq̄ fenestrae cordis: per quos omnes appetitus, & passiones mouentur. Cum quo. scilicet homine. Considera. cum quo datur tibi regnū, q. d. cum fratre scelerato: qui tandem te perdet. Spectabilis. scilicet nitore ille regni. Modo inter. Dū in syluis essem fortis animi fui. Nunc quando deberem lętari, q; in patriam redeo & ad pacē: sum tristis qd mihi malum praesagium puto. Heret. dubitat. Stupet. quasi insensatus. Vultū versat. quod est hominis cogitantis. Incerto. in dubio: vtrū pcedat an retro vadat. Quid aie pendes. haesitas. Thyestes dicit, considera quo vadis non est fidendum fratri inimico: & regno in quo multi sunt insidiatores. Consilium. deliberationem. BERN. Saltus. Saltuarij

Tam facile. ita apertū. Rebus incertissimis. figura est appositio. Iam victa. scilicet per patientiam & assuetudinem. nam vt dicit Tullius: Lōgus dolor obducit callū. Aerumnas. miserias corporis: quę iam sunt bene collocatae: quia melius est sic manere q̄ ire ad tanta pericula in regno. ita sese flectit vt discedat: qd vidēs filius inquit pater quid visa patria fugis? Subducis. remoues. Sinum. tractum ab illo qui est sub arbore: & cum videt poma cadentia preparat sinum. vt illa excipiat, hoc est gremium suum. Tantis bonis. vt est frui regno. vides q; frater deposita ira rediit ad gratiam: teq; restituit in regnum. Componit. metaphorice. vult vt omnes de familia sint simul. Teq; restituit tibi. hoc est in pristino statu. Causam timoris. interrogas cur timeam? nescio causam: vellē ire: sed anim⁹ videtur recusare. Exigis. petis. aliquādo est expellere. Labāt. deficiunt & tremunt. Alio. in aliam partem. Refert. retro portat. Vince. pater supera istum timorem & cōsydera q; euades tātis periculis incolumis. Reducem. restitutum. Proprie qui euaserunt de aliquo malo reduces dicūtur. Mori. si possum regnare possum etiam mori: melius est exulem mori q̄ isto modo regnare. Reduces

Nulla. scilicet est potestas nihil cupere. Non capit regnum duos. haec est aurea sententia: dicit Thyestes regnum non capere duos: quod Lucanus testatur: Nulla fides regni socijs: omnisq; potestas Impatiens consortis erit.

¶ Et mixtam feris. In hāc sententiam cadit Phalaris Agrigentinus scribens ad Pollucem. Malle in media Lybyae torrētis arena & inter desertos Nomadas vitam degere q̄ in fallaci populo dominari. μᾶλλον γὰρ ἐμὴ κε λα διὰ λεόντων ἐν αἰγυπτοῖς ... τρασέων. Clarus. Sensus. in sylua nō afficieris inani & falso regni fulgore quo habetur homo spectabilis & excellens. sequitur probatio. ecce: considerandum essem paulo ante idiota & sine regno sui fortis & lętus: nunc vbi surrexit cupido regni totus expauesco: perhorreo: reuoluor in metus. Fratri atq; regno. endyades regnāti fratri aut regno: qd superius improbauit. Bene collatas id est quas aequo animo tolerasti. quasi dicat. facis non recte &c. Non capit regnum. sic. Non capiunt domi nos regna venusq; duos. DANI.

A S Cen. ¶ Thyestes. Crede mihi: magna.i. res magnę vt imperia & regna placēt falsis nominibus: quia vocantur bona & non sunt: & dura timētur frustra. qđ probat exēplo. sup. dum ego steti excelsus.i. in regno: nunq̄ destiti pauere: atq; nunq̄ destiti timere ferrum mei lateris .i. ne interficerer proprio gladio quo eram accinctus. O quantum bonū est obstare nulli: & ita nullū habere quem timeas: & iacentē humi vnde cadere nequeat, capere dapes securas.i. sine anxietate & suspitione veneni. aut construatur humi iacentem cum sequēti: legēdo casam: vbi multi legūt casas. Scelera non intrant casam iacentē humi.i. abiectam & vilē: & cibus tutus, quia expers veneni, capitur mēsa angusta.i. arcta & exili: venenū bibit̄ in auro. Vnde Iuue. Nullis aconita bibūtur Fictilibua: tunc illa time cū pocula sumes Gēmata. Ego loquar expertus scilicet vtrāq; conditionē: licet.i. licitum est, præferrę fortunę bonę.i. ꝓsperę, malam.i. aduersam: iuxta qđ dicitur: melius esse ire ad domū luctus q̄ ad domū cōuiuij. Ciuitas humilis.i. habitantes vrbē in imo positā, non tremit.i. non formidat, domū impositā.i. positā in vertice alti mōtis: eminentē.i. q̄uis emineat: qđ nunc maxime cōspicuū est, dū machinę bellicę quas bōbardas vocant, nihil noceant in imo positis: sed multū in excelso: quia ascendūt nō descēdūt. Nec ebur splendidū fulget sup. mihi dum in exilio sum, tectis altis: & excubitor.i. vigil q extra cubiculū est, nō defendit somnos meos quia non est opus, cū nullus sit insidiator. nos non piscamur classibus.i. numerosa multitudine nauium, vt maxime potētes: nos nō fugamus mare retro.i. non cogimus ipsum retrocedere & contrahere se in augustiorē locū, mole.i. immensa magnitudine ędificiorum, iacta.s. in mare: vt teste Horatio multi fecerūt Romani ꝓcipue apud Baias. nos non alim⁹, scilicet dum exules sum⁹, ventrē improbū.i. improbandū eo q insatiabilem & plus petentem q̄ ipsi conueniat, tributo gētium.i. ex eo qđ pro tributo exigamus a populo. nullus ager metitur mihi vltra Getas & Parthoa: vt quibusdam diuitibua. Nos non colimur thure: vt ij qui diuinos vsurpant honores: nec arę meæ.i. in honorem meum extructæ, ornantur.s. festa fronde & muneribus, Ioue.i. deo vero excluso.s. a pio cultu. Nulla sylua, id est nulli horti pensiles imposta, pro imposita id est insita, culminibus meis, id est ædium mearum, nutat, id est tam alta est vt nutare videatur in imo positis. Nec stagna, id ē aquarum stantium receptacula vt lacus & paludes, non fumant, sup. mihi, succensa, post exhaustas aquas, multa manu scilicet seruorū: quia stagna piscatoria quo dulcior fiat fundus solēt incendi: & lacus interdum dum ex eis noualia facimus desiccatæ incenduntur: vt lerna palus ab Hercule: vnde hydram exussisse fingitur. Nec dies datur ducendus supple, id est transigendus somno: & nox non datur ducēda baccho peruigili, id est potatione ꝑ totam noctē durante: vt dari videtur quibusdam prædiuitibus: qui dei & naturæ ordinē, ne vulgares videantur, vilipendunt. Sed

Thy. Mihi crede falsis magna noībus placēt.
Frustra timentur dura, dum excelsus steti
Nunq̄ pauere destiti: atq; ipsum mei
Ferrum timere lateris. o quātum bonum est
Obstare nulli: capere securas dapes?
Humi iacentem scelera non intrant casam.
Tutusq; mensa capitur angusta cibus.
Venenum in auro bibitur: expertus loquor:
Malam bonæ præferre fortunam licet.
Non vertice alti montis impositam domum
Et eminentem ciuitas humilis tremit.
Nec fulget altis splendidum tectis ebur:
Somnosq; non defendit excubitor meos.
Non classibus piscamur: & retro mare
Iacta fugamus mole: nō ventrem improbum
Alimus tributo gentium: nullus mihi
Vltra Getas metitur & Parthos ager:
Non thure colimur: nec meæ excluso Ioue
Ornantur arę: nulla culminibus meis
Imposta nutat sylua: nec fumant manu
Succensa multa stagna: nec somno dies
Bacchoq; nox ducenda peruigili datur.
Sed non timemur. tuta sine telo est domus:
Rebusq; paruis alta præstatur quies.
Immane regnū est posse sine regno pati. Ph.
Nec abnuendū si dat imperium deus. Thy.
Nec appetēdū. Ph. frater vt regnes rogat. T.
Rogat? timendū est. errat hic aliqs dol⁹. Phy.
Redire pietas vnde summota est solet:
Reparatq; vires iustus amissas amor. Thy.
Amat Thyestem frater? æthereas prius
Perfundet Arctos pontus: & Siculi rapax
Consistet æstus vnda: & Ionio seges
Matura pelago surget: & lucem dabit
Nox atra terris: ante cum flammis aquæ:
Cum morte vita: cum mari ventus fidem
Fœdusq; iungēt. Phy. quā tn̄ fraudem times?

Thy.Omnē:timori quē meo statuā modū?
Tātū potest quātū odit.Phy.i te qd pōt? Th.
Pro me nihil metuo iam:vos facitis mihi
Atrea timendum.Phy.decipi captus times?
Serum est cauendi tempus in mediis malis.
Eatur:vnū genitor hoc hortamen est. Thy.
Ego vos sequor non duco.Phy.respiciat deus
Bene cogitata:perge non dubio gradu.

non timemur. forte inquit dicet aliquis: nos in tam humili conditiōe positi non timemur. ad hoc respondet nihil opus esse vt timeatur: qa domus.s.humilis est tuta sine telo:& quies alta.i.profunda,praestatur rebus paruis. Immane.i. maximū regnum est posse pati.i.(vt Bernar.non inepte interpretatur) viuere:non q pati sit viuere:sed quia nemo hic viuit qui nō patiatur:Militia em̄ seu tentatio est vita hominis super terram. Sicut ergo Cicero dixit: Magnum vectigal esse parsimoniam: ita magnum regnū iudicat author regnū contemnere & viuere in patientia:quia talis regnat in se qd regnum cuiq; vt charius ita maius est vniuerso mundo.Respondet modeste Phy.fili⁹ Nec abnuendū est imperiū si deus dat. quae insignis est sententia:sed splendidior patris q̄uis tyranni: ideoq; vt furiosis dantur subinde lucida interualla:ita tyrannis praesertim a duersitate pressis dantur bonae sententię. Dicit ergo.Nec appetendū sup.est imperiū. Ad qd filius:nō opus est vt appetas: quia frater.s.Atreus,rogat vt regnes. Ad quod Thyestes.Rogat.i.frater?timendum est:quia inimico reconciliato non est confidendū: quod etiam Italico dicitur adagio:Qui mihi applaudit plus q̄ solet aut me decepit aut decipere volet. Aliqs dolus errat,id est latet,hic,id est in hac tanta humiliatione. Ad quod Phyl.filius. Pietas solet redire sup.eo, vnde est summota.i.occulte mota:& amor iustus,id est debitus & necessarius, vt inter fratres,reparat vires amissas:aut potius intermissas. Thyestes autem durus ad credēdū,ex animo suo fratris animum metiens inquit. Frater.i.nunquid verosile est q frater.s.Atreus amat Thyestē capitalē inimicū:q arietē aureū abstulit & vxorē stuprauit? Pōtus.i.aqua marina q̄ sub polo est,pfundet.i.irrigabit prius arctos.i.vrsas ad polū arcticū positas,ethereas.i.i cælū tralatas:& vnda rapax aestus.i.ęstuarij aut freti aut feruidi fluxus siculi.i.maris, vbi scylla & charybdis,cōsistet.i.qescet pri⁹:& seges matura,surget.i. i altū crescet,pri⁹ pelago.i.mari,ionio.qd in continuo est fluxu:& nox atra dabit pri⁹ terris lucē. Aquę sup.iūgēt ante.i.prius,fidē.i.fidelē cōpromissionē amicitiae,& foedus cū flāmis.i.ignib⁹ ardētibus : & vita cū morte:& vēt⁹ cū mari.s.q̄ Atreus cū Thyeste. Ad qd filius vt fraudis ignar⁹:tn̄.i.tadē,aut q̄uis verosile sit suberat fraudē: quā fraudē times? Rn̄det Thy.oēm sup. fraudē timeo: nā sup.quē modū.i.finē statuā timori meo? ipse tantū pōt.s.in me quē in manu nūc habet:quantū odit. Ad hoc fili⁹.Quid pōt in te? Thy. Q d dixi in me: in vos dico:nā nihil timeo pro me, vos filij mei facitis Atrea fratrē timendū mihi. Ad qd fili⁹.times capt⁹.i.cū sis capt⁹ & in potestate fratris, decipi? tēpus cauēdi est serū.i.nimis tardū,in medijs malis. Eat.s.quo incoeptū est.o genitor:hoc vnū.i.solū est hortamen.s.meū. Thy.ego sequor vos:duo ergo erant filij licet alter tantum loquitur.non duco.s.vos: q non meo sed vestro cōsilio id facio. Phy.de⁹ respiciat.i.misericorditer secūdet, bene cogitata.i.pmeditata:pge gradu non dubio.

¶Mihi crede. Nūc petit: vt sibi experto vtrāq; fortunā fili⁹ credat q regnū sēp miserū sit. Magna.res magnę: sicut regna. Falsis.laudat regnū:qd pulchrū nomē videt:sed sub se multas habet miserias. Dura.sicut est exiliū & paupertas,q̄ dicunt dura & amara,frustra timentur quia nō sunt ita magna vt credit.qd probat exēplo sui ipsius:qui dū excelsus.i.rex fuit semper timebat mortē:etiā ab illis quos habebat ad custodiendū: vnde dicit Mei lateris hoc est illorū qui latus meū stipabāt: qd fit circa reges. Dū aūt fui in exilio nihil timui. Humi iacentē.dicit hoc quia reges habitāt arces ppter timorē. Pauper aūt debilē casulā. Scelera. in domo pauperis nō sunt ea scelera q̄ apud pricipes fiūt: vt Luca. Exeat aula q vult esse pius: virt⁹ & summa potestas nō coeūt. BERN.
Venenū auro bibit.nisi principes & diuites toxicant: vt Iuue. Nō aconita bibunt fictilib⁹:tūc illa time,cū pocula sumas Gēmata. Expert⁹.mihi est credēdū q rex & miser fui. Nō vertice.describit q̄ sint cōmoda in parua fortuna p cōtrariū:enumeratq; p negationē illa q̄ sunt in regno: vn̄ melius est pferre malā fortunā bonę in qua sunt tot miserię. Iacta mole.positis fundamētis in medio mari:qd fecerūt multi Romani. Fugam⁹. quia dū aedificam⁹ mare ipsum videt recedere. Nō thure.tantę sunt insolentiae principes vt dijs aequalē potestatē habere velint. Nulla.nō in culminib⁹ domoꝝ habem⁹ hortos qui pēsiles vocant: vt fuerūt orti Babylonij. Nec fumant.nō habem⁹ balnea intra tecta nostra: vel melius nō exsiccauimus stagna: vt fecit Hercules p ignē. Multa manu.multitudine famuloꝝ. Sed nō timet.monstrat conditionē vitę pauperis: quae caret omni suspitiōe. Immane.magnū. Pati.posse viuere. Aethereas pri⁹.p cōparationē mōstrat Thyestes se nō posse amari a fratre ab ipossibili argumēto. Pōtus.mare. Perfundet.lauabit. Arctos. vrsam maiorem & minorēquę sunt in parte coeli eleuata sup nos: q̄ occidere nō dicūtur: quēadmodū alię stellę in mari. Siculi aestus.illius freti,qd est inter Siciliam & Italiam: vbi charybdis & scylla pericula sunt. Cōsistet.quiescet. Aula pellit pietatē
Vos facitis. nō timeo fratrē ppter me: sed propter vos filios meos: nam charior solet esse fili⁹ patri seipso.
Serum.i.tardū.cauendū est anteq̄ ingrediamur mala:nā in medio periculo fugere non possumus: vt Iuuenalis Animante tuba galeatum sero duelli poenitet. Respiciat.secundet.

¶Non vertice &c. Reges muniunt se editissimis palatijs vt a populo formidentur: propterea inuidia populi & suspitione affectati regni Valerius,quas habebat aedes ad Veliam demolitus est. Iacta mole. vt superius declaraui in comparatione. magna vi & mole iaciuntur fundamenta in mari. Getas. Getae in Thracia: aliter Daci dicuntur teste Appiano. Sallustius putat esse Moesios a Lucullo superatos. Ebur.dens est elephantis,eius nobilitas in magnitudine. cōsistit & candore. In Scythia inueniuntur dentes serpentini aemuli dentiū elephantinorum materia tamen est spissa & ponderosa. In oceano Scythico capiuntur pisces quibus insunt dētes paulo infra magnitudinem elephantinorū. Reparat vires. Amantiū irę amoris redintegratio. Oēm. s.fraudem timeo? sed modum statuā &c. frater em̄ meus tantum pōt in me quantum odit. DANI. Getae qui Daci. Ebur.

Plagis. Exultat Atreus q; fratrem credulum in casses suos incidisse videt. vnde dicit viso sed non intelligente fratre. Fera scilicet quam venor & persequor, hoc est Thyestes, tenetur, id est irretita est, plagis.i. retium meorū nodis in extremis funibus: dispositis, id est in varijs insidijs locatis. Ego cerno &, id est simul: ipsum.s. caput mali: & vna.i. simul: indolē.i. sobolē paternorū morū ex indole sequacē, generis inuisi: iunctū parenti.s. Thyesti: quia vt dixi, duo filij cū eo venerunt: licet alter dūtaxat locut⁹ sit. odia.s. mea, versant in loco tuto: qa potero impune vindictam sumere. Thyestes venit tandē in man⁹ nostras, id est potestatem nostram: venit inquit & quidem.i. certe, totus: quia cum tota sobole. Ego vix.i. cum difficultate, tempero, id est moderor animo: (sic Horatius in episto. Qui non moderabitur iræ Infecti volet esse dolor qđ suaserit) dolor sup. meus, vix capit frænos.i. vix patitur retinen donec opportunū fuerit. Sic vmber sup. canis (quia sicut in Vmbria parte Italiæ multi sunt apri: ita & canes venatici: verū inepta mihi videtur cōparatio: quia cū res apud Argos gesta sit: aptius Spartanū aut molossum, q̄ vmbrum canem ad comparationē adduxerit: verū quia Romæ agitur Romanis nota citat.) cū vestigat.i. per vestigia idagat (aptissimus sermo) feras.s. bestias: & sagax.i. odorisequa vi a longe præsentiens feram, tenetur longo loro, id est copula: ac scrutatur vias.i. vestigia ferarū ore presso: ne se latratu pdat: dū sentit pcul suem.i. porcū presertim syluestrē (q aper dicit) odore lento.i. lente nares feriēte cū procul sit (odor em̄ rerū quo longi⁹ eo lentius diffundit) paret.i. obtemperat venatori, & oberrat locū.s. in quo ferā esse putat, rostro.i. extremo rictu, tacito.i. tacente: quū.i. qn̄, prēda.s. sus, fuit.i. est (a verbo āriquo fuo fuis fuit: vn̄ Maro. Tros tyriusve fuat) propior: ita vt eam inuadere possit: pugnat tota ceruice. Nam in ea vis est vt rictu cōprehensā vellat: & vocat gemitu, id est certo latratu gemitui simili, dominū.s. venatorē, morantem s. ferire cuspide aprum quē tenet: & eripit se sup. dño.i. ab ictu dn̄i, retinēti.s. ferā. Cū.i. qn̄ ira spirat.i. affectat, sanguinē, nescit tegi.i. occultari & dissimulari: tn̄ tegatur.s. a me. Aspice. hoc ad seipsum dicit. aspice vt.i. qualiter, coma grauis.i. molesta, aut impexa & ita grauis puluere, obruat vult⁹ mœstos fratris tui: q̄.i. q̄tū fœda barba iaceat.s. illi: p̄stetur fides.i. credatur mihi: iuuat sup. me, videre fratrē: quia vt pxime sequēs chorus explanabit viso fratre in gratiā redijt. Itaq; cōuersus ad fratrē dicit. O frater sup. redde mihi cōplex⁹ expetitos: quicquid irarū fuit.s. inter nos: transierit.s. in obliuionem. Sanguis.i. necessitudo sanguinis, ac pietas.i. prius necessariorū cultus colātur ex hoc die.i. post hac. Odia dānata.s. ab oib⁹ bonis, excidāt aīs.s. nostris. Ad hoc Thyestes. Ego o Atreu possem diluere.i. excusatione quadā purgare, cūcta.s. mihi obijcienda, q̄ in te fecerim: nisi fores.i. esses talis.i. tā placabilis in me: sed fateor fateor.s. cū dolore: admisi oia q̄ credidisti.s. de me. Pietas.s.

Trimetri iambici.

ATREVS. THYESTES.

Plagis tenetur clausa dispositis fera.
Et ipsum: & vna generis inuisi indolē
Iunctam parenti cerno: iam tuto in loco
Versantur odia: venit in nostras manus
Tandem Thyestes: venit: & totus quidem:
Vix tempero animo: vix dolor frenos capit.
Sic cum feras vestigat & longo sagax
Loro tenetur vmber: ac presso vias
Scrutatur ore: dum procul lento suem
Odore sentit: paret: & tacito locum
Rostro pererrat: præda cum propior fuit:
Ceruice tota pugnat: & gemitu vocat
Dominū morantē: seq; retinenti eripit.
Cum spirat ira sanguinem nescit tegi:
Tamen tegatur. aspice vt multo grauis
Squalore vultus obruat mœstos coma:
Q̄ fœda iaceat barba: prestetur fides:
Fratrem iuuat videre. Complexus mihi
Redde expetitos: quicquid irarum fuit
Transierit: ex hoc sanguis ac pietas die
Colātur: animis odia dānata excidant. Thy.
Diluere possem cuncta: nisi talis fores.
Sed fateor Atreu: fateor admisi omnia
Quę credidisti: pessimam causam meam
Hodierna pietas fecit: est prorsus nocens
Quicunq; visus tam bono fratri est nocens.
Lachrymis agendū est: supplicē prim⁹ vides.
Hæ te precantur pedibus iniunctę manus
Ponatur omnino ira: & ex animo timor
Erasus abeat: obsides fidei accipe
Hos innocentes frater. Atr. genibus manus
Aufer: meosq; potius amplexus pete.
Vos quoq; senum præsidia tot iuuenes meo
Pendete collo. squalidam vestem exue:
Oculis nostris parce: & ornatus cape.

Quales mei sunt: lętus & partem imperi
Capesse frater: maior hæc laus est mea
Fratri paternum reddere incolumi decus.
Habere regnum casus est: virtus dare. Thy.
Dii paria frater pretia pro tantis tibi
Meritis rependant: regiam capitis notam
Squalor recusat noster: & sceptrum manus
Infausta refugit. liceat in media mihi
Latere turba. Atr. recipit hoc regnũ duos. th.
Meum esse credo: quicquid ẽ frater tuũ. Atr.
Quis influentis dona fortunę abnuit? Thy.
Expertus est quicunq; q̃ facile effluant. Atr.
Fratrem potiri gloria ingenti vetas. Thy.
Tua iam peracta gloria est. restat mea.
Respuere certũ est regna cõsilium mihi. Atr.
Meam relinquã: nisi tuã partẽ accipis. Thy.
Accipio: regni nomen impositi feram:
Sed iura & arma seruient mecum tibi. Atr.
Imposita capiti vincla venerando gere.
Ego destinatas victimas superis dabo.

tua, hodierna. i. quã hodie ostendisti mihi, fecit causam meã pessimã: quia nõ potero dicere me ea fecisse in fratrẽ pessimũ sed optimũ. Is sup. est prorsus. i. porro versus & in omnẽ partẽ, nocẽs: quicũq; visus est nocens iã bono fratri. Agẽdũ est. i. mihi, lachrymis. i. vera recõciliatio lachrymis impetrãda. Tu primus. s. oĩm mortaliũ, vides me supplicẽ: hæ manus. s. meę, iniunctæ. i. immissæ, pedibus s. tuis. i. amplexantes nõ genua sed pedes tuos, p̃canẽ te sup. vt, ira ponaẽ. i. deponaẽ oĩno: & timor abeat. i. euanescat erasus ex aĩo. o frater accipe hos. s. filios meos Phylisthenẽ & Tantaliũ, innocentes. s. in te, obsides fidei. s. paternę. Atreus quasi nõ passus tãtam humiliationẽ inquit: Aufer manꝰ a genibꝰ: nõ dicit a pedibus vt ille per humilitatẽ dixerat: & pete potiꝰ amplexus meos. s. q̃ genua: qa amplexus petunt amici fere æquales, genua supplices. Vos quoq; tot iuuenes, quia quatuor aderant, duo filij Atrei pro patruo missi & totidẽ Thyestis, pręsidia senum. i. in quos nos senes vt in tuta p̄sidia recũbimus, pẽdete collo meo. O frater exue vestẽ squallidam: & parce oculis nr̃is. i. noli lugubri isto vestitu me ad lachrymas ꝓuocare: & cape ornatus sup. tales, quales mei sunt (ergo prius de vultibus mœstis fratris nõ de suis locutꝰ est) & tu lætus capesse partẽ imperi pro imperij. Hęc laus mea. s. reddere fratri icolumi decus. i. regnũ paternũ, ẽ mihi maior. i. p̄cipua: aut maior q̃ si solus regnẽ. qa habere regnũ est casus. i. beneficiũ fortunæ: & certe dei: per quẽ reges regnãt. dare regnũ est virtus. s. dãtis. Thyestes aũt recusans regni insignia aut simulãs se recusare ingt. o frater, dij repẽdãt. i. ꝓsoluãt tibi pretia. i. p̄mia, paria. i. cõdigna, pro tãtis meritis. s. tuis in me. Squalor nr̃, recusat. i. acceptare nõ vult, regiã notã capitis. i. insigne regale capiti imponẽdũ, vt est diadema & corona: & manus infausta refugit sceptrũ. i. virgã regalem. liceat. i. permittaẽ mihi, latere. i. ignoto esse, in media turba. i. frequentia populi. Ad hoc Atreus. Hoc regnũ, cõtra naturã aliorũ, recipit duos. Thyest. O frater: ego credo esse meũ, quicqd est tuũ q. d. satis est mihi te regnare. Atre. Quis abnuit. s. vnq̃, dona fortunę influentis. i. se vltro offerentis? q. d. nullus. Thyestes tñ cõtra prudenter respõdet. Abnuit sup. is quicunq; expertus est, q̃. i. q̃ tũ facile effluãt. s. dona fortunę. Vetas? iterrogatiue: aut tu vetas, fratrẽ hoc est me, sed plus põderis ẽ in noie fratris, potiri ingẽti gloria: qualis esset dedisse regnũ. Respõdet Thyestes Tua gloria est iã peracta. i. cõsummata quia obtulisti mihi regnũ: mea. s. gloria restat. s. agenda vt recusem: nã certũ consiliũ est mihi respuere regna. Ad quod Atreus. Ego relinquã meã partẽ. s. regni: nisi accipis tuã. Thy. Accipio. s. partẽ meã. ego ferã nomẽ regni impositi. i. qd imposuisti mihi inuito: sed iura & arma seruiẽt tibi mecũ. i. vt & ego. Ad id Atreus. Gere vincla. i. redimicula, imposita capiti. s. tuo venerando. q. d. digno imperio: hoc est diadema quæ est fascea linea aut bissina cui corona imponi solet: ego dabo superis victimas destinatas. i. addictas & votas pro reditu tuo.

PLagis. Iam cognita est deliberatio Thyestis cũ filijs vt vadat securo aĩo ad accipiendũ regnũ. Illum aũt venientẽ videns Atreus frater intra se dicit ꝓpter licentiã quã habebat: vt in fratrẽ seuire posset: iã mihi capta est fera q̃ ꝑtinus erit dilaniãda: sed vix possum me continere quin impetũ faciã in fratrẽ, quẽ tanto odio ꝓsequor: demũ deliberat dissimulare irã: vt atrocius sæuire possit. Plagis dispositis. distentis retibus. Fera. ip̃e Thyestes. Vna. simul. Indolẽ. filios ipsius q patrẽ suũ vultu referũt. Indoles eñ signũ virtutis qd apparet in adolescẽte. In tuto. in potestate mea: quia primo dubitabã posse habere eũ. Totus quidem. cum filijs. Vix tempero. quasi non possum cõtinere me: quin manus in eũ inijciam. BERN. Indoles.

Frenos. vix potest frenari: trãslatio sumpta est ab equo. Sic cũ. Adaptat pulchrã similitudinẽ: quẽadmodũ canes venatici, visa fera vix possunt retineri quin impetũ faciant: sic Atreus vix seip̃m tẽperabat. Vestigat. p vestigia sequiẽ. Vmber. canis venaticus de Vmbria q̃ pars ẽ Italiæ, vbi est Vrbinũ ciuitas. Sagax. acutus ad inuestigandũ: vñ sagus & saga diciẽ & præsagire diuinare. Loro. fune: qd & copula dicitur latine.

Scrutaẽ. inquirit. Presso. in terrã inclinato. Suẽ. aprũ. Paret. obtemperat. Tacito. dũ a longe sentit ferã nõ clamat: sed qñ ꝓpe est vellet ip̄am inuadere. Dñm. venatorẽ mõstrãtem. Tegi. dissimulari. Tñ tegatur. occulteẽ q̃uis sit difficile: vt possim facere maius scelus. Aspice. facta deliberatiõe vertit se ad fratrẽ tali modo. Grauis. tristis. Squalore. situ & pędore. & a squamis diciẽ. Iaceat. inculta sit. Præsteẽ fides. faciamus ip̃m credere ꝙ amẽ ip̃m. & dictis istis verbis occurrit illi cõplexũ ferẽs: vñ Thyestes visa pietate fratris fatendo scelus suũ veniã petit. Pietas tua. amor fraternus quẽ in me demõstras: facit cãm meã inexcusabilẽ quia peius est peccare in bonũ q̃ in malũ hoiem: qd voluit Tullius: Nulli esse nocendũ, nisi lacessitus iniuria.

Lachrymis. nō alia cōmiseratione vtar: nisi ꝙ lachrymis veniā petā. Erasus. penitus deposit⁹. Obsides. hos filios meos do tibi pignus pacis. A genib⁹. Atreus vidēs fratrē supplicē eū erigit, iubetq́ meliora sperare. Parce oculis. quia offendis aspectū meū his vestibus. Habere regnū. maior est laus dare regnū q̄ suetinerē. nā esse regem est casu non virtute: sed quādo quis donat, illud est magni animi. Rependere. (Repēdere.) tractū est ab antiquis q pecunias pendebāt: vñ etiā pendere pœnas dicit̃. Notā. insigne, coronā, & diadema: nō cōuenit mihi ꝙ habeā regis insignia. Infausta. infelix. Latere. iacere q̄si vnus de plebe. Effluant. s. dona fortunę. Vetas. ꝓhibes mihi tātū honorē & gloriā ꝙ dicar restituisse tibi regnū. Fratrē. s. me. Peracta. ꝑfecta. Restat mea. q̄ erit si recuso regnū ꝙ dicat̃ me potuisse habere regnū & noluisse. Impositi. s. a te mihi. volo noie & re habeas iura mecum: vt sis sup arma & leges. Vicula. diadema. accipe insignia regis: ego vero interea sacrificabo diis immortalibus votas victimas.

DANI. ¶ Plagis. Secūdus dialogus huius carminis codē inscriptus metro. Iam iā cogunt̃ malorū copiæ: iam canit̃ receptui a fratribus Tātaleis. sed recto prius agit̃ dolo vt acrius coalescat flāma odiorū. Plagis. (Plaga.) Plaga prima breui nod⁹ retis: accipit̃ tñ pro rete, & pro syndone. Varro. Chlamydes, plagæ, vasa aurea. huius diminutiuū plagula. Sic cū feras vestigat. Sophocles inducit Vlyssem ita inuestigātē vestigia Aiacis & circa ei⁹ tentoriū indagātē vt solet lacena canis ferā sagire atq́ inuestigare. quare vtitur verbis venaticis & ad inuestigandā ferā omnino pertinētib⁹, vt facit hic Seneca. Vestigat. qđ gręci dicūt ἰχνεύειν μετερπετε... Sagax vmber. κυνευριν και θηρωμενοσ. (Vmbria.) Vmber ab Vmbria q̄ Italiæ pars: incipit ab apennino & extēdit̃ in Adriaticum vsq́ sinū ab vmbra Apennini dicta. canes habet fere sagacissimos inuestigandisq́ feris solertissimos. (Rostrum.) Rostro. rictu ꝓtēso. nō mō de auib⁹ ac cæteris animalib⁹ rostrū dicit̃ sed de ipo quoq́ hoie. Plaut⁹. Ad vsq́ rostrū hois. Obsides. (Obses.) Obses ꝓprie q dat̃ alterius impio vt deficiēte datore a fide puniatur a recipiente. datur autem in obsidione & conflictu.

Sapphici: & vnus Adonius.

CHORVS.

Credat hoc quisq̄: ferus ille: & acer
Nec potēs mentis truculētus Atreus
Fratris aspectu stupefactus hęsit.
Nulla vis maior pietate vera est.
Iurgia externis inimica durant:
Quos amor verus tenuit: tenebit.
Ira cum magnis agitata causis
Gratiam rupit: cecinitq́ bellum:
Cum leues fręnis sonuere turmę:
Fulsit hinc illinc agitatus ensis:
Quem mouet crebro furibundus ictu
Sanguinem Mauors cupiens recentem:
Opprimit ferrum: manibusq́ iunctis
Ducit ad pacem pietas negantes.
Ocium e tanto subitum tumultu
Quis deus fecit? modo per Mycenas
Arma ciuilis crepuere belli:
Pallidæ matres tenuere natos:
Vxor armato timuit marito:
Cum manum inuitus sequeretur ensis
Sordidus pacis vitio quietę.
Ille labentes renouare muros:
Hic situ quassas stabilire turres:
Ferreis portas cohibere claustris

ASCEN. Credat hoc quisq̄. Quia nō est vero simile hominē tam sæuū & tāta mala passum in gratiā rediisse: docet poeta eā esse vim necessitudis & pietatis vt vel inuitos reconciliet: ista tamē gratia nō est diu duratura. Ordo est. Credat. i. credere ne possit quisq̄ hoc. s. ꝙ ille ferus & acer, nec potens. i. impotens mentis. i. q nequiuit imperare aio suo, videlicet Atreus truculentus, hęsit. i. immorat⁹ est vestigiis fixis, stupefact⁹ aspectu fratris. s. Thyestis. Nulla vis est maior vera pietate. i. necessariorū inter se obseruātia & cultu. Iurgia inimica durāt externis: sed nō consanguineis. amor verus tenebit. s. iterū, quos tenuit. s. semel: hoc est necessitudine coniuncti tametsi ad tps dissidēt tādē in gratiā semp redeūt. Cū. i. postq̄ ira agitata magnis causis: vt inter Atreū & Thyestē: rupit gratiam, & cecinit. i. classicis indixit bellū, cū turmę. s. equitū, leues. i. veloces, sonuere fręnis. s. ferratis: & ensis fulsit agitatus hinc illic. i. a diuersa acie: quē. s. ensē, Mauors i. Mars, furibundus mouet crebro ictu, cupiens. i. sitiens sanguinē recentē. i. recentius fusum: tūc sup. pietas opprimit ferrū: & ducit negātes. i. etiā inuitos ad pacē, manib⁹ iūctis s. inter eos in signū reconciliationis: vt fiebat per Sabinas iter soceros & generos filiarum raptores. Quis deus (q. d. nō ali⁹ q̄ pietas: ergo pietas dea: & licet de ea intelligat, tñ in masculino genere loq̄t vt Maro de Venere ęnei. ii. Descēdo ac ducēte deo &c.) fecit subitum ociū. i. tranquillitatē, e tanto tumultu, quantus erat inter Atrea & Thyestē? Arma belli ciuilis, immo plus q̄ ciuilis q a inter fratres, crepuere mō. i. paulo añ p Mycenas. Matres pallidæ. s. prę timore, tenuerunt. i. retinuerūt ne ruerent in ꝓlia, natos. i. filios suos: vxor quæ nō potuit tenere maritū, timuit marito armato, ne. s. fortiorē offēdat: aptius ergo dicit tenuere natos: q̄ vt quidam legūt, timuere aut tremuere natis. mō dicit cū ēsis sordid⁹. i. sorditat⁹ & rubiginosus effectus, vitio pacis quietæ. i. nō sinentis arma moueri, seq̄ret̃ inuitus i. licet inuitus, manū. s. ciuis in ciuē: & fratris i fratrē &c. Ille. i. quispiā e ciuibus, certabat re-

Ille certabat pauidusq; pinnis:
Anxię nocti vigil incubabat.
Peior est bello timor ipse belli.
Iam minę sęui cecidere ferri:
Iam silet murmur graue classicorum:
Iam tacet stridor litui strepentis.
Alta pax vrbis reuocata lętę.
Sic vbi ex alto tumuere fluctus
Brutium pontum feriente coro:
Scylla pulsatis resonat cauernis
Ac mare intortum timuere nautæ:
Quod rapax hausit reuomit Charybdis:
Et ferus cyclops metuit parentem:
Rupe feruentis residens in ætnę
Ne superfusis violetur vndis
Ignis æternis resonans caminis:
Et putat mergi sua posse pauper
Regna Laertes Ithaca tremente.

nouare muros labentes.i.labātes vetustate & tpis edacitate:hic.i.alius certabat, stabilire.i. stabiles efficere,turres.i. ꝓpugnacula murorū,quassas situ.i.mucore & lanugine immūda ob neglectū cultū:& ille.i.alius pauid⁹ certabat cohibere.i.clausas tenere,portas.s. vrbis,claustris.i. vectib⁹ & repagulis ferreis,& pinnis.i.minis murorū:& vigil.i. pars ciuiū vigilijs deputata,incubabat.i.operā suā nauabat,nocti anxię.i. vigilię nocturnę quā cū anxietate agebat:anxię dicit, quia ipse timor belli,est peior.i.nocentior,bello.s.ipo:qd sepe parū aut nihil nocet: cū met⁹ & multum & semp cruciet. Iā aūt p reconciliationē fratrū, minæ ferri sęui cecidere.i.sedatæ sunt:& graue murmur classicoꝝ.i.bellicū canentiū,silet iā:& stridor litui.i.tubę clarisonæ & incuruę i morē litui.s. baculi auguralis, & nūc episcopalis:strepentis prius,tacet iā. Pax alta.i.magna vt sperabaẗ,vrbis.s.Mycenarū,lętæ, ob pacē,sup.ē reuocata iā. Sic. affert similitudinē maris ex turbulēta tēpestate tranquilli: describēsq; prius cōmotionē, dicit. Sic vbi.i. postq̄ fluct⁹.s.marini tumuere ex alto.s.mari,& hoc coro.i.vento illo q etiā caurus diciẗ & est vehemens,feriente.i.agitante pontum Brutiū.i.qd alluit Brutiorū i Italia orā: Scylla.i.angustus ille locus inter scopulos in mari siculo periculosos,resonat:qa catulos dicitur habere in vtero:cauernis.i.cōcauis scopulis,pulsatis a fluctib⁹:ac nautę timuere mare intortū.i.vt absorptū:alij legunt in totū: sed malim intortū:quia qd Charybdis,altera vorago maris eiusdē/periculosa,rapax.i.aquarū & nauiū, hausit.s. semel, reuomit.i.iterū emittit. Et cyclops.s. Polyphemus ferus,iā euulso oculo,residēs in rupe ætnę.s. montis Sicilię feruētis,qa semp ardētis,metuit parētē.i.patrē suū Neptunū:hoc est mare:ne ignis resonās æternis caminis.i.fornacib⁹ hoc loco, violeẗ vndis supfusis:& Laertes.i.quisqs rex est Itachæ,paup:quia paruę & sterilis regiūculæ dn̄s:putat sua regna posse mergi:Ithaca tremente.s.a facie ventorum.

CRedat. Visum est queadmodū Thyestes reuersus est in regnū:ibiq; chorus laudat pacē inter frēs: BERN.
dicitq; ꝙ pene est impossibile ꝙ ius sanguinis/& naturæ nō cogat ad cōcordiā ne cessitudine con-
iunctos:persistitq; in cōparatione maris qd cessantib⁹ ventis trāquillū efficiẗ:ita Atreus q nup pa-
rabat tantū bellū, viso fratre totā irā deposuit. Credat.quasi dicat est incredibile. Impotēs.ita in
sanus:ꝙ nō videat quid faciat. Otiū.miraẗ vn̄ facta sit tam subita pax cū esset tant⁹ apparatus belli. Sor-
didus.rubiginosus quia diu non fuerat exercitatus. Inuitus.difficulter euaginabaẗ cū rubiginosus esset. Il
le.ali⁹. Cadētes.labētes muros reficiebat. Situ.a sino.qn̄ reliquunẗ & deseruntẗ aliqua loca iculta nasciẗ mu Situs.
cor q situs diciẗ. Cohibere.stringere & claudere. Vigil.custodiā nocturnā faciēs. Classicoꝝ.sonoꝝ tubę q
danẗ militib⁹ ad bellū. Litui. tuba est retorta:aliqn̄ baculus augurū quo tēplū in aere designabāt. Alta.ma
gna ꝙ iā videbaẗ fundata & stabilita. Sic vbi.adaptatio cōparationis:qn̄ videmus crebrescere vētos omne
mare turbaẗ:cessantib⁹ aūt illis fit tranquillitas. Corus.sine aspiratione prima ꝓducta vēt⁹ est q & caurus di- Corus.
ciẗ. Brutiū.populi Calabrię sūt Brutij ad fretū siculū vt scribit Ply. Hausit. euomuit & ad se traxit. Ferus
cyclops. Polyphemus fuit Neptuni filius ex Thosa filia Phorci vnū in media fronte habēs oculū:eo dicente Polyphe-
spud Ouidiū li.xiij.Metamor. Vnū est in media lumen mihi fronte:sed instar Ingentis Clypei:q greges mul mus.
gebat & solus ab antro lapidē tollebat,quē viginti boū paria mouere nequissent.hic habitauiq Aetnā mōtē in
medio Sicilię ꝑpetuo incēdio clarū:vn̄ dicit ꝙ dubitabat ne pater suus Neptun⁹ mitteret aq̄s vsq; in ętnā mō
tē qui lōge est a mari. Feruentis.semp ardētis: vt dixim⁹:quia ibi sunt venę sulphureę. Laertes.pater Vlys Laertes.
sis q regnauit in isula Ithaca.de qua Ply.li.iiij. Añ leucada Achaia posita est in qua mōs est Neritos,timebat
ne mergeretur.

¶Credat. Sextū carmē metro sapphico sicut Nat⁹ Eurystheus in Hercule.Chorus laudat pietatē q̄ oēm mali DANI.
tiā vincit:oēm simultatē extermiat:fugat dissidia: & altercātes cōponit. Hęc eadē facit vt Atreus cū Thyeste
in gratiā redeat. Pietate. Est aūt pietas,e diffinitiōe Ciceronis ps iustitię q̄ debeẗ parētib⁹ & cōsāguineis.gręce Pietas.
ciendi, solitae. s. per naturam perire: quia occasus nihil erit. s. deinceps: & ortus nihil erit. Genitrix rosida. i. rore perfusa, primae lucis i. diluculi, hoc est aurora, assueta tradere deo. s. soli, frenos heoos. i. oriētales, hoc est instruere equos solis ad cursū diurnū, stupet lumina regni sui esse peruersa: vt q̄ procedere debeāt retrocedāt. Ipa enim aurora solita emittere equos solis ad cursum diurnum perficiē dum, nescit tingere scilicet oceano currus. i. equos fessos: vt facere videtur occidens: nec sup. scit, mergere ponto. i. mari, iubas. i. crines collorum equorum solis, fumātes sudore: qa ex tepido & humido fit sudor. Ipe sol, occiduus. i. quādo occidit, nouus. i. insolens videt auroram hospitio insueto. s. tpe vespertino: licet mane inde exeat: & iubet tenebras surgere, nocte nondū parata (quia caligo nō vera nox erat): astra non succedunt. s. soli occidēti, nec polus. i. cælum, a parte totum, micat vllo igne. i. sidere: nec luna digerit. i. temperat lumine suo: vmbras graues. i. densas tenebras. Sed quicquid id est. s. qd̄ tātam caliginem inducit, vtinā sit nox & nō defectio totius naturae. Pectora sup. mea, trepidāt, trepidant, percussa metu magno: ne cuncta labent. i. in interitum cadant, quassata ruina fatali. i. deorū prouidentia facta: & chaos. i. cōfusio rerū, deforme. i. formę expers, premat. i. in confusionē contrahat, iterū, vt semel fuerāt, deos. s. ex hominibus factos, & homies. qd̄ dico, quia verus deus chaos diremit: dicente Ouidio metamor. i. Hanc deus & melior litem natura diremit. & ne natura tegat. i. abscondat in cōfusa cōgerie, iterū terras, mare, ignes, & sidera vaga. i. erratica vtpote planetas: cū illis nihil minus erret Plynio: mūdi picti. i. cęli. Dux astrorū. s. sol: quia in medio residens cōplectitur oia Phoeb⁹: est eīn i medio planetarū vt rex in regno: cor in homie: dux in exercitu: ducēs secula: q̄ ex cursu sol' distinguunt: nō dabit. s. deiceps notas. i. signa aestatis & Brumę. i. hyemis, in qua bruma. i. breuissima diei tēpestas ē: exortu. i. p ortū facis aeternae. i. lāpadis suae indeficientis: & luna nō demet nocti timores, quos generāt tenebrae & solitudines, obuia. i. cōtraria currēs flāmis. i. radijs, phoebęis. i. solarib⁹: & vincet habenas fratris sui. i. celerius curret q̄ sol ipe q frater lunę: eo q Apollo q sol, frater ē Dianę q̄ luna dicit: currens breuius. s. q̄ sol, limite curuo. i. transuerso, vt p̄ueniat solē: qd̄ facile nūc faciet cū sol retrocesserit: & turba deorū ibit cōgesta in vnū sinū. i. angulū aliquem aut chaos. hic signifer sup. circulus videlicet Zodiacus: qui peruius astris sacris, secat zonas. i. circ'os cęlestes obliquo tramite, quia i transuersum extendit, flectēs. i. iminuēs nūc ijs nūc illis ānos lōgos scd̄m q pl⁹ aut min⁹ excurrāt planetae & pręcipue sol: q Zodiacū nō egredit: labens. s. tandem, videbit sidera lapsa: hic aries. i. signum hoc caeleste, qui reddit Zephyro. i. Fauonio, tepēti. i. tepido vēto, vela: aut vt ipse per aera feratur: aut vt mare nauigabile faciat: vere nondum benigno id est prima parte veris q̄ adhuc hyemis rigorem participat: tunc enim oritur aries:

Nihil occasus: nihil ortus erit.
Stupet heoos assueta deo
Tradere frenos genitrix primę
Rosida lucis peruersa sui
Lumina regni: nescit fessos
Tingere currus: nec fumantes
Sudore iubas mergere ponto.
Ipse insueto nouus hospitio
Sol auroram videt occiduus:
Tenebrasq́ iubet surgere: nondum
Nocte parata: non succedunt
Astra: nec vllo micat igne polus:
Nec luna graues digerit vmbras.
Sed quicquid id est: vtinam nox sit.
Trepidant trepidant pectora magno
Percussa metu: ne fatali
Cuncta ruina quassata labent:
Iterumq́ deos: hominesq́ premat
Deforme chaos: iterum terras
Et mare: & ignes: & vaga picti
Sidera mundi natura tegat.
Non aeternę facis exortu
Dux astrorum secula ducens
Dabit aestatis brumęq́ notas.
Non phoebęis obuia flammis
Demet nocti luna timores:
Vincetq́ sui fratris habenas
Curuo breuius limite currens.
Ibit in vnum congesta sinum
Turba deorum.
Hic qui sacris peruius astris
Secat obliquo tramite zonas:
Flectens longos signifer annos
Lapsa videbit sidera labens.
Hic qui nondum vere benigno
Reddit zephyro vela tepenti:
Aries pręceps ibit in vndas:

Per quas pauidam vexerat Hellen.
Hic qui nitido Taurus cornu
Perfert Hyadas: secum geminos
Trahet: & curui brachia Cancri.
Leo flammiferis ęstibus ardens
Iterum e cęlo cadet Herculeus.
Cadet in terras virgo relictas.
Iustęq; cadent pondera librę:
Secumq; trahent Scorpion acrem.

ibit p̄ceps.i. decidet in vndas scilicet Hellesp̄oti: per quas vexerat nō tamen peruexerat, Hellen sororē Phryxi, pauidam: q̄ ob pauorē in mare cecidit & illi nomen suum dedit. Hic taurus secundum signum, qui pręfert.i. ante se fert cornu nitido: aut quia totus candidus erat Taurus qui Europem trāsuexit: aut stellis fulgēti: hyadas .i. stellas quinq; i ortu suo pluuias excitātes, trahet secum geminos .s. signum: & brachia.i. chelas, cācri curui, quia retrogradi: aut sic in cęlo siti. Leo Herculeus. i. deuictus ab Hercule, & a Iunone in cælū translatus, ardens æstibus flammiferis, quia æstiuale signū est, cadet iterum e cælo: non q̄ semel ceciderit, sed q̄ prius extra cęlum fuerit. Virgo.s. Erigone aut Astrea, cadet in terras relictas.s. ob iniquitatē: quia vltima cælestū terras astrea reliquit: & pondera.i. bilances, libræ iustę: aut diē & noctem ex æquo diuidentis: aut q̄a ad librā iusta decernunt̃ pōdera: cadēt.s. in terras: & trahent secū scorpion acrem: qui Oriona interficere tentarat.

¶ Solite. Cōsuete: vt primo dies postea nox sit. Genitrix. Aurora, quæ solebat eē ministra sol' & frænabat equos eius quando recedebāt ab oriente, nunc stupet. Roscida. plena rore: quia tunc cadit ros. Deo. soli. BERN.
Heooa. orientales. Lumia. ingressum suū: quia de aurora solent egredi equi: vt faciant diē: nunc ingrediūtur, vt faciāt noctem. Tingere. dicitur sol stabulari & occidere in Oceano. Sed quicquid. venit in desperationem si sit nox quia non apparerent sidera vel luna: sed dubitat ne sit finis mundi. Tegat. occultet & cōfundat omnia elementa. Picti. propter stellas. Vaga. stellarum aliquę sunt fixæ, aliquę errantes: ideo dicit vagæ. Dux astrorum sol appellatur. Notas. signa. Brumæ. quādo dies sunt breuissimi. Non phœbeis. non erit amplius luna q̄ compleat cursum in viginti nouē diebus. Obuia. opposita: quia sumit lumen a sole.
Timores. quando est nox obscura homines timēt ire. Vincet. nā luna citius peragit cursum suum q̄ sol ideo vincet fratrē. Habenas. cursum. Curuo limite. per cursum Zodiaci qui est circulus flexus. Ibit. amplius non erit ordo in cælo: sed oīa confundent̃. Hic qui. cælum est rotundū quinq; zonis diuisum: qd̄ Vergi. in Georgi. recte describit. has intersecat Zodiacus per trāsuersum ferens signa, hoc est planetas: vnde circulus ipe appellat̃ signifer. Hic incipit denumerare signa Zodiaci. Aries q̄ principiū est anni: & hic dicit̃ fabulose fuisse qui Hellē & Phryxū Adamātis liberos vltra Hellespontū trāsfretauit. Vela. quia tpe veris nautæ incipiunt nauigare. Ibit. in vndas cadet de Zodiaco in mare. Hic Taurus. hic est quē diximus in Hercule furente p̄pter Iouem positū inter astra q̄ in bouē sit fabulose conuersus. septē stellas habet in fronte quæ Subuculæ appellant̃. Pręfert hyadas. stellas quinq; quæ filiæ Atlantis fuisse dicunt̃. in cælū translatæ in ore Tauri collocatę fuerūt dicēte Oui. li. vj. Fastorū. Postera lux Hyades Taurinæ cornua frontis Euocat & multa terra madescit aqua. nā cum oriunt̃ & occidūt tēpestates & pluuias faciūt. Geminos. hi fuisse dicūtur fratres Castor & Pollux. Curui cancri. Cācrū inter astra locatū fabulę aiunt: q̄m Herculem alijs auxiliantem & Hydrā de fonte Nereidū auferentē saliens in pedē percusserit. Aliter Iunonis beneficio inter astra locatus Cācer: q̄ cum Hercules contra hydrā lerneam cōstitisset: & ex palude pedem eius mordicus arripuisset: ab eo interfectus est: propterea a Iunone inter duodecim signa constitutū fuisse dicūt. Leo. Leonem aiunt inter astra collocatū q̄ dn̄s ferarum & princeps existimat̃. nonnulli hoc amplius dicunt p̄pter memoriā Herculis: q̄ Leonē ingentē inermis dicit̃ peremisse. Virgo. hæc ad aspectū Bootis cōstituta est inter leonē & libram: hanc fabulose Hesiod' dicit filiā fuisse Iouis & Themidis iustam vocatā: ab alijs astreā: q̄ prius terras habitasse dicit̃: & ob scelera hoim ad cælū fugisse: vñ dicit terras relictas: & q̄ iterū per cōfusionē rerū cadet in terras quas ipa reliq̄rat. Scorpion. a Ioue inter astra locatū volūt q̄ Orion cū venaret̃, & in eo exercitatissimū se esse confideret dixisse etiā Dianę & Latonę se omnia quæ ex terra oriunt̃ interficere valere: qua a re terrā permotā Scorpiū emisisse: qui eū iterficere moliretur: Iouē autē vtriusq; animū admiratū, Scorpiū inter astra collocasse: vt spēs eius hominibus documentum esset: ne quis eorum aliqua re sibi cōfideret: Dianā aūt p̄pter studiū Orionis petisse a Ioue: vt illi idē beneficiū daret petenti: qd̄ terrę vltro tribuisset: itaq; eū cōstitutū: vt cū Scorpius exoriatur occidat Orion. Scorpius autem propter magnitudinem membrorum in duo signa diuiditur. quia effigiē nostri librā dixere quā scorpius facit cum chelis suis: & reliquo corpore aliud signum.

Zonæ cæli. Aries. Hyades. Cancer. Leo. Virgo. Scorpius.

¶ Graues vm. Luna alit & auget pōderosos humores. indicio sunt conchilia accipientia incrementū & plenitudinem ab ea: nec mirum cum sit omnium syderum nouissima & proxima terram: a qua sordidos & spissos vapores exhaurit. præterea infra eam nihil est nisi mortale & caducum. ideo graues vmbras respectu sui inflexus qui grauis est & densus. aut graues rigore noctis quam radijs accensam solarib' illuminat vt ait Theodosi'. Deforme chaos: ne prima rerum initia in cæcam illam profundamq; inanitatem reuoluantur χαίνειν græci dicunt hiare: inde χάσμα hiatus: & chaos cōfusus hiatus. Secat zonas. ambitiose loquitur cū vnam tantum secet torridam scilicet. Prima zona inter australem polum & circulum antarcticum frigida. secunda interiacet antarcticum circulum & tropicum hyemalem habitabilis. tertia est inter tropicum hyemalem & solstitium æstiuum qui alter & Tropicus æstiuus. hāc secat sol inhabitatā. Quarta inter Tropicum æstiuum & circulum arcticum: hæc quā nos incolimus. Quinta posita est inter circulum arcticum & polum arcticum: itē rigida & inhabitabilis. Solam. mediam quæ est inter duos tropicos secta a Zodiaco per obliquū vt facile cerni potest in Sphæra materiali. Zonas autem dixit Senec. quia hæc media est Zonæ iacētis inter æquinoctialem & tropicum hyemalem: & alterius inter eundem & Tropicum æstiuum.

DANI. Chaos. Zonæ.

Et qui neruo tenet Aemonio
Pennata ſenex ſpicula Chiron
Rupto perdet ſpicula neruo.
Pigram referens hyemem gelidus
Cadet ęgoceros:frangetqꝫ tuam
Quiſquis es vrnam:tecum excident
Vltima cæli ſydera piſces.
Monſtraq꞉ nunq̄ perfuſa mari
Merget condens omnia gurges.
Et qui medias diuidit vrſas
Fluminis inſtar lubricus anguis.
Magnoq꞉ minor iuncta Draconi:
Frigida duro Cynoſura gelu:
Cuſtoſq꞉ ſui tardus plauſtri
Iam non ſtabilis ruet arctophylax.
Nos e tanto viſi populo
Digni:premeret quos euerſo
Cardine mundus.
In nos ętas vltima venit.
O nos dura ſorte creatos:
Seu perdidimus ſolem miſeri:
Siue expulimus.
Abeant queſtus:diſcede timor.
Vitæ eſt auidus:quiſquis non vult
Mundo ſecum pereunte mori.

ASCEN. ❡Et qui neruo &c Et Chiron ſenex, quia talis tralatus in cælū fingiꝛ iuſtiſſim⁹ centaurorū nutritor & p̄ceptor Achillis, q tenet neruo Aemonio.i. arcu Theſſalico, ſpicula pennata.i.ſagittas, perdet ſpicula .i. ſagittas ſuas, neruo rupto.ſ.cadēte ip̄o Chirone. Aegoceros.i.capricornus.gelidus, quia hyemale ſignū, referens.ſ.nobis hyemē pigrā.ſ.ab effectu:& franget vrnā tuā o Aquarie, quiſq̄ es ſiue Hylas, ſiue Deucaliō, ſiue Ganymedes, & piſces vltima ſidera.i.ſigna in Zodiaco in fine anni oriētia, excident tecum. Gurges.ſ. marinus (eſt tñ tapinoſis) cōdens.i.inuoluēs per diluuiū omnia, merget.ſ.iā, mōſtra.ſ. cæleſtia iuxta polū Arcticū, nūq̄ perfuſa mari: quia hic vertex nobis ſemp ſublimis. Factione autē Iunonis dicunꝛ ad polū locatæ vrſæ: ſe oceani metuētes tingere liphis. Et anguis. ſ.maxim⁹, lubricus vt cęteri oēs, q inſtar fluminis.i.habēs formā & magnitudinē fluminis diuidit vrſas medias, & minor.ſ. vrſa iuncta dracōi magno.ſ. Cynoſura, frigida duro gelu, quia diu durat ſub ſeptentrione, & arctophylax.i. vrſę cuſtos.ſ. Bootes, tardus.i. piger, cuſtos ſui plauſtri:q̄d iuxta polū dirigit & ita paruū gyrū facit, & tard⁹ videꝛ: dico gyrum quia licet nō moueaꝛ ab oriēte in occidētem moueꝛ tamē circū polum:ruet iā non ſtabilis:cum antea fuerit ſtabilis. verbū ruet refereꝛ ad anguis Cynoſura &c. Nos.ſ.q nunc viuimus, viſi ſup.ſum⁹ dijs, digni e tanto populo.ſ.qui hucuſq꞉ fuit:quos mūdus.i. cælū p̄meret.i.opprimeret:cardie euerſo. Vltima duratio viuentiū venit in nos. O nos creatos ſorte dura.i.fato immiti:ſeu nos miſeri perdidimus ſolem.ſ.citra culpā noſtrā, ſiue expulimus.ſ.per culpā noſtrā. Deinde ad fortitudinē adhortās dicit. Queſtus .i. querelę abeāt:timor diſcedat .ſ. a nobis:auid⁹ .i. multū cupid⁹ eſt vitæ:quiſquis nō vult mori, mūdo pereunte ſecū.i.qui ſolus vult exēpt⁹ haberi.

BERN. ❡Et qui neruo Aemonio. id eſt Theſſalico.

Chiron. Chiron. Centaurus qui inter cæteros cētauros iuſtiſſimus Aſclepium & Achillem nutriſſe exiſtimabatur. pietate igitur & diligentia effecit: vt inter aſtra numeraretur. apud hūc Hercules cum diuerteret & ſimul cum eo Chiron ſedens ſagittas conſideraret: fertur vnam earum decidiſſe ſupra pedem Chironis:& ita eum interfeciſſe. alij autem dicunt Centaurum miratum: q̄ tam breuibus ſagittis tam magna corpora centaurorum interfecerit ipſum contendere arcum conatum. Itaq꞉ ex eius manu ſagittam prolapſam in pedem eius incidiſſe. pro qua re Iuppiter eius miſertus ipſum inter aſtra conſtituit.

Sagittari⁹. Spicula. ſagittam ſuam cadendo. nam ſagittis vſum fuiſſe volunt: propterea in formam ſagittarij formarunt.

Capricorn⁹ Pigram. poſt Sagittarium ſequitur Capricornus ad occaſum ſpectans:& totus in Zodaico circulo deformat⁹ cauda, toto corpore medius diuiditur ab hyemali circulo: ſuppoſitus aquarij manu ſiniſtra: occidit p̄cepa: exoriꝛ aūt direct⁹. Huius effigies ſimilis ē Aegipani quē Iuppiter q̄ cum eo erat nutrit⁹ in ſideribus eſſe voluit: vt caprā nutricē. de qua añ dixim⁹. Hic etiā diciꝛ cū Iuppiter Titanas oppugnaret: prim⁹ obieciſſe hoſtib⁹ timorē q paniſcos appellaꝛ: vt ait Eratoſthenes. Habet cornua caprę i capite:& eſt forma humana:habet pedes caprinos: vnde

Aegoceros Aegoceros appellaꝛ. ægos capra dicitur:ceras cornu: quia habet cornua caprina. qñ ſol eſt in capricorno eſt ſolſtitiū hyemale:in cancro ęſtiuale. Pigrā. q̄ facit hōies pigros.

Aquarius. Quiſq̄s es. dicit ad Aq̄riū q pedes habet in hyemali circulo defixos: manū ſiniſtrā vſq꞉ ad capricorni tergū porrigēs: dextra iubā pegaſi p̄pe cōtigēs: ſpectat ad ortū: q cū ita ſit figurat⁹, neceſſe ē corpe p̄pe reſupiato videri. Effuſio aq̄ puenit ad eū piſcē q ſolitarius figuraꝛ. Aquariū plures Ganymedē eſſe dixerūt quē Iuppiter p̄pter pulchritudinē corpia ereptū parētib⁹ deoꝝ miniſtrū feciſſe exiſtimaꝛ. Itaq꞉ oſtēdiꝛ: vt aquā alicui infūdēs. Egeſias aūt dicit Deucalionē fuiſſe quo regnāte fuit diluuiū. Vnde dicit ibi. Quiſquis es vel Ganymedes, vel Deucalion.

Piſces. Piſces. horum alter Notius alter Boreus appellatur: ideo q̄ vnus eorum qui Boreus dicitur inter æquinoctialem & æſtiuum circulum ſub Andromadę brachio collocatur:& arcticum polum ſpectans conſtituitur. Alter autem eſt in Zodaico circulo extremo ſub ſcapulis non longe ab æquinoctiali circulo collocatus ſpectans ad occaſum. vnde dicit circulo Vltima. quia ſunt vltimi inter ſigna in Zodiaco.

Mon ſtra. & in ſumma omnia confundentur ſimul quæcunq; mõſtra ſunt in cœlo. Garges. mare. Cõdens.abſcondens. merget illa ſigna quæ nunq̃ occidũt ſupra nos. Lubricus.anguis hic eſt inter ãbas arctos maximus flexuoſo corpore:qui vtrãq; arctũ ſemicingit. hunc Pherecides dicit inter aſtra collocatum:eo q̃ cũ Anguis.
nuberet Ioui Iuno, dijs offerentibus munera,terra quoq; obtulit aurea mala cum ramis:quibus in deorũ orto qui erat apud Atlantem plantatis, vt his quotidie virgines lætarentur, cuſtos cõſtitutus eſt orti Heſperidum & ab Hercule interfectus: vt habẽt fabulæ & a Iunone inter ſidera collocatus. Fluminis. eſt ſerpens reuolut⁹ in modum fluminis:& inter ſinus habet ambas vrſas. Cynoſura. vrſa minor. de qua Luc. Te ſegnis cynoſura ſubit:tu ſicca profundo mergere plauſtra potes. Frigida quia ad polum borealem poſita eſt. Arctophylax dicitur arctoy ſiue vrſę phylax.i. cuſtos: vt Ci.li.ij.de n.r.deo.referens verſus Arati ait. Arctophylax Arctophylax.
vulgo qui dicitur eſſe bootes :hunc arcadem Calliſtonis filium fuiſſe dicunt:iõ booten appellatum:quia arctõ quæ plauſtrũ dicta fuit agitare dicitur. vnde dicitur cuſtos ſiu plauſtri.i.vrſę. Tardus.piger. Non ſtabilis. nunq̃ occidẽs. vrſa fiet nunc mobilis quæ ruet de gradu ſuo:& omnia miſcentur. Nos,queritur q̃ iſte populus ſolus ſit ꝑpter quem tanta mala eueniãt. In nos. propter mala noſtra. Abeant.nimis eſt vitæ cupidus qui non vult mori omnibus alijs moriẽtibus:itaq; nõ oportet vt lamentemur.

Actus Quintus. Trimerri iambici.
ATREVS SOLVS.



Equalis aſtris gradior:& cunctos ſuper
Altum ſuperbo vertice attingens Iouem:
Nunc decora regni teneo:nunc ſoliũ patris.
Dimitto ſuperos:ſumma votorum attigi:
Bene eſt:abunde eſt:iam ſat eſt etiam mihi.
Sed cur ſatis ſit:pergam:& implebo patrem
Funere ſuorum:nequid obſtaret pudor
Dies receſſit:perge dum cœlum vocat.
Vtinam quidem tenere fugientes deos
Poſſem:& coactos trahere:vt vltricẽ dapẽ
Omnes viderent.qđ ſat eſt videat pater:
Etiam die nolente:diſcutiam tibi
Tenebras:miſerię ſub quibus latitant tuæ.

ASCen.



Equalis aſtris &c. Hoc principio quinti actus exultat iniqu⁹ Atreus cum malefecerit:dicens. Ego gradior.i.incedo,æqualis aſtris.i.ſublimi feriens ſidera vertice:& gradior attingens ſup cunctos.ſ.mortales:vertice ſuperbo.i.ſuperminente,Iouem,aut polum altũ. Ego teneo nũc.ſ.ſecure,decora.i. ornamenta regni nũc ſup.teneo,ſolium.i.regalem ſedẽ, patris ſ.Pelopis. Ego dimitto ſuperos.i.deſino cõtendere cũ ſuperis aut inuidere ſuperis: quia attigi ſumma votorũ.i.p̃cipua vota:aut ſummã.i.cõſummationẽ, vototũ.i.oĩm deſyderiorũ meorũ. Bene eſt.i.bene ſe res habet:abunde eſt.i.plus q̃ bñ. Iam ſat.i.ſatis eſt.ſ. vltiõis etiam mihi qui cupidiſſimus vindictæ eram. Sed cur.i.quæ ratio eſt vt ſatis ſit: ſcilicet cũ aliquid reſtet/Pergam,id eſt cœptum perficiam:& implebo.i.ſaturabo,patrẽ ſcilicet Thyeſtem, funere.i.cadaueribus ſuorum. ſ. filiorũ.dies.i.claritas diei,receſſit ne pudor obſtaret quid.i. in aliquo. Perge igitur o Atreu,dũ.i.quando,cœlum vocat.i.inuitat,auferendo lucem vt impune facias. Vtinã quidẽ poſſem tenere deos fugientes.ſ.ſolem & reliquorum planetarũ deos:& trahere eos coactos vt oẽs viderent dapem vltricem:qđ quia nõ poſſũ, id qđ ſat.i.ſatis eſt,pater.ſ. Thyeſtes, videat ſcilicet vltricem dapem:etiam die nolente.i. negãte inductis tenebris:ego diſcutiã o Thyeſte tibi tenebras ſub quibus miſerię tuę latẽt hoc eſt tenebras ignorantiæ.

BERN.



Equalis. Hic eſt initiũ quinti actus vbi Atreus ſibi cõgratulatur feciſſe vindictam de fratre:& Thyeſtes cognoſcet ſe comediſſe filios. Sic ergo loquit̃ ſecũ Atreus gradior: vt tãgã aſtra vertice. Nũc decora. videor nunc habere regnum: antea non videbar rex cum paterer tot iniurias. Soliũ.ſedes eſt regia. Dimitto ſuperos. nolo ãplius fatigare deos votis meis :quia ſatiſfeci animo meo & vindictæ. Mihi. habet ẽphaſim:quaſi mihi qui cupio crudeliſſima ſatiſfactum eſt: poſtea emendat ſe & dicit adhuc volo q̃ bibat ſanguinem ſuorum & cognoſcat ſe comediſſe filios:non relinquam ipſum amplius in tãta letitia in conuiuio. Obſtaret. ſecurus erat in tãta eclipſi Atreus: ridenſq; deos dicit dies receſſit:hoc eſt factæ ſunt tenebræ ne pudor impediret ad quodpiam ſcelus. nam de nocte non ſolem⁹ tantũ verecundari q̃tum de die. vñ dicit Oui. Lux inimica puellis. quę ſolent de facili verecũdari. Perge. exhortatur ſeipſum. Fugiẽtes.qui videntur fugere propter tenebras. Diſcutiam. veniens dicit hęc verba: expellam tenebras luminib⁹: vt videat miſeriam ſuam.

DANI.

Aequalis. Carmen nonum & quintus actus trimetro iambico conſtans. Apponitur cœna cocta ante Thyeſtem coronatum & delibut vnguentis. Primo gaudet ſcelere Atreus iam ex ſententia perfecto: deinde congratulatur Thyeſtæ regno reſtituto. poſtremo deſcribitur infauſtum illud & tragicum conuiuium. ꝓrumpit itaq; Atreus profuſi gaudij furore cõcitatus: Aequalis gradior aſtris. Implebo pa. me coquo deuorabit filios pater. Reſupinus. aut ſupinus ſtans: aut melius reſupinus,id eſt mollis. Marti. Nuſq̃ delitiæ ſupiniores Supinus
& Perſius. Latio q̃ honore ſupinus. Reſupinus ergo ventre porrecto & erecta ſtãs facie qđ eſt molliũ & lautorum. inde reſupinare conuertere & perturbare. Iuue. Aulam reſupinat amici. Incubat. inſiſtit, innititur. Iacet. eructando ſe deum exiſtimans. Scyphus. genus nauigij quo Hercules in Hiſpaniam nauigauit. a cuius ſimilitudine teſte Theodoſio vas potorium ſcyphus dicitur, tributum Herculi: quemadmodum Cantharus Libero patri: & Cartheſium Ioui. Reſupinus. Reſupino. Scyphus

Nimis diu conuiua securo iaces
Hilarisq; vultu.iam satis mensis datum est:
Satisq; baccho.sobrio tanta ad mala
Opus est Thyeste.turba famularis fores
Templi relaxa:festa patefiat domus:
Libet videre:capita natorum intuens
Quos det colores:verba quæ primus dolor
Effundat:aut vt spiritu expulso stupens
Corpus rigescat.fructus hic operis mei est.
Miserum videre nolo:sed dum fit miser.
Aperta multa tecta collucent face:
Resupinus ipse purpura atq; auro incumbat?
Vino grauatum fulciens lęua caput:
Eructat omne cœlicum excelsissimum:
Regumq; regem:vota transcendit mea.
Satur est:capaci ducit argento merum.
Ne parce potu:restat etiam nunc cruor
Tot hostiarum:veteris hunc bacchi color
Abscondet:hoc hoc mensa claudat̃ scypho:
Mixtum suorum sanguinem genitor bibat
Meum bibisset.ecce iam cantus ciet:
Festasq; voces:nec satis menti imperat.

¶ Nimis diu &c. Inuidet Thyestæ q; mala sua ignoraret dicens. Tu iaces nimis diu(qa antiqui conuiuæ iacebant)conuiua vultu securo & hilari, id est habens vultum securum & hilarem: iam datum.i. indultum est satis, mensis,id est epulatiōibus: & satis datum est baccho,id est potationi:opus est scilicet ad tã ta mala nesciēnda, Thyeste sobrio:quia ebri⁹ mala sua non sentiens minus cruciatur. O turba famularis,id est famulorum meorum, relaxa,id est aperi fores,id est valuas templi,domus festa,id est celebris & festiua, patefiat. s. omnib⁹,libet, id est delectat me videre, quos colores det scilicet vultui suo, intuens, id est inspiciens capita natorum quorum viscera comederit: & quæ verba(ea tamen ad auditũ pertinēt:sed vt supra dixi,diuus Augustinus docet verbum video ad omnes sensus pertinere.)dolor prim⁹,scilicet postq̃ resciuit, effũdat:aut vt.i. q̃liter corpus rigescat.i.est rigidũ fiat,stupens spiritu.s. vitali,expulso.i.excluso. Hic.i.huiusmodi,fructus,id est vtilitas est operis mei:ego nolo videre fratrem miserum scilicet iam diu factum:sed dum fit miser:qa in prima commutatione fortunæ maior solet esse impatiētia:quam videre cupit. Tecta scilicet regia, aperta, scilicet in signum regalis conuiuij,collucent multa face, vt tenebras q̃ mundo incubant expellant. Ipse scilicet Thyestes,caput odij,resupinus,id est superbus & elata ceruice,incubat purpura atq; auro,fulciens id est sustentans, lęua, scilicet manu cum brachio,caput grauatum vino. Ipse eructat, .i.e pectore superbe per indicia eiaculatur, oē .i. totũ qd̃ eructat.cælitum,id est qd̃ est cælestiũ,aut potius cęlicũ,id est cæleste excelsissimũ & regē regũ,id est superbo vultu indicat se summe beatum: & ita transcendit vota mea:quia plus fecit q̃ optaui, voluit enim solummodo vt comederet filios suos: & comedit cum petulantia & arrogantia: nam satur est, & ducit, scilicet in ventrem suum, merum, id est purum vinum,argento, id est poculo argenteo capaci. O frater supple ne parce pro ne parcas,potu pro potui: aut antiquus est datiuus,sicut æneidos primo. Parce metu citherę. Cruor tot hostiarum, id est trium natorum, restat nunc etiam,scilicet potandus tibi:color veteris Bacchi.i. antiqui vini rubri,abscondat hunc scilicet cruorem natorum: mensa.i.conuiuium, claudatur hoc hoc,id est maxime hoc scypho, id est poculo cruoris: bibat genitor,scilicet Thyestes, sanguinem suorum.s.filiorum,mistum scilicet cum vino: ipse bibisset, scilicet si potuisset.meum scilicet sanguinem. Ecce: quasi dicat vltra spem: ipse Thyestes,ciet, id est prouocat iam cantus, & voces festas,id est festiuas:nec imperat,id est dominatur satis menti:quia immodice exultat: vt sequentia indicant. Quia fere ita vsuuenit vt extrema gaudij luctus occupet.

BERN. ¶ Sobrio. Nolo ipsum ebriũ:sed sobriũ: vt cognoscat malũ suũ:& possit vehementius dolere. Turba. iubet famulos aperire portam: vt capita filiorum & manus patri ostendat. Laxa.aperi. Intuens. volo videre quando pater intuebitur capita filiorũ quos colores habebit: vel pallescet: vel rubescet. Rigescat.congelabitur: cum sanguis in magno dolore currat ad præcordia. Aperta. Atreus videt a longe fratrem:& intra se loquitur omnia ista. Incubat. sedet ornatus purpura. Fulciens. sustentans. Eructat. nam videtur ostendere superbiam suam: qua videtur sibi esse deum & regem regum. Vota fecit. plusq̃ desyderabam. volebam vt gustaret corpora filiorum,sed ipse comedit ad saturitatem. Ducit.bibit. Ne parce. dicit ad eũ Atreus: sed Thyestes non audit. Potu.casus datiui:noli timere q; tibi deficiet. Hostiarum.filiorum tuorum. Veteris. miscebo sanguinē cũ vino ne ipse cognoscat. Claudat̃.finiat̃. Scypho.poculo. Meũ bibisset.occurrit sibi Atreus vis facere tãtã crudelitatē ita qa bibisset sanguinē meũ & ego volo q; bibat suũ. Ecce. dat locum sequenti scęnę: quia Thyestes ebrius cantabat. Menti imperat.i. non est satis cõpos mentis suæ.

Anapestici.

THYESTES.


Ectora longis hebetata malis
Iam solicitas ponite curas:

ASCen. 
Ectora longis &c. Inuitat seipsum Thyestes ad fruẽdum rebus lętis: vt maior illi sit perturbatio vbi tristissimas resciet. id enim fere malis accidit vt dum illis videntur pax & securitas, repentinus superueniat interitus: aut exitiale malum. Dicit ergo ad sua pectora. O pe-

Fugiat mœror:fugiatq; pauor:
Fugiat trepidi comes exilii
Tristis egestas:rebusq; grauis
Pudor afflictis.magis vnde cadas
Q̃ quo:refert.magnum ex alto
Culmine lapsum stabilem in plano
Figere gressum.magnum ingenti
Strage malorum pressum:fracti
Pondera regni non inflexa
Ceruice pati:nec degenerem
Victumq; malis rectum impositas
Ferre ruinas.sed iam sæui
Nubila fati pelle:ac miseri
Temporis omnes dimitte notas.
Redeant vultus ad læta boni.
Veterem ex animo mitte Thyestem.
Proprium hoc miseros sequitur vitium:
Nunq̃ rebus credere lætis.
Redeat felix fortuna licet:
Tamen afflictos gaudere piget.

ctora hebetata,id est obtusa,malis longis,id est quæ diu durauerunt,ponite,id est deponite iam curas sollicitas,id est vos sollicita facientes: mœror fugiat.s.a vobis: quia non est præsens malum:& pauor qui est de malo futuro quod nullum est,fugiat:& egestas tristis comes exilij trepidi, id est q̃ semp comitatur exules,fugiat.s.a vobis:& pudor, id est erubescentia grauis.i.dura & molesta,rebus afflictis,id est accisis & imminutis: quia vt dicit Iuuenalis. Nil habet infelix paupertas durius in se Q̃ q; ridiculos hoies facit. Et ideo euãgelicus ille ad inopiã ex re opulẽta redactus, fodere inqt nõ valeo:mẽdicare erubesco. Refert.i.interest, discrimen est, magis vnde.i. e quo statu cadas:q̃ quo.i.i quẽ statũ cadas:q a si paup in sũmã inopiã cadat, nõ tantũ turbabit quãtũ si rex ĩ mediocrẽ. Quia vt dicit Boetius:Nihil infelicius q̃ fuisse felicem. Magnũ supple est:id est res egregia,hominem lapsũ ex alto vtpote regali culmine, figere gressum in plano:magnum est pressum.i. eum q pressus est ingenti strage.i.cumulo ad terram sternente,vt actiue exponatur, malorum, id est aduersorum,pati pondera regni fracti,ceruice non inflexa, id est non succumbẽte:nec id est & eum non,degenerem scilicet animo, & victum malis,id est aduersis, rectum.i.ceruice erecta & non depressa, ferre ruinas, scilicet regni sui,impositas scilicet collo aut ceruici suæ. Sed o Thyeste,pelle,scilicet ex animo & vultu,iam nubila,id est obscura & mœstitiæ signa,fati sæui,id est fortunæ violentę: ac dimitte omnes notas,id est signa & maculas temporis miseri:quale erat tempus exilij. Vultus boni.i.hilares,redeant sup.tibi ad lęta id est res lætas quæ præsentes sunt, vt putat miser.qđ sciens populus qui nuntium id choro indicantem audiuerat non sine voluptate audit iactantiam tyranni,& immodicam exultationem in rebus pessimis.Mitte,id est tolle ex animo, Thyestẽ veterem,id est illum tristem & afflictum in exilium proficiscentem. vbi vetus pro pristino ponitur.Hoc vitium sequitur miseros proprium, id est peculiare: videlicet nunq̃ credere,id est confidere,rebus lætis: quia præsaga mali mens etiam Thyestę tristia obnuntiabat:conatur frangere mœstitiam animi,sed cum difficultate. Licet inquit fortuna felix redeat scilicet miseris: tamen piget, id est triste est, afflictos, id est qui semel fuerint afflicti, gaudere.

Pectora. Scribit versu dimetro anapęstico: vt supra Turbine magno. Hic est cantus Thyestis qui erat in conuiuio:& reprę̃hendit seipsum q; non poterat lætari:q̃uis esset in regno: vnde nescit causã & loquitur per modum dialogi intra se. Pectora. loquitur ad pectus suum. Hebetata. indurata propter longã cõsuetudinẽ malorũ. Refert. pluris momẽti est. Q̃ quo. supple iterũ cadas. Q n̄ homo habet malã fortunã nõ tantũ dolet quãtũ si fuerit in alto statu & ad infimũ veniat. Culmine. statũ. Magna res est & difficilis tolerare ęquo aio malã fortunã cũ ceciderit ab alto. Plano. cõtrariũ culminis. sentẽtia est: quando quis lapsus est de sublimi gradu, est magnũ, id est difficile posse pati. Pressum grauatũ. Strage malorum. ingenti cumulo malorum. Non inflexa. a simili: de viro qui habet pondus in collo, opus est vt se inclinet: ita est necesse hominem deiectum a statu suo dolere. Nec degenerem. est quasi eadem sententia: est impossibile q; non sit demissus. Sed iam. nunc non sunt istę causę in me: propterea deberem lętari. Nubila. tristia. Veterem Thyestem: vultum & tristitiam quã habebas in exilio. Proprium. quando vnus solitus est pati multa aduersa: etsi illi rideat fortuna: timet tamen semper cadere in aduersa. BERN.

¶Pectora. In carmie decimo metro pindarico anapęstico dimetro sic. Pectora, longis, hebeta, ta malis. Exultat Thyestes gaudio Sardonico ob regnum restitutum sibi:& seipsum alloquitur. Hebetata, obturata cõtusa. est enim hebes sine acumie: vnde hebeo & hebeto atq; hebetesco: quod proprie de oculis dicitur. Magis vnde cadas. Sensus est. plurimum refert vnde q̃ quo cadas. eo enim grauior est dolor q̃to altior est lapsus. & probatur. Magnum ex alto &c. Stabilem in plano. aptus in imis est locus. DANI.

Quid me reuocas:festumq; vetas
Celebrare diem? quid flere iubes
Nulla surgens dolor ex causa?

¶Quid me reuocas. Inuito Thiestæ præsagio naturæ suboriebatur dolor: quem fatetur sed expellere conatur dicens. O dolor surgẽs id est subnascens ex nulla causa, vt putabat, quid reuocas. i. retrahis ab exultatione, & vetas celebrare diem festum? quid. i. ad quid tu- ASCen.

Quis me prohibet flore decenti
Vincire comam? prohibet: prohibet.
Vernæ capiti fluxere rosę:
Pingui madidus crinis Amomo
Inter subitos stetit horrores.
Imber vultu nolente cadit.
Venit in medias voces gemitus.
Mœror lachrymas amat assuetas.
Flendi miseris dira cupido est.
Libet infaustos mittere questus:
Libet & Tyrio saturas ostro
Rumpere vestes: vlulare libet.
Mittit luctus signa futuri
Mens ante sui præsaga mali.
Instat nautis fera tempestas.
Cum sine vento tranquilla tument.
Quos tibi vultus: quos ve tumultus
Fingis demens? credula præsta
Pectora fratri. iam quicquid id est:
Vel sine causa: vel sero times.
Nolo infelix: sed vagus intra
Terror oberrat: subitos fundunt
Oculi fletus: nec causa subest.
Dolor: an metus est? an habet lachrymas
Magna voluptas?

bes flere? Quis prohibet me vincire, id est circundare, comam, id est capillos, flore decenti, id est placido aut apto conuiuiæ læto? Prohibet: prohibet: hoc ē, certe aliquis prohibet: nam rosæ vernæ, id est in vere natæ & ad conuiuij ornatum seruatæ, fluxere capiti, id est sponte sua deciderunt e capite: & crinis, id est capillus, madidus, id est delibutus, amomo, id est vnguento ex amomo, pingui, id est denso, stetit, id est inhorruit & assurrexit: inter horrores subitos, id ē subite obortos ignota causa: & imber, id est pluuia lachrymarum, cadit supple de vultu, id est facie & gena, nolente. gemitus .s. pectoris, venit in medias voces .s. sententiæ. mœror .s. subortus amat lachrymas assuetas: quia lachrymis videtur mitior fieri. Cupido, id est cupiditas, dira, id est a dijs iratis indita, flendi est miseris: quia quo magis flent eo miseriores fiunt: & tamen flere oblectat. Libet, id ē volupe est, mittere, id est emittere questus infaustos, id est querimoniam infaustitatis indicem: & libet rumpere, scilicet e pectore, vestes saturas .i. ad saturitatem vsque, quia bis tinctas, ostro tyrio .i. purpura apud Tyrō a cane Herculis inuenta. libet sup. mihi vlulare, id est tristem vocem more luporum & canum dirorum emittere. Mēs pręsaga sui mali, mittit ante .s. q̄ contingat, signa .i. indicia, mali futuri. Affert autem similitudinem aptam dicens, cum tranquilla scilicet maria, tument .i. inflantur sine vento: tunc sup. tempestas fera .i. immoderata, instat, id est de proximo imminet nautis: & ita quando tristes sumus & causam ignoramus, præsagiendum est aliquid mali nobis imminere. quā opinionem vt deponat dicit. O demēs scilicet Thyeste (seipsum enim cum solus sit alloquitur) quos vultus quosue tumult⁹ scilicet futuros, fingis tibi? præsta, id est exhibe, fratri scilicet Atreo, pectora credula: iam quicquid id est .s. qd̄ p̄sagis mali, est iam vel sine causa: si nullū est: vel times sero: cum euitare nequeas cum sis i potestate fratris. Ego infelix nolo .i. renitor & refugio terrorem: sed terror vagus, quia incertus, oberrat intra .i. in interioribus circū pręcordia. oculi fundunt fletus subitos .i. inopinatos: nec causa subest .i. suppeditat se mihi. An supple est dolor? an metus? an magna voluptas habet lachrymas? quia præ nimio gaudio multi lachrymauerunt.

BERN. ¶ Vetas. Quia non dimittis me gaudere dolor, cuius causam non satis cognosco. Vernæ rosæ. quæ solent tempore veris florere. erat consuetudo antiquorum, vt coronati discumberent: & vnguentati quibusdam pretiosis aquis. Stetit. crines stant erecti propter timorē. Libet. ex tristitia est mihi impetus lacerandi vestes. Infaustos. miseros. Saturas. tinctas colore purpuræ. Fera. crudelis: & est similitudo a tēpestate futura nautis. Instat. cito ventura. Quos tibi. reprehendit seipsum dicens: q non opus est timere: vel si timendum est, frustra fieri: cum iam sit in potestate fratris. Magna voluptas. nescit an illę lachrymę procedāt ex timore an ex voluptate ingenti: quæ quandoque facit lachrymas.

DANI. Amomū ¶ Amomo. vnguento ex amomo qd̄ dicunt metopion. est arbor in Aethiopia stillans lachrymam' veluti resinā: quæ item in Africa iuxta templum Ammonis Iouis colligitur. Inde amomum odoratissima species. de qua multa apud Plinium & Theophrastum lectitabis.

ASCen. Festum diem. In hac catastrophe vt in tragœdia conuenit turbulentissima, Atreus exultans cum male fecerit summum dolorem Thyesti cōcitat: festiuitatem prius simulans ac dicens. O germane .i. frater vterine Thyeste, celebrem⁹ pari consensu diem festum. hic sup. dies quo te lętari mecum videam, est qui firmet .i. firmare possit, sceptra .i. regna mea: quo pro &,

Trimetri Iambici.

ATREVS. THYESTES.


Festum diem germane consensu pari
Celebrem⁹. hic ē sceptra q firmet mīa

Solidamq́ pacis alliget certæ fidem. Thy.
Saties dapis me nec minus bacchi tenet.
Augere cumulus hic voluptatem poteſt:
Si cum meis gaudere felici datur. Atr.
Hic eſſe natos crede in amplexu patris.
Hic ſunt:eruntq́.nulla pars prolis tuæ
Tibi ſubtrahetur:ora quę exoptas dabo:
Totumq́ turba iam ſua implebo patrem.
Satiaberis:ne metue.nunc miſti meis
Iocunda menſæ ſacra iuuenilis colunt:
Sed accientur.poculum infuſo cape
Gentile baccho.Thy.capio fraternæ dapis
Donum:paternis vina libentur deis:
Nunc hauriantur.ſed qd hoc? nõ vult manꝰ
Parere:creſcit pondus & dextram grauat.
Admotus ipſis bacchus a labris fugit:
Circaq́ rictus ore decepto effluit:
Et ipſa trepido menſa ſubſiluit ſolo.
Vix lucet ignis.ipſe quin æther grauis
Inter diem noctemq́ deſertus ſtupet.

qui alliget.ſ.inter nos,ſolidã fidem pacis certę. Thyeſtes qui ſatis crapulæ indulſerat,& p̃ſagio naturæ a cibo abhorrere,cœperat dicit: Saties.i.ſatietas dapis nec minꝰ.i.& ſimiliter bacchi.i.vini,tenet me.Hic cumulus, hoc augmentũ,põt augere ſup.mihi voluptatem, ſi datur.i.permittitur felici,ſup.mihi, gaudere cũ meis filijs.Ad hoc Atreus.Crede (nam id verũ erat)natos eſſe hic in amplexu,imo partim in ventre patris:nati ſunt hic.i.vbi nos ſumus:& erunt:quia in ſubſtantiã patris partim trãſmutabunt.Nulla pars prolis tuę (qđ argute dicit:quia in partes erant deciſi:& capita dũtaxat aberant)ſubtrahetur tibi. Ego dabo.i.faciam tibi afferri ora.ſ.natorũ.i. capita,quæ exoptas:& implebo totũ patrẽ.q.d.nõ ſolum ventrẽ & manus,ſed etiam oculos, iam.i.ſtatim, turba ſua.i.multitudine natorũ: tres eñi habuerat.tu ſatiaberis.ſ.vt ille putabat tuendo:vt Atreus etiam epulando:ne metue, p ne metuas:nunc ſup. filij tui miſti aut mixti meis:quia capita ipſorũ inter illos erãt, colũt iocũda ſacra mẽſę iuuenilis.i. cui iuuenes aui dĩꝰ icũbũt:ſed accient.i.aduocabũt:cape poculũ gẽtile.i.gẽtis ac generis nr̃i ornamẽtum: forte quo in ſacris libare ſolebat:vt æneí.vij. Hoc pater Anchiſes auro libebat ad aras:& ęnei.j.Hic regina grauẽ gẽmis auroq́ popoſcit Impleuitq́ mero paterã:quã Belus & oẽs A Belo ſoliti &c.baccho.i.vino iſuſo:hoc ẽ habẽs vinũ iſuſũ. Thy.Ego capio donũ fraternę dapis.i.potũ poſt cõuiuiũ in ſignũ amicitię dari ſolitũ:vt locꝰ citatꝰ ex Aenei.j.declarat.libent.ſ.hoc gẽtili poculo,vina deis paternis.i.familiæ noſtræ laribus.hoc autẽ dicens partẽ effudit laribus: quo facto ſubiũgit:nũc ſcilicet poſt libamen,hauriãtur, ſcilicet vina: vt putabat. Sed quid ſup.eſt hoc?manus non vult parere.i. admouere ori poculum. Pondus ſcilicet poculi, creſcit & grauat,id eſt nimis onerat,dextrã ſupple meam. Bacchus,id eſt potus admotus labris,fugit ab ipſis labris:& effluit circa rictus.i. aperturas oris,ore decepto:quia bibere ſperabat & nequit:& ipſa menſa ſubſiluit, id eſt ſaltum ſurſum fecit,ſolo trepido,id eſt trepidante. Ignis.ſ.cœnationi adhibitus ad hilaritatem cõuiuij, vix lucet:quin ipſe æther.i. globus cœli,grauis,id eſt triſtis, ſtupet deſertus ſcilicet inter diem & noctem,tam a ſole q̃ a luna.

BERN. Feſtum. Ingreditur Atreus locum in quo erat Thyeſtes:exhortaturq́ eum ad lætandum & bibendum:dicens ꝙ nunc ſibi videtur vere habere regnum. Ille autem reſpondet ꝙ ſatis ſatur eſt & lętus dum videat ſuos ſuos. Atreus ait: videbis q̃ primum. porrigitq́ illi ſanguinem ad bibẽdum:& cũ Thyeſtes leuaret paterã manu viſum eſt ſibi ferre ingens onus:poſtea Atreus iuſſit portare capita filiorũ illiq́ dixit: hic ſunt filij quos maxime deſyderabas:vide & ſatiare aſpectu. Pari.concordi. Saties. ſatietas:ſatis bibi & comedi. Felici.ſ.mihi. Cumulus.augmẽtatio. Hic eſſe.ingenium poetę dicit vnum: & intelligit aliud:noli habere vllam curam ſunt in loco tuto & in complexu tuo:vult dicere ꝙ habet eos in vẽtre:quia comedit ipſos. Ora.ſed poſtea, quia vis videre ora & faciem eorum,oſtendam tibi. Turba. quia omnes dederat epulandos. Nunc.in hoc mentitur:quia non erant in conuiuio cũ filijs ſuis. Meis.ſ. natis Colunt.ſunt in vna mẽſa. Accientur.euocabuntur:ſed interim accipe hoc poculũ ſimulq́ bibamus. Gentile. quod fuit gentis noſtræ. Paternis.ſed priua volo libare dijs noſtris:quia infundere dijs libatio dicebatur.bibam poſtea:ſed dum habebat in manu pateram ponderabat nimis:nec illam ſuſtinere poterat. Admotus bacchus. vinum dum appropinquo labris meis non vult intrare os meum. Decepto.quia cum vult bibere extra funditur. Rictus. os ſed proprie de beſtijs dicitur os acutum. Trepido ſolo. tremit terra & menſa. Ignis.quia erant accenſæ faces.

❡Feſtum diem.Carminis vndecimi funebre initium trimetro iambico inſcripti: vbi Thyeſtes epulans. vo DANI.
cat filios: contra Atreus propinans illorum ſanguinem vino commixtum declarat non longe abeſſe capita
quæ cerneret, cum reliquum iam inieciſſet in ventrem. hinc odia, hinc recrudeſcunt graues iræ, hinc aſperi &
crudi clamores,hinc nefanda conuitia & ſanguinariæ deteſtationes intumeſcunt inter geminos fratres:homi
cidas,adulteros,crapulones,gurgites.filiorum profundiſſimos,omnemq́ falſam dilectionem in peſſimam
diſcordiã trahit diſtricta cataſtrophe. Saties.ſatietas.quintę inflexionis. vel potius per ſyncopen ſatias ter- Saties.
tiæ vt placet quibuſdam. Salluſtius. Frumẽti ex inopia graui ſatias facta. Terentius. Nam vbi me forte ſati- Satias.
as cœpit,& a ſatis detorquetur aduerbio. Ora.capita. vt ſit a parte denominatio totiꝰ. Proprie tamen os eſt Os.
concauitas capitis in qua & lingua & dentes ſunt.

A S Cen. ¶ Quid hoc? Paulatim pcipiſcit caliginem coeli dicens. Quid hoc ſup. eſt monſtri? Conuexa coeli. i. coeli ipſi conuexi, labant. i. labare in nos videntur magis magiſq;: ꝗ quãto minus eſt luminis, tanto minus extenditur vis viſiua: & ita propius videtur coelũ: cũ etiam nubes conuexitatis ſpeciem induant. Caligo coit, id eſt coeundo fit, ſpiſſior, tenebris denſis. i. condenſatis: & nox. ſ. naturalis, abdidit ſe in noctem. i. tenebras maiores: omne ſidus fugit. Quicquid eſt. i. quicquid hoc portendit, ego precor vt parcat fratri. ſ. de me optime merito: & gnatiſ ſcilicet meis aut vtriuſq;: & ſup. vt omnis procella quæ ex hac caligine conſurget, abeat in hoc caput. ſ. meum, vile id eſt contemptibile. O ſup. frater, redde iam mihi natos. Atreus. Reddam: & nullus dies eripiet tibi illos: quia pars eorum in ſubſtantiam tuam conuerſa eſt. Thyeſtes id nõ intelligens & ita parui pendens inquit. Quis hic tumultus. i. cõmotio ventris mei exagitat viſcera. i. inteſtina mea? hoc loco: cũ viſcera etiam alię carnes ſint. Quid tremuit int⁹. i. intra vẽtrem? ego ſentio onus impatiens. i. qđ inutiũ eſt in aluo mea: & pectus meum gemit: gemitu nõ meo: ſed eius quod immiſi. Ergo gnati adeſte. i. aduenite: genitor iſelix vocat ſup. vos: adeſte: & ſup. hic. i. meus dolor, fugiet. i. euaneſcet, vobis viſis. Quo dicto viſus eſt ſibi audire vocem filiorum. vnde dicit: vnde. i. e quo loco, obloquunť. i. obſcure quaſi obloquendo reſpondent? Atreus iam allatis capitibus filioꝝ Thyeſtæ: aut ſiſeciũ attulerat, deridans ea dicit. O pater expedi amplexus. i. extẽde brachia vt amplexaris filios tuos: qa ipſi venere. ecquid. i. nonne agnoſcis gnatos tuos? Thy. Agnoſco fratrẽ. i. te hoc facto nihil receſſiſſe ab ingenio priſtino. deinde exclamans inquit. O tellus, ſuſtines, id eſt pati potes portare tantũ ſcelus q̃tum frater cõmiſit: & nõ mergis. ſ. ſubſidendo, te & nos: hoc eſt fratrem & me: ad ſtyga. ſ. paludẽ infernã? hoc eſt quare non ſubſidis in abyſſum: trahẽs me & fratrẽ, in infernum? & quare ingẽti via rupta. i. hyatu facto, non arripis ad chaos inane. i. partem nondũ occupatã corpore, aut voraginem cõfuſam & vaſtam, regna. ſ. Mycenarũ: cum rege ſcilicet Atreo: & quare non vertis. i. euertis Mycenas, conuellens tota tecta ab ſolo imo? Nos ſcilicet ego & frater, debuimus iam vterq; ſtare, circa. i. iuxta in circuitu, Tãtalũ & auos. i. maiores noſtros: ſiquis. ſ. auorum noſtrorum eſt intra tartara. i. profundiſſima inferni loca: dimitte huc. i. ad nos, tuam vallem. i. imam terram, ſinu immani. i. capaciſſimo: & hoc compagibus. i. colligamẽtis, reuulſis. i. diſſolutis, hinc & hinc. i. ab vtroq; latere. Animę noxię. i. manes ſontes vagentur. i. oberrent, ſupra caput noſtrum: cum ſim⁹ in infimo loco ſepulti: & phlegethõ igneus, quia fluuius ardoris, agens. i. impellẽs freto ardenti, totas arenas ſupple ſuas, fluat violentus ſupra exitia noſtra. i. ad noſtri exterminium. o tellus immota, iaces. i. otioſa es, pondus ignauum. i. nullo ſcelere commotum? Atreus aũt inſultans vltro fratri inquit. Recipe &c. Sũt tñ qui interſerãt verſiculum Fu

Quid hoc? magis magiſq; concuſſi labant
Conuexa coeli. ſpiſſior denſis coit
Caligo tenebris: noxq; ſe in noctem abdidit:
Fugit omne ſidus. quicquid eſt: fratri precor
Gnatiſq; parcat: omnis in vile hoc caput
Abeat procella. redde iam natos mihi. Atr.
Reddam: & tibi illos nullus eripiet dies. Thy.
Quis hic tumultus viſcera exagitat mea?
Quid tremuit intus? ſentio impatiens onus:
Meumq; gemitu non meo pectus gemit.
Adeſte gnati: genitor infelix vocat.
Adeſte: viſis fugiet hic vobis dolor.
Vnde obloquuntur? At. expedi ãplex⁹ pater:
Venere: gnatos ecquid agnoſcis tuos? Thy.
Agnoſco fratrem. ſuſtines tantum nefas
Geſtare tellus? non ad infernam Styga
Teq; noſq; mergis? rupta & ingenti via
Ad chaos inane regna cum rege arripis?
Non tota ab imo tecta conuellens ſolo
Vertis Mycenas? ſtare circa Tantalum
Auoſq; noſtros: ſi quis intra tartara eſt:
Vterq; iam debuimus. hinc compagibus
Et hinc reuulſis: huc tuam immani ſinu
Dimitte vallem: noſq; defoſſos tege
Acheronte toto. noxię ſupra caput
Animæ vagentur noſtrũ: & ardenti freto
Phlegethon arenas igneus totas agens
Exitia ſupra noſtra violentus fluat.
Immota tellus pondus ignauum iaces?
Fugere ſuperi. At. at accipe hos poti⁹ libens.
Recipe hoſce citius: liberis tandem tuis
Diu expetitis: nulla per fratrẽ eſt mora:
Fruere: oſculare: diuide amplexus tribus. T.
Hoc foedus? hæc eſt gratia? hæc fratris fides?
Sic odia ponis? non peto incolumes pater
Natos vt habeam: ſcelere quod ſaluo dari
Odioq; poſſit: frater hoc fratrem rogo:

Sepelire liceat. redde qd cernas statim
Vri: nihil te genitor habiturus rogo:
Sed perditurus. Atr. quicquid e natis tuis
Supest habebis: qdq nõ supest habes. Thy.
Vtrum ne sæuis pabulum alitibus iacent?
An beluis seruantur? an pascunt feras? Atr.
Epulatus ipse impia natos dape. Th.
Hoc est deos qd puduit: hoc egit diem
Auersum in ortus. quas miser voces dabo?
Questusq quos? quæ verba sufficient mihi?
Abscisa cerno capita: & auulsas manus:
Et rupta fractis cruribus vestigia.

gere superi. vt dicat adhuc plura dicere parãs Thyestes. Superi fugere. i. a conspectu tanti facinoris: & sup. terra non fugit. Atreus autẽ insultans dicit. At o frater accipe potius. i. q̃ absorbearis ab iferno: libẽs hoc. s. filios tuos: recipe potius hosce & fruere tandẽ liberis tuis expetitis diu: nulla mora est per fratrẽ: oscula te sup. eos: diuide tribus (tres ergo occidit) amplexus. i. amplecteremus nunc hunc, nũc istũ, nunc illum. Ad quod Thyestes nondum sciena se comedisse liberos suos, sed interẽptos tamen videns inquit: Est sup. hoc fœdus? est hæc gratia, id est reconciliatio? est hæc fides fratris? sic ponis. i. deponis odia? Sunt qui legant Siponis odia: sed quia sequitur: scelere quod saluo dari odioq possit non congruenter dicam. Si ponis, id est deponis odia, iam satis pœnarum adeptus: peto qd saluo odio dari possit. Legamus ergo sic odia ponis: vt Aenei. j. Sic notus Vlysses? Ego pater, id est cum sim pater non peto, sup. vt habeam natos incolumes (id enim fieri non posse noui) sed supple (qd tamen eleganter subticet quia verbum consimile repetit) rogo frater fratrem: hoc quod possit dari. i. concedi, scelere saluo & odio saluo, id est non deleto: licet forte imminuto: vtpote vt liceat sepelire scilicet natos: Redde supple id quicquid sit quod de natis habes: quod cernas statim scilicet ante oculos tuos vri: ne putes in alium vsum peti: ego genitor, id est cũ sim genitor, nihil rogo te habiturus, id est quod habiturus sim: sed perditurus, id est igni absumam. Respondet Atreus petulantius insultãs. Tu habebis quicquid. i. omne id quod superest, id est adhuc extat & absumptum non est: e natis tuis. i. de corporibus filiorũ tuorum: & tu habes scilicet in ventre: sed nondum intelligit Thyestes, id quod non superest. Thyestes autem intelligens non totos superesse quærit: vtrum ne, id est an ne iacent pabulum, id est vt sint pabulum alitibus sæuis: an seruantur scilicet deuoranda beluis scilicet marinis: an pascunt feras scilicet terrestres? Respondet Atreus. Ipse, quasi dicat non alia fera q̃ tute, epulatus es natos. s. tuos, dape impia, id est pastu immani. Ad qd Thyestes immoderate vociferans. Hoc est quod puduit deos scilicet videre: quia tenebras induxerunt. hoc scilicet scelus, egit, id est repulit diem, id est solem, auersum, id ẽ retrorsum euntem, in ortus, id est orientem. Quas voces, id est eiulationes dabo miser? & quos questus? id est quas querelas. quę verba sufficient mihi? q. d. nulla. Ego cerno capita scilicet natorum, abscisa scilicet a corporibus reliquis: & manus auulsas: & vestigia rupta. i. pedes ruptos, cruribus fractis.

¶ Conuexa. Conuexum dicitur qd est curuatum superius: vt cœlum. Coit. densatur & obscuratur. Parcat. non sit in malum fratris mei: nec filiorum meorum: de me autem nihil rogo. Vnde obloquuntur. sentiebat murmur: vnde hoc audio filios meos & non video. Ecquid. nunquid isti sunt filij tui. Agnosco. Thyestes dicit nõ cognosco filios: sed fratrem crudelissimum: exclamatq ad tellurẽ vt se ipsam aperiat: absorbeatq ad inferos tanta scelera. Styga. paludem inferni. Vertis. a fundamentis: vt omnes descenderemus ad inferos. Vterq. ego & frater. Si quis. si nostri maiores & mali puniuntur apud inferos: nos debuimus puniri. Iaces. non moueris: tu sola terra non moueris cum iam sol & omnia sidera fugerũt tãta scelera. BERN.

Recipe. gaudebat Atreus de tãto dolore fratris: petitq vt ora filiorum deosculetur. Thyestes autẽ ignorans adhuc se comedisse illos: videns tantum capita eorum rogat Atreũ vt saltem sepeliãtur. Nulla. parenthesis est. Fratrẽ. s. me: non impedio quin fruaris filijs tuis. Saluo. quia non perdendo odium potes hoc mihi dare. Genitor. scilicet ego. Perditurus. illos comburendo. Habes. Atreus dixit libenter dabo qd restat: nam quod non est tu habes: vult dicere. s. in ventre.

¶ Sustines tantum nefas. Cõsternatus Thyestes nouitate sceleris collabitur iunctis manibus vociferabundus atq in ipsam tellurem apostrophen vertens se suamq familiam & stirpem detestatur. cuius miseriæ grauitatẽ elegantissime in Electra prosequitur Sophocles. tum in persona ipsius Electræ: tum in ipse choro. φευ φευ. το παν δη δεσποσυνοισι, τοισ παλαι προ φοζον ωσ εοικε μεφθαρται γενοσ &c. & circa finem ipsius tragœdiæ deplorat chorus calamitatẽ domus Atrei & eius stirpis. ω σπερμα ατρεωσ ωσ πολλα παθον δι ελευθερια μολισ εξηλθεσ τη νυν ορμη τελεωθεν. Quodq non superest habes. Dolosa Atrei respõsio quæ prætendit maiorem doloris commotionem in fratre vbi cognouerit carnes filiorum suorum in fercula sibi paratas & conditas in ventre proprio iacere. cuius quidem sceleris nouitatem nequaq̃ illi persuasisset: nisi ipse Atreus aperte significasset. vbi infra dicet: epulatus tu ipse es &c. Pabulum. proprium belluarum est: pastus autem hominum. Cicero. Cũ oblectatione sollertiæ: qui est vnus suauissimus pastus animorum. solent tamen alternari: vt apud diuum Hieronymum pabulũ aiæ pro eucharistia corporis Christi legimus. DANI. Pabulũ Pastus.

Hoc est: qd auidus capere non potuit pater.
Voluuntur intus viscera: & clausum nefas
Sine exitu luctatur: & quęrit viam.

¶ Hoc est quod pater auidus, id est licet auidus cibi, non potuit capere: quasi dicat si miser potuissem, tam auidus eram, etiam crura & ossa deuorassem. Viscera, id est carnes natorum voluũtur intus, id est in aluo mea: & nefas, id est nefandus pastus, luctatur clausum sine exitu & quęrit viam, id est exitum, quærẽs ASCen.

&non inueniens. O frater da scilicet pro beneficio magno, ensem scilicet quo filios dilaniasti: quia ille habet multum sanguinis mei, id est a me geniti. demus liberis. i. filijs meis, viam scilicet qua exeant, ferro. i. ense ferreo. ensis negatur sup. mihi? si ita est: sonēt pectora sup. mea concussa planctu illiso, id est contusione impressa. o infelix Thyeste sustine. i. reprime manum scilicet tuam: parcamus. q. d. ego & manus, vmbris. s. corpus qđ in aluo teneo, sectātibus. Quis vidit tale nefas? quasi dicat nullus. Quid Heniochus, id est Colchus, homo immanissimus, habitans rupem asperam Caucasi montis in Colchiam tendētis, inhospitalis. i. nullam hospitalitatem colentis, ve pro vel, quis Procrustes. i. tyrannus immanissimus Procrustis similis qui hospites suos mire cruciabat, metus. i. timor terris cecropijs. i. atticis aut Atheniēsibus. En ego genitor. i. pater, premo. s. in aluo, natos. i. filios: & premor ab illis: nam quia exitū quęrūt & non inueniunt, ventrem torquent. Est aliquis modus. i. finis, aut aliquis moderatio sceleris. i. in scelere perpetrando? quasi dicat vide tur q̄ nullus. Ad quod Atreus argute respōdet. Modus. i. finis & temperamentum debetur sceleri: vbi. i. qñ facias. i. facere velis scel9. i. quando iniurius fieri vis sis parce & intra modū. Non sup. debetur sceleri modus: vbi tu reponas. i. rependas scelus: quia pro minore scelere iniuste illato, iuste infertur magna poena. Quasi dicat q̄ non infero prior, sed refero molestiam non potero videri imodicus. Nam hoc quoq̄. i. etiam hoc qđ feci apponēdo tibi liberos tuos epulādos, est mihi. i. iudicio meo, exiguū. i. valde modicum. Ego debui, vt vltionem iustam sumerem, diffundere in ora tua sanguinem calidum. s. filiorum tuorū, ex ipso vulnere. i. recēti9 fusum: vt biberes cruorē viuētiū. s. adhuc. Verba sunt data, id est fraus est facta, iræ. s. meæ: dum propero, id est nimis festino. Ego dedi. s. filijs tuis vulnera ferro impresso. i. imprimendo ensem: cecidi. i. mactaui eos ad aras: placaui focos. i. deos lares quibus in focis res sacra fit, cæde votiua, id est ex voto debita: & amputans corpori exanimo, id est mortuo, artus, id est membra carpsi. i. discerpsi supple eos, in frusta parua. i. particulas paruas: & demersi. s. elixanda, haec scilicet frusta, id est quasdam particulas, ahenis. i. cacabis feruentib9, id est ebullientibus: & iussi illas, id est alias particulas, stillare, id est pingue suum guttatim demittere, ignibus lentis: qualibus coquitur obsoniū qđ decenter assum volunt. Ego abscidi viuentibus. s. adhuc filijs tuis, membra & neruos, quibus mēbra cōpaginantur: & vidi fibras. i. venas extremas presertim arterias mugire. i. immodicum gemitū edere: vbi vidi dc auditu dicitur, quia ad omnes sensus vt ex Augustino dixi, pertinet: gracili veru traiecto. i. iacto & immisso trās eas: & ipse. i. qđ dicunt in propria persona, aggessi. i. apportaui, manu sup. mea flammas. i. ligna incensa, aut incendenda. Pater (loquitur de Thyeste pñte tanq̄ de futuro: quia plus est q̄ pater q̄ si dicatur Thyestes id facere potuisse) potuit fecis

Da frater ensem: sanguinis multum mei
Habet ille: ferro liberis demus viam.
Negatur ensis? pectora illiso sonent
Concussa planctu. sustine infelix manum.
Parcamus vmbris. tale quis vidit nefas?
Quis inhospitalis Caucasi rupem asperam
Heniochus habitās? quisve Cecropiis met9
Terris Procrustes? genitor en natos premo:
Premorq̄ natis: sceleris est aliquis mod9? At.
Sceleri modus debetur: vbi facias scelus:
Non vbi reponas. hoc quoq̄ exiguū est mihi.
Ex vulnere ipso sanguinem calidū in tua
Diffundere ora debui: vt viuentium
Biberes cruorem. verba sunt iræ data
Dum propero. ferro vulnera impresso dedi:
Cecidi ad aras: cæde votiua focos
Placaui: & artus corpori exanimo amputās
In parua carpsi frusta: & hæc feruentibus
Demersi ahenis: illa lentis ignibus
Stillare iussi: membra neruosq̄ abscidi
Viuentibus: gracili q̄ traiecto veru
Mugire fibras vidi: & aggessi manu
Mea ipse flammas. omnia hæc melius pater
Fecisse potuit: cecidit incassum dolor.
Scidit ore natos impio: sed nesciens:
Sed nescientes. Thy. clausa littoribus vagis
Audite maria: vosq̄ dii audite scelus
Quocunq̄ diffugistis: audite inferi:
Audite terræ: noxq̄ tartarea grauis
Et atra nube vocibus nostris vaca.
Tibi sum relictus: sola tu miserum vides.
Tu quoq̄ sine astris: vota non faciā improba.
Pro me nihil precabor. & quid iam potest
Pro me esse? vobis vota prospicient mea.
Tu summe cœli rector ætheræ potens
Dominator aulæ: nubibus totū horridis
Conuolue mundum: bella ventorum vndiq̄

Committe:& omni parte violentum intona:
Manuq; non qua tecta & immeritas domos
Telo petis minore:sed qua montium
Tergemina moles cecidit:& qui montibus
Stabant pares gygantes:hæc arma expedi:
Ignesq; torque:vindica amissum diem:
Iaculare flammas:lumen ereptum polo
Fulminibus exple:causa(ne dubites diu)
Vtriusq; mala sit:sin minus mala sit mea.

se melius hæc omnia. s.quę se dixit fecisse. dolor scilicet meus, cecidit in cassum.i.nō est sortitus iustam & optatam vltionem:pater enim scidit quidem natos.i.mandit, ore impio:sed nesciens.s.quos scinderet:sed nesciētes,id est non sentientes se scindi,quia iā mortui erant. Thyestes audiens fratrem optare vt immanius scelus cōmisisse dicatur: exclamat. O maria clausa litoribus vagis,id est incuruis, audite:& vos dij.s.superi,audite scel⁹ quocūq; diffugistis.s. ne videretis tantū scelus:O inferi audite. s. scel⁹:o terrę audite scel⁹:& nox tartarea.i.infernalis, grauis & atra.i. nigricans, nube.i.propter nubem, vaca, id est da operā o nox, vocibus nostris:quia ego sum relictus tibi.tu sola.s.nox, vides sup.me miserum:tu quoq;,id est etiam tu es relicta,sine astris: vaca inquam:quia non faciam vota improba,id est improbāda. Ego nihil precabor pro me: ecquid.i. quidnam potest iam esse pro me?quasi dicat nihil:& ideo vota mea prospicient,id est prospicienter inseruiēt vobis. Tu o Iuppiter summe rector cœli, dominator potens,id est præpotens, aulę ætheriæ,conuolue mundum totum, nubibus horridis,id est horrorem inducentibus:committe,id est cōmisce, vndiq;,id est ex omni parte bella.i. conflictationes & turbines ventorum:& intona violentum.i. excita tonitru violentum, omni parte scilicet cęli:& expedi hæc arma,id est tela tua,hoc est fulmina trisulca:& torque ignes, manu,non supple ea qua petis.i. inuadis,telo minore,id est fulmine minus violento, tecta & domos immeritas:cum non ædificia sed ædificiorum habitatores peccauerint:sed supple ea manu,qua moles tergemina.i.ex tribus montibus congesta(nam gygātes in bello contra deos moto vt superos cœlo pellerent & cœlum attingerent:ter sunt conati imponere Pelio Ossan,& Ossæ Olympum: vt fabulæ autem habent id effecerunt: sed Iuppiter molem illam fulmine deiecit)cecidit:& qua sup.ceciderunt gygantes qui stabant pares montibus: vindica diem amissum: iaculare flammas:exple.i.restitue polo lumen ereptum:fulminibus,id est dando fulmina:causa(ne dubites diu) vtriusq; tam fratris q̄ mea sit mala: sin minus.i.si non vtriusq;,mea sit mala.

¶ Sine exitu. Sine via ad exeundū. Luctatur. vult exire & nō potest. Da frater.rogo te da illum gladium quo occidisti filios meos:quia habet multum mei sanguinis:& aperiam ventrem meum vt exeāt. Negatur. non vis dare,aperiā pugnis & planctu. Cōcussa. fracta. Illiso. per vim immisso. Sustine. dum se verberaret,reprimit manū dicēs:quid facis verberādo te:quia etiā verberas filios quos intus habes:parce saltem mortuis. Sustine.reprime. Vmbris.aiab⁹ filiorū. Caucasi.qui mons est Indię ex eo latere quo ad septētrionē est cōtermina Scythię:vt testis est Plinius lib. vj.nat. histo.ob qd dicit Serui⁹ mōtē esse Scythiæ. Henyoch⁹.pp[l]us iuxta Colchos ferus in mōte Caucaso:isti q̄uis sint crudeles,nūq̄ fecerūt nec audiuerūt tale nefas. Procrustes.latro famosissimus in agro Atheniensi hospites interficere solitus. Cecropijs. Atheniensibus:a Cecrope rege. Modus.finis. Reponas.vindices te. Vbi.quando. Hoc.etiam quod factum est parum mihi videtur:voluissem fecisse maius:debebam his viuentibus dare tibi sanguinem eorum. Verba. cupiditas vindictę fecit me accelerare & dimittere multa crudeliora quæ voluissem facere. Verba dare.est decipere. Aggessi.congregaui manibus meis ignem vt coquerentur. Melius pater.nisi accelerassem vindictam fecissem te interficere filios tuos. In cassum.in vanum:potuissem multa alia facere. Scidit. lacerauit comedendo. Nesciens.ignoranter. Vota.audite me:quia res vestra agitur: volo facere pro vobis vota non p me: qa credo deos oēs mihi infensos: sed rogabo pro elementis ne mutetur ordo naturę. Prospiciunt.habent respectum in vos & pro vtilitate vestra. Tu summe.rogat Iouē vt inducat nubes obscuriores q̄ sint,& ventos & fulmina quæ comburāt ipsum & fratrē & tecta omnia. Minore.fulmine.sed mitte talia qualia misisti in gygantes. Tergemina moles.magnitudo illorū triū montiū superimpositorū a gygātibus, videlicet Ossę,Pelij,& Olympi. Pares.ita magni sicut montes. Torque.cum impetu mitte. Amissum.perditum. Fulminibus.quę faciant claritatem in tātis tenebris. Causa.si dubitares quem deberes punire: me tamē protinus puta habere malam causam:& fulmine trisulco pete.

BERN.
Caucas⁹.
Henyochus.

¶ Inhospitalis Henyochus.Coraxis vrbs in Colchia iuxta fluuium Antemonta clara varietate linguarū cōdita ab Amphyto & Telechio Castoris & Pollucis aurigis: a quib⁹ orta est Heniochorum gēs fera & immitis ηνια habenę dicūtur: & εχω habeo: inde ηνιοχος auriga per h.(auctores Strabo & Plinius)in principio scribenda dictio. Procrustes. latro inhospites perq̄ impius. in Hermions illud idem torturę genus subiuit cogente Theseo quo ille hospites e vita sustulit. vt tradit Plutarchus:supposito lecto hospites tendebantur. p̄minentia extra lectum brachia & crura mutilabat:quę si minora erant lecto in parem magnitudinem vt trahebat. nomē a more inditum est latroni:quippe προκρουω est impello. Sceleri modus de.sensus est:tunc modum impones sceleri quando non facias scelus:non quando retribuas scelus pro scelere: quasi innuat peiora facere se debuisse.& hoc modo ex parte Atrei nullus erit finis sceleris:quare sequitur: hoc quoq; exiguū est mihi.Est autem reponere vulgata iam significatione rependere & quodammodo resarcire:vt Arisq; reponimus ignem,id est rursus ponimus. & Vllus si pudor est repone cœnam apud Martialem. Clausa litoribus. tremenda & horribilis ostentatio:in qua rerum omnium clades & ruina mundi queritur:ascendens ad quatuor elementa.qd quidem ostentandi genus in extrema calamitate demersis relictum est. Sic apud Terentium. O cœlum,o terra,o maria Neptuni.nec recedit a districto iaculo tragici furoris. Nō qua immeritas domos. sicut contigit Semele quam leuioribus telis salutauit.

DANI.
Henyochus.
Procrustes.
Repono.

Me pete trisulco: flammeam telo facem
Per pectus hoc transmitte: si natos pater
Humare: & igni tradere extremo volo:
Ego sum cremandus. si nihil superos mouet:
Nullumq; telis impios numen petit:
Aeterna nox permaneat: & tenebris tegat
Immensa longis secla: nil titan queror
Si perseueras. Atr. nunc meas laudo manus.
Nunc parta vera est palma: perdiderā scelus
Nisi sic doleres. liberos nasci mihi
Nūc credo: castis nūc fidē reddi thoris. Thy.
Quid liberi meruere? Atr. q; fuerāt tui. Thy.
Natos parenti? Atr. fateor: & qd̄ me iuuat
Certos. Thy. piorū præsides testor deos. At.
Quid cōiugales? T. scelere qs pēset scelus? A.
Scio quid queraris: scelere prærepto doles.
Nec q; nefandas hauseris tangit dapes:
Q; non pararis. fuerat hic animus tibi
Instruere similes inscio fratri cibos:
Et adiuuante liberos matre aggredi.
Similiq; leto sternere: hoc vnum obstitit:
Tuos putasti. Thy. vindices aderunt dei.
His puniendum vota te tradunt mea. Atr.
Te puniendum liberis trado tuis.

ASCen. ¶ Me pete. Quia inqt haud dubie causa mea mala est, O Iuppiter, pete. i. inuade me fulmine tuo: transmitte per hoc. i. meum pectus, facem flāmeā. i. fulgur ardens, telo trisulco. i. in tris ptes fisso: vt idicet & fulminis & Iouis trinā ptātē q̄ triną regentia machinā: si ego pr̄. i. cū sim pr̄, volo: qd̄ maxime debeo: vn̄ non dicit si velim sed si, hoc est q̄a volo, humare. i. sepelire natos. i. filios: & tradere. s. pri⁹, extremo igni. i. rogo funerali: ego i quo filij cōdūt̄ sum cremādus. i. debeo cremari. Si nihil mouet supos. i. si nulla mortaliū vt Epicurus docuit, afficiunt̄ miseria: nec quicq̄ rogati faciunt: & nullū telū nec Iouis nec alterius, petit impios: hoc est si Iuppiter, Nec bn̄ p meritis capitur, nec tangitur ira: nox ęterna pmaneat s. vt semp occultet̄: & tegat. s. nox, tenebris lōgis, q̄a æternis, sęcla. i. sęcula immēsa, quia infinita. O Titā. i. sol, nil q̄ror, si pseueras. s. abscōdi & fugere a nobis. Atreus autē exultans q; ad despationē fratrē impulerit ait. Ego laudo nūc man⁹ meas: vt q̄ bene opatę sint. nūc vera palma. i. victoria aut victorię p̄miū, est parta sup. mihi. ego pdiderā. i. in vanū fecerā p eo qd̄ est pdidissem, scel⁹. i. facin⁹ scelestū, nisi o Thyeste tu doleres sic. i. tā impatienter. Ego credo nūc vbi scelus vltus sū, liberos nasci mihi hoc est ex me, nō ex te: & credo fidem reddi. i. mutuo dari, toris. i. thalamis cōiugalib⁹, castis. Ad hoc Thyestes agnoscēs culpā violatę coniugia ridet. q. d. merui: fateor pœnā: sed quid liberi sup. mei, meruere. i. peccauerunt in te? Atr. hoc sup. q; fuerāt tui: nō q; mali sed q; tui. Tu igit̄ (iqt Thyestes) imanissime, apposuisti edēdos parēti natos? Atr. fateor: & qd̄ me iuuat. i. delectat, apposui ac certos pr̄i certos. i. idubitatos liberos: quo magis doleat. Thy. quia in hoīe nō erat spes vltionis inquit. Testor deos p̄sides piorū. s. natorum innocentū. Ad qd̄ Atreus. Quid: nonne etiā testaris cōiugales. s. deos, qui cōiugiorū violatores puniunt? Ad qd̄ Thyestes agnoscēs culpam: sed innuens Atreo non propterea licuisse alteram admittere, inquit. Quis. q. d. nullus nisi scelestus & demens, penset scelus. s. qd̄ passus est aut accepit, scelere. s. qd̄ faciat? cum longe deterior sit conditio inferentis iniuriam per peccatū enorme q̄ accipientis? Atreus autem irridens dicit. Scio quid queraris, id est conquerarius: tu doles scelere prærepto, id est q; scelus est tibi præreptum: nec tangit, id est afficit te dolore: q; hauseris. i. assumpseris, dapes. s. tam nefandas: sed sup. q; nō pararis. i. parauer is mihi consimiles dapes: qd̄ fecisses si potuisses: quia hic anim⁹ fuerat tibi instruere. i. p̄parare & incidere (vnde structor vocatur opsoniorū incisor) fratri inscio cibos similes, id est ex filijs factos: & aggredi liberos. s. fratris, quasi dicat meos: matre quā adulterio corrupisti, adiuuante: & sternere liberos fratris simili leto. i. genere mortis quo tuos strauit hoc est ego straui: quia de se loquitur: sed sup. hoc vnum obstitit. s. q; putasti eos esse tuos. i. ex te per adulterium ortos. Thyestes cum aliud non possit deos minatur vltores dicens: dei aderunt. i. tandem venient vindices. i. vltores. qd̄ etiam vsuuenit: sed eo modo quem Thyestes improbauit: videlicet pēsando scelere scelus: vota mea, id est dirę imprecationes tradunt te puniendū his scilicet deis vltoribus. Ad qd̄ Atreus. Ego trado te puniendum liberis tuis: aut quia nullos habebat: aut q; iam per eos licet ignaros punitus sit: cum eos absumpserit vnde tantum dolebat.

BERN. Trisulcū fulmen. ¶ Trisulcum? Fulmē dicitur: qd̄ tres habet angulos vel tres potestates: scindit: comburit: & afflat. Nunc credo. nunc puto filios meos esse natos ex me. Reddo fidem toris. amplius non curo nec credo q; concubueris cū vxore mea postq̄ feci vindictā. Natos parenti. apposuisti. s. comedendos. Quid cōiugales. tu nō vocas deos nuptiarū quos tu violasti. Pensat. cōpensat vnū cum alio. Scio. intelligo quare lamentaris: preueni te: volebas facere mihi qd̄ feci tibi: dare filios meos mihi comedēdos. Tangit. mouet: & dat tibi pœnā. Q; hauseris. id est comederis. Adiuuante matre. vxore mea quam stuprasti. Leto. morte. Tuos putasti. credo fecisses similes mihi nisi putasses illos esse filios tuos. Liberis tuis. Atreus dicit non trado te puniendum dijs: sed filijs tuis quos habes in ventre: vt te crucient.

DANI. ¶ Si natos. Pater ex naturalibus correlatiuis affectum mouet & pathos: & per antithetum in re impia pietatē petit. Nūc meas. gaudet inhuman⁹ Atreus dolores fratris, pugnā quasi p̄sperā, sibi successisse ex sententia.

THEBAIDOS TRAGOEDIAE DIMIDIATAE ARGVMENTVM.

Per Benedictum Philologum Florentinum.

OEdipus Thebarum rex: ex matre Iocasta, nescius (siquidem ab omnibus Polybi Corinthiorum regis filius putabatur) filios quatuor suscepit: mares duos: Etheoclem & Polynicem: totidemq; foeminas Antigonen & Ismenen. Hic incesta matre & patris nece infamis, ob sceleris cõscientiam proprijs se manibus excæcauit: atq; perpetuis tenebris sub vasta montis crepidine inter sæuissimas feras delitescens, seipsum damnare non refugit: regnum filijs hac conditione relinquens: vt alternis annis imperarent. Vnde Etheocles maior natu cõmuni cõcordia rex creatus est. quo tempore Polynices exulans apud Adrastum Argiuorum regem, eius filiam Argiam duxit vxorem. Sed finito anno non puduit Etheoclem fratri regnum iure gentium petenti abnegare: verbisq; vti quæ in Phœnissis versiculis prosecutus est Euripides. εἴπερ γαρ ἀδικεῖν χρὴ τυραννίδος περὶ κάλλισον ἀδικεῖν. τᾶλλα δ' εὐσέβειαν χρεών. Quos Cicero sic in latinum conuertit. Nam si violandum est ius: regnandi gratia Violandum est: alijs rebus pietatem colas. Quapropter Tydeus Oenei regis Calydoniæ filius, ab Adrasto pro repetendo regno ad Etheoclem legatus mittitur: ad quem cum venisset: ingressus regiam, cõplures ciues (qui forte cum Etheocle cõuiuio interant) nõ timuit & hospes, & solus, sed quodlibet certaminis genus singulos prouocare: atq; eos oẽs ope Palladis superauit. Quãobrem Thebani dolore accẽsi, reuersuro insidias parauerũt: cõstitutis in opportuno loco (qua Tydeus transiturus erat) quinquaginta iuuenibus ducibus Meone & Lycophonte: quos omnes Tydeus ad constitutũ locũ occurrentes cõfecit. Vnũ tantũ Meonem ad indicium communis belli redire permisit. Ob id igitur Adrastus & Polynices quæ ad bellum spectabant cõponentes, hos quatuor fortissimos duces Capaneum, Hippomedontem, Parthenopæum, & Amphiareum elegerunt: qui omnes magno belli apparatu, sed malo sidere aduersus Thebanos profecti sunt. Nam Adrastus vix ope Arionis equi euasit. Capaneus ictus fulmine. Hippomedon in Ismeno submersus. Parthenopæus manu Driantis cõfossus. Tydeus vulneratus: vel interfectus: vt Homero placuit. Polynices & Etheocles congressi mutuis vulneribus occubuerunt. Sed filij mortem parentũ vlcisci ex animo molientes, communi consilio contra Thebanos mouerunt arma: constituto Alcmæone Amphiarei filio imperatore: qui ab vrbibus finitimis accersito præsidio, exercitum in hostes duxit: atq; acerrima pugna cum Thebanis cõmissa, victoria potitus est. Vnde Thebani vrbem iuxta Tiresiæ præceptum relinquẽtes, in Bœotiam aufugerunt: tuncq; Thebę captę, atq; fundit⁹ dirutę fuere. Sed hęc abũde apud Sophoclem, Euripidem, & Statium referuntur. Partes primi actus sunt Oedipi senis: optantis suũ triste fatum morte propera abrumpere: & Antigones filiæ hoc ipsum dissuadentis. Introducitur in secundo Nuntius a populo Thebano ad Oedipum missus: vt filios componat: qui in vrbis perniciẽ irruebãt. In tertio Antigone audiens verba Nuntij vocãtis Iocastam ad filiorum compositionem, exhortatur eam: vtq̃ primum illuc se conferat. Quartus & vltimus (Nam imperfecta est hæc Tragœdia) habet Polynicis pertinaciam, in fratrem impium necandum.

Tydei atrocitas.

Partes tragoedię

PER GELLIVM BERNARDINVM.

CAeci parentis. Titulus huius Tragœdiæ est Thebais. Oedipus Thebarum rex fuit Laij fili⁹, & Iocastæ: quem cum prægnans mater vtero gereret, de futura prole consuluisse Apollinem pater dicitur. Cumq; respõsum ab eo accepisset: mori eum manu nascituri infantis oportere: natum custodi armentorum suorum necandum tradidit. qui dum ætati compatitur, & simul regi obtemperare cõtendit, perforatis infantis pedibus, & transmisso vimine suspẽdit ad arborem: quasi mox inedia moriturum. Seneca ait. Me deo teste damnauit parẽs: Calidoq; teneros transsuit ferro pedes. Et in alta nemora pabulum misit feris. Sed cum forte ea transiens Phorbas Polypi regis Corinthiorum pastor infantis vagitum audisset: eo extemplo profectus, puerum pedibus iam tumentem concisis vinculis sustulit: & Corinthio cuidã donauit: qui eum lætus accepit: & ad Meropen Polypi regis vxorem perductum, q liberis careret, dono illi dedit. Hęc cum viro pariter quasi filium cęlitus missum educauit: & a pedum tumore vocauit Oedipodẽ. nostri etiam Oedipum dicunt. Hic cum aliquando Thebas perrexisset: comperta ibi Sphinge eius ænigma dissoluit, ac monstrum interemit: vnde obscurarum rerum interpres est dictus. Terentius. Dauus sum non Oedipus. Plautus. Nam isti quidem Eraclide orationi Oedipi opus est cõiectura: qui Sphingis ęnigma dissoluit. Sphinx monstrosum Aethiopiæ animal est e simiarum genere: fusco pilo: mammis in pectore geminis: ad hominis speciem accedens: solo pilo & solitudine feram assimilante. Poetæ faciem habere virginis fingunt: pennas auium: pedes leonis. Diodorus. Oedipus orta inter Phocenses seditione, ira accensus Laium parentem inscius occidit. Sphinx bellua biformis Thebas eo tẽpore venisse traditur: præposuisseq; ænigma: qd qui non solueret periret. Inde plerіq; ob rem ambiguam ac perobscuram interempti. Soluenti Iocastæ connubium, & Thebarum regnum propositum præmium erat. preter Oedipum soluere potuit nemo. id erat huiusmodi. Quodnam animal bipes, idem tripes, ac quadrupes foret. cæteris ambigentibus Oedipus hominem esse asseruit: q infans quatuor pedibus obrepat: & annis confirmatis duobus incedat: senior tribus: quoniam scipione quasi tertio pede vtatur. Sphinx suo iudicio victa ex editiore loco sese præcipitem dedit. Oedipus Iocastam nescius matrem esse (siquidem ab omnibus Polypi Corinthiorum regis filius putabatur) duxit vxorem & Thebarum imperium adeptus est. Ausonius. Illa eriã thalamos per terna ænigmata quærẽs: Qui bipes & quadrupes foret & tripes om̃is sol⁹: Terruit Aoniam volucris Leo: Virgo triformis. Sphinx volucris pennis: pedibus fera: fronte puella. Oedipus susceptis quatuor filijs, demum cognoscens se patrẽ interfecisse: & matris thoros iniuisse: regnum relinquens filijs seipsum excæcauit perpetuisq; tenebris seipsum damnauit: filij autẽ Etheocles & Polynices alternis annis regnare statuentes fœdus statuerũt. Polynices

Oedipus

Sphinx.

Aenigma Sphigos

primo anno exulās Adrastum regē Argiuorū adiuit: vxoremq; eius filiam Argiam duxit. Cum in regnum Thebarum redire vellet a fratre Etheocle qui primis annis regnabat, repellebatur: vnde facto maximo bello fratres se mutuis vulneribus interfecerunt. Vnde ibi introducitur Iocasta mater quę vult illos pacare dissuadē do Polynici filio ne vellet ire cōtra patriam:& hæc erit materia huius tragœdiæ. In primo actu intro ducuntur

Actuum Diuisio. Oedipus & Antigone quæ patri cæco ducatū pręstabat, disputantes inuicē: rogat filiam vt deserat se, quis potius vult mori q̄ viuere. In secūdo dicetur bellum ortum inter fratres. In tertio introducitur filia quæ rogat Iocastam matrē vt velit sedare fratres. Quarto suasio matris Iocastæ ad Polynicē ne vellet suscipere arma aduersus patriā. Et non sunt plura: ideo ista tragœdia imperfecta est. quia nō sunt perfecti actus & desunt Chori.

PER DANIELEM GALETANVM CREMONENSEM.

DANI. CAeci. Sophocles Tragici cothurni priceps scripsit tragœdiā, q̄ inscribiť οἰδίπους ἐπὶ κολωνῷ. in q̄ ꝓsequitur miserias Oedipi sub vasta montis crepidine delitescētis inter feras horribiles & virides colubros ostentātis furias quæ ad arma filios cōcitent. hanc tragœdiam partim Seneca partim Papinius suam fecere: quippe adeo ambitiosa adeo affectata in vtroq; poeta compręhenditur obseruatio: vt nō modo sensa sed etiam verba Sophoclis imitati de industria videantur. Euripidis etiam sunt in manibus Phœnissę quibus nō procul discedit huius tragœdiæ imitatio: quēadmodū ostendemus suis in locis.

Partes in Thebaide. Cōtinet autē fraternę pugnę & cōtētionis de regno Thebano miserandam cladē. Cuius partes principales sunt Oedipi & Antigones. Secundæ Nuntij & Iocastę, tertiæ Polynicis. Scribitur autem hic primus actus trimetro iambico Archilochio: cū dialogo Oedipi senis optantis morte ꝓpera triste seniū claudere: & Antigones filiæ morigeræ & erga patrē pientissimæ mortē eius dissuadentis.

Argumētum. Argumentū. Oedipus perempto p imprudentiā patre Laio Thebanū imperium occupat:& matrē ignotus vxorē accipit. nati sunt filij duo mares Etheocles & Polynices: & filię duæ Antigone & Ismene: vt testať apud Euripidē τίκτω δὲ παῖδας δύο μὲν ἄρσενας, κόρας δὲ δισσάς &c. Pœnitentia sceleris vt primum cogniti Oedipus dimisso regno latebras quęrit. filij p sortē aggrediuntur sceptrum annuum qđ vbi impleuit Etheocles suam vicem fratri internegat. hinc arma citantur inter fratres ingenti exercitu Argis comparato in subsidiū Polynicis, ducta i vxorē Argia Adrasti regis filia.

ASCen. CAeci parentis. Quia argumentum abunde expositum est: prosequamur familiarem explanationē cū verboꝝ ordine: qui talis est. O gnata .i. filia Antigone, regimen .i. directrix parētis .i. patris cæci, quia seipsum excæcauerat, ac vnicū .i. solū, leuamē, qa forte aliqñ portabat: aut solatiū, qa cōsolabať patrē: pr̄is fessi, quā tanti .i. tanti emolumēti ac cōmodi ē mihi genuisse: vel .i. saltē, sic .i. p pietatē quā instituisti ꝓsequi: desere patrē infaustū: qa optātē mori. qd .i. ad quid, flectis .i. retorq̄s, gradū id est gressum meum, errantē .s. sponte & dedita opera, in recta, id est viam rectam? Permitte sup. me, labi .s. in aliquod pręcipitium: ego solus inueniam melius viam quam quęro vt pote quæ extrahat me ab hac vita: & leuet .i. deoneret & liberet cœlū atq; terras, hoc aspectu, pro aspectu huius nefandi capitis: hoc ē mei qui sum nefandum caput. Quantulum id est o q̄ parū egi .i. profeci hac manu .s. qua cum debebam me iterfecisse? excæcaui dumtaxat: quod parum prodest: quia, non video diem .i. solem, consciū noxæ .i. culpæ nostræ: sed videor .s. ab illo. Solue iam .i. tandem? hic .i. a me, manū .s. tuā inhęrentē .s. ne p̄ceps eā: & patere pedē cæcū .i. patris cęci ferri .i. p̄cipitari aut agi: qua volet .s. p p̄cipitia & abrupta mōtiū. Ibo, ibo, geminatio desideriū indicat sup. ea: q̄ Cithęro me⁹ aut cędi meę destinat⁹ cū in eo semel fuerim expositus feris: aut quē rex possedi: est em̄ Bœotię mōs ꝓtēdit .i. extēdit iuga p̄rupta .i. rupes altas vn̄ fiat p̄cipitatio facilis. Quia .s. pte Actēō celer: q in ceruū mutat⁹ a Diana ab eo visa, iacuit suis canib⁹ eū ceruū putātib⁹, noua .i. insolita p̄da: p saxa mōtis pagrati .s. currēdo a facie canū: & q sup. pte mr̄ .s. Pēthei Agaue, egit .i. ipulit in cædē filij, sorores .s. suas istinctas deo .s. Baccho in vltionē Pēthei: p nem⁹ obscuꝝ & syluā vallis opacę: & ipa mr̄ gaudēs .s. p Bacchicū furorē malo .s. suo, putās vitulū aut aprū se interfe-

Thebaidis interlocutores.

OEDIPVS
NVNTIVS.
ANTIGONE.
IOCASTA

ACTVS PRIMVS.

Trimetri iambici.

OEDIPVS. ANTIGONE.

CAeci parentis regimē
ac fessi vnicum
Patris leuamen: gnata
quā tanti est mihi
Genuisse: vel sic desere
infaustum patrem.
In recta quid deflectis
errantem gradum?
Permitte labi: melius inueniam viam
Quā quęro solus: q̄ me ab hac vita extrahat:
Et hoc nefandi capitis aspectu leuet
Cœlum: atq; terras. quantulū hac egi manu?
Non video noxæ conscium nostrę diem:
Sed videor. hinc iam solue inhærentē manū:
Et patere cæcum qua volet ferri pedem.
Ibo: ibo: qua prærupta protendit iuga

Meus Cithæron: qua peragrati celer
Per saxa montis iacuit Actæon suis
Noua præda canibus. qua per obscurū nemꝰ
Syluamq; opacę vallis instinctas deo
Egit sorores mater: & gaudens malo
Vibrante Thyrso prętulit fixum caput.
Vel qua cucurrit corpus inuisum trahens
Zethi iuuentus. qua per horrentes rubos
Tauri ferocis sanguis ostentat fugas.
Vel qua alta maria vertice immenso premit
Inoq; pręceps qua scelus fugiens suum
Nouumq; faciens mater insiluit freto
Mersura natum seq;. felices quibus
Fortuna melior tam bonas matres dedit.

cisse, tulit caput. s. filij sui Penthei, thyrso, id est hasta Pāpinis inuoluta, vibrante, id est pōdere huc illuc se agitante. Vel qua. s. parte iuuētus Zethi, id est multitudo iuuenū Zetho fauētium in vltionem matris, cucurrit trahēs corpus. s. Dirces inuisum propter pellicatum & necem Antiopæ matris: qua scilicet parte sanguis scilicet dirces, ostentat, id est indicat adhuc, fugas tauri ferocis qui Dircē ad dircē vsq; fontem traxit, per rubos horrētes, id est asperos & spinosos vepres: vel qua sup. parte, Ino premit scilicet casu suo, alta maria, vertice immenso. i. faciens inde præcipitationē: & qua ipsa præceps, fugiens scelus suum. i. alterum filium interemptum & faciens nouū s. scelus. i. pręcipitans secum alterum scilicet Melicertā, insiluit mater. i. cum esset mater freto, id est in mare, mersura id est eo animo vt mergat non tamen mersit dijs miserantibus, natum. s. Melicertam & se: quia ambo in deos versi sunt. Felices sup. sunt quibus fortuna melior, q̄ mihi contigit, dedit tam bonas matres: vt. s. natos infeliciter submergerent: quia vt dicit Plinius: visis tot malis multi cēsuerunt felicissimum esse aut non nasci aut q̄ ocyssime aboleri. quod Oedipo maxime visum est, cum viuendo nihil nisi malum sortitus sit.

CAeci parentis nata. Antigone: appositiue regimen & leuamen. solent fabulæ incipere a medio ista BERN.
incipit a recessu. Tanti. tanti æstimandum vt sim cōtentus genuisse te etiā de matre mea. Vel sic.
scilicet turpiter. Intecta. qd opus ē vt amplius regas me: vellē pręcipitari. Labi. cadere. Viam.
melius ibo in pręcipitiū vt moriar si me dimittis. Solus. sine duce. Leuet terras. quæ sunt grauatæ aspectu meo. Quantulum. nimium est q; me obcæcaui vt non viderem diem conscium. Meę noxę. culpæ & sceleris: sed alij vident me. Hinc. quia tenebat eum filia. Prærupta. alta: vbi nō est via facilis. Protendit. porrigit. Cithæron. mons prope Thebas. Qua. scilicet parte. Actęō. nepos Cadmi a Diana mu Actęon.
tatus in ceruum: & a canibus suis laceratus: vt plane scribit Ouidius. Qua. s. parte Pentheus laceratus fuit a
matre Agaue: vt diximus supra. Mater. scilicet Agaue. Egit. duxit. Sorores. s. bacchantes. Instinctas. furiatas. Deo. Baccho. Malo. scilicet suo: cū occidisset filiū quem putabat aprum. Caput. s. Penthei. Vibrante thyrso. concutiente hasta inuoluta pampinis: qua vtebantur in sacrificijs Bacchi. Vel qua cucurrit. alia est fabula. Lycus; Thebarum rex cum prius Antiopam vxorem haberet: quæ a Ioue cōuerso in for Lycus.
mam satyri grauidata fuerat: ab illo tāq̄ adultera derelicta est: & Dircen superduxit: quę semel in suspitionem Antiopa
adducta ne cum Antiope Lycus concubuisset, Antiopam ipsam carcerari fecit: quę instante partus tempore Dirce.
& agente Ioue vincula rupit: ac in monte Cithęrone pariēs natos exposuit: quos pastor inueniēs, pro suis educauit. Sed tractu temporis a matre recogniti & in vltionem iniuriarum inducti Lycum interfecerunt: & Thebanorum regno occupato Dircen nouercam indomitorum taurorum cauda distrahendam alligarunt: qui cū vsq; ad locum limpidissimi fontis illam traxissent: fingunt poetæ in sui nominis fontem conuersam fuisse. Quare dixit Ouidius in Ibin. Perq; feros montes tauro rapiēte traharis: Vt tracta est coniunx imperiosa Lyci. Vel qua. vel ibo illuc. Zethi iuuentus. Iuuenes qui erant cum Zetho. Inuisum. odiosum: quia nouerca & pellex matris erat. Tauri. vbi sunt maculæ sanguinis qui ostendit viam per quam iuit ille taurus qui
lacerauit Dircen per illas spinas. Vel qua alta maria. vel ibo ad illa saxa quæ scyronia vocātur. a quibus Ino Ino.
cum Melicerte filio sese proiecit in mare: quæ Cadmi & Hermionis filia fuit: & cum Athamanti Aeoli filio nu Melicer-
psisset: eiq; Learchum & Melicerten peperisset: videns ab insano patre Learchum occisum sese præ timore cū tes.
Melicerte e Scyronis saxo præcipitem dedit. Sed ambo in marinos deos a Neptuno sunt cōuersi: illa in Leucotheam filius in Palemonem. Ouidius. Leucotheaq; deum cum matre Palemona dixit. Latini Leucotheā nuncuparunt Albuniam siue albā deam: Palemonem vero Portunum. Premit. sub se tenet. Alto vertice. impendente mari. Suū. qd iam factum erat: fugiebat filium mortuum, & ibat ad interficiendum alium. Nouum. mergens alium Melicertam. Felices. fuerunt isti fortunati qui habuerūt matres tales: voluissem habuisse matrem quæ me infantem quoq; interfecisset: quia non commisissem tanta scelera. Bonas. secundum intentionem suam.

¶ Cithæron. Mons est in Bœotia triginta milia passuum a Parnaso remotus teste Strabone. & vt refert Plini DANI.
us saltem est Thebarum amœnissimus amne Ismeno irriguus. in Cithærone laceratus est Pentheus Echio Cithęron
nis filꝰ ab Agaue, matre insana, & a materteria: vt elegāter canit poeta nobilis in tertio metamor. Ino. Atha Pētheus.
mantis vxor cum Melicerta de Lechea rupe se præcipitauit in mare Corinthium: cuius facta est dea. Papinꝰ Ino.
in secundo syluarū. Ab Inoo fert semita recta Lechæo. μυν Δε αλοσ ευπεμ αγεΔι. θεωρ εξεμ μοορετημ. Zethi iuuentus. Zethus & Amphion peremerunt Dircen alligatam Tauris: vt captiuitatem matris vlciscerentur. hi primi strauerunt Thebas & turribus muniuere: vt testatur Homerus. οι πρωτοι θηβησ εδοσ εκτισαν. επταπυλοιο πυργωσαν τ' επει ου μεν απυργωτον γ' εδυναντο ναιεμεν.

ASCẽi. ¶ Eſt alius. Enarratis multis aduerſis fatis Thebanorũ infert ſe non debere meliora ſperare: præſertim cum ad ea natus videatur: vt qui vix natus a parentibus ſit, feris expoſit⁹. Dicit ergo Loc⁹ altus q̃ quo Actẽõ, Pẽtheus ve perijt: aut potius, locus altus: quia dictur⁹ eſt montem Cithęrõ redde &c. eſt noſter. i. nobis fato debitus in iſtis ſyluis. ſ. Cithęronis: q locus quia me puerum expoſitum feris tenuit, repoſcit. i. quodam iure exigit me: petam .i. permitte vt petam hũc ſcilicet locum altũ: curſu incito, id eſt veloci: greſſus, id eſt progreſſus & curſus meus nõ hæſitabit, id eſt dubitabit & immorabitur: quia cũ not⁹ ſit olim iam locus, ego ibo huc, id eſt ad hunc locum ſpoliatus omni duce. Quid moror, id eſt differo petere, ſedes meas, id eſt ſepulcra mihi debita? quia ſedes quę ſunt manſura loca pro ſepulcris ſæpe ponuntur. Vt æneí. vj. Sedib⁹ hunc refer ante ſuis. O Citheron mons magne, redde montem ſcilicet minorem ſed altiorem qui in te eſt: quia totus Citheron reſpectu vallis circumiacentis mons eſt: quia tamen in alto ſubinde planitiem habet: & in ea colles & iuga: petit reddi ſibi montem qui reſpectu maioris partis Citheronis mons eſt: & reſtitue mihi illud hoſpitiũ meum. ſ. ab infantia mea mihi notum: vt ego ſenex expirem. i. emittendo ſpiritum moriar ſupple illi vbi debui. ſ. expirare, infans, id eſt cũ eſſem infans: recipe ſcilicet a me ſupplicium vetus. i. ab infantia tibi debitũ: o Citheron, cruente, ſæue, crudelis, ferox, ſemper: & cum occidis vt Pẽthea & Acteona viuere volentes: & cũ parcis ſcilicet mihi cui melius fuiſſet mori cum infans eſſem. hoc. i. meum cadauer, eſt tuum iã olim. i. ab infantia vſq; mea. Perage, id eſt cõ ſumma perfice: iam ſcilicet tandem, mandatum patris. ſ. Laij, & matris. ſ. Iocaſtæ: qui iuſſerunt me feris in te exponi: animus. ſ. meus, geſtit. i. immodice cupit, vt canis q geſtu deſiderium indicat, exequi, id eſt executiõi mãdare, ſupplicia antiqua. i. infanti addicta. O gnata, id eſt filia, quid. i. ad quid tenes, me vinctum. i. irretitum, amore peſtifero. i. inceſto? quia olim matrẽ ſuã & filię corruperat inſciẽs. nũc vt filiã deterreat, innuit ſe vinctum amore inceſto filiæ: ſeq; eam niſi abeat corrupturum. Sunt qui legant victum. i. aut condemnatum, aut fati violentia ſuperatum ita vt nõ poſſit reſiſtere ãpli⁹: ego vtrãq; lectionẽ tolerabilẽ puto. Quid o gnata tenes ſup. me? Genitor. i. pr̃ me⁹ Laius, quẽ occidi, vocat ſup. me ad mortẽ obeundã: o pr̃ ſequor ſequor, iã parce. ſ. mihi. i. noli me ãpli⁹ pſequi. fingit eñ a manib⁹ paternis ſe infeſtari. deide ad populũ, aut filiã dicit, aut ad nullũ ſed vt filia audiat Laius. ſ. pr̃, furit. i. ĩpatientiſſime fert, ſanguinem. ſ. ſuũ, hoc eſt me & liberos meos, ſup. eẽ genus inſigne. i. qd̃ habeat ĩſignis ſceptri erepti. ſ. ſibi p cędẽ quã ipſi intulit. Et ecce ipſe petit manes. i. aĩam meã, nã ſi de corpe dixiſſet: filia nõ credidiſſet: manib⁹. ſ. ſuis. q. d. vnguib⁹ (eſt eñ a nrõ man⁹) ĩfeſtis. i. violẽtis & vim inferentibus: & fodit vultus. ſ. meos. o gnata vides genitorem? videtur Oedipus loqui de genitore ſuo: q̃ ſi dicat vides ne patrem meũ

Eſt altus iſtis noſter in ſyluis locus:
Qui me repoſcit: hunc petam curſu incito.
Non hæſitabit greſſus: huc omni duce
Spoliatus ibo. quid moror ſedes meas?
Montem Cithæron redde: & hoſpitiũ mihi
Illud meum reſtitue: vt expirem ſenex
Vbi debui infans. recipe ſupplicium vetus
Semper cruente: ſæue: crudelis: feroxq;
Cum occidis: & cum parcis. olim iam tuum
Eſt hoc cadauer. perage mandatum patris
Iam & matris. animus geſtit antiqua exequi
Supplicia. quid me nata peſtifero tenes
Amore vinctum? quid tenes? genitor vocat.
Sequor: ſequor: iam parce. ſanguinem genus
Inſigne regni Laius erepti furit.
Et ecce manes manibus infeſtis petit:
Foditq; vultus. nata genitorem vides? Anti.
Video ego. tandem ſpiritũ inimicũ exue. Oe.
Deſertor animæ fortis in partem tui
Omitte pœnas languidas longæ moræ:
Mortemq; totam recipe. quid ſegnis traho?
Quid viuo? nullum facere iam poſſum ſcelus?
Poſſum miſer. prædico: diſcede a patre:
Diſcede virgo: timeo poſt matrẽ omnia. An.
Vis nulla genitor a tuo noſtram manum
Corpore reſoluet: nemo me comitem tui
Eripiet vnq̃. Labdaci claram domum
Opulenta ferro regna germani petant.
Pars magna patris optimo e regno mea eſt
Pater ipſe: non hunc auferet frater mihi
Thebana rapto ſceptra qui regno tenet.
Non hic cateruas alter Argolicas agens.
Non ſi reuulſo Iuppiter mundo tonet:
Mediumq; noſtros fulmen in nexus cadat:
Manum hanc remittã. phibeas genitor licet:
Regam abnuentem: dirigã inuitũ gradum.
In plana tendis? vado. prærupta expetis?

Non obsto sed præcedo: quo vis vtere
Duce e duobus: omnis eligitur via.
Perire sine me non potes: mecum potes.

qui me infestat? aut si de se loquitur vt filia intellexit: dicit vides patrem. s. tuum in qua miseria sit? Respõdet ergo: ego video. s. patrem meum qui me non videt. O pater exue tandẽ spiritũ inimicũ. i. qui te vexat: aut q̃ tibi exitium quęrit. Oedipus non acquiescens filiæ, inquit. O anime desertor. s. prouinciæ tibi cõmissæ, hoc est supplicij de me sumendi, fortis in. i. aduersus partem tui. s. oculos meos: quos te audente lumine priuaui: sed non in totum: quia vitam mihi dereliquisti. videtur autem corpus esse animi: immo cũ animus sit interior homo, & potius homo dicẽdus q̃ corpus, videtur corpus esse pars animi. i. quã anim⁹ denominat & regit. omitte. i. desere, pœnas languidas morę. i. dilationis, longæ. i. cito perime totum me: q̧ pro. i. recipe totã mortẽ. quid. i. ad quid, ego segnis traho. s. corpus inutile? Quid. i. ad quid viuo? an ideo sinis me viuere: q̧ nullum scelus iam facere possum? Immo possum miser: & in hoc miser: quia possum: vt argute adnotauit diuus Augustinus: miserior enim est homo tantisper dum peccare potest, q̃ in cælo vbi peccare non potest. neq̧ deus ideo non omnipotens quia peccare non potest. & prędico tibi o filia q̧ adhuc peccare possum: discede a patre: discede virgo, id est pręcipue quia virgo: nam timeo omnia post matrem: cum enim matrem violauerim, non est quam non potius violem mulier. Respondet Antig. filia amantissime: vt agnoscamus etiam ex nefando coitu præsertim si nefas lateat: posse bonam gigni prolem. O genitor nulla vis, id est violenta potestas, resoluet, id est laxabit manum nostram a corpore tuo. nemo eripiet. i. e te rapiet vnq̃ me comitẽ. i. assectã tui. Germani. i. fratres mei Polynices & Etheocles, petãt. i. sino vt petant, ferro. i. cruento bello, domũ clarã. i. regiam illustrẽ Labdaci proaui mei: appositorie regna opulenta. i. opũ plena: magna pars mea e regno optimo. i. ditissimo patris. s. mei Oedipi, est pr̃ ip̃e. s. tu quẽ teneo: hoc est tu es mihi magna pars hereditatis meæ: sicut clericus dicit, dñs pars hereditatis meæ &c. Frater. s. Etheocles q̃ tenet sceptra Thebana. i. insignia regni Thebani, & hoc regno rapto. s. e manibus Polynicis: nõ auferet mihi, hunc. s. patrem: aut hanc. s. partẽ. Hic alter. s. frater Polynices, agens cateruas Argolicas. s. Adrasti soceri sui, contra Etheoclẽ fratrẽ, non sup. auferet mihi hunc: quia si. i. tametsi, Iuppiter tonet mundo reuulso. i. tam fortiter vt tot⁹ mũdus vellatur e cardine suo: & fulmen cadat mediũ in nexua nostros. i. inter dextrã qua te teneo & te: tamen sup. non remittam. i. relaxabo manũ hanc. s. qua te teneo. Et licet pietas plus valeat q̃ vis: tñ o genitor licet prohibeas, ego regam. s. te abnuentẽ. i. nutu renitentẽ: quia pium est in furiosum sibi mala molientẽ esse rebellẽ etiã si pater sit. ego dirigã gradũ. i. ingressum tuũ, inuitũ. i. inuiti. Si tu tendis in plana: vado. s. tecũ in plana. si expetis pręrupta. s. rupium vt p̃ceps ruas: non obsto: sed p̃cedo. s. vt prior cadam. vtere e duobus quo. i. vtro duce vis: nam sum tibi duplex dux. s. ad salutẽ aut ad exitium. Berñ. dicit quo aduerbiũ sed non placet. oĩa via eligitur. i. mihi placet: tu non potes pire sine me. i. nisi vna pereã: potes. s. perire, mecũ. elegãter, quia verbum repetit, non ponit particulã, sed, autem, verum, &c.

¶ Est alius. Est locus qui me reposcit ad mortem: olim in Cytherone exposit⁹ fueram infans vt ibi perirem, nunc aũt senex ibidem moriar. Noster. vbi fui expositus. Incito. veloci. Cytheron redde montẽ. appositiue sedes meas in quibus expositus eram vt deberẽ mori: ille est hospitium meũ mihi destinatũ: fac vt ibi moriar saltem senex vbi debebã mori infans. Semp crudelis. dãdo mortẽ vt Acteoni: & dando vitam vt fecisti mihi: qui postea cõmisi multa scelera. Perage. perfice qđ olim mandauit vterq̧ parens vt ibi deberem mori. Animus gestit. cupiebat Oedipus mori in loco iam sibi ab infantia destinato: sed filia eum retinet. dicit se videre patrẽ Laium qui ad mortẽ instigabat: dixitq̧ filiæ discedat: q̧ dubitat eam violare quemadmodũ matrem. Sequor. ex fantasia videns patrem loquitur: pater meus furit cõtra me: q̧ concubui cum matre & confusum est genus nostrũ: & est adhuc cũ insignibus sanguinolentis quia interfeci eum. Petit. inuadit. Manes. vmbram meam, & animã: loquitur de se tanq̃ esset mortuus. Nata. vides patrem meum? ego qui sum cęcus video: & hoc erat ex fantasia. Tandem. deliberans mori dixit hæc verba O anime fac me cito mori. Desertor. is est qui imperatorẽ in exercitu deserit. ita anime incœperas me deserere postea restitisti: nã cęcaui me & ita in partẽ cœperã mori: nunc autẽ in totũ desere me. In partẽ. s. per obcęcationẽ. Omitte. exue istũ spiritũ & oẽs moras tolle languidę vitę. Mortẽ totã. quia cæcitas est para mortis. fac me cito mori in totũ. Nullũ. diceres forsan non possum amplius peccare. immo dico tibi possum adhuc facere scelus: ideo desere me filia ne te violẽ: vt matrẽ meã & tuã. Vis nulla. r̃ndet filia q̧ nunq̃ poterit discedere a patre, dicẽs habeãt fratres regnũ: ego nihil volo nisi patrẽ: hęc mea pars erit regni quã nullus poterit a me eripe. Labdaci. aui nr̃i q̃ pr̃ Laij fuit. Pr̃ ipse. s. ps erit mea regni. Argolicas. Polynices parauerat sibi exercitum ex copijs Adrasti soceri sui regis Argiuorum contra fratrẽ Etheoclem. Agens. ducẽs. Nexus. dum sum cõiuncta tecum. Remittã. retraham hanc manum si Iuppiter fulminet in medium tui & mei. Prohibeas. etiã si non velis: veniã tecũ siue per plana siue per abrupta mõtiũ. Non obsto. non impedio: vade quo vis: pręcedam te. Quo. aduerbium: in quemcunq̧ locum vis semper ero tibi dux. E duobus. De duabus rebus an velis viuere an mori: non te deseram: demõstratq̧ duas vias ad aliqua pręcipitia: vt si velit mori ipsa prius faciat iter: si velit viuere se victuram secum dixit.

¶ Genitor vocat. Oedipus ab infantia expositus perforatis plantis ad arborem suspensus est: tandẽ a Phorbante pastore inuentus mercatori Corinthio vęnundatus est: a quo fuit donatus Meropæ reginę Polybij Corinthiorum regis coniugis: itaq̧ a rege educatus creditus est filius regis nomine sumpto a pedum tumore. orta inter Phocenses seditiõe Laium patrem interemit nescius. postmodum nuptias cũ matre celebrauit infaustus sibi & filijs: vt meminit Homerus in Odyssea. ὁ δ᾽ ὃν πατέρ᾽ ἐξεναρίξας γῆμεν· ἄφαρ δ᾽ ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν. ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων Καδμείων ἤνασσε θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς. Mors autem Laij manu Oedipodis per oraculum pronuntiata est: quale apponitur ab interprete Euripidis in argumento Phœnissarum. Λάϊε Λαβδακίδη παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς. τέξεις μὲν φίλον υἱόν. ἀτὰρ τόδε σοι μόρος ἔσται, παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν βίον. ὣς γὰρ ἔνευσε Ζεὺς Κρονίδης Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας, οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ᾽ ηὔξατο σοὶ τάδε πάντα

BERN.
Desertor
Labdac⁹.
DANI.
Oedipus

ASCen. ❡Hic alta &c. Vt aũt q̄ sit pata ad mortē ostē-dat iqt. Rupes alta surgit hic iugo arduo: spe-ctatq; longe spatia maris alti: vis sup. vt peta-mus hanc sup. rupem? Silex nudus. i. cautes imbribus exposita, pendet hic. i. in alia parte & rotat. i. circũagit & vacillare facit, partes ex-esas. s. ventis & imbribus, montis lassi. i. neq̄-untis amplius sustinere onus saxi illius: rua-mus in hũc. s. silicem vt vna cadam⁹: quia dũ .i. dũmodo eo prior. s. q̄ tu, quo vis. s. ire: ego non deprecor. i. nõ obsisto p̄cibus quo min⁹ eas. Est em̃ interdũ dep̄cari. p̄cari ne fiat, sicut dehortari hortari ne fiat. Vñ illud sæpe citatũ Ouidij. Sæpe precor mortem, mortem quo-q; dep̄cor idem. non hortor. s. vt eas: quasi di-cat ad te refero. O genitor si cupis extigui: & mors est tibi maximum votũ. i. summũ desy-derũ: si tu moreris. i. si ad effectũ ducis deside-riũ tuum, antecedo. i. prius morior: si viuis. i. decreuisti viuere, sequor. s. te vt te ducam. sed o genitor quia per amentiam cupis mori, fle-cte mentem: aduoca. i. recipe ad te, pectus an-tiquum. i. pristinam prudentiam & meliorem mentem: & doma pectore magno. i. magnani-mitate, ęrumnas victas. i. quas viceris si patien-ter tuleris: quia vt dicit ille Superãda ois for-tuna ferendo est. addit. Resiste. s. aduersis qa malum est vinci in tantis malis: quasi dicat id pręcipuũ malum est in magnis malis si ab il-lis vincaris impatienter ea ferẽdo: nam q ma-la æquo animo fert vincit: qui ferre nequit, vincitur. Respondet Oedipus. O fortuna, vnde sup. partum aut inuentũ est, specimen .i. decus probitatis, egregiũ. i. excelles, in do-mo nefanda? q. d. id monstri simile est. vnde qui vult bonos habere liberos sit ipse bon⁹. Vnde sup. orta est ista virgo dissimilis suo ge-neri? p̄sertim genitori: qui etiam genus dicit. Credis sup. q; aliquis pius est. s. edit⁹ ex me? mutat genus: quia licet ob filiam loquatur: ta-men indifferenter de quibuscunq; liberis loq-tur. Respondet. non esset vnq̄. i. aliquis pius (nam sup. bene noui fata mea, id est domus mei aduersa quasi fataliter orta) nisi vt noce-ret: nocere autem putauit, quia mori prohibu-it. Ipsa natura vertet se in nouas leges, scilicet postq̄ mali incipiũt generare bonos. qa? Am-nis (qui ex imbribus proprie nascitur: sed p fluuio perenni hic accipitur) reuolutus, id est iterum vnde exijt volutus & retortus, rege-ret, id est iterum diriget ac repellet, vndas ci-tas. i. veloces, in fontē scilicet vnde ortę sunt: & lãpas Phœbęa, id est solaris a Phœbo (nã a phœbe lunaris nihil noui faceret) afferet. s. modo noctem quæ diem hactenus attulit: he-sperus. i. vesper faciet diem. Vt aliquid acce-dat, id est adijciatur, ad miserias meas, nos eri-mus quoq;. i. etiam pij, scilicet in patrem luen-do pœnas, sicut fuimus impij committendo culpas. Vnica salus oedipodæ: hoc est mea q sum Oedipodes (declinatur autem hic Oedi-pus oedipi: vł Oedipodis: aut hic oedipodes oedipodę) est non esse saluum, id est perire vt noxam luat. Liceat, id est licitum sit, patrem vlcisci, id est de iniuria sibi illata vltionem su-mere: aut vlcisci patrem, id est facere vltionē de occiso patre Laio: adhuc inultum, id est de

Hic alta rupes arduo surgit iugo:
Spectatq; longe spatia subiecti maris.
Vis hanc petamus? nudus hic pendet silex:
Hic scissa tellus faucibus ruptis hiat:
Vis hanc petamus? hic rapax torrens cadit
Partesq; lassi montis exesas rotat:
In hunc ruamus: dum prior quo vis eo
Non deprecor: non hortor. extingui cupis?
Votumq; genitor maximum est mors tibi?
Si moreris: antecedo: si viuis sequor.
Sed flecte mentem: pectus antiquũ aduoca.
Victasq; magno pectore ærumnas doma.
Resiste: tantis in malis: vinci malum est. Oe.
Vnde in nefanda specimē egregium domo?
Vnde ista generi virgo dissimilis suo
Fortuna? credis aliquis est ex me pius?
Non esset vnq̄ (fata bene noui mea)
Nisi vt noceret. ipsa se in leges nouas
Natura vertet: regeret in fontem citas
Reuolutus vndas amnis: & noctem afferet
Phœbea lampas: hesperus faciet diem.
Vt ad miserias aliquid accedat meas
Pii quoq; erimus: vnica Oedipodæ est salus
Non esse saluum: liceat vlcisci patrem
Adhuc inultum: dextra quid cessas iners
Exigere pœnas? quicquid exactum est adhuc
Matri dedisti. mitte genitoris manum
Animosa virgo: funus extendis meum
Longasq; viui ducis exequias patris.
Aliquando terra corpus inuisum tege.
Peccas honesta mente: pietatem vocas
Patrem insepultum trahere. qui cogit mori
Nolētē: in ęquo est: quiq; p̄perantē impedit.
Occidere est vetare cupientem mori.
Nec tamē in ęquo est: alterum grauius reor.
Malo imperari: q̄ eripi mortem mihi.
Desiste cœpto virgo: ius vitæ ac necis

Meę penes me eſt: regna deſerui libens:
Regnum mei retineo. ſi fida es comes
Enſem parenti trade: ſed notum nece
Enſem paterna tradis? an nati tenent
Cum regno & illum? faciet vbicunq; eſt ſcel9.
Ibi ſit: relinquo: natus hunc habeat meus:
Sed vterq;: flāmas potius & vaſtum aggerē
Compone: in altos ip̄e me immittam rogos.

quo nulla ſumpta eſt vltio. O dextra iners, quid ceſſas exigere. ſ. ab Oedipode, pœnas? Quicquid exactum eſt adhuc. ſ. occæcando me: tu ſup. id dediſti mihi: qa enī oculis Oedipodis placebat: iuſtū duxit vt oculos ꝓpter eā erueret. O virgo animoſa, filia. ſ. mea, mitte. i. dimitte manū genitoris: vt ſe interimendo patri pœnas pendat: tu extendis. i. producis fun9. i. officium funebre meum (reputat enī ſe mortuum: quia vt dicit alter Seneca, illo die nocens moritur quo peccat) & ducis longas exequias patris viui. i. facis vt viuens pater ſit qualis eſſet ſi exequiæ eius fierent. O filia tege aliquando. i. tādem corpus inuiſum. ſ. ſuperis & mortalib9, terra. ſ. ſepeliendo ipſum. Tu peccas. ſ. in me, mente honeſta. i. ꝓtegente nomine honeſto culpam: quia vocas pietatē trahere patrem inſepultum: quod reuera impium eſt: cenſet autē ſe iam cadauer: quia vt dixi illo nocens die moritur quo peccat. Is qui cogit mori nolentem. ſ. mori, quiq;. i. & qui impedit properantem. ſ. mori: eſt in æquo i. tantundem facit: hoc eſt idem eſt, & eiuſdem culpæ, occidere nolentem mori: & ſeruare nolentem viuere, qa vetare cupiētem mori eſt. i. tanti eſt ac, occidere. ſ. eum. vñ Horatius in arte ad finem. Inuitū qui ſeruat idē facit occidenti: non quidem quantū ad deū aut conſcientiā, ſed quantū ad animū occiſi. Qui enī viuere adhuc vult omnia daret pro vita: qui mori vult omnia derelinquit vt moriat̃. Quia vero Seneca plus moribus bonis q̄ opinioni deprauatę conſulere prętendit: inducit ſententiam iam dictam corrigentē, cū ſubdat. Nec tñ ē in ęquo. i. in æquali merito: quia reor alterum genus. ſ. occidentium inuitos, ſup. eſſe grauius. non poteſt aūt dici ꝙ inuitus moriar: quia malo mortē impari mihi, q̄ eripi. ſ. facultatem moriendi O virgo deſiſte cœpto i. ſiſte de incœpto tuo: ius vitæ ac necis meę eſt penes me. i. in poteſtate mea: qđ verū non eſt: quia penes deū eſt qui vitam dedit & vbi vult repetere poteſt. ego deſerui libens regna. ſ. Thebana: ſed ſup. retineo regnum mei. i. de meipſo regēdo. Si tu es fida. ſ. patri, comes: trade parenti enſem. ſed dic ſup. tradis (fingit autem ꝙ tradat) ſup. mihi, enſem notum. i. inſignitum, nece paterna. i. quo patrem meum Laium occidi? an nati. i. filij mei Polynices & Etheocles, tenēt &. i. etiā, illū. ſ. enſē cū regno. Enſis ſup. ille faciet ſcelus vbicūq; ſit (paraſceue eſt futurę inter fratres ſeditiōis). ſit. i. permitto vt ſit, ibi. i. inter filios meos: relinquo. ſ. enſem: natus meus habeat hunc. ſ. enſem: ſed vterq;. ſ. natus: ne alter innocens maneat. Compone potius q̄ vt enſem illum q filijs perniciē afferat, tradas: aggerē. i. cumulū terræ, vaſtum. i. valde extenſum, vt ſup. ip̄e. q. d. in ꝓpria perſona, immittā me in rogos. i. ignes ardētes, altos. i. alte extructos.

BERN. ¶ Nō deprecor. Nō ſuadeo neq; diſuadeo: relinquo tibi hāc electionē. Antecedo. ſ. ad mortem. Vñ. mirat̃ Oedipus ex ſe ſcelerato potuiſſe naſci tā piam filiam: dicitq; illud eſſe ad maiorem pœnam ſuā: ꝙ per eā nō detur ſibi mori ſed diutius viuere in tantis malis. Specimen. ornamentū tantę pietatis. Credis. quaſi dicat non: nam aliquis pius non potuit naſci ex me. Noui. eſt parentheſis. Leges nouas. ꝙ ex malo non generatur bonum: qđ ſi factum eſt ad meā pœnam fuit. In fontem. potius q̄ generem pium, fluuius curret in contrarium ad fontem & principium ſui: & ita ab impoſſibili arguit. Pij erunus. de domo mea erunt boni: vt habeāt pœnas & miſerias. Vnica. vertit ſermonē ad filiā: ſi vis patrē tuū ſaluū dimitte me mori meli9 ē ꝙ moriar q̄ viuā: excęcaui me ꝓpter ſcel9 i matrē, nūc interficiā me ꝓpter ſcel9 pr̄is a me interēpti. Oedipodę. mihi. & declinat̃ œdipodes œdipodę vel œdipus œdipi. Mitte. illa tenebat manū pr̄is volentis ſe interficere: vñ dicit virgo aīoſa credis prodeſſe mihi ſed noces. Extendis. ꝓlongas mihi longā mortē quia quotidie morior ꝑ tanta mala: & hoc eſt me occidere. Honeſta mente. ſub honeſta pietate noces mihi: quia trahis patrem Inſepultum. nam reputat ſe tāq̄ cadauer qđ poti9 pietatis eſſet ſepelire. Qui cogit. impius eſt qui cogit aliquē mori. ſic etiam viuere nolentē ſeruare eſt impium: nā contrariorum eſt diſciplina eadem. In æquo. in ęquali crimine. Nec tamē in æquo. dicit eſt peior qui facit viuere volentem mori, q̄ qui facit mori nolentē mori.

Alterū. ſ. vetare mori. Regnū. etſi deſerui ſponte regnum Thebanū: remanſit apud me arbitriū mei corporis. Enſē. ſ. quo occidi patrem: qui vbicunq; ſit faciet ſcelus: quem cum ſciret eſſe apud filios, iratus contra illos dicit illū eſſe relinquendum: vt ſe mutuis vulneribus interficiant: petitq; vt potius paret ſibi ingētem ſtruem lignorū vt ſe comburere queat. Aggerem magnum cumulum.

DANI. ¶ Deprecor. Apđ Catullū Veronenſem legere licet. Cui ego quaſi eadem totidem mox deprecor illi. vbi deprecor verbum accipitur in ſignificato deteſtor & depello ſi Gellio credimus. Ita non deprecor, non detrecto exponim9 vt Cicero pro. P. Sylla. Quē multorum hic vitam Sylla deprecatus eſt. Regeret. ab impoſſibili arguit, de ſe potuiſſe piam naſci filiā, niſi vt mortis viam impediret. Regeret. i. refundet & retorquebit vndas in fontem ſuum amnis. ſicut Papi. Inachus ante retro & noſter Pactolus abibūt. & Ouidi. in triſt. In caput alta ſuum labentur ab æquore retro Flumina: conuerſis ſolq; recurret equis &c. In æquo eſt. qui volentem mori impedit æque peccat: acſi nolentem cogeret: quam quidem ſententiam vti falſam, tamen corrigit poſt paulo Alterū grauius reor. &c. Regna deſerui libens. contra opinionem Phalaridis ſcribentis ad Demotelem. ποιεῖσθαι τὴν τοιαύτην ἀρχὴν ἀπωσάμενος λέγω ροι ἐσι τὸ καταθέσθαι. niſi excuſetur ad depoſitionem idagatio. Sed vterq; potius. exerceant potius hūc enſem filij mei in communem necem eadem iracundia qua apud Papinium generis conſortia ferro diſſideant.

Erectam ad ignes funebrem aſcendā ſtruem.
Pectuſq; ſoluam durum: & in cineres dabo

ASCEN. ¶ Erectā ad ignes. Conſtruitur cum præcedētib9, immittam me in altos rogos: & ſup9 aſcendam ad ſtruem. i. congeriem lignorum funebrem. i. ad cadauer comburēdū aptam:

vtpote erectã ad ignes.s.excipiendos: & soluam.i.resoluam,pectus.s.meum durũ: & dabo in cineres hoc quicquid viuit .i. hoc totũ quod viuit in me. Vbi est.s.nunc,mare sęuũs more furentiũ non videť vno genere mortis contẽtus:nã vbi poposcit ignes, nũc aquas maris in exitiũ sui vocat. duc sup. me eo vbi sit iugum.i. praecipitiũ montis, vtpote pręruptũ altis saxis.i. vnde sint alta quondã saxa prupta. Dic,immo duc sup.me eo: vbi Ismenos flu. Boeotiae,rapidus.i.pręcipitanter currens, durat id est extẽdit, vada torua, aut ob boatum taurinum quem procellae excitant: aut qꝫ fluuij cornua taurina habere propter incuruos flexus dicantur: vnde est Corniger Hesperidum fluuiꝰ regnator aquarum. duc supple eo : vbi sint ferae: vbi sit fretum id est aestuarium maris, vbi locus pręceps. Si dux es,placet mihi morituro.i. vt moriar, ire illuc i.ad illum locum: vbi.i.in quo, sphinx, monstriferum animal,sedit.s.dũ vixit, sup. in rupe alta, nectens dolos.i.dolosa ęnigmata ore semifero: quia partim humana, parti ferina erat forma. Dirige gressu.i.gradiẽdo, huc.i. ad hunc quẽ iã dixi locũ, pedem.s. tuũ:siste. i.statue & fac stare patrem.s.tuum, hoc ẽ me, hic.i.hoc loco: ne sedes dira.i.quã sphinx dira olim occupauit, vacet.s.monstro: repone s.in eadem sede, mõstrum maius.s. me. ego insidens.i.occupãs saxum, (Sunt qui legãt saxo : sed sic dicam huic, cum illo. Quantus insideat miserae deus: vtrunqꝫ em̃ est ab insideo, non ab insido: nã secunda syl.corripiť) hoc videlicet quod dixi sphingẽ insedisse, loquar vt sphinx fecerit, verba obscura.i. aenigmatica: sed fortunae nostrae.i. de cõiugio infelici & ex eo prole mõstruosa: quae .s. nemo soluat.i.quorũ nemo nodũ aperiat. Quisqs id est quicunqꝫ scindis.s.arando, loca possessa regi Assyrio: forte propter Chaldęos id dicit: & quisquis scindis aut arando aut lignando, nemus Cadmi.i. quod Thebas applicitus Cadmus incoluit, notum.i.insigne & nobile factum, serpente cuius dentes Cadmus seuit : & nati sunt armati se mutuis vulneribus perimẽtes: & quo.s.nemore Dirce sacra i.fons musis sacer, a nomie Dirces denominatus, latet supplex, propter cruentum supplicium Dirces : aut Dirce ipsa in fontem versa sacra.i.execrabilis propter pellicatum, latet supplex: quia cõdemnata: ad aras. malim legere ad aras sacras: cum alij legant serpente sacro. Quisquis bibis Euroten aut Eurotam, flu. Lacõię iuxta Sparten, & colis Sparten nobilem.s.vrbem, quae & Lacedaemõ dicitur, fratre gemio.i. Castore & Polluce. Quicunqꝫ colis Elim aut Helim vrbem aut fluuium Arcadiae cuius genitiuus est Elidis apũ Maronẽ. Fama est hac Elidis amnem occultas egisse vias &c. Labitur autẽ iuxta Pisana moenia: vbi certamen curule fieri solebat : & quicunqꝫ colis Parnasson mõtem Phocidis Phoebo & musis sacrum: & quicunqꝫ colonꝰ tondes.i. demetis agros Boeotios in quibus sunt Thebae, soli.i. glebę huberis.i. foecũdę: aduerte mentem scilicet ad aenigma quod tibi ppono. Quid saeua lues Thebarꝫ sphinx

Hoc quicquid in me viuit. vbi saeuũ est mare?
Duc vbi sit altis praeruptum saxis iugum?
Vbi torua rapidus ducat Ismenos vada.
Duc vbi ferę sint: vbi fretũ: vbi pręceps locus.
Si dux es: illuc ire morituro placet:
Vbi sedit alta rupe semifero dolos
Sphinx ore nectens: dirige huc gressu pedẽ:
Hic siste patrem: dira ne sedes vacet
Monstrum repone maius: hoc saxu insidens
Obscura nostrę verba fortunę loquar
Quę nemo soluat. quisquis Assyrio loca
Possessa regi scindis: & Cadmi nemus
Serpente notum: sacras quo Dirce latet
Supplex ad aras: quisquis Euroten bibis:
Sparten qꝫ fratre nobilem gemino colis:
Quicunqꝫ Elim: Parnasson: & Boeotios
Colonus agros huberis tondes soli:
Aduerte mentem. saeua Thebarum lues
Luctifica cęcis verba committens modis
Quid simile posuit? quid tam inextricabile?
Aui gener: patrisqꝫ riualis sui:
Frater suorum liberum: & fratrum parens.
Vno auia partu liberos peperit viro:
At sibi nepotes. monstra quis tanta explicet?
Ego ipse: victę spolia qui Sphingis tuli:
Hęrebo fati tardus interpres mei.
Quid perdis vltra verba? quid pectus ferum
Mollire tentas precibus? hoc animo sedet
Effundere hanc cũ morte luctantem diu
Animã: & tenebras petere. nã sceleri hęc meo
Parum alta nox est: Tartaro condi iuuat:
Et si quid vltra tartarum est. tandem libet:
Qđ iã olim oportet. morte ꝓhiberi haud q̃o.
Ferrum negabis? noxias lapso vias
Claudes? & arctis colla laqueis inseri
Prohibebis? herbas q̃ ferunt letum auferes?
Quid ista tandem cura proficiet tua?

Vbiq; mors est:optime hoc cauit deus.
Eripere vitam nemo non homini potest.
At nemo mortem.mille ad hanc aditus patet.

scilicet quae multis exitij causa fuit, cōmittēs
id est cōmiscens, verba luctifica.i. tristia, sed
modis cęcis.i.obscuris & exitum videri non
permittentibus, posuit.i.proposuit, simile.
i.aeque luctificum & ignotum? & quid posu-
it tam inextricabile. i. tam isolubile q̃.s.ego
proponam? Proponens autem dicit. Gener
aui sui.i.qui duxit filiam aui sui.s.materni,& riualis patris.i.eiusdem tori & coniugij sectator cum patre:& ita
ob communem amicam patri infestus: vt tauri vnius vaccae amatores prelia mouent dum eundem riuū pe-
tunt: est supple frater liberum pro liberorum suorum:quia cum illis eandem habens matrē:genuit em̄ ex ma
tre sua Oedipus liberos quatuor:& parens.i.pater fratrum.s.suorum:quia filiorum matris suae:item auia sci-
licet materna peperit vno partu, viro.s.Oedipo, liberos:at nepotes sibi.s.ipsi:sed & liberos: nepotes quidem
quia filios filij:& liberos q a ex se natos. Quis explicet tāta monstra? quasi dicat nō esse credibile vt quis q̃: qa
ego ipse, qui tuli spolia sphingis victae.i.qui vici sphingem soluēdo aenigma eius, haerebo.i.addubitabo, eius
sup. tardus interpres fati mei.i.eius quod mihi accidit.deinde cōuersus ad filiam dicit:quid.i.ad quid, perdis
vltra.i.amplius verba? quid.i.ad quid, tenta.s.frustra, mollire precibus, pectus.s.meum ferum.i. inexorabi
le? hoc.s.effundere hanc animā luctantem diu cū morte, sedet.i.omnino placet & decretum est animo: & pete
re tenebras.s.infernas:nam haec nox.i.caligo oculorū cū caecus esset, est parū alta.i.pfunda, sceleri meo.i. se-
cūdū q scel⁹ meū cōmeruit. Iuuat.i.delectat me, condi.i.abscōdi ac sepeliri, tartaro.i.loco pfundissimo & ma
xime horrendo:nam vt dicit aenei. vj. Tartarus ipse Bis patet in praecepa tantū, tenditq; sub vmbras: Quant⁹
ad aethereū caeli suspectus olympum:& si quid est vltra tartarū, iuuat sup.cōdi illic. Id sup. qd̄ oportet iā olim
i.iam ab ineunte aetate:quia tunc oportuit & adhuc oportet: libet.i.placet tandē.s.mori & inferoa petere. Ego
haud queo.i.nō possum.s.per te, etiā si volueris, phiberi morte.i. pcul haberi a morte. An sup.negabis ferrū,
& claudes lapso.i.labi volēti vias noxias.i.nociuas? & prohibebis colla inseri, laqueis arctis.i. frāgere gulam
laqueo? Auferes herbas q̃ ferunt.i.afferunt.s.homini letū.i.mortē: vt aconitū & cicutam? Quid ista cura tua
pficiet tandē? q.d.nihil.& alludit ad fatum Porciae Catonis filiae:de qua Bern. vide. Mora est vbiq;.i.in omni
loco aliquo modo reperibilis: deus cauit.i. prospexit & ordinauit homini hoc optime: videlicet q nemo nō
potest.i.q vnusquisq; potest eripere homini vitā: at nemo sup. potest eripere homini mortē. quia statutū est
omnib⁹ semel mori:& si nihil qd̄ foris sit inferat mortē: q̃ intus sunt se mutuo absument: constamus em̄ e con
trarijs in seinuicem assidue agentibus. Mille aditus patent ad hanc scilicet mortem.
¶ Soluam. Aperiā. Ismenua. fluuius Thebanus. enumerat multa loca in quibus potest seipsum pcipitare: BERN.
demū subiungit vt eum ducat ad locum vbi steterat sphinx q̃ proponebat aenigmata. Vñ dicit Nectēs dolos.
in principio de hac diximus. Vacet. vacua sit: quia amplius non erat sphinx. vnde loco illius vult suffici.
Siste. firma & fac stare. Insidens. cū datiuo & accusatiuo iungitur. Obscura. ęnigmata: quomodo gene-
rauit mihi mater filios & fratres:& sibi filios, & nepotes. Quisquis. omnes aduertant huc mentē. Assyrio.
Cadmo. qui venit de Assyria vbi regnauit Agenor pater ei⁹:& Thebas condidit. Scindis. aras. Euroten.
fluuius est prope Lacedęmonem. Serpente. vbi erat serpēs q socios Cadmi interficiebat. de his omnib⁹ lo-
cis & historijs plene diximus in Hercule furente. Fratre gemio. Castore & Polluce: qui ibi nati sunt ex Ioue
& Leda. Helim. hęc ciuitas est Arcadię in Peloponneso ppe Pisam. Boeotios. nā Thebae in Boeotia erant.
Saeua. amplificat grauitatem obscuritatis suae: dicens q sphinx non proposuit obscurius aenigma q̃ ipse
proponet. Lues. appellat sphingem luem luctificam. Modis caecis. obscuris versib⁹. Inextricabile. in
solubile. Aui. Auus, pater patris & pater matris. correlatiuum aui est nepos & neptis: vñ Meneceus pater fu
it Iocastae: Oedipus gener & nepos eius: nepoa inquātum filius filiae eius: gener inquātum habebat ipsam Io-
castam pro coniuge cuius ipse erat filius. Riualis. dicitur is qui eandem amat quā alius: q̃si potans ex eodē ri Riualis.
uo: nam amauit Iocastā vxorē patris sui. Liberum. per syncopā: filiorū suorū:& est frater quia genuit eos
de matre. Auia. filiorū meorū. nam & ipse fili⁹ ei⁹ eram. Viro. marito: datiui casus. Nepotes sibi. Iocastę re
spectu mei ipsius patris: filij quia nati de ipso. Ego herebo. ego qui sciui interp̃tari ęnigmata sphingi dubita-
bo exponere tam dira monstra. Quid perdis. conuertit se ad filiam:& est intelligendum q filia adhuc insta
bat, ne seip̃m interficeret: vnde ipse dicit quid opus est, vt perdas verba tua? placet mihi mori: ideo frustra quę
ris flectere pectus meū. Mollire. per geminum. ll. actiuum est. Sedet. placet:& fixum est. Luctantē. pu-
gnantem. Petere. ire ad tenebras. posset dicere filia satis est pater q caecus es: respondet hoc non sufficit sce
leri meo: volo ire in profundum tartari: vbi sit perpetua obscuritas. Nox alta. obscuritas oculorum meorū.
Ferrum negabis. si non voles dare ferrū quo me occidam, inueniam aliam viam. Inseri. poni. Letum.
mortem. Proficiet. quasi dicat nihil. quemadmodum Nemo nō. vnusquisq; potest eripere vitam homini:
ita nemo pōt prohibere. quod testat̄ Porcia apud Martialem. Cōiugis audisset fatum cū Porcia Bruti. Et sub
tracta sibi quęreret arma dolor: Nōdum scitis ait mortem non posse negari? Crediderā satis hoc edocuisse pa
trē. Dixit:& ardētes auido bibit ore fauillas: I nunc & ferrum turba molesta nega. Aditus. vię.
¶ Sphinx. Mōstrum, vt placet Lactantio, qd̄ ita stringeret homines suis ambagibus vt nescirent responde- DANI.
re; nec facile expediri possent. nā greci σφιγγειν latini dicim⁹ stringere. Simile inquā monstrum harpyijs alis Sphinx.
& vnguib⁹ insidens scopulo. alij volunt sphinga esse villosam simiam. in cōmentarijs in oedi. tyrannum. So
phoclis extat hoc epigramma a sphinge de Oedipo prolatum. εστι δίπουν επι γης και τετράπον ου μια φωνη
και τρίπον. αλλάσσει δε φυην μονον όσσ' επι γαιαν ερπετα κινειται ανά τ' αιθερα και κατα ποντον. αλλ' οπόταν πλείστοισιν
ερειδόμενον ποσι βαινη, ενθα τάχος γυιοισιν αφαυροτατον πελει αυτου. Assyrio regi. Agenor pater Cadmi rex Assyrij.
Assyriorum qui sunt in maiori Asia. & qui Syrios eosdem & Assyrios dici volunt: qua ratione adducan-
tur scitu difficile est: quum apud omnes Geographos haec diuisio fiat quadrifaria. hoc ē Syrios, Assyrios, leu Syrij.
cosyrios & Caelosyrios: nisi velimus regiones & loca confundere: quae res communissima est inconsiderate
loquentibus. Tartaro condi iuuat. homicidae & stupratores ruunt in tartarum: qui loc⁹ est terribilis & immas Tartarus.

ni profunditate demersus, sicuti poeta descripsit in. vj. Idem orcus aliter vocatur: quoniam in mortem vrgeat. volũt quidam tartarum dici ἀπὸ του ταρασσειν quod est turbare. Mergar igitur in tartaro vbi neq; meritas adhuc poenas inueniam, nec par in eo sceleri supplicium luam: quia mihi omnino mori certũ est & morte nullum mihi facilius relinquitur remediũ. Mors vbiq; est. Apollonij in. i. argonauti. παρτημεγατετα ταυτῃ κνσ σμ τοισ ανθρωποισι.

Nil quęro: dextra noster & nuda solet
Bene animus vti. dextra nunc toto impetu
Toto dolore: viribus totis veni.
Non destino vnum vulneri nostro locum:
Totus nocens sum: qua voles mortem exige:
Effringe corpus: corq; tot scelerum capax
Euelle: totos viscerum nuda sinus.
Fractum incitatis ictibus guttur sonet:
Lacerę ve fixis vnguibus venę fluant.
Aut dirige iras: quo soles. hęc vulnera
Rescissa multo sanguine ac tabe irriga:
Hanc extrahe animã: duram: inexpugnabilẽ.
Et tu parens: vbicunq; poenarum arbiter
Astas mearum (non ego hoc tantũ scelus
Vlla expiari credidi poena satis
Vnq̃: nec ista morte contentus fui:
Nec me redemi: parte membratim tibi
Volui perire.) debitum tandem exige:
Nunc soluo poenas: tunc tibi inferias dedi:
Ades: atq; inertẽ dexteram introrsus preme:
Magisq; merge. timida cum paruo caput
Libauit haustu: vixq; cupientes sequi
Eduxit oculos. hęret etiam nunc mihi
Ille animus: hęret: cum recusantem manum
Pressere vultus. audies verum Oedipum.
Minus eruisti lumina audacter tua:
Q̃ prestitisti: nunc manum cerebro indue.
Hac parte mortẽ page: qua coepit mori. An
Pauca o parens magnanime miseranda ꝓcor
Vt verba natę mente placata audias.
Non te vt reducã veteris ad specimen domꝰ:
Habitumq; regni flore pollenti inclyti
Peto: sed vt iras tempore: aut ipsa mora
Fractas remisso pectore ac placido feras.
Et hoc decebat roboris tanti virum:

Ergo nil. i. nullum instrumentum mortis, quęro. i. exigo a te: quia animus noster solet bene. i. efficaciter vti, dextera &. i. etiam nuda. i. inermi: vt quando seipsum excecauit. O dextra veni nunc supple cum toto impetu, toto dolore, & totis viribus scilicet ad inferendam necem: non destino. i. non cõstituo animo, vulneri nostro. i. mihi per te inferendo, vnum locum: vt fecit dum in solos oculos saeuit: sed supple totum corpus: quia totus sum nocens: exige scilicet a me mortem, qua scilicet parte, voles: effringe id est ex toto frange corpus scilicet medium: euelle scilicet ex eo, cor scilicet meum, capax tot scelerum: quia quę de corde exeunt vt omnia pręconcepta peccata polluunt hominem: nuda id est denuda, stringe, totos sinus id est angulos sinuosos, viscerum, id est in quibus viscera sunt: guttur supple meum, fractũ ictibus incitatis. i. rapide & ardẽter factis, sonet id est crepitum faciat: ve pro vel, venę in quibus sanguis est, lacerae. i. laniatę, vnguibꝰ fixis. i. infixis, fluãt scilicet cruore: aut o dextera dirige iras quo. i. in quam partẽ soles: hoc est in oculos: & irriga id est madefac haec vulnera scilicet oculorum, recissa. i. iterum scissa & apta, multo sanguine ac tabe scilicet cerebri corrupti: extrahe scilicet vnguibus, hãc id est meam animam, duram, inexpugnabilem, id est quae hactenus nulla vi euelli potuit: & tu pater. i. genitor Lai, vbicunq; asta arbiter. i. cẽsor poenarum mearum. i. quas tibi pendo (ego non credidi vnq̃ hoc tantum. i. tam ingẽs scelus meum, quo te occidi & matrem duxi, expiari. i. purgari satis vlla poena q̃tumuis magna: nec fui vnq̃ contentus ista morte. s. quam nũc tibi obibo: aut ista quam in oculis eruendis lui: nam excaecatio mors est oculorũ: vnde addit, nec redemi me parte scilicet corpis extincta: sed supple volui perire tibi. i. in vltionem tuam membratim id ẽ per membra paulatim: prius per oclos deinde per alia: & est finis parenthesis) exige quia arbiter astas, tãdem debitum. s. supplicium: ego soluo id est soluere paro, nunc poenas. s. iustas: ego dedi tũc scilicet cum eruerẽ mihi oculos, inferias. i. libamina sanguinis inferis grata: ades id est adueni (est enim imperatiui modi pręcatiue positi) atq; preme introrsus. i. interiora versus, manum inertem: aut pro ignauam posuit, aut non habentem industriam altius imprimendi: & merge. i. immerge dexteram aut cultrum, magis. i. efficacius: timida sup. fuit dextera, cum libauit. i. libando sacrauit manibus tuis, caput. i. partem capitis, paruo haustu. i. hauriendo parum sanguinis: sicut dũ libamina fiũt paꝝ gustatᷣ vini: & eduxit vix. i. cum difficultate oculos volentes sequi. s. dexterã. ille animꝰ. s. meticulosus qui erat cum vultus. i. oculi qui in facie sunt, pressere. i. represserunt, manum recusantem. i. suapte natura repugnantem ne me ex cęca-

Non esse sub dolore:nec victum malis
Dare terga.non est(vt putas)virtus pater
Timere vitam:sed malis ingentibus
Obstare:nec se vertere:ac retro dare.
Qui fata proculcauit:ac vitæ bona
Proiecit:atq; abcidit:casus suos
Onerauit:ipi(ceu video)nullũ est opus:
Quare ipe mortem cupiat:& quare petat.
Vtrunq; timidi est:vitam contẽpsit:mori
Qui concupiscit:cuius haud vltra mala
Exire possunt:in loco tuto est situs.

ret,hęret.i.adhęret & ĩfixus est mihi:hęret inquit etiã nunc.i.adhuc dum cęcus sum,& ita minus terreri debeo.q.d.id indignũ esse. deinde vt Bernar.exponit ad patrẽ dicit: O pater qñ venies huc, audies Oedipũ verũ.i.nõ falsum nec mẽdacẽ:quia id qđ dixit fecerit: & mox ad se:o Oedipe tu eruisti &c. ego vero mali vtrũq; ad aim dici: vt sit O aie audies.s.tandẽ Oedipũ verũ.i.non simulatũ.i.audiens erit dicto Oedipi ex vero, & vt decet Oedipũ sibi mortẽ imperantis:tu eruisti minus audacter lumina tua q̃ pręstitisti.s. eruta mihi:aut patri.quia repugnãte natura cũ difficultate eruit : sed erutos incũctãter abiecit: indue nunc cerebro manum.i.imprime vsq; in intimũ cerebrũ:& perage.s. Oedipo, hac parte mortẽ qua coepit mori .i. per oculos: p quos manũ ad cerebrũ vsq; imprie. Si Oedipus ad se loquereť & nõ ad animũ suũ de se: diceret qua coepi mori,nõ qua coepit. Antigone aũt argute & sententiose respondẽs: nititur patrẽ a sui nece auertere dicens,O parẽs.i.pater,magnanime:prudẽter ad quã patrẽ hortať magnanimitatem illi dat:ego miseranda precor pauca,videlicet vt audias verba gnatæ .i. filię,mente placata.i. tranquilla:ego non peto,vt reducã te ad specimen.i.decorẽ spectabilẽ,domus veteris i.pristinæ regiæ:& ad habitum i.ornatũ regni inclyti flore.i.statu pollenti.i.potenti:sed sup. peto:quod verbũ nõ decuit repeti expresse:quia sed ponitur(vbi tñ Bern.legit at:vt sit Pyrrhichius in primo:qđ non placet:alij inuersa sentẽtia aut.) vt feras pectore remisso.i.non tam vehementi,& placido, iras fractas.i.q̃ merito fractæ sint.tpe aut mora ipsa:& hoc decebat virũ tanti roboris,quãti tu es.s.non esse sub dolore.i. victum a dolore:nec victũ malis dare terga malis.o pater virtus non est(vt putas)timere vitã:vnde diuus Augustinus docet Catonẽ se interimẽdo timide potius q̃ fortiter egisse:sed sup. virtus est obstare malis.i.aduersitatibus ingentibus:nec vertere se.s.in fugã, ac dare retro.i.terga dare:nullo.i.innullo,aut potius nullũ opus.i.nulla necessitas est ceu.i. veluti video,ipi.i. i.ei:qui proculcauit fata,ac proiecit bona vitæ.i. voluptatẽ omnẽ gloriã & imperiũ , atq; abcidit (a cædo, nã ci producitur)atq; onerauit.i. vt Bern.dicit,auxit, vt mihi placet,humeris suis imposuit,casus suos vt eos ferat:nullum inqua est ipi.i.tali opus,quare.i.quãobrẽ ipe cupiat.s.animo,mortẽ,& petat.s.manibus mortem vtrũq;.s.cupere aut petere mortẽ est timidi.i.animi timentis mala vitę ferre:qui concupiscit mori cõtempsit vitam vt malam: & tamen is cuius mala haud possunt exire vltra.i.amplius crescere, vt mala tua, est situs loco tuto:& ita non debet mortem petere.

¶Nil quęro.s.q; tradas ferrũ:quia etiã manus mea nuda poterit me interficere. Dolore.si habebis magnum dolorẽ de sceleribus tuis habebis magnũ impetum ad vlciscendũ. Destino.nõ ppono nec dicam frange caput nec magis vnũ locũ q̃ aliũ quia totus sum malus. Exige.sume. Qua.per quã partẽ voles. Capax. qđ potuit cõtinere tãta scelera. Nuda.aperias & extrahe viscera. Incitatis.magno impetu factis. Dirige. s.o dextra. Quo.in eã partẽ i quã soles.s.in oculos quos iam incoepisti fodere:& vade per eã partẽ vsq; ad cerebrum. Irriga.cruenta. Vulnera.oculorũ:fac crudescere illa vulnera. Hãc.per hanc partẽ. Inexpugnabilem.quæ nõ potest vinci per mortẽ. Et tu parẽs.cõuertit sermonẽ ad manes Laij patris, dicens: q; me cecaui nõ videť satis pro tanto scelere: veni & adiuua me: vt effodiã mihi cerebrũ:& mẽbratim moriar. Arbiter. iudex vel pręsens ad videndũ. Inferias.sacra q̃ mortuis danť. Preme.inculca. Inertẽ.pigrã & dubitantẽ interimere. Introrsus.bene intra cerebrũ. Timida.qñ obcęcaui me manus mea erat ignaua:nunc veni & adiuua me:ne iterũ sit timida. Libauit.attigit. Haustu.quia solũ hausit oculos. Hæret.adhuc anim⁹ videtur videre pigrã manũ cũ obcęcauit oculos. Audies.venies ergo pater:& videbis q; nõ mentior. Verũ.nõ mẽdacẽ. Minus.hęc verba dicit ad seipsum.Oedipe tu extraxisti lumina minus audacter: tu offerebas prõpte oculos:sed manus nolebat extrahere. Perage.perfice. Pauca.rogat Antigone patrẽ vt audiat preces suas placidus.dicens non rogo te vt reducam ad regnũ:sed vt æquo aio feras ista,qđ ppriũ est fortitudinis & patientię:nã nõ posse pati aduersa est ignaui hois. Habitũ.cõditionẽ. Flore.p translationẽ in statu. At vt.sed peto vt velis ferre æquo aio miserias. Fractas.diminutas ppter lõgitudinẽ tpis. vñ dicit Cicero : q; null⁹ est tantus dolor q ipa die nõ minuať. Remisso.nõ ita intẽto. Roboris.fortitudinis. Sub dolore.deprimi a dolore. Dare terga.trãslatio a fugientib⁹. Vitã.ea q̃ accidũt in vita aduersa.nã fortitudinis est obstare malis. BERN.

Qui fata.ille q abiecit bona istius vitę: & sua mala aggragauit:nõ video cur occidere se debeat.nõ bñ cõuenit q; tanq̃ fortis cõtẽnat bona:& accipiat mala:postea velle mori, vt fugiat illa. Fata.nõ curauit mortem & spreuit,aduersa piecit. Bona.imperiũ & gloriã. Onerauit.auxit illa q̃ sibi accidebant mala. Nullo.nulla re. Vtrũq;.s.petere & desiderare mortẽ est hois timidi. Loco.in tuto:ille q habuit oia mala q̃ ampli⁹ nõ possint crescere,iam est in tuto quia scit se nihil peius posse habere.quare nõ est optandum mori tibi.

¶Nec me redimi.Hac mea cæcitate,q̃ est graue & miserabile vitę suppliciũ, vt inquit Pa.nõ videor meã culpã expiasse: nec vllo quidẽ ali⁹ poenę genere diluisse:quare cũ ab hac culpa me nõ satis redemerim pte poenæ i.ipa obcęcatiõe:tu cõsume debitũ i.tãdẽ de me malũ & totũ exige pater mi Lai. Redimi dicũť q soluto ptio liberãť. Plaut⁹. Redẽptitauere ad vnũ captos. Hęret.anceps ẽ & hæsitat. Pauca o parẽs. Artificiosa oõ Antigões q̃ patrẽ dehortať a morte & prio ordiť ab ea pte q̃ facit ad finẽ & cõclusionẽ rei, a magnanimitate & constãtia: q nitiť pñi suadere miseriarũ & dolorũ cõtẽptũ.tristis vero & calamitosę vitę põdera p patientiã esse tole DANI. Orationis Antigones artificium.

rãda. in quo arguit ab ĩpa primũ patiẽtia: deinde a magnanimitate ĩpius Oedipi: quẽ timere nõ decet, nec vllis malis inflecti, sed cõtra niti: deinde ab vltima eius calamitate. Sed malis ingẽtib⁹. grauissima sñia & pręclara ma trona nõ idigna: ę quo aio ferre mala. hinc illud Horatianũ de obitu Quintilij poetæ Cremonẽsis. Durum sed leuiua fit patiẽtia quicq̃d corrigere est nefas. Teren. Vt quim⁹, qñ vt volumus non licet.

ASCEN. ¶ Quis iã deorũ. Probat patri non posse ad eius calamitatẽ quicq̃ accedere: nisi ipse adie cerit: cũ sit in summo cõstitut⁹ malorũ: dicẽs. Iã facvelle. i. pone casum vt dij velint: qđ tñ minime volũt: qa dei est bñ facere non male: quia deorũ põt adijcere malis tuis qcq̃? q. d. nullus. qa nec tu iã potes. s. aliquid adijcere: nisi hoc, vt putes te dignũ esse nece: qa nõ es s. dign⁹ nece: nec vlla culpa attigit pect⁹ hoc. s. qđ contracto: aliter diceret istud, hoc ẽ tuũ. quia eñ insciens peccauit, nõ peccauit aio: & forte non peccauit: qa ignorãtia inuicibili tẽ tus. O genitor voca te magis insõtẽ. i. inculpabilem ex hoc q̧ es innocẽs. s. aio, quoq̧. i. etiã dijs inuisis. i. etiã si dij nolint te esse innocentẽ: videt̃ tñ nõ tã innocẽs q̃ insons: nisi vt vulgo innocẽs capiat̃ pro eo cui nõ est nocẽdi volũtas, licet forte nocuerit: nocuit eñ pri Oedipus sed nõ voluit. oẽ aũt peccatũ volũtariũ est. Quid est qđ efferarit. i. tã ferũ fecit te s. in te, & qđ suffixerit. i. occulte infixerit, dolori, nouos stimulos? Quid agit. i. ipellit, te ad sedes infernas? Quid pellit sup. te ex his. s. sedib⁹: vt careas die. i. solis aspectu? Cares s. iã, quia cæcus es. & quid pellit te vt fugias domũ. i. regiã, nobilẽ altis muris: & patriã in qua natus es? aut sic: patria perit tibi viuo vt fugias patriã. i. permittit patriã perire dũmodo eã fugias. Tu fugis natos & matrẽ: fortuna. s. iniqua, submouit tę ab aspectu omniũ: qa q̄ charissimi merito sint: vt mater, cõiũx, liberi: eos fortuna inuisos fecit: & hęc vita. s. ęrũnosa & orba visu, abstulit tibi qcq̄d mors potest auferre cuiq̃. Tumult⁹ regni, & turba prior fortunę. i. strepitus ille comitatorũ abscessit añ iussa. i. anteq̃ iussa sit: O genitor quẽ fugis? Respõdet. Fugio me: fugio pect⁹ cõsciũ omniũ scelerũ: & fugio hanc manũ (. s. q̃ patrẽ occidit) & fugio hoc cælũ, & deos. s. testes & vltores: & fugio dira scelera q̃ feci. Ego premo. i. dignũ ne cẽses, vt ego premã. s. pedibus: aut ego premo. i. grauo, hoc solum. i. terrã: quo ceres frugifera surgit. i. nascit̃. Traho ego ore pestifero has auras. s. vitales? q. d. indignũ est. satior ego haustu laticis. i. aq̃ fõtalis: aut fruor illo munere almæ parentis. s. telluris vt sustineat me? Ego nefandus, incestificus. i. faciẽs incestũ, execrabilis, attrecto manũ castã. s. tuã? Cõcipio ego vllos sonos aure. i. dign⁹ ne cẽseor, qui audiã? p quos audiã. i. audire possim: nomẽ parentis, aut nati i. filij. Vtinã quidẽ O nata. i. filia, ego quirem rescindere. i. scindendo destruere, has vias. s. auditus, & possem eruere. i. euertere manib⁹. s. meis adactis. i. applicatis, omne sup. illud organũ, quo voces meãt. i. transeunt vt pcipiãt nõ vt fiãt: & quo aditus patet verbis. s. itelligẽdis tramite angusto. s. auriũ? qa si hoc cõtigisset: ego infelix pater fugisse iã sẽsum. i. perceptionẽ tui. i. nõ audiuissem te, q̃ es ps meoꝝ criminũ. i. quã p crimẽ genui. nefas. i. memoria facinorũ meorũ nefãdoꝝ ihęret. s. aio ac recrudescit. i. asperius & durius vt res

Quid iam deorum (velle fac) quicq̃ potest
Malis tuis adiicere? iam nec tu potes
Nisi hoc: vt esse te putes dignum nece:
Non es: nec vlla pectus hoc culpa attigit.
Ex hoc magis te genitor insontem voca:
Q; innocens es: diis quoq; inuisis. quid est
Quod te efferarit? quod nouos suffixerit
Stimulos dolori? quid te ad infernas agit
Sedes? quid ex his pellit vt careas die?
Cares: vt altis nobilẽ mutis domum
Patriamq; fugias? patria tibi viuo perit.
Natos fugis: matremq;: ab aspectu omnium
Fortuna te summouit: & quicquid potest
Auferre cuiq̃ mors: tibi hęc vita abstulit.
Regni tumultus: turba fortunę prior
Abscessit ante iussa: quem genitor fugis? Oe.
Me fugio: scelerum fugio conscium omnium
Pect⁹: manũq; hãc fugio: & hoc cęlũ: & deos:
Et dira fugio scelera quæ feci nocens.
Ego hoc solum frugifera quo surgit Ceres
Premo? has ego auras ore pestifero traho?
Ego laticis haustu satior? aut illo fruor
Almę parentis munere? ego castam manum
Nefandus: incestificus: execrabilis
Attrecto? ego vllos aure conspicio sonos:
Per quos parentis nomen: aut nati audiam?
Vtinam quidem rescindere has quirem vias:
Manibusq; adactis omne quo voces meant:
Aditusq; verbis tramite angusto patet:
Eruere possem nata. iam sensum tui
Quæ pars meorum criminũ es: infelix pater
Fugissem: inhęret ac recrudescit nefas.
Subinde & aures ingerunt: quicquid mihi
Negastis ocli. cur caput tenebris graue haud
Mittor ad vmbras Ditis ęternas? quid hic

Manes meos detineo? quid terram grauo?
Mixtusq; superis erro? quid restat mali?
Regnum: parentes: liberi: virtus quoq;
Et ingeni solertis eximium decus
Periere: cuncta sors mihi infesta abstulit.
Lachrymę supererant: has quoq; eripui mihi.
Absiste: nullas animus admittit preces:
Nouamq; pœnam sceleribus quærit parem.
Et esse par quæ poterit? infanti quoq;
Decreta mors est: fata quis tam tristia
Sortitus vnq̃? videram nondum diem:
Vteriq; nondum solueram clausi moras
Et iam timebar. protinus quosdam editos
Nox occupauit: & nouę luci abstulit:
Mors me antecessit. aliquis inter viscera
Materna letum pręcocis fati tulit.

cruda est, fit: subinde. i. interdum, per interual la: & aures ingerunt. s. in memoriā, quicqd o oculi negastis mihi. i. qd videre nego, audio. Cur ego caput graue tenebris scilicet cæcitatis, haud mittor ad vmbras æternas ditia. i. Plutonis? Quid detineo. i. inuitos teneo, hic i. apud supos, manes meos. i. spiritū inferis debitū. Quid grauo. i. onere deprimo terrā & erro. i. vagor: mist⁹ superis. i. ijs qui super terrā sunt: & respectu inferorū superi. Quid restat. i. relictū ē mihi? Regnū, parētes, liberi, virtus quoq;. i. etiā, & eximiū decus ingeni p ingenij solertis, quo sphingos ęnigma solui (aut soluit: qa q̃ addēda fuit interdū ex mea interdum ex loquentis addo psona) periere, sup. mihi: qa sors. s. quā a deo accepi, īfesta. i. aduersa & vim inferens, abstulit mihi cuncta, lachrymę superant. i. abunde restabant: & ego eripui quoq;. i. etiā mihi, has. s. lachrymas: nō tā q oculos eruit: nā ablato lumine adhuc est lachrymis locus: q̃ q indoratū cor in mat lachrymas nō emittat. Absiste o filia, quia animus, sic induratus, nullas preces admittit: & quęrit nouā. i. magnā & īauditā poenā: vtpote parē sceleribus. s. a me commissis Et q̃. s. poena: poterit esse par. s. sceleribus? q. d. nulla: quia mors decreta est. s. a dijs, quoq; i. etiā infanti: & ita si moriar nihil non debitū etiā añ culpā factā. Quis. s. mortaliū, sortit⁹ ē i. quasi sorte a dijs data obtinuit, vnq̃, tā tristia fata. i. euenta mihi deorū statuto destinata: qd impiū est credere: sic vt dei pręscientia sit causa mali: cū mali qd sponte committim⁹ sit libera dei pscieñtia. Ego nondū viderā diem. i. claritatē solis: & ego nondū soluerā moras. i. claustra q̃ moras faciūt, vteri. s. materni: clausas, & timebar iam. s. a patre per oraculū territo. Nox. i. mors: pōt tñ legi mors: occupauit quosdā. s. infantes protin⁹ editos. i. vt primū æditi & nati sunt: & abstulit luci. s. huius mūdi aut solis, nouæ. s. ipis: mors antecessit me. i. ante ad mortē addict⁹ sum q̃ natus. Aliquis. s. mortaliū, tulit intra viscera materna letū. i. deletionē & exterminiū: fati. i. legis moriendi pcocis. i. nimis accelerati: hoc est quidā etiam in vtero materno extincti sunt.

¶ Quis tā. Probat q nō habet cām aliquā vt debeat mori: dicens qa si q̃rit mala: q neq; ipe sibi neq; dij maiora possent dare: si vellet mori, videret velle fugere ea. Fac velle. parenthesis est. Iā. nec tu si velles posses aliqd maius malū tibi facere pręter hoc q existimas te dignū morte. Hoc. s. q es dignus morte. Nō es. quia peccasti per ignorantiā. Inuisis. q̃uis dij fecerint te peccare: tñ es innocens. Efferarit. fecerit te quasi ferū & bestialē. His. sedib⁹ supernis. Cares. vis forte mori ne videas lucē iā cares quia cæcus es: & ne habites patriā cū filijs & vxore: iā oib⁹ istis priuatus es: nec plura tibi auferet mors. Tumultus. quia eras in regno habebas mltos stipatores. Turba fortunę. regni. Abscessit. a te. Iusta. i. mortē. oib⁹ his priuat⁹ es: qb⁹ alij morte solent priuari. Iusta appellam⁹ exeqas & sacra q̃ danť mortuis. Quē fugis? regnū qd non habes: an alia q̃ diximus? Me fugio. respōdet Oedipus. Fugio pectus meū oneratū cōscientia tot malo℞, & conspectū aliorū ne me videāt: nec debeo viuere cū oēs causas viuendi perdiderim: iō discede filia & dimitte me mori. & arguit scelus suū a tpe dicēs: cū essem in ventre matris iā ad scelera sū destinat⁹: & p oraculū Apollinis ad mortē iudicatus. Manū. q̃ occidit patrē. Cælū. nolo esse odio dijs & hoībus q dolet me videre. Premo. calco: nō sum dignus manere in terra q̃ fructifera est: & dat fructus oēs. Laticis. vini vel aquę. Almæ parentis. terræ q̃ oēs alit. Fruor. capio fructū. Castā manū. tango tuā manū castam cū sim nefandus & incestus. Attrecto. tango. Ego audio nomen patris: & mihi succurrit q patrē occidi: & nomen filio℞: & recordor q filios de matre suscepi: q̃ oia mihi sunt ingratissima. Sonos. voces. legēda sunt hęc interrogatiue. Vias. per quas audio. Adactis. impulsis. vtinā possem manibus meis oēm sensum auriū euellere. Nata. si possem hoc facere: vt nō audirē de te: quia etiā generata es ex incestu. Inhęret. quotiens audio nomē patris & filiorū recrudescunt scelera mea & renouanť. translatio sumpta est a vulnerib⁹: q̃ quū quasi sanata sunt iterū attrectādo lacerant. Ingerunt. immittunt. quicquid oculi nō vident, aures audiūt. Cur caput. ergo nō recedo de vita cū sim ita mihi & dijs inuisus. Quid manes meos. aiam meā. reputat se mortuū qñ in hac vita nullā cōmoditatē habet. Grauo. quia nō libenter fert me. Mistus. q. d. sum in numero mortuorū & sto cū supis. Lachrymæ superant. restabant: fortuna reliq̃rat oculū: vt possem lachrymari: sed modo nō possum: quia euulsi mihi oculos. Absiste. perseuerabat adhuc filia precibus: vnde pater eā repellit quia omnino decreuit mori. Admittit. recipit. Nouā poenā. inusitatā: quēadmodū scelera mea fuerant inusitata. sed puto nulla poterit reperiri satis par & æqualis peccatis meis. Moras. nondū natus erā. Protinus. nascunť multi & statim moriūtur: sed ego ad mortē destinat⁹ erā anteq̃ natus. Nox. mora. Pręcocis. qñ iterū aggrauat p cōparationē: aliqui moriunť in vētre matris: sed nō peccauerūt: ego aūt iudicat⁹ sū homicida adhuc in vtero matris. Pręcox dicť fructus q ante tpś maturescit. iō a simili dixit Pręcocis fati. nimiū accelerati.

¶ Me fugio. Persistit Oedip⁹ in cōtumacissimo mortis desiderio: deīde cās adducit, q̃re oino sibi moriēdū sit Ceres, Saturni & Opis filia: vt Eusebi. & Hesio. ī Theogonia ostendit. Fruges toto orbe propagandas per

BERN. Iusta. Præcox. DANI. Ceres.

Triptolemū instituit. pria dedit leges, ꝓpterea i Eleusio oppido qđ cōdidit Triptolem⁹ de noie pris, sacra ab eodē facta Thesmophoria appellata. ἀπὸ τοῦ θεσμοῦ καὶ φέρω. A creādo dicta Ceres: vl' vt placet Ciceroni a crescēdo. Audiā nomē. i. auctā me vocari pstrē a filia vel natū ab vxore: qđ est pter oēm legē. Subide. i. crebro. Pli. Tales iuetiā viatores erāt quib⁹ idipm nomē inditū est subide in agris. Solertis. in iuestigādis terris & cęcis ambagib⁹. Solers eīn ꝓprie igeniosus: cui cōtrariū ē iners & stupidus. Infanti. quēadmodū apđ Sophoclē ipe sui nescius loquit ad seruū mirabūdus.

Solers.
Iners.

Sed nunquid & peccauit? abstrusum: abditū
Dubiumq; an essem: sceleris infandi reum
Deus egit: illo teste damnauit parens:
Calidoq; teneros transsuit ferro pedes:
Et in alta nemora pabulum misit feris
Auidis: auibusq;: quas Cithæron noxius
Cruore sępe regio tractas alit.
Sed quē deus damnauit: abiecit pater:
Mors quoq; refugit: pręstiti Delphis fidem:
Genitorem adortus impia straui nece.
Hoc aliqua pietas redimet? occidi patrem:
Sed matrē amaui. proh loq hymenęū pudet
Tędasq; nostras. has quoq; inuitum pati
Te coge pœnas: facinus ignotum: efferum:
Inusitatum fare: quod populi horreant:
Quod esse factum nulla non ętas neget:
Quod parricidā pudeat. in patrios thoros
Tuli paterno sanguine asperas manus:
Scelerisq; pretium maius accepi scelus.
Leue ē paternū scel⁹: & in thalamos meos
Deducta mater: ne parum scelerum foret
Fœcunda. nullum crimen hoc maius potest
Natura ferre: si quod etiamnum est: tamen
Qui facere possunt dedimus: abieci necis
Pretium paternę sceptrū: & hoc iterū manus
Armauit alias: optime regni mei
Fatum ipse noui: nemo sine sacro feret
Illud cruore. magna pręsagit mala
Paternus animus: iacta iam sunt semina
Cladis futurę: spernitur pacti fides.
Hic occupato cedere imperio negat:
Ius ille & icti fœderis testes deos
Inuocat: & Argos exul atq; vrbes mouet
Graias in arma: non leuis fessis venit

ASCEN. Sed nūqd sup. talis, &. i. etiam peccauit: sicut ego? q. d. nō: & its melius mecū actū fuisset si natus non fuissem. de⁹. s. Apollo addicēs me futuro parricidio, egit me abstrusum abditū. s. i vtero materno: & dubiū an essē: qa mulier nescit quid in vtero gestet, Bern. legit dubi⁹ qđ Apollini nisi inuidiose dicat nō cōueniat. reū sceleris nefādi. i. parricidij. Parēs i. pater meus Laius, dānauit. s. ad mortē me, illo. s. deo teste: & trāsuit. i. more sutoris trāsfixit, pedes. s. meos teneros, ferro calido: vñ Oedipus a tumentib⁹ pedibus dictus est: & misit me in alta nemora. i. exposuit, pabulū. i. vt essem esca, feris auidis. s. ad cibū, & auibus quas Cithęron mōs Bœotię, noxius idē culpatus, alit sæpe, tractas. i. attractas cruore regio. i. regū in eo extinctorū: vt Penthei & Acteonis. Sed ego quē de⁹. s. Apollo, dānauit. i. addixit sceleri priusq̄ essem nat⁹: quem pater abiecit. i. iussit necandū feris exponi: & quē tā dirū mors quoq; refugit. i. non ausa ē attigere, pręstiti fidē Delphis. i. feci vt oraculū Delphicū fidele & veridicū esset: qa iuxta respōsum Phœbi Delphici, ego adort⁹. i. p insidias inuadens, genitorē. s. Laiū, strauisup. ipm neceipis. Redimet puta aut dices forte: alia aut aliq̄ pietas hoc (nā patrē occidere fuit impiū: ideoq; aliqua legerē: aut per Ironiā: sed qa expresse dixerat impia nece: non cōgruat vt alia dicat pietas cū nulla pręcesserit.) ego fateor occidi patrē: sed amaui matrē vt id piū putes: vñ ex idustria verbo cōi & ad pietatē & ad turpitudinē vs⁹ ē: nā amare germanis turpe sonat: Proh dixi q̄ matrē amaui: qa pudet loqui. i. fateri hymenæū. i. nuptias: vtpote q̄ eā duxi: & tędas nr̄as: q̄ quinq; pferebant nouis nuptis. Et cū p pudore eloqui nō auderet: cohortabat seipm dicens: O Oedipe, coge te. s. ipm inuitū. i. licet nolentē pati has quoq;. i. etiā has. s. cōfessiōis turpitudinis tuę, pœnas: fare. i. audacter eloq̄re, facinus ignotū. i. inauditū, efferū. i. imane, inusitatū, qđ populi horreāt. i. cū horrore audiāt: qđ nulla ætas nō neget. i. qđ ois posteritas neget esse factū: qđ sup. facinus pudeat parricidā. i. tā fœdū sit vt parricida quo nemo scelestior, nō audeat fateri. Sane personaliter posuit pudeat, sicut Comic⁹. Nō te hęc pudēt. alioqui diceret cuius parricidam pudeat. Incipit autem fateri. Ego tuli in thoros patrios id est lectum coniugalem patris, man⁹ asperas id est adhuc squalentes, sāguine paterno: & accepi maius scelus pretium id est in mercedem sceleris. Scelus paternum id est in patrem quem occidi cōmissum, est leue. i. modicū: mater est deducta &. i. etiā i thalamos meos. i. mihi nupsit: & deducta est fœcūda quia quatuor liberos peperit: ne foret parum scelerū Natura nullū potest ferre crimen maius hoc: siquod. s. maius crimē est etiamnum. s. adhuc tñ dedimus. i. genuimus filios: q pos-

Pudeo.

Ruina Thebis:tela:flammę:vulnera
Instant:& istis:si quod est maius malum:
Vt esse genitos nemo non ex me sciat. An.
Si nulla genitor causa viuendi tibi est:
Hæc vna abunde est:vt pater natos regas
Grauiter furentes:tu impii belli minas
Auertere vnus:tuq; vecordes potes
Inhibere iuuenes:ciuibus pacem dare:
Patrię quietem:fœderi lęso fidem.
Vitam tibi ipse si negas:multis negas. Oe.
Illis parentis vllus:aut ęqui est amor
Auidis cruoris:imperi:armorum:doli?

sūt facere scilicet illud. Ego abieci sceptrum pretiū.i.qđ accepi vt p̄tium paternæ necis:& hoc sceptrū.i.ambitio regni,armauit iterum alias manus.s.filiorū meo:s:ipse.i.ego noui optime fatū.i.fatale diffortuniū,regni mei nemo feret illđ.i.sceptrū regale,sine cruore sacro.i.execrabiliter fuso:animus patern⁹.i.meus qui pater sum,præsagit.i.præsentit mala. Semina.i.seminaria & originalia fundamēta cladis futurę.s.inter filios,sunt iacta.i.posita fides.i.fœdus pacti ipetrat:quia Ethcocles nō patit:vt vicissim regnet Polynices. hic.s. Ethcocles,negat.i.recusat,cedere.i.abire,imperio occupato:ille.s.Polynices,inuocat ius & deos testes fœderis icti.s. vt alterni regnēt: & ipse exul mouet.i.concitat,in arma.i.bellū Argos.i.populum,& Adrastū regē Argiuorū,atq; vrbes Graias:qa adhuc alios duces cōcitauit:ruina non leuis.i.grauis,venit Thebis fessis.s.bello p me gesto contra Laium.tela,flammę,vulnera,instant.i.thebanis:& malum maius istis:siqđ est malum maius istis.s. malis,sup.instat:vt nemo non sciat.i.omnis homo sciat:qui talia faciant,esse genitos ex me. Respondet Antigone. O genitor quia bellū p̄sagis futurū:si nulla causa viuēdi est tibi:hęc vna est tibi abunde.i.plus satis:vt pater.i.cū sis pater,regas natos furentes grauiter:tu vnus.i.solus potes auertere.i.amouere a patria,minas belli:& inhibere.i.etiam cum in armis sint retinere,(nā phibemus ante factum,cohibemus & inhibemus in ipso facto ne procedat)iuuenes.s.filios tuos, vecordes.i.parū cordatos p ætatem:vt rem facilē factu indicet:& potes dare ciuibus.s.tuis pacem:patriæ quietē fœderi.s.fratrum læso.i.semifracto,fidem. Si tu ipse negas vitam tibi:tu negas multis:qui in bello qđ impedire potes peribunt. Respondet Oedipus:q.d.O filia,putas ne,vel vis credam,q vllus amor parentis.i. patris aut æqui.i.iustitiæ,est illis.s.malis filijs,auidis cruoris.s.alterni,imperi,pro imperij,armorum.i.insignium regni aut belli,& sup.doli:q.d.non est verosimile.

❡Deus egit. Tanq̄ auctor.dixit Apollo me dignū morte cū nōdū natus essem. Dubiū. cū nescirēt an eēm vel non essem in vetre matris. Parens.pater Laius dānauit me illo Apolline teste:& quū primū natus fui iussit me exponi feris:prioq; pforauit mihi pedes ferro calido. Tractas.iuitatas. Regio cruore.quia ibi mortui sunt Actęon & Pentheus:vt diximus. Sed quē.pater meus & Apollo volebāt, vt morerer:mors noluit. BERN.
Pręstitit.fecit fidem. Delphis.oraculo Apollinis delphici qui dixerat me iterfecturū patrē:& ita feci. Ad ort⁹.aggressus. Hoc.s.parricidiū. Redemit.cōpēsauit:quia saltē si fui crudelis in patrē,amaui matrē cū illā habuerim pro vxore,& est ironia. Proh. idignatio exclamātis aperiēs ironiā. Hymeneū. nuptias nr̄as. Nā Hymeneus deus nuptiarū habebat. Tędas.faces q̄ portabant añ sponsas. cuius rei rationē explicat Plutarcus in pblematis suis. Has quoq;.q̄uis te pudeat Oedipe loqui pudēda tua:volo tñ vt narres ad poenā tuā: nullus enim vellet dicere turpitudine suā. dic ergo Oedipe:de se loquit in tertia psona. Ignotū.antea inauditum. Nulla nō ætas.i.ois:tantum est scelus q posteri vix poterūt credere. Thoros.accepi matrē in vxorē in p̄miū parricidij: quēadmodū debuissem p uniri. Foecūda.& ne aliqđ scelus deesset,peperit etiam filios ex me. Si qđ.aliquid qđ possit addi,ego adiūxi:quia feci filios sceleratos. Abieci.deposui regnum,illudq; reliqui filijs:qui multa mala faciēt. Sceptrū.regnū:appositiue pretium paternę necis. Et hoc.s.sceptrū. Alias manus.quia sicut meę manus fuerunt armatę cōtra patrē:ita filij armabūt suas alter contra alterū. Fatum. optime scio cōditionē regni Thebani:q null⁹ pōt tenere illud sine scelere. Sacro.execrabili. Præsagit. præuidet:videor diuinare mala futura. Patern⁹.s.anim⁹ me⁹. Iacta.tractū est ab agricolis:qui iaciūt semia:vt colligant. Cladis.malorū futurorū. Pacti.qđ actū fuerat inter fratres:vt alternis annis regnarēt. Hic. Ethcocles qui primis ānis regnauit. Negat reddere.dare iperiū fratri Polynici:vt erat cōuētū inter eos. Ille iuocat deos violatos qui fuerūt adducti in testimoniū fœderis sui. Icti.pcussi & facti.habita cōsuetudine ab antiqs qui pcutiēdo porcā fœd⁹ iūgebāt:qđ testat Virgili⁹.Posito certamine reges Et tādē cęsa iūgebāt fœdera porca. Argos.nā ipse Polynices argiā filiā Adrasti vxorē duxerat:cui⁹ auxilio bellū aduersus fratrē pabat. Ici foed⁹. Argia.
Vt si quis.si dubitaret aliqs an eēnt filij mei:illud bñ apparet:qa sunt scelerati quēadmodū ego. Nemo nō.i.ois. Si nulla.filia psuadet patri:vt viuat:vt auctoritas ei⁹ p̄hibeat hæc mala,q̄ denuntiauerat de filijs eius. Multis.qui peribunt in bello. Illis.neq; patris,neq; iusti,est vlla cura illis.

❡Vt eē genitos. Frater genui fratrē:nemo ignorat.ego igit cur viuā vltra?cur dolores augeant ex p̄ris necemr̄is cōcubitu:ex ruina ipij:liberoꝝ odio:qn̄ tot mortes vna mors possit claudere? Gēitos.ex me q mal⁹ sū & sinistro nat⁹ sydere.apđ Euripidē ita lamētatur. ω λαο Δαιμον εγω ποιλαο λ αλελφους ετεκον. ουσ απωλεσα. ου γαρ ασυνετος πεφυκεγω. Et pēsi nihil. Pēdere librare & soluere ē: inde pēsū & pēsio.a Pēso declinat pēsito cōsidero.Gel.in.j.Scripta oia curiose spectabat,aut virtutes pēsitabat.inde Pēsiculate aduerbiū & Pēsiculo verbū.inde Gel.in eodē.Pythagoras a pricipio adolescētes p naturæ indicia pēsiculabat.qđ φυσιογνωμονειν græce dicitur.Id enim verbum significat mores naturasq; hominum quadam coniectatione sciscitari. DANI. Pensum. Pensiculo:

Diris scelestis(breuiter vt dicam)meis
Certant in omne facinus:& pensi nihil

❡Diris &c.Vt dicā breuiter qđ sētio de ipis: ipi certāt.i.certatim ruūt i oē facin⁹ s.nefādū meis diris scelestis.i.īpcatiōib⁹, ac furijs deo ASCEN.

rū ira mihi inditis:& nihil pēsi.i.p̄cogitati,& deliberati ducūt.i.agūt:vbi.i.dūmodo,ira agat illos p̄cipites:& ipsi nati p nefas.i.incestū putāt nullū nefas.s.sibi.i.oia licere. Pudor patris afflicti nō tāgit.i.afficit pietate, illos:non patria:qa pect⁹eorū furit attonitū regno.i.cupiditate regnādi. Scio quo.i. in quā demētiā ferant.s.ab ipetu mētis:quāta.s.mala,parent .i.pponāt moliri.i.cū mole & difficultate agere:ideoq; q̄ro viā.i.expeditū aditū, leti maturi.i.acceleratę mortis: q; p.i.ppo mori:dū.i. donec nemo nocētior me est i domo mea.O gnata quid fles aduoluta genib⁹ meis? quid .i.ad quid,domas p̄ce indomitū?s.alioqui:sicut Moses inuictū deū p̄cib⁹quodāmodo vicit. Fortuna habet hoc vnū.s.telū aut mediū quo possim capi,inuict⁹.i.cū sim inuict⁹ alijs videlicet pias preces:tu sola potes mollire.i. mollificare,affect⁹.s.patris,duros.i. obstinatos:& sola potes docere pietatē in domo nr̄a, in qua cęteri oēs impij.Nihil est graue.i.molestū,aut miserū mihi: qd sciā te voluisse.tu impera.s.patri obsecuturo:quia hic.i.quē ducis & tractas Oedip⁹,tranabit freta ęgęa.i. maris ęgęi ęstuaria,te iubēte,& flāmas quas tell⁹ vomit de mōte siculo.s. Aetna:ipse soluens globos igneos.i. ignitos carbones, excipiet .s. eos ore,te iubēte:& offeret se serpēti.i.dracōi: q̄.s.serpēs furit sęua furto Herculeo.i.ob furtū Herculis,nemoris.i. quo spoliauit hortos hesperidū:& hic Oedip⁹ p̄bebit te iubente iecur alitib⁹,& viuet te iubēte:vn̄ graphice depingit Seneca quātū valeat pietas liberorū in parentes:& nō minus valet nostra in deum.

Ducunt:vbi illos ira pręcipites agat.
Nefasq; nullum:per nefas nati putant.
Non patris illos tangit afflicti pudor:
Non patria:regno pectus attonitum furit.
Scio quo ferantur:quanta moliri parent.
Ideoq; leti quęro maturi viam:
Moriq; propero:dum in domo nemo est mea
Nocentior me.gnata quid genibus meis
Fles aduoluta? quid prece indomitum domas?
Vnum hoc habet fortuna:quo possim capi
Inuictus aliis.sola tu affectus potes
Mollire duros:sola pietatem in domo
Docere nostra:nil graue aut miserū est mihi
Quod te sciam voluisse:tu tantum impera,
Hic Oedipus Aegęa tranabit freta
Iubente te:flammasq; quas Siculo vomit
De monte tellus:igneos soluens globos
Excipiet ore:seq; serpenti offeret:
Quę sęua furto nemoris Herculeo furit,
Iubente te prębebit alitibus iecur:
Iubente viuet.

BERN. ¶Meis.Q̄ď plus nō pōt dici:quia op⁹ est vt sint scelestissimi cū sint filij mei. Certāt.cōtēdūt inter se quis possit esse sceleratior. Pēsi. cōsiderationis:q; pprīū est irę nihil cōsiderare.

Per nefas.cū sint nati ex scelere nihil malū putāt,& oia licere putāt. Scio.p̄uideo mala futura,q̄ volūt committere inter se:ideo mature & cito volo mori:dū aliqs me sceleratior nō est. Fortuna.habet hoc solū q; cedo tibi. Inuict⁹ alijs.q nō mouerer ab alijs. Domo.familia nr̄a:nō est aliquis bon⁹de nr̄is,nisi tu sola:ideo quicquid vis faciā:qa puto facere bonū:dū satisfacio tibi trāsibo mare ęgęū, & excipiā flāmas mōtis Aetnę. Globos.cumulos rotundos. Serpenti.quę custodiebat mala hesperidū subrepta ab Hercule. Iecur.etiam si iusseris feram poenā Tityi,qui iecur pascendum vulturibus tradit:sustinebo omnes poenas quas volueris. Vel iuuet.scilicet Oedipus:& de se loquitur in tertia persona.

DANI. ¶Ira agat. Poeta in.ij. Furor iraq; mētē p̄cipitāt. Sola tu pietatē.dulcissimę p̄cib⁹ filię iā tādē vict⁹ Oedip⁹ mutat sn̄iam:cū sola pietas in eo vitā defendat,quē innumera scelera ad morte iure ipellebant.apud Euripidē alloq̄t filiā in hāc sn̄iam.ωθυγατεραινω μεν σε τι ησπροθυμια σλεμευτυχουσα.τα μεγωσερ ξωνακα.&c.in quo Oedip⁹ laudat Antigonē a fortitudine,& animi magnitudie:vbi hic a pietate cōmēdat.Hic licet euagari:filij discite pietatē in vr̄os parētes colere:q̄les sint ipsi,omno veneremini:hoc mādāt diuinę & humanę leges:hoc p̄cipit deus,hoc imperat natura. qui si exēplo puellę Thebanę nō mouemini saltem vos moueat Pauor Agrigentinus.οσ Δυματοτιου γεγεμ ηκοτωμαειμεμ μαθαμητεροσ μαλεσα.

Pietatē suadet.

ASCEN. Regia stirpe edite. Pricipiū est secūdi act⁹:ita tñ cū supiore cōnexū:vt videat hemistichiō qd in frōte ponit ēē dimidiū metri supioris: nā si cōponāt, eiusdē metri cū alijs versum faciāt. sic:Regia stirpe edite.Moris ē p̄sertī in tragoedijs magnificas adducere cōpellatiōes & astatiōes,hoc fere attribuētes qd maxie expetit: vt hoc loco dicit Oedip⁹ regia stirpe edit⁹:vt meminerit se regali cura suos debere defendere,& hostib⁹ resistere:ad hoc.n.& vt iustitię p̄sint reges primū creati sūt. Sed hęc hacten⁹. Regia stirpe.Verba sunt nūtij missi ad Oedipū:forte vbi cū filia locut⁹ ē: vn̄ opinari licet q; si omnes actus extarent, hęc scena pri-

Actus Secundus.

Trimetri Iābici.Prim⁹ catalectic⁹ Euripidi⁹.

NVNTIVS. OEDIPVS.
ANTIGONE. IOCASTA.



Regia stirpe edite:
Thebę pauētes arma fraterna
inuocant:
Rogātq; tectis arceas patriis
faces,

Non sunt minę:iam propius accessit malum.
Nam regna repetens frater: & pactas vices:
In bella cunctos Gręcię populos agit.
Septena muros castra Thebanos premunt.
Succurre:ꝓhibe pariter & bellū & nefas. Oe.
Ego ille sum qui scelera committi vetem?
Et abstineri sanguine a charo manus
Doceam? magister iuris & amoris pii
Ego sum? meorū exempla facinorū appetunt:
Me nunc sequuntur:laudo:& agnosco libens.
Exhortor:aliquid vt patre hoc dignum gerāt.
Agite o propago clara generosam indolem
Probate factis:gloriam ac laudes meas
Superate:& aliquid facite ꝓpter quod patrē
Adhuc iuuet vixisse.facietis scio.
Sic estis orti:scelere defungi haud leui
Aut vsitato tanta nobilitas potest.
Ferte arma:facibus petite penetrales deos.
Frugemꝗ flamma metite natalis soli.
Miscete cuncta:rapite in exilium omnia.

mo addiceretur.dicit aūt ad eum: O Oedipe edite stirpe regia, Thebæ pauētes.i.formidātes arma fraterna.s.filiorum tuorū, inuocant & rogāt sup.te: vt,arceas.i.prohibeas,tectis patrijs.i.patriæ tuę & paternæ regię,faces:q̄s Polynices statim illaturus erat. Non sunt, scilicet quæ dico minæ.s.inanes: malum accessit iam ꝓpius. Nam frater.s. Polynices repetens regna,&.i.pro, vices.i. vicissitudines regnandi,pactas.i.in pacto fœderis cōstitutas agit in bella cunctos populos græciæ. Septena castra.i.septem ducū, quos nominat Daniel. premūt.s.obsidione,muros Thebanos. Succurre.s.muris tuis:prohibe.s.auctoritate paterna,sine qua vetulus,inermis,& cęcus nihil posset:pariter & bellum, & nefas.i. nefandā cædē:& vrbis excidiū,& alia quæ bella sequi solent. Oedipus autem aut ex desperatione loquens,aut ex concepta demētia,gaudere se ostendit profuse ex filiorum discordia: qđ aut insani est patris,aut nō ex sentētia,sed per ironiam loquentis. Quocirca in hac parte & in toto opere adnotandum est ex cuius persona & qua affectiōe pronūtientur verba: ne Senecam dicere dicamus qđ furentem aliquem aut nimis impatientem dicere facit. dicit ergo. Sum ego ille qui vetem scelera committi? q.d.nequaq̄: nō quia vetare non deceat:cum ipse culpa nō vacet:sed quia nolit:cū sit praua affectione mot⁹.& sup. qui doceam manus abstineri a sanguine? q.d.similiter,minime.posset etiam legi abstinere. Sum ego.i. nūq d ego sum, magister iuris & amoris pij? q.d.certum est ꝙ non:filij sup.mei,appetunt exempla meorū facinorum: & sequunī nunc .s.cum talia inceptāt:me:laudo, & agnosco libens.s.eorum studium: & sup. exhortor vt gerant aliquid dignum patre hoc.i. me tā scelesto. Sicut vbiꝗ peruerso & quasi fataliter corrupto inducitur iudicio:ita contra patrū bonoꝝ morē & facit & loquiī:patres em boni summope cauēt peccare corā filijs etiā infantib⁹ ne imitenī:iste contra ad sui imitationē in prauis eos hortaī. Magis ergo audiēdus Iuuenalis in satyra.xiiij. Maxima debeī puero reuerētia si q d turpe paras &c. Agite adhortandi vox,o ꝓpago clara.i.minime degenerans,ꝓbate.i.cōprobate,factis indolē generosam.i.quā a me imbibistis: vnde ironicos loquiī:nisi scelesle agere generosum censet: ac superate laudes meas,qui omnium pessimus viuo: & facite aliquid propter quod iuuet.i.delectare possit,patrem.s.me, viuere adhuc:ego scio sup.ꝙ facietis:quia vos estis sic orti:tanta nobilitas,quāta in vobis est,haud potest defungi.i.absolui a munere vitę,scelere leui aut vsitato:quia graue & inauditum ab eo exigitur. Ferte.i.inferte arma scilicet inuasiua:petite facibus deos penetrales.i.penates & domesticos:& metite flamma.i.comburendo facite ne aliter quis metat,frugem.i.fructum,soli natalis.i.patrij,in quo nati estis:miscete .i. confundite cūcta:rapite in exilium omnia,scilicet corpora libera.

Regia stirpe. Hic est principium secundi actus. Introducitur Nuntius qui mittitur a patria Thebana ad Oedipum: vt ipse componat filios. Nam Polynices veniebat cum exercitu aduersus Etheoclē. Q đ audiens Oedipus lętatur,& exhortatur filios absentes tanq̄ præsentes ad peius faciēdum. Antigone rogat patrem: vt velit componere filios si non propter se saltem propter populum Thebanum: ipse autem respondet ꝙ malus non potest esse auctor pacis. & ita hic actus habet lætitiam patris & dolorem matris Iocastę. Edite. Oedipe genite. Inuocant,scilicet te ad auxilium. Non sunt minę.quæ solent esse de futuro. sed Propius. vicinius:quia iam Polynices aderat. Vices. vt vicissim regnaret. Septena. quia septem duces fuerunt in auxilio Polynicis. Ille sum. quasi dicat non sum sufficiens. Charo. fraterno. Pij. quasi dicat,non sum ille: nam rupi fœdera & iura pietatis: occidi patrem: violaui matrem. & ita vt Quinti. ait, Qui vult dicere in alium debet esse liber omni culpa. Appetunt. do illis veniam quia me imitātur. Agite. exhortatur filios ad malum. Probate. ostendite ꝙ estis filij mei faciēdo aliquod scelus maius q̄ fecerim. Penetrales. qui tenenī in domo. Natalis soli. terræ in qua estis nati. Metite. nō ferro: sed igne. Miscete. perturbate. Conflate. statuas deorum igne consumite. nam conflare proprie dicimus metallum liquefacere. Concidat. simul cadat. BERN.

Regia stirpe. Carmen secundum Thebaidos incipit & secundus actus. Trimetro iambico. Incredibili gaudio afficitur Oedipus sentiens ad arma filios concitari,& sæuissimis odijs excandescere inter se: Antigone filia pro pace laborante & nuntio ipso. Demum Iocastæ voces gemitusꝗ de filiorum discordia miserabiles sequuntur. Septena. muros castra. Adrastus socer, Tydeus,& Polynices generi, Capaneus, Hip- DANI.

Septē duces.

pomedon, Amphiaraus augur, Parthenopęus adolescens: hi septem ductores cum singulis copijs ad The: bas contra Etheoclem profecti sunt: vt Homerus, & Papinius plane ostendunt.

ASCENSIVS.

¶ Disijcite aut deijcite. si legatur disijcite: distinguam supiora sic: rapite. s. cuncta in exiliu: disijcite. i. dispargite omnia: date mœnia passim in planū. si deijcite sic. deijcite passim mœnia: & sup. date ea in planū. i. ęquate ea solo: obruite deos templis. i. diruite templa sup deos suos: conflate. i. fundite, lares. i. deos domesticos ex ære aut auro & argento cōflatos, maculatos. s. fumo incendij domus. Vrbs. s. Thebana cōcremet: prim⁹ ignis icipiat a thalamis meis. Antigone autē q̄ p̄cibus iā patrē placarat ad easdem iterū cōfugit dicēs: O pater, mitte. i. amitte, amoue a te, impetū violētū doloris: ac sup. patere, vt publica mala exorent te. i. impetrēt a te salutem: & veni liberis auctor pacis placidę. Ad hoc Oedip⁹. Vides senem. s. me. deditum. i. totū datū & addictū, menti modestę. i. tēpatę: p ironiā loquit: & vocas me amātē placidę pacis (a quo reuera maxime abhorrebat) ad partes. i. in iudiciū & rep̄hensionē. vt apud Iuuenalē. Ecce iterū Crispinus adest, mihi sępe vocādus Ad ptes: mōstrū nulla virtute redemptū. Vt aūt agnoscamus per ironiā locutū dicit. Animus tumet ira: & inuitas ad pacē cōciliandā: dolor feruet immensum. i. immense: & conatur. i. molitur maius. s. malū, q̄ quod casus & furor iuuenū, scilicet filiorū, conat: cupio aliquid. s. maius: bellū ciuile non est adhuc satis: quia volo vt bellū sit pl⁹ q̄ ciuile: vt Lucanus cecinit: hoc est inter fratres: sicut Iuuenalis inter Socerū & Generum. frater ruat. i. impetum faciat in fratrem. Nec hoc est sat: q;. i. quia frater, scilicet vterq; debet, ob ortum suum, vt nefas fiat de more nostro. i. immane & inauditū: q̄d deceat thoros meos. s. incestos vnde orti sūt. date patri arma: nemo eruat me ex his syluis, ad quas per filiam ductus erat & reduci cœperat cum nuntius ad eum veniret: latebo cauo. i. in fouea cauata, rupis exesę. s. a vētis & pluuia: aut tegam corpus abstrusum, scilicet a cōspectu hominum, sepe. i. sepimento, densa. i. spinoso: ego aucupabor. i. captabo more aucupis, hic. i. ex hoc loco secreto, verba rumoris vagi, & quod possum audiam: quia videre nequeo: sæua bella fratrū. s. inter se. Iocasta hæc audiens inquit. Agaue felix. i. quæ dicēda est felix, prę me, quia gestauit manu facinus horrendum, idest caput filij sectum, sup. ea manu qua fecerat, scilicet facinus: & ipsa mænas, id est furore Bacchi correpta, cruenta, id est cruore perfusa & sanguinaria, tulit spolium nati, id est caput filio ablatum per furorem, dati in partes, id est diuisi. Vnde Persius. Et raptum vitulo caput ablatura superbo Bassaris & lyncem mænas flexura corymbis Euion ingeminat: &c. credebat enim se Baccho vitulum, aut aprum mactare, cum filium perimeret. fecit, scilicet Agaue scelus: sed misera, id est miseranda: quia ignorans & furens: non cucurrit, id est non progressa est, vltra hoc scelus suum, id est post scelus commissum, non alia incurrit scelera: vt ego feci: hoc q; sum nocens, est leue. i. parum & tolera

Deiicite passim mœnia: in planum date:
Templis deos obruite: maculatos lares
Conflate: ab imo tota considat domus.
Vrbs concremetur: primus a thalamis meis
Incipiat ignis. An. mitte violentum impetum
Doloris: ac te publica exorent mala:
Authorq; placidę liberis pacis veni. Oe.
Vides modestę deditum menti senem:
Placidæq; amantem pacis ad partes vocas?
Tumet animus ira: feruet immensum dolor,
Maiusq; q̄ quod casus: & iuuenum furor
Conatur: aliquid cupio: non satis est adhuc
Ciuile bellum: frater in fratrem ruat.
Nec hoc sat est: q; debet vt fiat nefas
De more nostro: quod meos deceat thoros.
Date arma patri: nemo me ex his eruat
Syluis: latebo rupis exesę cauo.
Aut sepe densa corpus abstrusum tegam,
Hinc aucupabor verba rumoris vagi:
Et sæua fratrum bella: quod possum audiā. Io.
Felix Agaue: facinus horrendum manu
Qua fecerat gestauit: & spolium tulit
Cruenta nati mænas in partes dati.
Fecit scelus: sed misera non vltra suum
Scel⁹ hoc cucurrit. hoc leue est: q; sum nocēs.
Feci nocentes: hoc quoq; etiamnū leue est.
Peperi nocentes: deerat ærumnis meis
Vt & hostē amarem. bruma ter posuit niues
Et tertia iam falce decubuit Ceres:
Vt exul errat natus: & patria caret:
Profugusq; regum auxilia Graiorum rogat.
Gener est Adrasti: cuius imperio mare
Quod cingit Isthmon regitur: hic gētes suas
Septemq; secum regna ad auxilium trahit
Generi: quid optē? q̄d ve decernā? haud scio.

Regnum reposcit. causa repetentis bona est:
Mala sic petentis. vota quę faciam parens?
Vtrumq; natum video: nil possum pie
Pietate salua facere: quodcunq; alteri
Optabo nato: fiet alterius malo.
Sed vtrunq; q̄uis diligam affectu pari:
Quo causa melior: sorsq; deterior trahit:
Inclinat animus: semper infirmo fauens.
Miseros magis fortuna conciliat suis.

bile: feci nocentes. s. viros duos: quorum alter pater, alter filius nefandum bellum gesserunt: hoc quoq;. s. fecisse nocentes est etiānū .i. adhuc leue: ego peperi nocentes. s. Oedipū & ex eo Polynicē & Etheoclem. deerat ęrumnis. i. calamitatibus meis, vt amarem &. i. etiā hostem, videlicet Polynicem. Bruma. i. summa hyēs in qua dies breuissim⁹, posuit. i. deposuit appetente vere in terris temperatis, vt in Graecia, ter niues: & ceres. i. frumētū, decubuit. i. demessum iacuit, iā tertia falce. i. tertiū hoc est tres hyemes & tres ęstates transactę iā sunt, hoc est tres anni. sed oratorie, vt diuturnius ostēderet temp⁹, & ita sibi iustius filij desiderium, diuisit ānum in partes: vt Maro aenei. j. Tertia dū latio regnantem viderit ęstas Ternaq; trāsierint Rutulis hiberna subactis &c. vt. i. postq̄, nat⁹. i. filius meus Polynices errat exul, & caret patria: qua nihil mortalibus dulcius: & profugus. i. procul a patria fugatus, rogat auxilia regum graiorū. i. graecorum: gener est. i. effectus, Adrasti, regis argiuorum: cuius. s. Adrasti imperio. i. regno subiecto imperio, regitur mare, qd cingit Isthmon. i. angustam partem terrę interiectam mari: vt apud Corinthum est. Hic scilicet Adrastus, trahit ad auxilium generi, secum gentes suas. i. sibi subiectas: & septem regna. i. regnorum septem copias: quarū duces iam a Daucele positi sunt, Adrastus, Tydeus, Polynices, Capaneus, Hippomedō, Amphiaraus, Parthenopeus. Et ideo non dixit septem reges secum trahit: quia non nisi sex praeter eum sunt: sed septem regna. Quaeras tamen quorum fuit ea regna: nam vt de caeteris nihil dubites, Polynici videtur non fuisse regnum: quia dicitur actu quarto: Dona nō auro & graues Gazas socer non arma non vrbes dedit. Verū poetae pro affectione loquentium sententias mutant. Et licet viuus nihil regni Polynici addixerit: post mortem tamen partem regni relicturum vero simile erat. Haud scio. s. certo, quid optem. i. optare debeam: ve pro vel, quid decernā. i. inter fratres si ad me referatur iudicem & statuam: Polynices sup. reposcit. i. iure suo & ex pacto repetit, regnum. s. thebanum: vt sua vice regnet: causa repetentis est bona: quia debitum petit tā ex paterna permissione q̄ ex pacto & foedere: causa petentis sic. s. cum euersione patriae est mala. quae. i. qualia vota faciam parens. i. mater? ego video vtrūq;. s. bellantium, natum. i. mihi filiū esse. ego nil possum facere pie salua pietate: quia quodcūq;. s. bonū, optabo alteri nato, id sup. fiet malo alterius: sed q̄uis diligā vtrūq;. s. filiū, pari affectu: tamen sup. animus fauens, scilicet naturaliter semper infirmo. i. debili & misero (vnde misericordię nomen) inclinat sup. eo. i. ad eius fauorem, quo. i. ad quem, causa melior quia iustior, & sors deterior. i. infelicior trahit: hoc est ad Polynicē qui exul & iniurijs lacessitus est. Saepe enim melior & iustior causa vincit̄. Vnde Luca. Victrix causa deis placuit: sed victa Catoni.

¶ Mitte. Antigone videns paternum furorem, exhortatur illum ad quietem componēdam. Publica. populi tui. si non ꝓpter filios propter populū tuū debes cōponere fratres. Vides. rńdet Oedipus sub ironia. Partes. inuitas me ad illud qd non placet. Immensus. sine mensura. Feruet. est accensus. Maius. vellem videre maius malum q̄ conatur facere filij mei. De more nostro. vt sup. aliquod inusitatū scelus faciamus. Deceat thoros. probet illos filios meos: quia si non essent mali non viderentur filij mei. Sepe. abscondā me post sepes & spinas: vt intelligam bella filiorum meorum. Exesę. corrosae ꝓpter vetustatē. Abstrusum. abscōditum: vt intelligam quid dicant transeuntes. Aucupabor. insidiose audiam. Rumoris vagi. famae incertę & cito currētis. Felix Agaue. describitur dolor Iocastae quae volēs amplificare miseriam suam ostēdit alias miseras matres in comparatione sui fuisse felices. Agaue. filia Cadmi: quae filium Pētheum interfecit. Manu. nam hasta affixerat caput Pēthei qd portabat manu: vt supra diximus historiam. Męnas. sacerdos Bacchi furens: propterea parcendum erat illi propter insaniam. In partes dati. filij diuisi in diuersas partes. Fecit scel⁹. illa cōmisit vnum scelus tantum: sed ego misera accumulaui multa scelera. Cucurrit. nō egressa est vltra hoc scel⁹. Feci nocētes. fui cā q; Oedip⁹ seipsum obcaecauit. Deerat. restabat ad miserias meas etiam vt amarē hostē patrię Polynicē filiū meū. Bruma ter. iā sunt tres anni qb⁹ Polynices fact⁹ est exul: nūc regnū petit a fratre fret⁹ auxilio soceri Adrasti. Bruma. vltia ps hyemis q̄ dies sunt breuiores. Decubuit. recisa est. Isthmon. terra est angusta inter ęgaeū & Ioniū. Generi. Polynicis Adrasti generi. Quid optē. ostēdit difficultatē voti sui: si qd opto p Polynice nocet Etheocli & ecōuerso: quare nescio quid eligere debeam: tñ videor magis diligere Polynicem: cum natura compatitur semper misero. Sic petentis. s. cum armis. BERN.

¶ Ciuile bellū. Nō sat est mihi ciuē in ciuē ruere, quin etiā frater armet se cōtra fratrē: & si qd maius reliquū est scelus solito a nobis fiat. qd gen⁹ belli in exordio Pharsaliae plusq̄ ciuile appellauit Lucan⁹. Cauo. & cauus, & cauum dici potest: frequentius tamen cauerna, quā gręci vocant κρυπταμ. Pompeius refert a cauo dici cauum. Cauo, id est receptaculo & inanitate. Felix Aga. exēplis miseriam cumulat. Agaue etsi perempto Pētheo culpam commeruit, furore tamen numinis excusatur: ego mentis meae compos peccaui & nocentes peperi. Iocasta querit̄ vicē iniquā, & sinistrā sui puerperij. Aliter ab Homero dicitur. Iocasta fuit filia Menoecei vt testatur Euripides. ετικτε δ' ιοκαστη μεπαισμενοι κεωσ. & in principio eadem Iocasta sic loquitur εγω δε παισ μεν κληζομαι μενοικεωσ καλουσι δ' ιοκαστην με. Fuit soror Creōtis: vt ait etiam in eodem loco κρεων δ' αδελφοσ μητροσ εκ μιασ φυ. Alij volūt filiam fuisse Creōtis. Eustathius cōuenit cū Euripide. Adrastus. Telamonis filius ex Euronomia Argiuorum regina, dictus est, si Platoni credimus, q; nō cōfecit rem thebanam. socer Polynicis venit Thebas: iā grandęuus & pallenti facie: solus redijt a pugna Thebana: vt canit Papinius. Septēq; secum regna. locus de Euripide per eandem Iocastam sumptus est. ο δ' αρ γοσ ελθων κηδοσ αδραστου λαβων επταυτα δ' ελθων επταπυλα τειχη ταδε.

Margin notes: DANI. Cauum. Agaue. Iocasta. Adrastus.

Nunt. Regina dum tu flebiles questus cies
Terisq; tempus: tota nudatis stetit
Acies in armis: æra iam bellum cient:
Aquilaq; pugnam signifer mota vocat.
Septena reges bella dispositi parant.
Animo pari Cadmęa progenies subit:
Cursu citato miles hinc: atq; hinc ruit.
Vide vt atra nubes puluere abscondit diem.
Fumoq; similes campus in cælum erigat
Nebulas: equestri fracta quas tellus pede
Summittit: & si vera metuentes vident:
Infesta fulgent signa: surrectis adest
Frons prima telis: aurea clarum nota
Nomen ducum vexilla pręscriptum ferunt.
I redde amorem fratribus: pacem omnibus:
Et impia arma matris oppositu impedi.

ASCEN. ¶ Regina dũ tu &c. Inducitur nuntius significans Iocastæ properãdum esse: quia inquit O regina, dum tu cies. i. moues, quest⁹. i. querimonias flebiles, & teris. i. in vanum consumis, tempus: tota acies, scilicet filiorum tuorum, stetit scilicet ad pręlium parata, in armis nudatis. i. inter enses strictos: æra. i. arma ipsa quæ ærea dicuntur aut ꝙ fortia, aut ꝙ min⁹ rubigini subiecta, cient. i. vocãt, iam bellũ. i. prælium & cõflictum: nam bellum est totum tẽp⁹ quo in armis sunt hostes & inimicitias exercent, licet non confligunt: & signifer. i. qui signa fert, vocat pugnam. i. indicat pręlium ineundum, aquila. i. primario vexillo, mota: vt omnes sequãtur. Reges, scilicet græcię quos Polynices septem adduxit, dispositi. i. decenter instructi in acie, parant bella septena. i. singuli suos cõflictus. Progenies cadmęa i. thebana a Cadmo orta, & ab Etheocle instructa subit. i. in præliũ it, pari, scilicet cũ græcis animo. Miles. s. stipendiarius, ruit hinc atq; hinc .i. ab vtraq; parte, cursu citato, scilicet ob ducũ impulsum. vide vt. i. qualiter nubes atra .s. pulueris excitati per pedes, abscõdit diem .i. solem puluere: & vt. i. qualiter, campus erigat nebulas similes fumo in cælum: quas scilicet nebulas, tellus. i. terra, fracta. i. discerpta pede equestri. i. equino, summittit. i. sursum mittit. Et si metuentes vident, scilicet interdũ vera: cum fere ea per falsam imaginationem videant quæ maxime timẽt: arma fulgent infesta. i. in se inuicem inferri parata. Prima frons. s. aciei instructę, adest telis surrectis. i. sursum erectis: vexilla ferunt nomen clarum ducum. s. Polynicis & Etheoclis, pscriptum nota aurea. i. characteribus aureis. I redde. i. restitue, amorẽ. i. charitatem mutuam, fratribus: & pacem omnibus. s. ad pugnam vtrinq; instructis: & impedi oppositu. i. obiectione & interpositione, matris. i. tui quæ mater es, arma impia. s. fratrum.

BERN. ¶ Regina. Venit nuntius ad reginam Iocastam dicens: dum consumis tempus lamentationibus filij tui congrediuntur paribus armis. Mota aquila. vexillo moto ad pugnam: seruat cõsuetudinem Romanam qui aquilam portabant in vexillo. Cadmęa. thebana. Submittit. sursum mittit. Et si metuentes. hoc est generale qui sunt in timore, aliqñ fingunt se videre qđ non vident: ita dicit nunc videor videre vexilla ducũ & arma fulgentia. Clarum aurea nota. nam quicunq; imperator habebat signum suum. I redde. o regina vade cito & compone filios tuos priusq̃ aggrediantur tantum bellum.

Actus Tertius.

Trimetri iambici.

ANTIGONE. IOCASTA. NVNTIVS.



Perge o parens: & concita celerem gradum:
Compesce tela: fratribus ferrũ excute:
Nudum inter enses pectus infestos tene.
Aut solue bellum mater: aut prima excipe. Io.
Ibo: ibo: & armis obuia opponam caput:
Stabo inter arma: petere qui fratrem volet:
Petat ante matrem: tela qui fuerit pius
Rogante ponat matre: qui non est pius:
Incipiat a me: feruidos iuuenes anus
Tenebo: nullum teste me fiet nefas.

ASCEN. Perge o parẽs: dum chorus qui sublatus est, aut ꝙ perijt, aut ꝙ auctor eum non absoluit, pacis bona caneret: ingrediũtur prostremũ Antigone, Iocasta, & Nũtius: dicitq; Antigone ad matrem. O parens, id est mater perge & cõcita, id est commoue frequenter & cito, gradũ celerem: compesce scilicet auctoritate materna, tela scilicet omnium armatorum: excute fratribus, scilicet inter se & etiam meis, Polynici & Etheocli, ferrum. i. telum ferreum: tene pectus. s. tuum, nudũ. i. nudatum: vt hubera q̃ suxerũt videãt: inter enses infestos: aut solue bellũ mater. i. cum sis mater: aut excipe. s. in corp⁹ tuum, prima. s. bella. i. primũ ictum. Iocasta. Ibo, ibo: & obuia. i. obiecta armis opponam caput. s. meum. potest legi obuium caput. Ego stabo inter arma: & ita qui volet petere, id est armis inuadere fratrem, petat ante, id est prius, matrem: qui id est vterlibet fratrum fuerit pius, scilicet in matrem, ponat id est deponat tela. i. arma matre rogãte: q nõ ẽ pius incipiat, scilicet impium bellum a me. Ego anus, id est licet sim vetula, tenebo id est arcebo a conflictu, iuuenes. s. filios meos, feruidos, scilicet per naturã, & feruẽtes ira: nullũ

Aut si quod & me teste committi potest:
Non fiet vnum. An. signa collatis micant
Vicina signis: clamor hostilis fremit.
Scelus in propinquo est: occupa mater pces.
Et ecce motus: fletibus credas meis.
Sic agmen armis segne compositis venit:
Procedit acies tarda: sed properant duces. Io.
Quis me procellę turbine insanæ vehens
Volucer per auras ventus æthereas aget?
Quę Sphinx: vel atra nube subtexens diem
Stymphalis auidis prępetem pinnis feret?
Aut quę per altas aeris rapiet vias
Harpyia sęui regis obseruans famem?
Et inter acies proiiciet raptam duas? Nunt.
Vadit furenti similis: aut etiam furit.
Sagitta qualis parthica velox manu
Excussa fertur: qualis insano ratis
Premente vento rapitur: aut qualis cadit
Delapsa cęlo stella: cum stringens polum
Rectam citatis ignibus rumpit viam.
Attonita cursu fugit: & binas statim
Diduxit acies: victa materna prece
Hæsere bella iamq; in alternam necem
Illinc & hinc miscere cupientes manus
Vibrata tela continent dextra sua.
Paci fauetur: omnium ferrum latet:
Cessatq; tectum: vibratū in fratrem manu.
Laniata canas mater ostendit comas:
Rogat: abnuentis irrigat fletu genas,
Negare matri qui diu dubitat: potest.

nefas fiet me teste, id est quod me teste probetur: quia prius cecidero q̄ cōmittatur: aut si quod nefas potest committi, &. i. etiam me teste: nō fiet vnum. i. solum: quia statim etiam occidar. Ant. autem adhortans ad accelerandum dicit. Signa vicina micant, id est tremulo fulgore splendēt, signis scilicet vtrinq; collatis: clamor hostilis fremit: vt in primo congressu fieri solet: scelus, scilicet fratrum est in propinquo: o mater occupa, id est priusq̄ prę lium cōmittant: arripe, preces quibus filios flectas. Male legunt quidam p̄ceps: quia vltimus pes semper iambus est, aut eius loco pyrrhichius: quia vltima communis syllaba semper erit. Et ecce, id est prospice, mot⁹ scilicet armorum: quos si obtuso visu nō vides credas fletibus meis, quos cieo ob cōflictum futurū. Agmen, scilicet vtrūq; venit sic segne armis cōpositis: quia inuiti bellaturi erant milites prælium tam nefandum: & ideo acies procedit tarda: sed duces, scilicet fratres, properant, id est festinant se mutuo petere. Iocasta itaq; sentiens instare conflictum optat se q̄ celerrime inter fratres vehi dicens. Quis vētus volucer, vehēs scilicet quę arripuerit, turbine, id est agitatione & rotatu, procellæ insanæ, aget, id est vehet me, per auras æthereas id est altas. Quæ sphinx, id est monstrū volare solitū, nisi sit legendum strix, vel quę stymphalis, scilicet auis ab Hercule deiecta, subtexens, id est cooperiens, diem. i. solem, nube atra, scilicet alarum suarum, feret me præpetem, id est velocem, pinnis, quæ vulgo pēnæ dicuntur, id est alis, auidis, id est rapidis: aut quæ Harpyia, id est rapax monstrum virgineum os habens, sed vngues rapacis volucris, obseruans. i. obseruando dapem inducens, famē: regis scilicet Phinei, sæui: quia filios excæcauerat: rapiet me per altas vias aeris? & proiiciet me raptā inter duas acies. Nūti⁹, qui inducitur, vt res quæ in proscænio fieri non possunt decore, vt strages populorum denuntiet, dicit. Iocasta sup. vadit similis furenti, aut etiam furit, scilicet reuera: qualis sagitta velox fertur excussa manu parthica. i. Parthi qui bon⁹ est sagittator: & qualis ratis pro eo quod est nauis, rapitur, vento insano id est vehementi, premente, id est vrgente vela a tergo: aut qualis cadit stella, id est quæ sagitta volans dicitur impressio in alto aere, cadit delapsa, id est delabi visa cælo: cum ipsa stella, stringens. i. per longum tractum radēs polum. i. cælum, rumpit. i. rumpendo facit viam rectam ignib⁹ citatis. i. acceleratis. Ipsa mater attonita fugit cursu. i. currendo properauit (Apte posuit multas similitudines: vt interea dū eas recitaret nuntius, vero simile ad acies appulsam esse) & deduxit, id est separauit statim acies binas. i. duorum fratrū: bella hęsere, id est immota mansere victa prece materna: & sup. fratres cupientes miscere iam manus hinc & hinc, in necem alternam. i. vterq; in alterius cædem, continent dextra sua tela vibrata. i. in altum agitata & destinata ad ictum. Fauetur. s. a fratribus ob preces maternas, pari: ferrum omnium latet. i. tectum est: & cessat tectum, vibratum. i. quod prius erat vibratum, manu in fratrem. Mater. s. Iocasta, laniata. s. a se, ostēdit comas canas: rogat. i. fratres, filios suos: & irrigat fletu genas abnuentis. i. eius qui abnuit pacem. qui diu dubitat. s. annuere matri, hoc est quicunq; tā durus est, vt nō statim cōcedat matri quæ poscat, potest negare matri: quia cunctatio in peius vertit animum.


Erge. Cū Antigone audiuisset verba nuntij vocātis Iocastā ad cōpositionē filiorū: exhortat̄ ipsam vt cito vadat: & interponat se inter fratres: quia si debēt se occidere pri⁹ occidant eā: & dū loq̄t videt parari exercitū. Cōcita. accelera. Excute. remoue de manu. Excipe. s. vt prima occidaris. Teste. præsente. Vnum. sed fient duo: quia me quoq; interficient. Signa. vexilla. Micant. splen- BERN.

Collata signa. Preceslegēdum.

dent propter aurũ.incitat Antigone matrē vt cito vadat. Collatis.cõiunctis iam partibus.dicimus collatis signis exercitus pugnare cũ oẽs pugnant,nõ autem pars:& est pugna integra. Propinquo. proximo: iã ap propinquat inuicem. Praeceps.velox. Occupa.pręueni anteq̃ congrediantur. Fletibus. quia non plorarem nisi viderem periculum. Hic agmen.exercitus tarde veniunt: quia vadunt ad scelus: sed duces,hoc est Polynices & Etheocles accelerãt tanq̃ cupidi sanguinis. Quis me.Iocasta optat portari prodigiose:vt cito currat ad filios. Insanę.magnę. Quę Sphinx.de hoc mõstro diximus supra. Stymphalis.de auib⁹ stymphalibus diximus in Hercule furente. Subtexens.quae solet obscurare lucem solis. Prępetẽ.cito volãtem. Harpyia.de hoc monstro similiter diximus in Hercule furente. Sęui regis.Phinei regis Arcadiae:qui cum occidisset filios,occęcatus est,& ad poenã eius missae sunt Harpyiae,quae mensas eius tactu foedarent. Raptam.s.me Iocastam. Duas acies s. Polynicis & Etheoclis. Vadit.nuntius declarat celeritatem Iocastę,& quid ipsa egerit. Similis furẽti.videtur insana:immo etiam furit ex dolore. Excussa.missa. Parthica.manu Parthi celeriter sagittans stringentis leuiter percutiens:nã videtur signare coelum. Rectam.quia descendit recta via,& facit sulcum igneum. Deduxit.disiunxit. Hęsere.constiterunt & firmata sunt. Iamq; illi q paulo ante concurrebant ad mortem mutuam,deposuerunt arma. Illinc & hinc.ex vtraq; parte. Ferrum latet.omnes deposuerunt arma. Laniata.dat locum sequenti scęnę & qđ gestum est declarat. Negare dubitas,qui dubius est an debeat negare matri pacem. Potest.s.negare.

DANI.

¶ Perge o paren. Suasus continet Antigones ad Iocastam pacandi belli inter filios:mox incursum a fatrib⁹ suspensum & cohibitũ interuentu ipsius Iocastę. Est autem actus huius tragoedię tertius in trimetro iambico hypercatalectico positus:& est tertium carmen. Colloquũtur Antigone,Iocasta,Nũtius. apud Euripidẽ, Iocasta fatet̃ se diremisse hanc litẽ:sed frustra iterũ facto agmine & impetu.εγω Λεgιυ λῦ.&c. Petere qui fratrẽ. quicũq; volet fratrẽ occidere,siue is prior Polynices siue Etheocles fuerit me ãte pĩmat:aut siqđ põt in eo pietas deponat arma ad p̃ces meas:vel si impius,a me incipiat.locus ex duobus antithetis.misericordiã mouẽs.

Praepes.

Prępetẽ.agilẽ & velocẽ. Prępetes ꝓprie aues alis auguria ꝑmittẽtes:sicut oscies cãtu. trãsfert̃ absolute dictio ad celerẽ volatũ.Maro.Praepetibus pẽnis ausus se credere cęlo. Harpyia saeui regis.harpyię inimicę Phineo regi in coena:quẽadmodum Apollonius Rhodius in secundo Argonauticon,eleganter cecinit.

ASCEN.

IN me. In quarto actu Iocasta vidẽs se nõ posse filios ad gratiã reducere ꝑ tragicã ĩpatiẽtiã exclamat: vertite,scilicet armati viri,arma & ignes in me:omnis iuuentus ruat vna, id est pariter in me:quęq;.i.& ea quę venit animosa ab muro inachio.i.argiuo,missa ab Adrasto in auxilium Polynicis,quaeq;.i.& ea quae ferox descendit arce thebana:ciuis atq; hostis simul, petite,id est inuadite armis,hunc id est meum ventrem:qui.s. venter dedit viro,id est Oedipo,fratres scilicet & natos:sꝑgite passim mẽbra mea,ac diuellite:quia ego peperi.vtrunq; scilicet hostium:& ita ab vtriusq; fautoribus in odium alterius occidi merui. ponitis, idest an ne deponitis ocyus ferrum,ac id ẽ q̃ dico? hoc est dicto citius:& datis matri dextras ex aequo:id est aequali amore & iure? Date, scilicet manus matri:dum,id est donec piae sunt, & non fraterna cęde pollutę:error fecit adhuc inuitos nocentes:omne crimen quod hactenus admisistis,fuit fortunę peccantis in vos. Hoc nefas, scilicet quod nunc aggredimini, geritur primum inter scientes:est in manu, id est potestate vestra,vtrum velitis, scilicet pij an impij esse:si pietas placet,donate matri,id est precibus maternis pacem,(sunt qui legãt matrem pace:ideq; ornatius cum Valla putent sed ego priorem lectionem significãtiorem iudico:minimeq; mutandum) si scelus placet: maius scelus q̃ si alter alterum occiderit est paratum:quia parens,id est mater media opponit se,aut opponit se mediam:proinde.i.ideo q; tollite bellum, aut tollite morum, id est dilationem belli:quia cũ staret in medio,cognouit se priorem debere vulnerari. Cum autem videret filios cunctantes, incoepit dubitare: vtrum priorem adeat precatura, dicens. Cui id est vtri, ego mater sollicita, dmouebo nũc verba prece alterna? Misera, quã,scilicet partem amplectar prius, id est priorem? ego ducor pari affectu in vtramq; partem:quia vtri-

Actus Quartus.
Trimetri iambici.
IOCASTA:POLYNICES.



IN me arma & ignes vertite:in
me omnis ruat
Vna iuuẽt⁹:quęq; ab Inachio
venit
Animosa muro:quęq; Thebana ferox
Descendit arce:ciuis atq; hostis simul
Hunc petite ventrem:qui dedit fratres viro.
Mea membra passim spargite:ac diuellite.
Ego vtrunq; peperi.ponitis ferrum ocyus
Ac dico? & ex ęquo dextras matri datis?
Date dum pię sunt:error inuitos adhuc
Fecit nocentes:omne fortunę fuit
Peccantis in vos crimen: hoc primum nefas
Inter scientes geritur:in vestra manu est
Vtrum velitis:sancta si pietas placet
Donate matri pacem.si placet scelus:
Maius paratum est: media se opponit parẽs,
Proinde bellum tollite:aut belli moram.
Cui solicita nunc mater alterna prece

Verba admouebo? misera quẽ amplectar pri
In vtranq; partem ducor affectu pari. (us?
Hic abfuit: sed pacta si fratrum valent
Nunc alter aberit. ergo iam nunq̃ duos
Nisi sic videbo? iunge complexus prior:
Qui tot labores: totq; perpessus mala:
Longo parentem fessus exilio vides.
Accede propius. clude vagina impium
Ensem: & trementem iamq; cupientẽ excuti
Hastam solo defige: maternum tuo
Coire pectus pectori clypeus vetat:
Hunc quoq; repone: vinculo frontem exue:
Tegmenq; capitis triste belligeri leua:
Et ora matri redde. quo vultus refers?
Acieq; pauida fratris obseruas manum?
Affusa totum corpus amplexu tegam:
Tuo cruori per meum fiet via.
Quid dubius hęres? an times matris fidem?

usq; partis ducem genuit, hic scilicet Polynices abfuit id est abiens fuit; sed si pacta fratrũ quib⁹ pacti sunt se alternis annis regnaturos, valent id est firma tenentur: alter aberit nunc id est statim. Ergo ego nunq̃ videbo duos scilicet simul: nisi sic id est hostili animo congredi volentes? o Polynices qui perpessus tot labores & tot mala, fessus logo exilio, vides parentem id est matrem: iunge scilicet mecum, complexus prior, scilicet q̃ Etheocles: accede propius: clude id est include, impium ensem vagina: & defige solo, hastam trementem & cupientẽ iam excuti: scilicet e manibus in fratrem: clypeus scilicet tuus, vetat. i. prohibet, pectus maternum, coire id est cõiungi, pectori tuo. Repone id est reijce in tergum, quoq; i. etiam, hunc scilicet clypeum: exue frontem vinculo scilicet quo galea alligata est: & leua id est depone, triste tegmẽ id est cassidem aut galeam, capitis belligeri: & redde id est aperi, matri ora. quo id est in quam partem, refers id est retorques vultus: & obseruas, id est attẽdis quid factura sit, manum fratris, acie scilicet oculorum, pauida. i. trementer? Ego affusa scilicet in complexum tui, tegã totum corp⁹ scilicet tuum: amplexu scilicet meo. Via fiet cruori tuo: si hauriatur a fratre: per meum, scilicet cruorem. quid hęres id est permanes dubius an times fidem matris?

In me arma. Hic est quart⁹ Actus vbi Iocasta loq̃r ad vtrũq; exercitũ vt in solã ipsam iacula mittant: cum ipsa sit causa hu⁹ belli, q; peperit tales filios. conuertit deinde se ad Polynicem & Etheoclem vt deponant arma. Inachio. Ab Argis vbi regnauit Inachus. id est iuuentus quae venit ab Argis & Thebis vertite in me ignes. Duellite. Est histeron protheron: quando id q̃d debet sequi praecedit: & contra. histeron posterius, protheron prius. Ponitis. conuertit sermonem ad filios: primo ad vtrũq;: postea separatim. Ac dico. quasi dicat deberetis citius q̃ dico deponere arma. Ex aequo. Simul & eodem tempore. Pie. Sine scelere. Error. Vt augeat scelus q̃d factum sunt diminuit ea quae praeterita sunt. huc vsq; habuistis discordiam: q̃d accidit ex mala origine vestra: & est imputandum fortunę: quia nesciebam oedipum filium meum esse: sed nunc voluntarium facietis: cum frater cõtra fratrẽ saeuiat. Maius. scilicet scel⁹ ostendam vobis. scilicet q; me occidatis. Parẽs. De se loquitur in tertia persona. Mediam. ego mater pono me mediam inter vos ne possitis concurrere. Proinde. ergo si vultis. Bellum. refertur ad illud Donate matri pacem. Tollite. remouete. Aut si vultis facere bellum tollite me quae sum mora belli. Cui. dubitat: & rogare vult alterum: sed ad quem incipiat nescit: si pri⁹ complectat̃ Polynicem qui reuertitur: an Etheoclem recessurum: demum statuit prius osculari Polynicem. Si pacta. si voluerint seruare pacta: alter Etheocles exulabit quemadmodum Polynices: & ita sum solicita & dubia: vtrũ prius debeam complecti: an Polynicem reuertentem, an Etheoclem discedentem. Alterna. facta vicissim ad vtrunq; fratrem. Sic nisi. per discordiam. Iunge. demum conuertit se ad Polynicem. Trementem. quã iam vibrabas contra fratrem. Coire. coniungere simul. Vinculo. scilicet galeę: si vis vt te deosculer depone galeam. Ora. vt videam vultum tuum. Quo vultus. dum rogaretur a matre circumaspiciebat dubitans de fratre: vnde mater dicit quo vertis vultum? noli timere quia si frater debet occidere te pri⁹ occidet me, quia ego amplectar te totum & tegam. Refers. voluis. Acie. aspectu. Obseruas. multum aspicis. Affusa. circum te posita. BERN.

¶ In me arma. Inuida & edax vetustas huic Tragoedię finẽ exedit: quo fit vt quarto Actu finiat̃ & carmie. vbi ptinacia Polynicis ostendit̃ in fratrẽ necandum odio in dies feruescẽte ad mutua vulnera. & vertit̃ hic actus inter Iocastã pacẽ & amorẽ filijs suadentẽ: & Polynicẽ filiũ in nefando perimendi fratris cõsilio perdurantẽ. Est aũt metrũ iãbicũ: quo supius Perge o parẽs &c. Sola igt meo vtero iduã ciuiũ & hostiũ tela. vñ exierũt fratres ijdẽ & filij mariti. Iocasta & Polynices colloquunt̃. Date dextras. fidẽ pacis mihi facite. Dexteraq; cũ commictiõe fides firmat̃. παρὰ τὴν δεξιάν. i. a cõmoditate dicta dextra q; sit cõmodior corpis beneficio q̃ sinistra. vñ fit vt dare dextrã nõ solũ sit fidẽ facere sed auxiliũ ferre. Verg. Da dextrã misero. cõsecrata est fidei cui sacerdotes velatis manib⁹ rẽ diuinã faciebant. a. M. Attilio in palatio Romę dedicata ęędes Fidei. Quẽ amplectar. ab addubitatiõe mouet Pathos: quã gręci ἀπορητικὸν vocãt: vt apd Verg. En q̃d ago. mouet etiã a materna pietate paulo supius. q̃d dr̃ ab imagine. sicut apd Ver. Et mẽ subiit pietatis imago &c. Ois aũt pathetica oratio aut misericordiã, aut indignationẽ citat. hic ois sermo Iocastę tẽdit ad miserationẽ. Hic abfuit. Polynices: q tres ãnos Argis exulauit regnãte Thebis Etheocle: quẽ ẽt decet fratri vicissim regnũ cõcedere si pmissis manet foederis. Hũc quoq; depõe igt clypeũ: depõe galeã: quo pect⁹ pectori os ori admoueat̃. & ẽ piphrasis galeę tegmẽ capitis &c. cui⁹ iuẽtores Lacedaemõij extitere. Proet⁹ & Acri⁹ inter se bellãtes clypeũ iuenerũt primi. DAN.

Dextra.

Patheticus sermo.

Clypei inuentores.

Timeo, nihil iam iura naturæ valent. Po.
Post ista fratrum exempla: ne matri quidem
Fides habenda est. Io. redde iam capulo manũ.
Astringe galeam: læua se clypeo ingerat:
Dum frater exarmatur: armatus mane:
Tu pone ferrum: causa qui es ferri prior
Si pacis odium est: furere si bello placet:
Inducias te mater exiguas rogat:
Ferat vt reuerso post fugam nato oscula
Vel prima: vel suprema. dũ pacem peto
Audite inermes. ille te: tu illum times:
Ego vtrunq; : sed pro vtroq; qd strictũ abnuis
Recõdere ensem? qualibet gaude mora.
Id gerere bellum cupitis: in quo est optimum
Vinci? vereris fratris infesti dolos?
Quoties necesse est fallere: aut falli a suis
Patiare potius ipse q̃ facias scelus.
Sed ne verere. mater insidias: & hinc
Et rursus illinc abiget. exoro: an patri
Inuideo vestro? veni vt arcerem nefas:
An vt viderem propius? hic ferrum abdidit
Recliuis hastæ. & arma defixa incubant.
Ad te preces nunc nate maternas feram:
Sed ante lachrymas: teneo longo tempore
Petita votis ora: te profugum solo
Patrio penates regis externi tegant?
Te maria tot diuersa: tot casus vagum
Egere: non te duxit in thalamos parens
Comitata primos: nec sua festas manu
Ornauit ædes: nec sua lætas faces
Vitta reuinxit: dona non auro: & graues
Gazas socer: non arma: non vrbes dedit.
Dotale bellum est: hostium es factus gener
Patria remotus: hospes alieni laris
Externa consecutus: expulsus tuis:
Sine crimine exul: ne quid e fatis tibi
Deesset paternis: hoc quoq; ex illis habes

ASCEN. ¶ Timeo Respondet Polynices. Timeo scilicet matrem: quia iura naturę id est necessitudinis naturalis: nihil valent scilicet deinceps, post ista exempla id est tam immania facta: quæ omnibus mortalibus exemplo esse possint ne fratri sit habenda fides: fides ne quidē .i. non etiā matri est habēda. i. adhibēda. Ad hoc mater quasi victa ratiōe: dicit. redde iam capulo. i. manubrio gladij manũ. i. recipe iterum gladium in manum, alij Polynici seipsũ exhortanti dant: astringe. i. iterum liga galeā leua. s. manus cum brachio: ingerat. i. induat se clypeo: mane armatus. dum. i. donec frater .s. Etheocles exarmatur. i. arma deponit & exuit: quia frater dicit: potiꝰ matris q̃ fratris sũt verba: quæ conuersa ad Etheoclem dicit, Tu qui es causa prior. s. sumendi ferri quia fratrē expulisti: pone. i. depone ferrum. Si odiũ pacis est sup. tibi: & si placet furere bello, mater (de se loquitur) rogat exiguas inducias. i. suspensiones belli, vt ferat. i. offerat, nato. s. Polynici: reuerso post fugam. s. a conspectu tuo oscula vel prima vel suprema: dum ego peto pacem scilicet inter vos, audite inermes. i. nō armati: ille scilicet Polynices sup. timet te: tu Etheocles times illum. ego timeo vtrūq;: sed pro vtroq;. q. d. non mihi, sed vobis: hoc est vtrunq; alteri timeo. quid o Etheocles abnuis. i. nutu recusas, recondere. i. iterum condere ensem strictum. i. nudatum: gaude qualibet. i. q̃tumuis breui aut lōga mora. Vos cupitis gerere id bellum (istud est principium maternę dehortationis a bello) quo optimũ est vinci: quia melius est accipere iniuriam a fratre q̃ inferre: vereris. scilicet vterq; dolos fratris infesti. i. parati ad vim inferendā: hoc si vereris audi consilium maternum. Quoties necesse est fallere aut falli a suis, scilicet necessarijs: patiaris potius ipse. i. tute q̃ facias scelus: sed ne verere pro ne verearis: mater abiget insidias hinc. i. a te o Polynices, & rursus illinc. i. a te o Etheocles. exoro. i. impetro hanc pacem a vobis? an inuideo. i. debeo inuidere patri vestro? s. q2 cecus sit, & vestrum scelus videre nō possit: vt ego. dicite sup. veni. i. an veneri ad vos vt arcerem nefas, an vt viderem propiꝰ? hoc dicto mouit Etheoclem vt hastam reclinaret vnde dicit. hic. s. Etheocles abdidit. s. in terrā: ferrum hastę recliuis. i. habentis partem acutā reclinatā in terrā: & arma incubāt. i. qescũt, defixa. i. deorsum fixa: o nate. s. Polynices: Ego feram nunc. s. post pacatum Etheoclem pces maternas ad te: sed ante. i. priusq̃ preces ferā, feram, lachrymas: teneo? stupēdo p̄ gaudio interrogat: acsi dicat: verũ ne est q2 teneo ora petita votis. i. desiderijs meis: longo tempore? tegant. i. patiar ne: vt penates regis externi vt Adrasti regis Argiuorum, tegant. i. protegant te, profugum solo patrio? Tot diuersa maria: & tot casus egere. i. egerunt te vagum: & parens. i. ego quę mater sum nō duxit te comitata. i. comitās, in primos thalamos scilicet nuptiales: nec ornauit manu sua ędes festas id est festiue ornatas dum filiam Adrasti ducebas: nec reuinxit id est religauit vitta sua. i. q̃ in capite illi est, faces lętas. i. tedas nuptiales? Socer cum exulares, nō dedit tibi do

Errasse thalamis.nate post multos mihi
Remisse soles:nate sollicite metus:
Et spes parentis:cuius aspectum deos
Semper rogaui: cum tuus reditus mihi
Tantum esset crepturus aduentu tuo:
Quantum daturus.quando pro te desinam
Dixi timere:dixit irridens deus
Ipsum timebis:nempe nisi bellum foret:
Ego te carerem:nempe si tu non fores:
Bello carerem.triste conspectus datur
Pretium tui durumq;:sed matri placet.

na sup.grauia auro:& gazas idē diuitias graues:non arua,aut vt Daniel legit arma.i.insignia regni:non vrbes:bellum est dotale.i.pro dote filię fert tibi auxilia bellica:tu es fact⁹ gener hostium.s.patriæ tuæ,remot⁹ patria,no spes laris alieni,consecutus.i.adeptus externa,& expulsus tuis,exul sine crimie,solūmodo ne regnes a fratre pulsus:& ne quid deesset tibi e fatis.i.malis fatalibus oraculo designatis,paternis.i.pris tui œdipi:qui & exul & hostis patrię immeritus fuit:tu habes quoq;.i.etiam hoc ex illis.s.fatis,errasse,q: errasti vt pater tuus qui matrem vxorem duxit,thalamis .i nuptijs:quia pro dote bellū patriæ infers.o nate remisse.i.qui remissus es mihi post multos soles.i.dies,nate metus sollicite.i.qui es metus sollicitus.Sicut apd Catul.Lectule delitijs facte beate meis: & spes parentis.i.mris cuius aspectum ego rogaui.i.vt haberē,semper deos:cū tn̄ tuus reditus esset mihi ereptu rus tantum aduentu tuo, quantum daturus: quia cum ex pacto alternis annis regnarent duo eius filij:dum vnum reciperet semper alterum amitteret:dixi inquit deum rogans vt te viderem,& percontans qn̄ desinam timere pro te:ne scilicet frater tibi vim inferat & deus.i.Apollo irridens.s.vota mea,dixit,tu timebis ipsum.q.d.non solum semper timebis pro eo: sed etiā aliquādo ipsum,ne patriam cum fratre pessundet.Nempe.i.nam certe, nisi bellum foret ego carerem te:quia frater non reciperet te:nempe.i.& certe si tu non fores ego carerem bello:quia Etheocles in pace regnaret. Triste & durum pretium conspectus tui.i.quo conspiceris datur.s.matri:sed placet matri:quæ mauult te cum bello videre:q̄ omnino non videre.

¶Redde.Iam deposuerat gladium:vnde dicit mater Iocasta iterum suscipe arma,quia frater adest armatus. Capulo. manubrio ensis. Ingerat.inuoluat se in lorum clypei. Dum,donec. Tu pone.vertit se modo ad Etheoclem:dicēs tu qui prior negasti regnum fratri & es causa belli,prior depone arma. Si pacis.si ita statuisti omnino gerere bellum,non peto pacem perpetuam:sed inducias,vt vulgo dicunt treugam, paruū spatium temporis:vt vos possim complecti & osculari. Suprema.vltima:quia non amplius deosculabor vos si bellum geratis. Prima.quia multis annis non vidi eum. Vtrunq;.non pro me,sed p vtroq; timeo. Qualibet mora.dicit q: in faciēdo scelere mora est bona. Optimum vinci.quia melius est in tā scelerato bello vinci q̄ vincere:& superstitem tanto sceleri esse. Patiare potius.melius est pati damnum & mortem q̄ contra bonam famam & nomē virtutis aliquid committere. Mater.ego Iocasta: de se loquitur in tertia persona. Abiget.remouebit. Hinc,ex vtraq; parte. An patri. interrogatiue legendum.vellem esse cæca ne viderem scelera vestra quēadmodū est pater œdipus. Arcerem.repellerem. Hic ferrum. Etheocles motus precibus deposuit arma. Recliuis.qn̄ hasta est apposita alicui loco stat inclinata. Incubant,hęrent. Ad te.Conuertit mō preces ad Polynicem dicēs: iam te video nate quē tamdiu videre desideraui. Penates. domus. Externi regis. Adrasti. Tegunt,tenent. Nō te. quando volumus inducere cōpassionem dicimus facta quę non debuissent fieri & non facta quę debent fieri. vnde ibi ostendit illud non esse factum qđ fieri debebat:vt mater solet parare thalamos filio & alia exequi:cum duxit vxorem. Vitta.vt Plutarchus refert solebat fascia candida appendi inter vtramq; ianuam qđ a se non factum queritur Iocasta. Vitta.fascia. Reuincit.ligauit. Dona.habuisti vxorē filiam Adrasti:sed socer nō dedit dotē vt solet fieri vrbes aut aurū sed bellū:nam cum exercitu suo promisit te reducere in regnum. Sine crimine.quia nihil mali commiseras propter qđ deberes exulare. Ne quid.vt haberes omnia mala quēadmodum pater tuus:qui cum esset natus exposit⁹ fuit feris cum adhuc nihil mali fecisset ita & tu sine causa exulasti. Thalamis.ex coniugio patris. Remisse.reddite. Post multos soles.post multos dies. Metus.quia timebam semp pro te ne quid mali accideret. Tantum ereptu rus.rogabam deos vt redderent mihi conspectum tuum : cum ille tantum mihi tolleret q̄tum daret: quia alter frater recessurus erat in exiliū cum tu venisses. Dixit.nūc est verificatum oraculum dei qui mihi dixit quādo videbis timebis. Triste.video te sed non quēadmodum desiderabam. Matri placet.q̄uis ita sit iuuat etiam te videre modo tamen hac conditione vt recedat exercitus:& non venias contra patriam.

BERN.

¶Inducias.Loqtur de se i tertia psona.Inducię pacis interualla,dictę Donati testimōio i Terētiū:quasi indicię quia in die fiant.hinc militis illi⁹ scomma:qui factis inducijs existimabat noctu licere prędari:die vero quiescere:quasi percalleret scutigerulus ille literas & Donati legisset expositionem. Inducias prim⁹ inuenit Lycaon:sicut Theseus fœdera affirmantibus Plutarcho & Plinio. An patria. sensus, Creditis fortasse me venisse precatum vos vt arma deponeretis potius q̄ vt optarem vos pugnantes spectare sicuti pater vester:cui inuideo .i.quē odio habeo ob hanc solam causam nō quia optet cæcitatē hoc dixit:sed vt probaret causam esse iustiorem qua adducti filij arma illico deponerent:ideo subdit.veni vt arcerem:non vt viderem nefas. Lætas faces.quinq; faces ante nouam nuptam alligatas vitta ferebant antiqui cum ducerentur ad domum maritalem. q: is numerus partus sit naturalis & legitimus in secunda quæstione apud Plutarchum. Aristoteles philosophus memoriæ tradidit mulierem in Aegypto vno partu quinq; pueros enixā:eiq; esse finē dixit multiiugę hominum partionis neq; pluris vnq̄ simul genitos cōpertū:& diuo Augusto imperante Ancilla ipsius peperit quinq; pueros in agro Laurente sed pauculos dies vixerunt.hoc legere est. Arma.ego intelligo hic generis insignia & vmbones factiosos vt Armaq; fixit Troia. Externa consecutus: q: socero carente virili sobo

DAN.
Induciæ.
Induciarū & fœderū inuentores.

Faces nuptiales q̄re q;.
Nūer⁹ sūm⁹ ptus quinarius.
Arma.

le iure hæreditario regnum cedebat in generos. vel q ad mouēda arma contra fratrem ab Adrasto illi latae essent suppetię. Spes parentis. ελπιδεσ και δοξειν των γεγεννηκοτων εισι τεκνα. inde illd Verg. Nate meæ vires &c. Triste. video te sed non quēadmodū desiderabam. Matri placet. q̄uis ita sit iuuat etiā te videre modo: tamen hac conditione: vt recedat exercitus & non venias contra patriam.

ASCENSIVS.

¶ Hinc modo recedant. Sunt qui legant, recedant vt Daniel & Bernar. qui ad legem carminis parū aspiciunt. Ordo est. Arma recedant. i. nunc aut solummodo, cū nō aliud petam, hinc. i. a nobis, dum. i. quoad, Mars seu9. i. per naturam. i. furor bellicus, nullum nefas audet: scilicet propter intercessionem matris. hoc quoq. i. etiam hoc. s. fuisse tā prope vt nefas comitteretur, est magnum nefas: quia cōsensu dato natū est peccatū etiam si effectus nō sequatur. Ego stupeo & tremo exanguis cum video duos fratres, scilicet vos, stare hic & hinc. i. ab vtraq parte acierū hostiliū: sub ictu. i. in ipso ictu. i. puncto sceleris. s. cōmittēdi per ictum: membra. s. mea quassātur. i. frequēter concutiuntur metu: quia q̄. i. o q̄tum pene. i. quasi, ego mater aspexi mai9 nefas: q̄ quod pater miser quia infeliciter excæcatus, videre non potuit: scilicet vt frater fratrem interimeret: qđ postea continget: ita vt vterq alterum interimat: q. d. parum omnino abfuit. Et ideo licet vacem. i. vacua sim, timore tanti facinoris: & nil videam iam tale: tamen sum infelix q pene vidi. deinde conuersa ad obsecratione dicit: ego precor per graues labores vteri decem mensium pro mensium vt apud Ouidium: quia decimo mense nō tamē exacto pariunt fere mulieres: & per sorores. s. Antigonen & Ismenen, inclytas. i. claras pietate. i. in parentes & deos: pietas autem Antigones in patrem patuit: & per genas. i. oculorum sinus, parentis irati sibi. i. in se iram suam exercere ausi: vtpote quas genas ipse nullo nocens scelere, quia ignorans peccauerat, & quidē ignorātia inuincibili, hausit. i. euellit exigens a se dura supplicia erroris. O fili Polynices auerte mœnibus patrijs. s. Thebanis faces nefandas. i. nefas molientes: flecte retro. i. retrorsum, signa agminis bellici: tamē. i. licet dēt vt recedas: magna ps sceleris vestri. s. vtriusq est peracta: quia patria vidit campos repleri grege hostili, & vidit cateruas. i. copias hostiles, fulgentes procul armis: vidit prata Cadmæa. i. Thebana a Cadmo illustrata, frangi. i. discerpi, equitatu leui. i. leuiter armatorum equitum: & vidit proceres. i. primores vrbium, volitare excelsos. i. in alto positos, rotis. s. curruū bellicorum: nā e curribus olim depugnabant: & vidit trabes flagrantes igne fumare: quia humidū & forte piceū admixtū habebant: quæ. s. faces petūt nostras domos cineri. i. ad cinerem: vt ex eis faciant cinerē: & vidit pene fratres ruētes in se: qđ fuit facinus nouū, &. i. etiā Thebis: vbi immania faciora vulgata sunt. exercitus totus & populus ōis vidit hoc: & vtraq soror. s. tā pia, Antigone, & Ismene, vidit hoc. s. Thebis nouum facin9 & genitrix vidit: de se loquit nā pater debet sibi. i. p hoc bñficio sibiipsi obnoxi9 est, q nō spectauit ista: quia excæcādo se fecit ne videre posset. Oedip9. s. pr̄ occurrit. i. obstat inceptis tuis nūc: quo iudice pœnę. i. mulctę, quoq. i.

Hinc modo recedát arma: dum nullum nefas
Mars sæu9 audet. hoc quoq est magnú nefas
Tam prope fuisse. stupeo & exanguis tremo:
Cum stare fratres hinc & hinc video duos
Sceleris sub ictu: membra quassantur metu.
Q̄ pene mater maius aspexi nefas:
Q̄ qđ miser videre non potuit pater?
Licet timore facinoris tanti vacem:
Videamq iam nil tale: sum infelix tamen
Q̄ pene vidi. per decem mésum graues
Vteri labores: perq pietate inclytas
Precor sorores: & per irati sibi
Genas parentis: scelere quas nullo nocens
Erroris a se dura supplicia exigens
Hausit: nefandas mœnibus patriis faces
Auerte: signa bellici retro agminis
Flecte: vt recedas magna pars sceleris tamen
Vestri peracta est. vidit hostili grege
Campos repleri patria: fulgentes procul
Armis: cateruas vidit equitatu leui
Cadmęa frangi prata: & excelsos rotis
Volitare proceres: igne flagrátes trabes
Fumare: cineri quæ petunt nostras domos:
Fratresq facin9 (quod nouū & Thebis fuit)
In se ruentes: totus hoc exercitus:
Et populus omnis: & vtraq hoc vidit soror:
Genitrixq vidit: nam pater debet sibi
Q̄ ista non spectauit: occurrit tibi
Nūc Oedipus: quo iudice erroris quoq
Pœnę petuntur. ne precor ferro erue
Patriā: ac penates: neve quas regere expetis
Euerte Thebas. quis tenet mentē furor?
Petendo patriam perdis: vt fiat tua
Vis esse nullam? quin tuæ causę nocet

Ipsum hoc:q armis vris infestis:solum
Segetesq adultas sternis:& totos fugam
Edisper agros.nemo sic vastat sua.
Quę corripi igne:quę meti gladio iubes:
Aliena credis.rex sit e vobis vter
Manente regno quęrite.hæc telis petes
Flammisq tecta? poteris has Amphyonis
Quassare moles?nulla quas struxit man⁹
Stridente tardū machina ducens onus:
Sed conuocatus vocis:& citharę sono
Per se ipse turres venit in summas lapis.
Hæc saxa franges victor?hinc spolia auferes?
Ducesq victos patris æquales tui?
Matres ab ipso coniugum raptas sinu
Sæuus catena miles imposita trahet?

etiā erroris nedū peccati volūtarij, petuntur. i.exiguntur. Precor ne erue, pro.ne eruas, ferro.i.armis patriā ac penates:neue euerte,p & ne euertas Thebas quas expetis regere.i.quarum te regē exigis effici. Quis furor tenet.i. obsidet,mētem?petendo.i.reposcēdo patriā, perdis.i.destruis:& ita amittis sup.eam:& vis sup.patriam esse nullam.i.perire:vt fiat tua:i qd demētię est:qa qd nō est,nullius est. Quin hoc ipm q vris armis infestis.s.pāā.& q sternis solū & segetes adustas,aut adultas.i.maturas,& q edis.i.paris,fugam.s.hostiū,aut cursum equoꝶ,p totos agros.s.Thebanos,nocet causæ tuæ:quia nemo vastat sic sua.vastādo ergo ostendis non esse tua. Tu credis.i.cēsere videris aliena : ea q̄ tu iubes corripi igne: & meti.i.secari & amputari gladio. Quęrite.i. disquirite:vter e vobis.s.duobus.sit rex manente regno.s.illęso. Petes.i.poterisne petere ac inuadere,telis & flammis hæc tecta? poteris q̄ssare.s.machinis bellicis,has moles Amphyōis.i.quas Amphyon musicus optimus construxit,eoq hoies induxit dulci oratione ad mœnia Thebana cōstruenda,quas.s.moles,nulla manus struxit:ducens,vt in alijs edificijs fieri solet,onus tardū,quia ponderosū, machīa,vtpote carpēto:stridēte.s.ob pōdus: sed ipse lapis cōuocatus sono vocis & citharæ (q̄ laus peculiaris ē Amphyoni vt prim⁹ ad citharā & ore fidib⁹ cecinisse dicat̄ Plinio) venit p se.i.nullo vehēte,in sūmas turres.s.mœniū Thebanoꝶ. Tu victor franges hæc saxa?& auferes hinc.i.ab his tectis spolia:& duces.i.ages & impelles ęquales.i.coæuos patris tui.s.œdipi,victos.s.a te? Et miles.s.tu⁹ q te adhuc improbior erit:quia quo vilior est conditio homini eo immaniora cōmittere solet facinora:sæuus igit .i.immanior q̄ tu sis,trahet.i.in seruitutem,catena imposita.s.collo,matres.i.matronas:ac reuera matres:quo indignior sit res:si quæ patriæ etiam gignendo profuerint sic trahant̄:raptas.i.violenter abreptas ab ipso sinu i.complexu,coniugum.i.maritorum.

BERNARDINVS.

¶Redeant.Reuertantur. Œ pene.quasi vidi maius nefas:qd non poterat videre œdipus:quia cæcus erat Licet timere.q̄uis non viderit tantum scelus vt fratres congrediantur:tamen possum iudicari infelix:q prope fui vt viderē. Per decem.rogat Polynicem per labores quos suscepit pro eo & per amorem quē habet in sorores & patrem suum cæcum:vt deponat arma. Sorores.Antigonen & Ismenen gloriosas amore parentum. Irati sibi.inimici sibimet.quia excæcauit se. Nullo scelere.nulla culpa:quia peccauerat per ignorantiā. Exigens.sumens. Hausit.euulsit. Grege hostili.turba hostium. Cadmæa.Thebana. Leui. Agili. Excelsos rotis.sublimes in curribus:nam antiqui principes solebāt pugnare in curru. Trabes.magnas faces. Cineri ad cinerem:vt combureretis nostras domos. Fratres.i.vos:nam cœperatis cōserere manus,nisi me interposuissem:quę res est etiam noua Thebis vbi solita sunt fieri multa scelera. Facinus.est parenthesis. Soror.Ismene & Antigone. Debet sibi.in hoc obligatus est sibi q cæcus non potuit videre. Occurrat.vide patrem tuum:qui erroris sui voluit etiam pœnam sumere.quāto magis tu poteris iudicari dign⁹ oi supplicio qui sciēter cōmittis tantū scel⁹? Ne precor.arguit ab vtilitate.si patriā destruitis nō habebitis vbi regnare potitis. Perdis.destruis. Nullā.dum vis patriam esse tuam,illam vis esse nullam. Quin. immo peius:cū causa tua sit iusta & mereatur fauorem ab oībus,in hoc solo habent te odio q patriā armis oppugnas. Solum.terrā patriam. Adustas sternis.i.sternis & cōburis:vt illud Vergilianū,submersas obrue puppes. Edis.facis. Fugam.quia omnes fugiunt. Sic.sicut tu. Manente regno.incolumi statu patriæ. Vter.vel tu vel frater. Petes.inuades.interrogatiue ad reprehensionem. Poteris.es tam crudelis vt velis destruere muros Thebanos constructos ab Amphyone sono citharæ vt voluit Vergili.in buc.Iussit Tyrios accedere mōtes. Quassare.cōcutere. Moles.ingētia saxa. Nulla manus.ita ordinatur Ducens tardū on⁹. Nulla manus.quia sine opera manuum ędificata sunt illa mœnia sono citharę. Tardum.magnū & graue. Machina.instrumentum est quodcunq ad faciendum aliquid: vtputa ad trahendum sursum saxa.

DANIEL.

¶Redeant.Reuertantur. Nempe si.facit bellum vt te videam:quæ sola causa Thebas te compulit. Genas parentis.genæ palpebræ oculorum ab Ennio dicuntur.Pandite sopigenas & corde relinquite somnum. Genæ.
Rex sit e vobis.decernatur alia via q̄ armis sceptrum Thebanum.Frustra enim et temere bellum gesseritis pereunte causa belli.ergo sustinebitis illud opus demoliri.:quod suaui cantilena Amphyon architectatus Amphyō.
est:vt præclare meminit Papinius:& marte Horatius.Dictus & Amphyon Thebanæ conditor arcis Saxa mouere sono testudinis & prece blāda Ducere quo vellet.& in Hercule furente commemorauimus.Amphyon teste Plinio inuenit primus musicam. Hinc.mouet pathos ab ætate & sexu:vt suam tandem cum hujs confundens personam,firmam & pertinacem in filio iracundiam frangat.

ASCEN. ¶ Vt adulta &c. Trahet inquit: vt virgo Thebana adulta. i. iam viripotens, mista. i. immista seu immixta, gregi captiuo. i. seruorum & ancillarum, eat. i. Argos, munus. i. vt sit munus, nuribus. i. sponsis & puellis ac nouis nuptis Argolicis? An &. i. etiā, vincta. i. habens vinctas. i. ligatas, palmas. i. man⁹, datas post tergum, vehar mater. i. cum sim mater, praeda. i. spolium, triumphi fraterni. i. de fratre acti? Potesne videre laetus, ciues. s. tuos, datos passim exitio. i. exterminio? potes admouere moenibus charis, quia patrijs, hostem. s. antiquum? potes implere Thebas sanguine & flāma? Geris pectus tam ferum & durum & saeuum in iras? et. i. & tñ nōdū imperas. i. obtinuisti imperium. quid sceptra facient: quę. s. adepta nouos animos adferent? precor o fili, pone vesanos tumores. i. inflationes animi: & refer. i. restitue te pietati. Ad hoc Polynices: Referam ne me ita pietati: vt errem semp profugus? vt arcear. i. excludar patria: & hospes sequar opem. i. auxilium gentis alienae? qd paterer aliud si fefellissem. i. dolo rupissem, fidē. i. sanctam promissionem? vt fecerat Etheocles: si peierassem id est periuriū fecissem? dabo. i. sustinebo necesse est vt dē poenas fraudis alienę videlicet fraternae? At ille scilicet frater fraudulentus feret, scilicet regnum & sceptra: praemium id est mercedem scelerū? Tu iubes abire: obsequor id est pone vt obsequar: imperio matris: da id est dic aut assigna mihi sup. locum quo reuertar: nonne supple, frater habitet id est moram trahat & mansionem faciat, regia mea id est ad me pertinente, superba id est magnifice extructa: & casa parua abscondat me? da id est permitto vt des. per ironiam id dicit: hāc scilicet exiguam casam, repulso scilicet a regia sua, hoc est mihi: liceat pensare id est compensare regnum lare exiguo id est recipere pro regno exiguam domum: & ego datus cōiugi scilicet Argiae filiae Adrasti, donum id est muneri cui illudat & imperet, ferā dura arbitria id est mandata ex arbitrio facta thalami felicis id est potentis dominae: & ego lixa id est vilissimus exercitus aut culinae ministerr aquae ferendae & rebus elixandis addictus, sequar socerum, scilicet Adrastum dominantē scilicet mihi. Graue est cadere in seruitutem de regno. grauis & haec sentētia. Ad haec Iocasta. Si quaeris regna: nec man⁹ sup. tua, potest vacare id est vacua esse sceptro saeuo, id est quod saeuiendi multis causa fuit: quaelibet tell⁹ scilicet alia, dabit id est exhibebit tibi multa quae possint peti in toto orbe. Tmolus mons Ciliciae vitibus & croco clar⁹ attollit hinc id est ex vna parte iuga nota Baccho: quia vino nobili insignia. Qua, supple parte, spatia scilicet terrarum iacēt lata, terris frugiferis: & qua Pactolus flu. lydiae: trahens vada opulenta id est attrahens arenas aureas inundat id est oblimat & contegit inundando, rura scilicet vicia, auro. i. arenis aureis: nec id est & non, & Męandros qui & Męander flu. phrygiae flectit aquas errantes id est oblique currentes & multos sin⁹ facientes, aruis nō minus laetis id est frugiferis: & Hebrus flu. Thraciae rapidus secat id est intersecat cursu suo,

Vt adulta virgo mista captiuo gregi
Thebana nuribus munus argolicis eat?
An & ipsa palmas vincta post tergum datas
Mater triumphi praeda fraterni vehar?
Potes ne ciues laetus exitio datos
Videre passim? moenibus charis potes
Hostem admouere? sanguine & flāma potes
Implere Thebas? tam ferum & durum geris
Sęuumq; in iras pectus? & nondum imperas:
Quid sceptra facient? pone vesanos precor
Animi tumores: teq; pietati refer. Poly.
Vt profugus errem semper? vt patria arcear
Opemq; gentis hospes externę sequar?
Quid paterer aliud si fefellissem fidem?
Si peierassem? fraudis alienae dabo
Poenas? at ille prȩmium scelerum feret.
Iubes abire: matris imperio obsequor:
Da quo reuertar: regia frater mea
Habitet superba: parua me abscondat casa.
Hanc dat expulso: liceat exiguo lare
Pensare regnum: coniugi donum datus
Arbitria thalami dura felicis feram?
Humilisq; socerum lixa dominantem sequar?
In seruitutem cadere de regno graue est. Io.
Si regna quęris: nec potest sceptro manus
Vacare saeuo: multa quae possunt peti
In orbe toto: quaelibet tellus dabit.
Hinc nota Baccho Tmolus attollit iuga.
Qua laeta terris spatia frugiferis iacent.
Et qua trahens opulenta Pactolus vada
Inundat auro rura: nec laetis minus
Maeandros aruis flectit errantes aquas:
Rapidusq; campos fertilis Hebrus secat.
Hinc grata Cereri Gargara: & diues solum
Quod Xanthus ambit niuibus idęis tumens:
Hinc qua reliquit nomen: Ionii maris
Fauces Abydos: Sestosq; oppositę premunt,

Aut qua latus iam propior orienti dedit:
Tutamq; crebris portubus Lyciã videt:
Hęc regna ferro quære.in hos populos ferat
Socer arma fortis:has paret sceptro tuo
Tradatq; gentes.hoc adhuc regnũ puta
Tenere patrem.melius exilium est tibi
Q̃ reditus iste.crimine alieno exulas:
Tuo redibis.melius vsus viribus
Noua regna nullo scelere maculata appetes.

campos fertiles.i.feraces.Hinc.i ex alia parte sup.sunt aut patent,gargara loca frugifera in phrygia grata Cereri deę frugum:& solum diues id est opulẽtũ quod Xanthus flu. phrygię ambit.i.circumfluit,tumens.i.assurgens, niuibus idæis.i.in Ida solutis in aquam. hic .i.ex alia parte, Abydos & Sestos opposite.i. in diuersis litoribus positæ vrbes:claræ Leandri & Herus amoribus,premunt fauces maris Ionij ea sup.parte,qua reliquit nomẽ & dicit cœpit Hellesponticũ:Aut qua sup.pte:Xãthus propior orienti dedit iam latus,& videt Lyciam regionem tutam crebris portubus: in qua etiam Xãthus oppidum est: quere ferro hæc regna.s.dicta.Socer.s. Adrast⁹ ferat fortis.i.vt vir fortis arma in hos populos.s. nulla sibi affinitate coniunctos.paret.i.acquirat & tradat sceptro tuo has gentes:& puta.i.existima,patrem scilicet tuum œdipum,tenere adhuc hoc regnũ scilicet Thebanum.exilium est tibi melius q̃ iste.i.tam perniciosus,reditus.quia tu exulas crimine alieno.i.ꝓpter crimen fratris:& redibis scilicet in regiam,iam enim ante mœnia erat,tuo scilicet crimine:& tu vsus viribus appetes.i.inuades,melius.i.decentius,regna nullo scelere maculata.

¶ Duces.verbum est. Aequales.senes quemadmodum pater: quod indignum est. Coniugum.maritorum suorum. Sinu.complexu: per vim rapiantur ab amplexu virorum suorum. Adulta.iam nubilis qđ miserandum est: vt virgines mixtæ alijs captiuis ducantur ancillæ nuribus argolicis. An & ipsa. forte & ego capiar in hoc bello. Et vehar.id est educar captiua. Vinctas palmas.constructio est græca ponere participium præteriti cum accusatiuo:si esset nomen adiectiuũ esset synecdoche. Potes.quasi dicat sustines ne tãtum scelus? Admouere.appropinquare. Imperas.nundum regnas. Quid sceptra? quid faceres quãdo rex esses. Tumores.superbiam. Refer.reuertere ad pietatem. Vt profugus. respondet Polynices matri:monstrans causæ iniquitatem.dic mater quid æqui est: vt ipse qui nihil peccaui semper sim exul? & frater qui fefellit fidem regnet in patria? Si vis ꝙ discedam saltem demonstra locum vbi maneam. Habitet. indignatiue dicitur. Pensare.compensare,& permutare regnum cum vili casa. Donum.qui datus sum tan q̃ donum vxori,quia susceptus sum in domum eius. Feram.tolerabo. Arbitria.imperia & voluntatem vxoris felicis respectu sui quia ipsa est in domo propria. Dura.grauia. Thalami.vxoris. Lixa. tanq̃ mercenarius sequar socerum Adrastum:tanq̃ lixa:qui est qui opsonia in exercitu parat quem nos coquum appellamus. Si regna.respondet Iocasta mater.ꝙ si habes tantam voluntatem regnandi:iuuante Adrasto poteris tibi comparare regnum.& enumerat aliqua loca opulentissima contra quę poterit gerere bellum. Vacare. carere.cum datiuo intentum esse:cum ablatiuo cum prępositione ab cessare:cum ablatiuo tantum carere. Peti.inuadi. Hinc.ex vna parte potes ire in prouinciam Lydiam quæ est in Asia:vbi est mons Tmolus:ibi est maxima copia vini:vnde Tmol⁹ fertilis Baccho. Iuga.colles. Qua parte lata spatia.ibi planities ampla & fructifera. Et qua.& ibi in Lydia est Pactolus qui ducit arenas aureas. Męandros.fluuius de quo dixim⁹ in hercule furente. Aquas errantes.quia non habet rectum cursum:sed tortuose fluit. Lætis.fertilibus. BERN. Vaco.

Hebrus.fluuius Thracum celeberrimus: qui Aristotelis testimonio lib.ij.meteororum ex monte Pindo nascitur.Seruius vero ex Oeagrio fluuio patre Orphei, qui etiam ex eodem monte Pindo nascitur, profluere dixit.qđ Vergili.tetigisse videtur libro Gęorgicorum quarto cum ait.Oegarius Hebrus& quia Odrisij montis niues eum plurimum augent, frigidissimum etiam reddunt:quia dicit Verg.in Gallo.Si amore ęstuantes frigoribus medijs Hebrumq; bibamus:nos tunc quoq; refrigerari non posse:fuitq; illo proiectum Orphei caput & Lyra. Rapidus.i.velox. Secat.diuidit. Gargara.cacumina sunt montis Idæ.quia de illis loquit̃ Vergilius.Lucus in arce fuit summa. Cereri.vbi est magna copia frumenti. Xanthus.fluuius est Troianus vt Vergilius libro quinto.Hectoreos amnes Xãthum ac Simoenta videbo. Diues solum. pinguem terram.

Niuibus Idæis.Ida mons est & sylua Troianorum in Phrygia quã Homerus libro octauo Iliados,ferarum parentem dixit:& locum contingere qđ gargarum vocant.Vnde etiam Scamander & Simois flumina maiora fama q̃ natura defluunt:vt scripsit Põponius libro.j.Est etiã eodẽ nomine mons alius in Creta dicẽte Ouidio lib.fastorum quinto.Et Creta nobilis ida.Vergilius similiter libro Aeneidos tertio inquit.Mons Idæus vbi.vnde quæ ab ida formantur per æ diphthongum scribuntur:vt Idæus. Fauces Abydos. hellespõticũ mare.Abydus ciuitas est Hellesponti ex latere Asiatico.de qua Verg.li.gęor.primo.Ostriferi fauces.tẽtantur Abydi.& directe ex opposito ad Sestũ deposita iacet. Premunt.initant: vbi mare Hellespõticum strictũ est ab vno latere Abydos in alio Sestos ciuitas:per medium sunt fauces illius maris Hellespõtij. Qua lat⁹.mare Ionium qđ latium dicitur ab Ionia vsq; Siciliam:& eius partes esse volunt Adriaticum, Arcadicũq;, & Epiroticũ. Propior.vicinior.s.terra. Latus. quo extenditur Lyciam.prouinciam Asiæ. Tutam.securam propter multos portus. Hæc regna.in his locis potens tibi parare regnum exercitu tuo. Socer. Adrastus. Ida. Abydos.

Patrem.œdipum.crede adhuc istud regnum esse sub patre tuo quem non debes infestare. Reditus iste. talis cum exercitu & scelere. Alieno crimie.perfidia fratris Etheoclis. Tuo.quia destrues patriam tuam:ideo melius est ꝙ tu vadas ad noua regna.

¶ Vt ꝓfug⁹. Suę causę nimiũ blãdit̃ Polynices mr̃is suasũ ĩrouertẽs a pietate ad fugã & exiliũ sui:nã mr̃ libẽtissime redeũtẽ Polynicem videbat:qñ diuturniorẽ eius absentiã sæpius sit cõquesta.Nũc vero precabatur:armis positis vt recõciliaretur fratri:a quo si regnũ Thebanũ impetrare nõ posset,alibi facile inueniret. Pẽsare regnũ.hãc repulsã mihi finge datã:iã ã liceat permutare. Pẽsare,est cõpẽsare:vt campsores solent.Modestin⁹ DAN.

ait cōpēsatio est debiti & crediti iter se cōtributio. trahit autē a pēso: qd teste Marcello significat ęquatū: eo q a negociatiōe sūt q pēdūt. Donū ego cōiugi dat^9. donū cōiugis exul marit^9. nō ero iferior vxore si regnabo. nō cōuenīūt cōiuges vbi vxor marito est superior. hinc Epigrāmatic^9 vates. Inferior matrōa suo sit Prisce marito: Nō aliter fiunt fœmina virq pares. Lixa. veteres dixerūt aquā lixā. inde elixum qdquid aqua mollit. hic lixa q aut lauādi aut coquēdi cā exercitū seqt. Marcell^9 scribit. cui^9 auctoritas apd me pluris est q Amalthea capra. De regno cadere in seruitutē graue ē. hic illd Euripidic^9 Polynices ait. null^9 gñosus paup. μ ευγενης αρ Δευει νεμα ανηρ. & Phalaris scribēs ad Demotelē, hāc aureā sentētiā pponit oib^9 tyrānis vt se sustineāt i regno ne cadāt. ωσπερ γαρ ιδιωτην τον τυραννον πολλω λυσιτελεστερον εστι τον μη τυραννησαι ουτω τυραννον τυραννευσασθαι τον μη καταθεσθαι την τυραννιδος αρχην.

Tmolus. Tmolus attollit iuga. Tmolus nunq assumit i. inter t. & m. vt apd Strabonis græcū codicē & Eustathiū semp legimus. est autē mons Ciliciæ croco fertilis & vino. Mutianus auctor est testante Plinio hoies centū quinquaginta annos viuere in cacumine huius mōtis.

Zanthus. Zāthus fluuius flauus in Phrygia. cui^9 aqua testimonio Plinij potantiū pecudū lanam efficit flauā. etenī ξανθος dicitur flauus. Sophocles in electra. εκ τοσε ξανθοιο ξανθαισι πωλοις & cætera.

ASCEN. ¶ Quin, id est & insuper, ipse frater scilicet Etheocles, comitatus id est vt comes sequens arma tua, militabit tibi id ē ad bonum tuum. vade & gere id bellum in quo pater & mater possint fauere tibi pugnanti: regna cum scelere id est quib^9 annexum est scelus sunt grauiora id est molestiora, oib^9 exilijs. Nūc. s. vt maxime regnare hic poscas, propone scilicet animo tuo, mala belli id est quæ in gerendo bello sunt: primum, dubias vices id est vicissitudines & aleas, martis id est belli incerti: licet trahas tecum omne robur græciæ: alij habent regię id est cuiuslibet regni: & licet miles. s. tuus explicet id est extendat arma, lōge ac late: fortuna belli semper est in loco ancipiti id est dubio: quia pauciores sæpe vicerunt: belli dico quodcunq Mars decernit id est armis decipit: ipse exæquat id est quantum ad aleam victoriæ, æquales facit, duos licet impares viribus: quia gladius id est genus armorū & spes quæ animos dat: & met^9 q adimit eos: & sors id ē dei donū, aut sors id est fortūa cæca, versat id est ad libitum tractat & voluit eos. Scelus incertum: quia siue victor siue victus euaseris, scelus commiseris ob animum nocēdi: petit præmium incertum: quia regnum cum quo etiam vitam amittere potes. fac id est pone, deos omnes fauisse votis tuis: ciues cessere: & auersi scilicet a facie tua, petiere fugā hoc est si quod maxime optas viceris quid aliud consecutus fueris. q contumeliam ciuium tuorum: quorum gloriam libentius videre debeas: miles scilicet fratris tui, qui tibi ciuis est, iacens scilicet prostratus clade funesta obtexit. s. corpore suo agros: licet id ē permittit tibi, sup. vt exultes: & vt victor geras spolia fratris deiecti: palma id est ramus honestæ victoriæ qui vincentib^9 datur, est frangenda id est non integra donanda tibi: quia non obtinueris victoriam honestam. Quale putas id est existimas id bellum i quo victor admittit nefas execrādum id est execratione dignū si gaudet scilicet de victoria? Cum tu viceris hūc scilicet Etheoclem fratrem tuum, quem tu infelix, quia ideo infelix q cupis vincere, lugebis. Age adhortandi vox, quasi dicat igitur omitte aut dimitte pugnas infaustas: quarum finis non potest esse non tristis: libera patriam scilicet tuam, metu scilicet euersionis: libera parentes luctu: ne metue id est noli timere: vt frater nefandus scilicet Etheocles (vtroq modo recte dixeris ne metuas vt ferat & ne ferat) nullas ferat id est patiatur pœnas: ipse soluet pœnas, & quidem graues: quia regna-

Quin ipse frater arma comitatus tua
Tibi militabit: vade: & id bellum gere
In quo pater materq pugnanti tibi
Fauere possint: regna cum scelere omnibus
Sunt exilijs grauiora. nunc belli mala
Propone: dubias martis incerti vices.
Licet omne tecum græciæ robur trahas:
Licet arma longe miles: ac late explicet:
Fortuna belli semper ancipiti in loco est:
Quodcunq Mars decernit: exequat duos
Licet impares sint: gladius: & spes: & metus
Sors cæca versat. premium incertum petit
Certum scelus. fauisse fac votis deos
Omnes tuis: cessere: & auersi fugam
Petiere ciues: clade funesta iacens
Obtexit agros miles: exultes licet:
Victorq fratris spolia deiecti geras:
Frangenda palma est. quale tu id bellū putas:
In quo execrandum victor admittit nefas
Si gaudet? hunc quem vincere infelix cupis:
Cum viceris lugebis. infaustas age
Dimitte pugnas: libera patriam metu:
Luctu parentes: sceleris & fraudis suæ
Pœnas nefandus frater vt nullas ferat
Ne metue: pœnas soluet: & quidem graues;
Regnabit: hæc est pœna. si dubitas: auo
Patriq crede. Cadmus hoc dicet tibi
Cadmiq proles: sceptra Thebarum fuit
Impune nulli gerere: nec quisq fide

Rupta tenebat illa:iam numeres licet
Fratrem inter istos.Po.numero:& ē tāti mihi
Cum regibus iacere.Io.te turbę exulum
Ascribo:regna dūmodo inuisus tuis. Po.
Regnare non vult:esse qui inuisus timet.
Simul ista mundi conditor posuit deus:
Odium:atq; regnū:regis & magni reor
Odia ista premere:multa dominantē vetat
Amor suorum:plus in iratos licet.
Qui vult amari languida regnet manu. Io.
Iniqua nunq̄ imperia retinentur diu.
Pręcepta melius imperii reges dabunt.
Exilia tu dispone.Po.pro regno velim
Patriam:penates:coniugem flammis dare.
Imperia pretio quolibet constant bene.

Finis deest.

bit:hęc poena est.s.regnare: quod annexam poenam habet.si dubitas an regnare in poenam detur:crede auo.s.Laio,& patri.s.Oedipo:quia auus ob regnum interfect⁹, pater cęcatus est.Cadm⁹ qui infeliciter perijt, & proles Cadmi,e qua plurimi infortunati fuerūt, dicat tibi hoc.s.regnare poenā esse:quia gerere sceptra thebarū.i.thebana, nunq̄ fuit vlli impune.i.sine punitiōe:nec quisq̄ tenebat illa.s.sceptra diu aut impune:fide rupta.i.q fidē ruperit.licet.i.licitū est sup. vt numeres iā fratrē.s. Etheoclem,inter istos.s. q fidem ruperunt.Respondet Polynices:Numero scilicet fratrē inter illos:& est.i.æstimat̄ mihi tāti,iacere cū regibus.i.tanti æstimo dignitatē regiā: vt parui faciam occidi dum rex cadā. Iocasta aūt vidēs eū obstinato aio petere regnū dicit.Ego ascribo te turbę exulum.i.habeo pro exule :regna.i. permitto vt regnes: dummodo sup.regnes inuisus tuis.s.subditis.Ad qđ Polynices tyrānico animo : Qui timet esse inuisus non vult regnare.De⁹conditor mundi(magna fidei in Aethnico professio)posuit ista.s. duo simul.i. vt alteꝝ nō sit sine altero.s. odium atq; regnum. reor regis,&.i.etiam magni sup.esse: premere.i. deprimere ista odia.s.subditorum: dominantē i.eū q dominat̄ & regnat,amor suorū.i. quē habet in subditos suos,vetat sup.facere multa. licet.i.pmissum ē sup.sęuire aut facere,pl⁹ in iratos.i. eos qui irascūtur q̄ domineris. Is qui vult amari.s.a subditis suis,regnet sup.necesse est,manu languida.i.minime imperiosa. Ad quod Iocasta.Imperia iniqua nunq̄ retinentur diu.Reges.i.ij q regnant sine cōtrouersia,dabunt melius pręcepta imperij.i.quomodo imperandū & regnandū sit:tu dispone exilia.i.qualiter exilia q̄ nobis ferēda sint. Polynices autem perseuerans in ambitione & cupiditate regnādi dicit:ego velim dare flammis.i.comburere,patriā,penates,cōiugē,pro regno.i. vt possim regnare.imperia constant.i.cōparant̄ & emunt̄ bene.i. vili, quolibet.i. q̄tūuis magno p̄tio:q̄ corrupti iudicij est sentētia:sed tyranno digna. Hęc aūt scęna finis est eorū q̄ extāt nō q̄ esse debeant huius tragoediæ.

¶Quin. Frater tuus etiā dabit tibi auxilium. Comitat⁹.sequēs arma tua militabit tecū. Regna cū scelere. notabilis est sententia:melius est exulare sine scelere:q̄ tenere oia regna cū culpa & crimine. Grauiora nūc belli.facit aliam suasionē,ppter dubiū euentū belli:quia credis vincere,forte perdes. Dices habeo plures gentes:sed hoc non facit victoriam:quia vt testat̄ Marcus Tullius multoties vidim⁹ingētes copias superari parua manu.Pręterea animaduertere si habeas deos fauentes. Tamē nō erit honesta victoria:nec vnq̄ lętaberis. BERN.

Mars.deus belli qui semp dubius est. Impares q̄uis vna pars sit fortior altera. Exæquat.æquales facit. Cæca.fortuna q̄ nō potest cognosci,vel q̄ nullum cognoscit:nā malis non merentibus premiū donat:& bn̄ merētes relinquit. Fac fauisse.ponamus p casum q̄ viceris & habeas deos fauētes. Cessere. Dedere locū. Et auersi.fugientes in aliā partē. Frangenda. diminuenda:quia nō habebis lętitiā perfectā. Admittit. facit. Infelix.nūc exul. Lugebis.ecce non poteris gaudere:nā interfecto fratre postea lugebis victoriā tuam. Infaustas.infelices. Parentes.scilicet tuos ne habeant causam lugendi. Ne metue.dixerat Polynices: ergo mater vis vt Etheocles nullas habeat poenas malorum suorum?respondet Iocasta illum satis habiturū supplicij:nam malis regibus & præsertim qui regnant Thebis regnum est poena.quod testatur Cicero in officijs commemorans supplicia Dionysij Syracusani & aliorum tyrannorum . hoc si non credis cape exemplum aui tui Laij & patris Oedipi:si non credis istis dicet tibi Cadmus conditor Thebarum qui mutatus est in serpentem:& eius filij & nepotes. Gerere sceptra.nullus vnq̄ potuit regnare Thebis qui non passus sit multa mala. Nec quisq̄.aggrauat rem faciens argumentum a maiori ad minus.maiores habebant regnum iuste & affecti sunt malis:quomodo facient qui regnabunt cum scelere? Illa. scilicet sceptra. Rupta fide. vt Etheocles. Istos. qui regnauerunt Thebis.iam incipit esse miser. Numero.scilicet fratrem inter istos. Et est tanti.tantæ æstimationis: vt vellem esse rex & mori,& dare poenas vt dederunt illi. Turbę. Iocasta videns filium obstinatum,respondet indignata dicens.Non habeo te pro filio: sed in numero exulum. Ascribo.adiungo. Regna.habeas regnum dummodo habeas odium tuorum. Regnare.respondet Polynices hoc nō curo mater:qui timent odium non volunt regnare.dictum est tyrānice. Regis.ille qui comprimit odia ,& illos q habēt ipm odio,hic verus est rex. Multa.immo melius est haberi odio a suis q̄ amari: nam multoties propter amorem suorum prohibet̄ rex facere multa quæ vellet crudeliter in suos subditos iratos sibi. Qui vult. is q amari quærit timid⁹est,nec audet punire suos. Languida.timida. Inuisa. Iocasta respondet q̄ qui timetur a suis nō potest diu regnare. vt testatur Cicero, Malus custos est diuturnitatis metus.& si dices contrarium, respondebo q̄ est standum peritis in arte:q regnauerūt sciunt narrare condi

tiones regni: sed tu nõ regnasti: vñ eas nõ bñ nouisti: melius diceres de statu exulũ quia exulasti. Dispone. guberna. Pro regno. Polynices dicit filioa, patriã, vxorẽ, & deos posse cõburere dũmodo regnare possit. Quolibet pretio. cõstiterit quãti velit regnũ, dũ regno est bonũ pretiũ. & ita ista fabula remanet imp̄fecta: nõ est quintus actus nec chori interpositi.

DANI. ¶ Dubias martis icerti vices Nitiť Iocasta artificiose Polynicẽ ab armia cũ fratre cõferẽdis deterrere: primo ab ancipiti belli ip̄ius exitu: ab imutata deorũ volũtate: demũ ab infelici & nephãda victoria: quã nõ de igno to sed de fratre retulerit. q̃ eñ gloria esse potest vbi peior restet victoris q̃ victi cõditio? κουκ κωμεικηφελ ερεορτι φερειν. Pœnas equidẽ. aut Polynicẽ plꝰ amat q̃ Etheoclẽ Iocasta: aut nouo modo terrorẽ terrore p̄pellit: neq; est consentaneũ vt q̃ velit filioa esse concordes, ea ominetť alteri malũ vt alter sit sospes. ergo istud cõminisciť vt efferuescẽtem iram Polynicis mitiget, nõ vt ita velit q̃ narrat de Etheocle. quibꝰ tñ minis a dira regnandi cupidine non absterreť. Imperia pretio quolibet constant bene.

Tragœdię quę inscribitur Hippolytus
Argumentum Benedicti Philologi.

BERN. 

Ippolytũ Thesei & Antiopę Amazonũ regię vel Hippolytę filiũ scribũt q̃dã, iter quos Euripides, ob id cęlibem egisse vitã: studiumq; venatiõis ardẽti desyderio p̄secutũ: atq; intractabili animo omne fœmineũ genus exhorruisse: qm̃ plurimũ a Diana diligebať: & in eius custodia erat. Cuius pulcherrimi ac pudici adulescẽtis amore Phędra eiꝰ nouerca misere æstuãs, illũ in dies acriorībꝰ stimulis cõcitata, in turpẽ suã & monstruosam libidinem deflectere nitebať: nullũ suadẽs priuigni nouercæq; cõcubitꝰ inesse crimen: p̄terea ex absentia Thesei cõmoditatẽ fore: q cũ Helenã rapuisset, vna cũ amicissimo Pirithoo Lapitharũ rege ad inferos pro rapienda Proserpina descenderat. Nam hi cõiurarãt nullã nisi Iouis filiam ducturos esse vxorẽ. Sed Pirithoo aliter ac statuerat euenit: siquidem a Cerbero deuoratꝰ. Theseus vero in vinculis detentus: donec Herculis beneficio liberatus est. Cuius turpi mulieris libidini, quũ obtemperare castissimus adulescens noluisset: amore in odiũ cõuerso, redeũti Theseo ab inferis Hippolytũ accusauit: tanq̃ ipse eã interpellasset. Quãobrẽ Theseus furore percitus, filiũ interimere cogitauit: quod Hippolytꝰ cognoscens conscenso curru fugã arripuit. Sed quum Theseua illum consequi non posset: Aegeum patrem marinũ deum orauit: vt ex tribus optatis, hoc postremũ sibi concederetur: vt periret Hippolytus. quare immisit Phocas Aegeus: quibus exterriti equi, currũ contemptis habenis, per scopulos, perq; inuia saxa tanto impetu raptarunt: vt cõpagibꝰ dissolutis infelicẽ iuuenẽ loris implicitũ mẽbratim discerpserint. proptereaq; ei Hippolyti nomen inditũ est: q ab equis laniatꝰ fuerit: nã hippos equũ: lyo dissoluo significat. Ob cuius interitũ Phędra phanatico furore concita: sup Hippolyti cadauer scelus suum detestans, seipsam peremit. Diuiditur in quinq; actus. In prima venationis apparatus: atq; mores Hippolyti: & nouercę describunť. Secundus falsi criminis in Hippolytũ narrationẽ explicat: sed prius Hippolyti, animus in Phædram per nutricẽ exponitur. In tertio Thesei reditus ab inferis, & mala q̃ ibi passus sit per quatuor annos referuntur: necnon horrendi facinoris immanitate consternatus Theseus: Aegeum patrem orat: vt cruenta morte pereat Hippolytus. In quarto Hippolyti interitus per nuntium Theseo & Phædræ enarratur. In quinto Phędra sup Hippolyti corpus scelera sua detegens, in ensem infeliciter incubuit.

Hippolytꝰ vnde dictꝰ. Fabulæ diuisio.

Argumentum per. G. Bernardinum Marmitam.



Te vmbrosas. Hæc tragœdia q̃ inscribiť Hippolytus inter alias sententija grauibꝰ, verbis excultis ornata erit. Argumentũ est eiusmodi, Hippolytꝰ Thesei & Hippolytę Amazonis vel Antiopæ: vt isticvult poeta filius fuit. qui dũ cælibẽ ducens vitam sese venatu exerceret: & cõstanti aio sperneret mulieres: a Phædra nouerca absente patre amatus est: cuiꝰ turpi desyderio, cũ obtemperare noluisset: redeunte patre adulterij ei crimen nouerca obiecit. Quãobrẽ Theseus in furorem versus de filij nece cogitauit. quod metuens Hippolytus conscenso curru fugam arripuit. Verũ dũ Phocę, quę tum forte in litus exierant equorum ac rotarũ strepitu perterritæ sese in mare repente p̄cipitassent: exterriti equi currũ contẽptis habenis per scopulos ac saxa traxere tanto impetu: vt compagibus dissolutis infelicẽ iuuenẽ loris implicitum discerpserint. Vñ Phędra tacta dolore interemit se: & Theseus postea pœnitẽtia ductus multũ fleuit. Diuiditur argumentum in quinq; actus. In primo describunť mores Hippolyti & Phædrę. Nam Hippolytus introduciť qui castus erat & remotus a mulieribus intentus venationi: vnde sibi parãs venationem, disponit socios & canes ad venandum. In secundo actu ponitur attentatio stupri a Phædra. In tertio reuersio Thesei ab inferis cum accusatione Phędræ. In quarto nuntius de morte Hippolyti. In quinto mors Phędrę: & dolor Thesei. Versus est anapęsticus & Pindaricus. vt vidimus in Hercule ferente, recipit spondęũ & dactylũ: quia sunt æquales in temporibus.

Actuum diuisio.

Argumentum per Danielem Caietanum.

Te &c. Euripides in Hippolyto inducit Venerẽ inuidia & odio graui excãdescẽtẽ cõtra Hippolytũ quã nolit amare. ο γαρ μ εθησεωσ παισ αμαζονοσ τοκοσ λεγει κακισιν &c. hic aliũ ordinẽ secutꝰ ẽ Anneus Seneca vnꝰ inter latinos & poematis tragici grauitate & eloq̃ntia nequaq̃ cõtẽnendus. q cũ in alija Tragœdijs tũ maxime in hac vna mirabilẽ se p̄ręstat: in q̃ figurarum varietate: verborum pondere, sentẽtiarum acumine, totã materiã ita excoluit: adornauit: vt nihil ex arte p̄termiserit qd̃ ad artificiosam cõpositionẽ pertineat. Quis pudor, quæ audacia, quæ impietas, in filio pudico? in p̄caci nouerca? in credulo patre? Age quãto artificio istiusmodi personarũ affectus expressit? q̃ dissimili varioq; cõtextu hęc oia p̄secu-

tus est: vt omniũ tragœdorũ cõcsiliũ in huius opis scriptionẽ coactũ fuisse videaẽ: Hęc igiẽ fabula cuius titul⁹ Hippolytus in quinq; actus dispti: primo venatiõis apparatũ p Hippolytũ: mox Phędrę criminis cõfessio nẽ ad nutricẽ: & nutricis cõsiliũ: unde innocẽtis Hippolyti calũniosam declarationem ad Thesea patrẽ. postea immeritae mortis nũtiũ. postremo Thesei lamẽtatiões amaras sup filij innocẽtia & miserãdũ obi cœnę nouer cę exitũ cõplectiẽ. Theseus cõposito fœdere cũ Amazonibus iuxta phanum qđ vocãt Orcomosion duxit Hippolytã i delitijs spectabili forma: ex qua Hippolytũ habuit filiũ integerrimi atq; politissimi corpis adolescentẽ, forma matri nõ degenerẽ. Ex Antiope eñ suscepit Demophoõtẽ: vt tradit Pĩdarus Theban⁹. Hippolyta autẽ vita functa, Phaedrã in vxorẽ sumpsit infelicissimis auspicijs: q̃ i obscœnos ac nefarios amores formosissimi Hippolyti collapsa est: cuius forma adeo exarsit: adeo ęstuauit: vt negligẽti scel⁹ Hippolyto suspectas adulterij insidias stricti ensis expositione obtulerit. distractus itaq; insons adolescẽs equis furibũdis creduli parentis pœnas luit. caeterũ Aesculapij ops & Dianę auxilio reformatus in secretis deę sedib⁹ reconditus est: vbi ignobilis vixit Virbius vocitatus. custodiuit Nemus Aegerię Nymphę Aricinae qđ est iuxta Velitras. xx. mil. passu. distans ab vrbe Roma. cautũ postea ne equi subirent illud Nemus. Phaedra laqueo se suspendit poenitentia facti. pater Theseus in amarissimos conquestus solutus est. Sed iam declaratiõis sumatur exordium.

Actuum distinctio.

Tragœdię interlocutores.

HIPPOLYTVS. PHEDRA. NVTRIX. CHORVS. THESEVS. NVNTIVS.

Actus Primus.

Anapęstici seu Pindarici.

HIPPOLYTVS solus.



Te vmbrosas cingite
syluas:
Summaq; mõtis iuga
Cecropii
Celeri planta lustrate
vagi:
Quae saxa solo Carpaneto
Subiecta iacent: quaeq; Triasiis
Vallibus amnis rapida currens
Verberat vnda scandite colles
Semper canos niue rhiphea.
Hac hac alii: qua nemus alta
Texitur alno: qua prata iacent:
Qua rorifera mulcens aura
Zephyrus vernas euocat hęrbas:
Vbi Melanes super equales
Labitur agros piger: & steriles
Amne maligno radit arenas.

ASCEN.



Te. &c. Hippolytus venandi studio dedit⁹, ob qđ & castitatis amorem Dianae placuit, inuitat domesticos & familiares suos in hoc primo actu ad venationem dicens. Ite, cigite. i. circundate canibus & retibus, syluas vmbrosas: & summa iuga. i. cacumina, montis Cecropij. i. Attici a Cecrope rege denominati. Vos vagi. i. discurrentes, lustrate. i. inuestigate, planta. i. pede celeri, saxa q̃ iacẽt subiecta solo carpareto quod in Attica est: quaeq; id ẽ & quae. s. saxa, amnis currens vallibus Triasija: nam Triasius campus Straboni iuxta Eleusina est: verberat vnda rapida. Scandite colles sẽp canos: niue rhiphaea. i. ad nos missa flantibus ventis a Riphęis mõtibus. Hac hac sup. eant aut scandant, alij scilicet venatores: qua nemus texitur alno arbore palustri & quę in aquis diu durat: alta, quia diu nõ caesa: qua prata iacent id ẽ in plano sunt: & q̃ Zephyrus. i. Fauonius ventus mulcens scilicet serem, aura rorifera quia in vere p̃cipue flat, euocat. s. e terra, herbas vernas: & vbi Melanes flu. Atticę, labitur sup agros ęquales id est planos: & piger radit. i. leuiter attingit arenas steriles, amne maligno. i. non satis magno vt irriget eas.

BERN.

Cecropij Atheniẽses a Cecrope rege. hos inuitat ad venãdũ. Summa iuga. Iuga altiores colles: interdũ dicunẽ trãstra nauiũ: interdũ quo iunguntẽ boues. Vagi. dispersi: vel errantes. Lustrate. circumite. inde dicuntur lustrationes vrbis. Plãta, pede. Qua. s. parte. Carpaneto. locus in agro Attico.

Iuga.

Niue Rhiphęa. mõtes sũt Rhiphei in Scythia a perpetuo flatu ventorũ dicti: nam Rhiphęo grece diciẽ qđ apud nos flo. Vir. iij. Ge. Gens effrena virũ Rhiphęo tũdiẽ Euro. ascẽdite montes in quibus est nix ducta p vẽtos Rhiphęos. Hac hac. p aliã partẽ. Aln⁹. arboris spẽs. Texit. densaẽ. Iacẽt. dicunẽ loca plana iacere: sicut mõtes surgere. Zephyrus. vent⁹ tepid⁹ spirãs in vere: q laxat & aperit terrã. latine Fauonius dicitur. Maeãder. fluuius de quo supra diximus: alius est teste Solino q Cariã diuidit. hic est in agro Atheniensi. Et sterilis alter aũt abundans: & pingues terras habet. Aequales. planitie cãporũ. Piger. quia p planitiẽ labiẽ. Amne maligno. non copioso, paucis aquis.

Iacere.

Surgere.

DANI.

Ite. Hortaẽ Hippolyt⁹ ministros & socios ad venationẽ. Scribiẽ ãt hoc carmẽ metro pĩdarico, dimetro, anapaestico. Venatio primũ fuit instituta a Thebanis: mox trãslata in Phrygas. ppterea fuerũt ioca Laconib⁹ & Atheniẽsib⁹: q grauiora semp studia sectati sunt. Ferunt Albanos ad venãdũ canes habere leonib⁹ fortiores horũ canũ pgenitores ex Italia in Asiã traiecit prim⁹ Hercules. Aucupij inuẽtor. fuit Vlyxes: q armatas aues attulit grecię. Est itaq; venatio & aucupiũ nõ vsq;quaq; culpabile: modo pro tempore & loco id fiat.

Venatio

Aucupiũ.

Vos qua Marathon tramite lęuo
Saltus aperit: qua comitatę
Gregibus paruis nocturna petunt
Pabula foetæ: vos qua tepidis
Subditus austris frigora mollit
Durus Acarnas. alius rupem
Dulcis Hymetti. paruas alius
Calcet Aphidnas. pars illa diu
Vacat immunis: qua curuati
Littora ponti Sunion vrget.
Si quem tangit gloria syluę:
Vocat hunc Phillipis. hic versatur
Metus agricolis vulnere multo
Iam notus aper. at vos laxas
Canibus tacitis mittite habenas:
Teneant acres lora molossos:
Et pugnaces tendant Cressę
Fortia trito vincula collo.
At spartanos (genus est audax
Auidumq; ferę) nodo cautus
Propiore liga. veniet tempus
Cum latratu caua saxa sonent:
Nunc dimissi nare sagaci
Captent auras: lustraq; presso
Quęrant rostro. dum dux dubia est:
Dũ signa pedũ rosida tellus impressa tenet:
Alius raras ceruice graui portare plagas:
Alius teretes properet laqueos. picta rubenti
Linea pinna vano claudat terrore feras.
Tibi libretur missile telum. tu graue dextra
Lęuaq; simul robur lato dirige ferro:
Tu pręcipites clamore feras subsessor ages.
Tu iam victor curuo solues viscera cultro.

¶ Regna tria. Iouis, Plutonis, & Neptuni. In hoc. ad hoc solum sum reuersus. In cælum. ad superos. & loquit respectu inferorum quib' nos sum' superi. Cælebs. priuatus vxore. Orbus. carens filio. Prolis. filij. Thalami. vxoris. Donator. vt diximus Hercules liberauit Theseum ab inferis: vnde rogat eum vt iterū restituat ipsum ad inferos. Atræ. obscuræ, propter calamitates. Tuum munus. s. me. Diti. Plutoni. Manes. inferos. Mortē. nūc inuoco mortē quā habebā in inferno. Insolita. q feci mori filiū morte noua. Efferar. sepeliar: more antiquo qui cadauera efferebāt. Nunc. sicut fecit Phædra. Irroga. da. Pin'. moriar poena dura non ea quam solebat dare Scinis latro trāseuntibus qui incuruabat duas arbores: in altera ligabat caput in altera pedes miseri hominis: postea surgētes dilacerabant corpus. eo modo nolo ligari sed grauius supplicium quæro. Coacto vertice. cacumine arboris inflexo. Remissum. reuertentem sursum. Trabes. arbores. Scyron latro prope Corinthum: qui transeuntes cogebat fame: postea ex rupe iubebat pedes sibi osculari vnde illos præcipitabat. hic locus vt vidimus appellata sunt saxa Scyronia. Grauiora vidi. fui apud inferos & grauiores poenas. Phlegethon. fluuius inferni trahens vndas igneas. Vado igneo. aquis igneis. Maneat. expectet. Ceditevmbræ. vertit se specialiter ad quasdam animas damnatas vt dent sibi locum: & succedat poenis illarū. Labor perennis. perpetuus. Senis Aeolij. id est Sisiphi filij Aeoli: qui apud inferos hac poena afficitur: vt grande saxum supra montem portare coactus cum ad apicem deduxerit continuo ad ima relabatur. vt Ouidius decimotertio metamor. Aut petis, aut vrges rediturum Sisiphe saxum. Degrauet. nō ampli' grauet. Me ludat amnis. fluuius in quo est Tātalus. de cui' poena dixim' sæpius. Vultur. similiter hæc historia narrata est in Hercule furente. Pater Pirithoi. scilicet Ixion: cuius historia nota est superius. Rota nunq̄ resistens. incitatis turbinibus ferat mea membra. Chaos. sicut dixit Hesiodus, fuit confusio elementorum: & dicitur esse apud inferos. Iustior. quia alias iui non iusta causa sed ad raptum Proserpinæ: nūc autem vt sequar filium. Ne metue. Pluto noli timere: nō venio ad rapinam. Casti. non incesti: vt feci alias. Proni. faciles. & est dictum ex indignatione. Theseu. chorus exhortatur Theseum ad sedādum lachrymas & sepeliendum filium suum: nam plorandi tempus satis habebis. Iusta. exequias. Effero. valde crudeli. Foede. sanguinolenter. Huc huc. iubet membra cadaueris portari. Temere. sine vllo ordine: nā membra illius non erāt ordinata locis suis. Parens. vt non essem solus ad hoc malum inuocaui patrem Neptunum vt mitteret monstrum: & ita feci eum quoq; peccare. Semel. non semel sed bis. s. in filium & patrem. O triste. q̄ mala est orbitas priuatio filiorum in sene: iuuenis amittens filium sperat recupare alium: quę spes non est in sene. Fractis. senilibus. Est super. superest & restat. Foue. contine amplexu. BERN. Scinis. Scyron Sisiphus. Ixion.

¶ Et tu mei requiesce. Seneca dissentit Homero qui canit in β. Iliados. & Vergilius in sexto ęneidos fuisse Pirothoum filium Iouis. Homer' in. ε. Iliados sic. ου δ'ο πο τηρασαμην ιξιονιο αλοχοιο ητε κε πειριθοου θεοφιν μησωρ αταλαντον. & Thesea Pirithoumq;: q̄ q̄ dijs geniti. Propertius sentit cum Seneca. Theseus infernis: superis testatur Achilles: Hic Ixioniden: illa Menæciaden. Iusta. compone lacerum corpus gnati: & fac parētationem. Iusta pro defunctis fiunt: q' pium sit & iustum manibus propitiari: & q̄ citissime fieri id potest si fiat centum annos non vagantur: idcirco ocyus dixit absconde. Temere congestos. carnem mei pignoris in frusta consectam & conglobatam huc ad me ferte. O triste fractis. miserrima senectus cui nō adest adminiculo filius. grauissimi doloris est in senibus iactura liberorum. idcirco Agrigentinus Tyrannus commiseratus senectam patris Mecœnatis quem potuisset sæpius occidere ob iniurias multas noluit ne dolore orbitatis afficeret senem πυνθανομενος δε επι εικοστον γεροντα ειη και μηδε ετερους αυτω γεγονεναι παιδας. εκεινον λευελεω. ου δε και τοι παρυλικα ανθρασιν ο μεν ουφειροα ενος τεως του παροντος αυτος χωρα. id est intelligens patrem tuum prudentem senem esse neq; alios posse ab eo generari pueros (illum enim misereor) tibi pręetate confidenti parcens hucusq; me continui. DAN.

Disiecta genitor membra laceri corporis

¶ Disiecta &c. O genitor. s. Theseu ad seipsū loquitur: dispone in ordinem vt formam corporis recipiat membra corporis laceri. s. Hip ASCEN.

In ordinem dispone: & errantes loco
Restitue partes. fortis hic dextrę locus.
Hic læua frænis docta moderãdis manus
Ponenda: lęui lateris agnosco notas.
Q̃ꝫ magna lachrymis ꝑs adhuc nostris abest.
Durate trepidæ lugubri officio manus:
Fletusq; largos sistite arentes genæ:
Dum mẽbra gnato genitor annumerat suo
Corpusq; fingit. hoc quidem est forma carẽs
Et turpe: multo vulnere ambesum vndiq;:
Quæ pars tui sit dubito: sed pars est tui.
Hic hic repone: non suo at vacuo loco.
Hæc ne illa facies igne sydereo nitens:
Inimica flectens lumina? huc cecidit decor?
O dira fata numinum: o sæuus furor:
Sic ad parentem gnatus ex voto redit?
En hæc suprema vota genitoris cape:
Sæpe efferendus: interim hæc ignes ferant.
Patefacite acerba cæde funestam domum:
Mopsopia claris tota lamentis sonet.
Vos apparate regiĩ flammam rogi.
At vos per agros corporis partes vagas
Acquirite: istam terra defossam premat:
Grauisq; tellus impio capiti incubet.

polyti, disiecta. i. in diuersa loca iacta, hoc est iacẽtia quasi sint iacta. aut iacta reuera a colligẽtibus: & restitue loco. s. naturali, partes errãtes. i. non suo situ iacẽtes: vt manus inter crura & nasus forte ad inguina. Hic locus (hoc dicit reponendo membra in formam corporis) s. dexteri lateris, est locus dextrę fortis. s. Hippolyti: manus læua (quia dextera flagellũ tenent aurigæ) docta. i. perita, frenis moderandis, ponenda sup. est huc. i. ad sinistrum latus: ego agnosco notas. i. signa lęui lateris. q̃ .i. o q̃tum magna pars. s. corporis istius, abest ad huc lachrymis meis. i. quã lachrymis proseq quia abest nequeo. & quia manus eius prę dolore deficere videbant̃ inquit ad eas. o man⁹ trepidæ. i. trementes officio lugubri. i. funebri, durate. i. sitis duræ & persistentes in officio: & genæ arentes, non quæ erant arẽtes, sed quas ita esse optabat: hoc ẽ factę prius arẽtes cum sitis madentes, sistite. i. facite stare & cõprimite, fletus largos: dum. i. donec genitor (de se loquitur) annumerat gnato. i. filio suo membra: an oĩa habeat: & fingit. i. componit in morem figuli, corpus. i. formã corporis cõfusam prius. Q uidẽ. i. certe, hoc scilicet membrum est carens forma. q. d. nescio quod sit: & turpe. i. deturpatum, vtpote ambesum vndiq; mlto vulnere: dubito o nate quę pars tui sit: sed est pars tui: quia similis symmetriæ. o pater repone hic hic. i. pręcipue hic: loco non suo. i. proprio, at vacuo: qa qđ illic ponat̃ deest. Cõposito vtcunq; corpore contemplans ipsum inquit. Hęc ne sup. est illa. s. insignis facies nitens igne sidereo, & flectẽs. i. in sui amorem trahẽs, lumina inimica: vt oculos nouercæ? Cecidit decor. s. ille tam nobilis huc. i. ad hanc deformitatem? Significãtius legit̃ huc q̃ hic. O fata. i. decreta, numinum. i. deorum, dira. i. immitia: o furor. s. meus & nouercę sæuus. Redit gnatus sic ad parentem ex voto? quod tertium a patre exegerat. En o fili cape hæc suprema vota genitoris: hoc est iusta & exequias ac vltimũ vale: efferẽd⁹ sępe. i. cui⁹ cõmemoratio anniuersaria ẽ sępe iterãda. interim ignes ferãt. i. absumãt, hæc. s. mẽbra collecta. o ministri, patefacite domũ, funestã. i. funebrẽ, cæde acerba: qa filij innocentis. tota Mopsopia. Attica regio, sonet lamẽtis claris aut clarisõis, aut vt in claro funere. Vos. s. famuli aut nobiles, apparate flãmã rogi regij: at vos. s. alij, acquirite. i. accumulate partes corporis vagas. i. remotas a reliquo corpore. Terra premat, vt inuisam, hanc. s. nouercam defossam. i. deorsum profunde infossam: & terra incubet grauis. i. onerosa capiti impio. cum felicitati addixerint: si molliter ossa cubẽt.

❡ Genitor. Ad seipsum dicit. Errantes. q̃ sũt remotæ de loco suo. Loc⁹. iã digerit mẽbra: & dicit: lacert⁹ dexter hic debet eẽ: & hic sinistra man⁹. Lęui. sinistri. capit aliud fragmentũ corporis. s. latus sinistrum quod nõ erat integrum. Notas. signa. Q̃ꝫ ma. magna pars corporis adhuc restat sup quã nõ potero plorare. timeo q̃ nõ potero durare donec redigam totum corpus in vnum. Fingit. cõponit. Hoc. capit vnum aliud membrum: & non videt q̃ sit illa pars: sed postq̃ deest hic vna pars, ponam in hoc loco. Ambesum. corrosum: dubito q̃ pars sit tui, an brachium, an humerus. Vacuo. vbi non est mẽbrum. Hæc ne. facit cõmiseratione dicẽs. hic est ille vultus qui coegisset etiã hostes ad amandum se. Furor. insania mea. Ex voto. qđ feci Neptuno cõtra filiũ. Hæc en. quoties repiet̃ aliquod mẽbrũ erit opus efficere fun⁹ nouũ. Supma. vltima. Efferend⁹. sepeliend⁹. Interim. dũ repient̃ alię ptes. Ignes. rog⁹: quo cõburantur illa mẽbra. Patefacite. iubet apiri ianuã vt audiat̃ lamẽtatio. Funestã. infelicẽ. Mopsopia. totæ Athenæ: nã Mopsopus rex Athenarũ fuit. Claris. magnis, vt oẽs audiãt. Vos. imperat alijs vt parẽt rogũ: alijs vt q̃rant reliquas ptes corporis p agros. Acquirite. ita quærite vt inueniatis. Istam. s. Phædram: eam nõ nominat quoniã illius nomẽ erat inuisum. non vult vt cremetur: sed terra defodiatur: rogatq; vt semper illi tellus sit onerosa & grauis: qđ contrarium dilectis optabatur. vt Tibullus. Nec grauet ossa lapis. Premat. claudat. Grauis. quę grauet corp⁹ suum. Impio capiti. crudeli Phædræ: quæ fuit causa necis Hippolyti mei.

Tragœdiæ quæ inscribitur Oedipus

Argumentum Benedicti Philologi.



Edipus Laij & Iocastæ filius, quum matris vtero gestaret, de nascitura prole Laius consuluisse Apollinem traditur: quũq; ab oraculo percepisset mori eum manu nascituri infãtis oportere: natum puerum pastori suo necandum tradidit: qui dum ætati compateret, & regi obtemperare contẽderet, perforatis paruuli ferro calido pedibus, transmissoq; vimine, ipsum ad arborem suspendit: quasi mox inedia moriturum. Sed quum illuc forte transiens Phorbas Polybi Corinthiorum regis pastor: infantis vagitum audisset: eo extemplo delatus, puerum pedibus iam tumentem, concisis vinculis sustulit: atq; Corinthio cuidam largitus est: qui lætus eum Meropæ Polybi vxoris liberis carenti dono dedit. Quæ vna cum viro tanq̃ filiũ cælit⁹ missũ summo amore educarũt: eum ob pedum tumorẽ Oedipum nominantes. Oidma enim græce tumor: pus pes dicitur. Cæterum hic potens annis, cũ stagna peteret Cyrrhęa bicorni interfusa iugo: possetq; degere falso contentus Polybo: Trifidæ in Phocidos arce Lõgæuum implicuit regem: secuitq; trementis Ora patris. Quo tempore Sphinx mõstrosum Aethiopiæ animal virginea facie, pinnis auium, leonis pedibus insignita, Thebas venisse perhibetur: proposuisseq; ænigma: qd qui nõ solueret, periret. vnde plęriq; ob rem ambiguam ac perobscuram interempti sunt. soluenti Iocastæ connubium, et Thebarum regnum propositum erat. qđ pręter Oedipum soluere potuit nemo. Id erat eiusmodi: Quodnã animal bipes: idem tripes, aut quadrupes foret. cæteris ambigẽtibus. Oedipus hominẽ esse asseruit: q; infãs quatuor pedibus obrepat: & annis confirmatus duobus incedat: senior tribus: quoniã scipione quasi tertio pede vtatur. Quare Sphinx suo iudicio victa, ex editiore loco sese præcipitem dedit. Tũc Oedip⁹ Iocastam nescius matrem esse, siquidem Polybi filius putabatur, duxit vxorem: ac Thebarum imperium adeptus est. Sed paulopost orta Thebis lue consultoq; oraculo cum intellexisset se lamentabile matris iniisse cõnubium: noctẽq; nefãdã tulisse sępe: atq; patrẽ obuiũ apđ Phocida a se claua ĩterfectũ: auid⁹ pœnę, digitis furẽtib⁹ vltro oculos sibi eruit. Iocasta vero quum ob Oedipi calamitatem, tum ob sceleris noxam, gladio quo Oedip⁹ patrem petiuerat, suum nefastum spiritum exegit. Primus actus huius tragoediæ luem Cadmeæ genti infestam, deflendaq; lachrymis funera expauescentem Oedipum prosequitur. In secundo reuerso Creõte ab oraculo, iubere Apollinem cędem regiam expiari interfectoris exilio. Intelligit Oedipus: nec aliter mitia Cadmeis remeabunt sidera Thebis. In tertio Creon a Tiresia vate edoctus inducitur: primo vt se vereri Laij interfectorem indicare demonstret: ne Oedipodem offendat: deinde minis perterritus, Oedipum fuisse exprimit. In quarto intellectis ab Iocasta Laij conditionibus: suum scelus co noscit. In quinto Oedipi & Iocastę pœna exponitur.

Spinx.

Aenigma sphingis.

Fabulæ diuisio.

Argumentum per Gellium Bernardinum Marmitam.

Am noctē. Argumentum hui⁹ tragœdiæ q̃ inscribit̃ Oedipus reperiẽdum est supius de Tragœdia Thebaide. Diuidit̃ in q̃nq; actus. Primo introducit̃ Oedipus exiens foras qui dicit scifã hoc mane quot mortui sunt nocte ista: & sic curas regni damnat p cõmiseratione omniũ regnantiũ. Scđo autẽ erit sciscitatio remedij pestilẽtię per Creontẽ. Tertio consultatio per Tiresiam augurem. Quarto reuelatio patris interfecti & matris acceptę in vxorem quinto mors Iocastæ & obcæcatio Oedipi.

Argumentum per DANIELEM GALBTANVM.

Am nocte &c. Aristophanes poeta comic⁹ lepidissim⁹ scripsit epigrãma in quo fortunã & miserandã vicẽ Oedipodis elegãter psecutus est. vñ totũ hui⁹ tragœdiæ subiectũ, q diligenter aduertit, videri potest Seneca cõmodato accepisse. Est aũt huiusmodi argumẽtum. Linquens Corinthũ Oedip⁹ pris noth⁹ iurgio affectus hospes ab oibus, profect⁹ est sciscitatũ Pythicũ oraculũ: q̃rẽs seipsum & gñis semen: quo inuẽto miser ab infántia vsq; dolẽs Laium pemit genitorẽ. Sphingis aũt grauis letale soluens robur lectũ matris ignotæ incestauit. Pestis Thebas inuasit & morb⁹ longus. Creon autem missus Delphos vt pestis Thebana acciperet remediũ, audiuit a numine cædem Laij vlciscendam. qđ discens Oedipus miser duabus manibus sibi oculos effodit. ipsa aũt Iocasta se strãgulauit. Hanc totã materiam hoc mõ psequitur author allegatus. ex qua Sophocles elegantissimã fabulã detorsit q̃ inscribit̃ οἰδιπουσ ὁ τυραννοσ. & Seneca ita cohæsit: vt nullus prope sit locus quem non fecerit nostrum atq; in hanc tragœdiam non transtulerit. & ne suspiceris o lector benigne tibi data verba, ipsum epigramma subijciendum oculis putaui. λιπου κορινθομ οἰδιπουσ. πατροσ νοθοσ: προσ των απαντων λιδορουμενοσ ξενοσ ηλθε πυθεσθαι πυθικων νομον τελησ ζητων εαυτου και γενουσ σπορου: ευρων δε τλημων εν στεισ αμαξι τοισ ακων επεφνε λαιου γεννητορα: σφιγγοσ δε δεινησ θαναι λυσασ μελοσ ησχυνε μητροσ αγνοουμενησ λεχοσ. λοιμοσ δε θβασ ειλε και νοσοσ μακρα: κρεων δε πεμφθεισ δελφικην προσ εσιαν οπωσ πεπαυται του κακου πονηριου ηκουσε φωνησ μαντικησ θεου παρα των λαειου εκδικηθηναι φονον οθεν μαθων εαυτον οιδιπουσ ταλασ: διασσασ χερσιν εξαμαλωσε κορασ. αυτη δε μητηρ αγχοναισι ωλετο. Proponit materiam per ipsum Oedipũ ad quẽ spectant primæ partes fabulæ. cuius catastrophe est Oedipum occæcari in vltionem paternæ necis & patrię liberationem a peste. In quinq; actus partitur: quorum primus constans metro iambico trimetro refert lamẽta Oedipodis ob diram pestilentiam quæ propemodum totum Thebanum populum depasta est. Secundo Iocastæ consolationem ad eundem Oedipoda prosequitur. Actuum diuisio.

Tragœdiæ interlocutores.

OEDIPVS. IOCASTA. CHORVS. CREON.
TIRESIAS. MANTO. SENEX. PHORBAS. NVNTIVS.

ASCEN.

Am nocte pulsa. Ingreditur Oedipus conquerens de misera suorum pestilentia dicens. Dies dubius.i.anceps & malignus cum vix a tenebris discerni possit, effulsit.s.nitendo contra nebulas & noctem, vtpote nocte iam pulsa:& iubar mœstum.i.languens, exoritur nube squalida, immũda & ita pestilenti:& flamma luctifera.i.luctum afferens, videlicet solis, gerens lumẽ triste, cernet.i.videre faciet:iam domos solatas.i.solas factas & desertas. vnde multi legunt delertas:peste auida.i.multos absumente:& dies ostendit stragem.i.cadauerum vim, quam nox fecit.i.eorum qui nocte ista perierũt peste. Gaudet ne quisq̃ regno?q. d.merito non:si iusta lance pensitet regni mala cum bonis. O.s.regnum aut regni bonum fallax, q̃tum malorum tegis fronte?q̃.i.o quãtũ blanda?nisi sit q̃ ꝓ ꝑq̃ plãda?q. d.plurimũ Vt.i.queãdmodũ alta iuga.s.montium nõ tñ altissima, vt olympi & aliorum montium siq medium aeris trãscendũt, excipiunt.i.in se capiunt semper ventos:quia perflant altissima venti:& vt fluctꝰ q̃uis.i.licet aut q̃tumuis quieti, verberant rupem.i.scopulum, dirimẽtem saxis, freta vasta, sic imperia excelsa obiacẽt fortunæ, quæ semp impingit in ea. Q̃ bene.i.o q̃tum bene:videtur tñ cõtra Vallẽ.præceptũ frequẽter q̃ pro valde positiuo construere vt sit:ego fugerã q̃ bene.i.valde bñ sceptra Polybi regis aut tyrãni Corinthiorum:parẽtis.i.patris mei:sic enim adhuc putat:solutus curis.i.cum essem solutus curis? nunc autem exul.i.procul a patria, vagans intrepidꝰ, aut multum trepidus propter regni pondera:aut non trepidus quia temerarius incidi(testor cœlum & deos).s.q̃ incidi.i.præter spem deueni in regnum.i.adeptionem regni.ego timeo, infanda.i.tam dira vt fanda nõ sint:videlicet ne genitor.s.meus perimatur manu mea: at iam peremptus erat Laius verus genitor:sed ipse rerum ignarus de Polybo intelligit. Laurus delphicæ.i.oracula Apollinis quæ delphis inter lauros sitis dabantur:nec lauri sed palmæ folijs inscribebant̃ secundum Varronem. vnde per lauros inqt Serui. in illud ęnei.iij. Qui tripodas clarij lauros &c. oracula intelligimꝰ: monent me hoc.s.vt timeam infãda:ne mea genitor manu perimat̃. Miserat enĩ ad oraculũ delphicũ sciscitatũ fata sua: rñsumq; accepit:ipsum perempturum patrem & pro vxore habiturum matrem. vnde addit:& indicant nobis, aliud scelus maius:sic enim respõsum erat. & cum grauissimum videatur parricidiũ Iocasta vt opinor admiratiue quęrit. Est.i.nũ quid aliud nefas est maius patre mactato.i. q̃ mactasse patrẽ? Id aũt ideo opior a Iocasta dictũ:q̃ ne vnꝰ perpetuo loquat̃ solꝰ, poetę solent interserere alterꝰ verba. Respõdet Oedipꝰ proh pietas misera.i.miseranda:pudet.s. ꝓpter pietatẽ turpiter violandã eloqui fatum.i. per oraculum significatum. Phœbus auctor oraculi minatur gnato.s.mihi inquit Oedipꝰ thalamos parentis & toros.s. matris diros.i. execrabiles nato:q̃ incestos.i. pollutos face impia.i.tæda ipse a filio in cubile matris sub prętextu matrimonij inferẽda. licet enĩ thalamus sit cubiculum matrimoniale:tñ q̃a pater priꝰ occidendus erat, de matris thalamo expono: qui tamen & patris fuerit. hic timor ne.s.patrẽ occidam & matrem violem:expulit me regnis paternis.i.regis Corinthiorum quẽ patrẽ putauit cum non esset. & ego profugus excessi penates meos, hoc.s.timore.alij legunt nõ:vt sit excessi nõ profugus id est profugatus: sed sponte:oraculo tamen territus. Nam ipse parum fidens mihimet, o natura posui tua iura

Primus actus: Tragœdiæ. V.
Trimetri Iambici.

OEDIPVS IOCASTA.

Am nocte pulsa dubiꝰ effulsit dies.
Et nube mœstum squalida exoritur iubar:
Lumenq; flamma triste luctifera gerens
Iam cernet auida peste solatas domos:
Stragemq; quam nox fecit ostendit dies.
Quisq̃ ne regno gaudet? o fallax bonum
Quantum malorum fronte q̃ blanda tegis?
Vt alta ventos semper excipiũt iuga:
Rupemq; saxis vasta dirimentem freta
Q̃uis quieti verberant fluctus maris:
Imperia sic excelsa fortunæ obiacent.
Q̃ bene parentis sceptra Polybi fugeram
Curis solutus? exul: intrepidus: vagans:
Cælum: deosq; testor: in regnum incidi:
Infanda timeo: ne mea genitor manu
Perimatur: hoc me Delphicę laurꝰ monent:
Aliudq; nobis maius indicant scelus. Io.
Est maius aliud patre mactato nefas? Oed.
Proh misera pietas: eloqui fatum pudet.
Thalamos parentis phœbus: & diros toros
Gnato minatur impia incestos face.
Hic me paternis expulit regnis timor.
Non ego penates profugus excessi meos.
Parum ipse fidens mihimet: in tuto tua
Natura posui iura. cum magna horreas:
Quod posse fieri non putes: metuas tamen.

Cuncta expauesco: meq; non credo mihi.
Iamiam aliquid in nos fata moliri parant:
Nam quid rear: q̄ ista Cadmææ lues
Infesta genti strage tam late edita
Mihi parcit vni? cui reseruamur malo?
Inter ruinas vrbis: & semper nouis
Deflenda lachrymis funera: ac populi struem
Incolumis ergo: scilicet Phœbi reus
Sperare poteras sceleribus tantis dari
Regnum salubre? fecimus cælum nocens:
Non aura gelido lenis afflatu fouet
Anhela flāmis corda: non zephyri leues
Spirant: sed ignes auget æstiferi canis
Titan: Leonis terga Nemeæi premens.

in tuto .i. tam longe abscessi vt si ea violare velim, non possim. cum. s. ita sit q̄ horreas. i. obhorreas, magna .i. immania flagitia: id q̄d putes non posse fieri, metuas tamen. i. nihilominus: & est sententia generalis quā in hac re obseruare se iuuit Oedip⁹. Ego expauesco cūcta: & non credo mihi me. si ita fuisset vt dicit indigne peccasset. Fata parāt moliri .i. machinari iāiā aliqd in nos. hoc ipsū est credere: nā præter fatum per nos mala cuncta oriunt̄. Nā quid rear. i. debeam cogitare: q̄ ista lues. i. pestis infesta gēti cadmeæ. i. Thebanæ, parcit mihi vni, strage edita tam longe? cui. q. d. longe maiori reseruamur malo? Tu Oedipe incolumis ergo. i. ea causa, inter minas vrbis & funera deflenda semper nouis lachrymis, ac struē. i. aceruum, popli. i. cadauerum e⁹: scilicet ironicos: q̄ a reus Phœbi. i. quē oraculū Phœbi ad maiora scelera dānauit: poteras sperare regnum salubre dari tantis sceleribus: quantorum tu dānat⁹ es. ad se loquitur? q. d. nequaq̄. quia nos fecimus cælum. i. aerem, nocens. i. pestiferum: aura lenis non fouet afflatu gelido corda anhela flammis. i. propter æstum interiorem. Zephyri non spirant leues: sed titā. i. sol, auget ignes. i. cauma, canis æstiferi, premens terga leonis Nemeæi. i. ab Hercule illic cæsi & in cælum tralati.

BERN. ¶ Mœstum. Quia nō erat lux apta: sed oppressa nubib⁹ & vaporib⁹. Iubar. splēdor solis. Luctifica. quæ affert nobis luctum. Desolatas. destitutas propter pestem. Quis q̄. hic damnat cōditionem regiam quæ tot miserijs tenetur. Fallax. o regnum qd̄ videris esse optabile & decipis omnes. Quantum. habet vim substātiui Fronte. apparentia. aspectus tuus licet blandus sit. tamen occultat multa alia. Vt alta iuga, summitates montium. facit comparationem: quemadmodum venti semper verberant altos montes, sic reges semper agitantur varijs sollicitudinibus. Rupem, scopulum. Dirimentem. diuidentem. Quieti. non procellosi. sicut verberantur licet non sit tēpestas: ita reges q̄uis sit pax oppressi sunt multis curis. Q̄ bene. ad seipsum vertit: bene fugeram patriam meam Corinthum: ita enim credebat esse patriam. Polybi. patris mei qui erat rex Corinthi. ita putabat: sed filius erat Laij Thebani. Incidi. præter opinionem a casu deueni. Infanda. nō dicenda. Delphicæ laurus. responsa Apollinis delphici quæ scribebantur in folijs laurus. vt testatur Vergilius in sexto æneidos. folijs ne carmina māda. Maius. sed quid est peius q̄ occidere patrem? sibiipsi obijcit per antipophoram: est maius alid̄ scelu⁹. i. habere matrem pro vxore. Proh pietas. exclamat ad pietatem: quia hæc sunt contra illam. Impia face. impio matrimonio. Hic timor. s. ne habeam matrem pro vxore & interficiam patrem expulit me Corintho. Profugus. fugatus. Parum. nolui fidere mihi & in constantia mea. Tuto. iura quæ debent esse inter filium & parentes. Cum magna. ponit sententiam generalem: quando times aliqd̄ malum tu debes cauere omnia accidentia ad illud. Metuas. q̄uis putes non posse fieri illud tamen timeas.

Non credo. non committo me mihi: quia non ausus sum manere vbi erat pr̄ me⁹: ne accideret casus quē metuo. Iamiā. puto aliqua mala mihi parari: moriunt̄ omnes & in tanta peste solus reseruor ad aliquod malum. Moliri. parare. Gēti cadmeæ. populo Thebano. Late edita. vbiq; facta. Struē. congeriē corpora mortuorum. Reus. ipse quem Phœbus damnauerat: dicens me parricidam nasciturum: non poteram sperare regnum mihi esse bonum: sed ad meam perditionem datum: cum Phœbus tantis sceleribus damnauerit me: ideo reseruor ad aliquod malum. Fecimus cælum. aerem. hæc pestis venit propter scelera mea. Nocens. pestiferum. Anhela. anxia: nō est aura quæ refrigeret corda æstuantia flammis pestiferis. Leues. leuiter spirantes. Titan. augentur calores: cum sol sit in leone apud illam stellam quæ dicitur canis siue canicula. vnde dicti sunt dies caniculares. Sirius quoq; dr̄ in medio centro: cæli ad quam stellam cum sol ascendit duplicatur calor ipsius: & languore afficiuntur corpora. Sirium autem illam vocatam putant propter flammæ candorem: latini caniculam dicunt. de qua fabulose multa dicuntur vt inquit Iginius. Nemeæi. hunc leonem fuisse dicunt quem Hercules interfecit in Nemeæa sylua Arcadiæ.

DAN. ¶ Polybi Polybus Corinthiorū tyrannus q Oedipoda sibi oblatum per Phorbātē pastorem optauit in filiū nominauitq; a pedum tumore infantem ipsum. Parum ipse fidens. cum mihi, inquit nō constarem neq; satis meæ imbecillitati confiderē: veritus ne tuum ius violarem natura illud posui in tuto: cum olim infans fui expositus: & ex eo q̄ horrens magna scelera, timeo tamen nonnulla quæ præter te fieri nullo modo existimas. Non gelido. describit pestem non contagiosam sed cælitus venientem: qualis est Ouidiana quæ Aeginū agrum vastauit. Canis. Sirius: stella oritur vigesimonono gradu cancri circa medium mensem Iulij: occiditq; circa medium septembrem παρα τω σειρω. sic de hac stella meminit Apollonius Rhodius in secundo Argonauticon. Vergilius in decimo. Iginius insignis cœlestibus. Sirius.

Deseruit amnes humor: atq; hærbas color:
Aretq; Dirce: tenuis Ismenos fluit:

ASCEN. ¶ Humor scilicet, aquarum ex pluuia aut imbre ortarum, deseruit amnes: at color scilicet viridis, deseruit hærbas. s. æstu pallentes. Dirce fons Thebanus, aret id est exiccatus est: Is

menos flu. Thebanus,fluit tenuis:& tingit id est imbuit ac rigat vix ipsa vada nuda.i. vacua & priuata, vnda id est aquis. Soror Phoebi id est luna,labitur obscura cælo id est per cęlum:& mundus tristis pallet nouo id est insolito nubilo. Nullum sidus micat noctibus serenis:quia serenæ nullæ sunt:sed vapor.s. nebulosus grauis, quia foetidus , & ater quia dẽsus:incubat terris id est obsidet terras more tyranni qui incubator aulæ alienæ dicitur. facies inferna id est tenebrarum infernalium, obtexit arces cęlitum id est templa,ac domos summas id est arces regum.Ceres id est seges adulta denegat fructum:quia inanes fert aristas:& cremat flaua.s.frumenta,cum spicis altis:seges id est hærba nondum adulta,emoritur sterilis culmo arente.Nulla pars regni immunis id est expers vacat exitio id est exterminio ac pernicie:sed omnis ætas pariter & sexus scilicet vterq; ruit id ē occidit:& pestis funesta iungit senibus iuuenes:& gnatis patres. vna fax id est rogus vnus , cremat thalamos id est ambos coniuges:& funera acerba(alij legunt acerbo) carent fletu & questu id est querelis:quia non sunt qui faciãt.Quin,id est qn immo ista clades peruicax id est obstinata, tãti mali,siccauit oculos id est exhausit eos cũ humore:& quod solet scilicet fieri i extremis scilicet malis,lachrymæ periere id est non amplius extant eo q tantis malis obdurati flere amplius nequeunt. Parens æger.i.vicin⁹ morti,portat hũc scilicet filium suum ad ignem id est rogum,supremum quia funebrẽ: mater amens gerit hunc id est alium & properat id est festinãter currit , vt regerat id est iterum gerat non quem semel gessit sed alium scilicet filiũ mortuum,in eundem locum,in quem priorẽ gesserat.Quin id est Sed & amplius nou⁹ luctus exoritur in ipso luctu id est dum funus effertur:& circa funus cadunt exequiæ suæ, id est qui iusta exequuntur:tum id est & tunc & insuper,cremant corpora propria,flammis alienis id est alteri cadaueri incensis : sentientes enim se mori ne insepulti & iniusti maneant se cũ cadauere in rogum conijciunt:ignis diripitur scilicet cadaueribus si putatur nõ satis fore pluribus :nullus pudor est miseris:qa non verentur mortuos rogo suo defraudare vt ipsi non careant : quia prisca superstitione insepulti centum errant annos prius q̃ recipiantur ab inferis.tumuli non tegunt discrete, ossa sancta, vtpote parentum liberis sancta: satis est arsisse scilicet simul.quota pars scilicet cadauerum,abit in cineres id est crematur? q. d.nimirum minima.quia terra deest.tumulis scilicet faciendis:syluæ scilicet excisę,negant iam rogos id est materiam ad pyras construẽdas.Vota dijs facta,& vlla ars scilicet medicorum,non leuãt,id est sanãt corruptos scilicet ista lue.medentes id est mederi conantes , cadunt.s.cum ęgris.morbus trahit auxilium.i. volentes auxiliari . Ego igitur hæc hec vidẽs affusus aris id est prostratus ad aras, hoc autẽ dicẽdo procidit iunctis manibus,tendo.s.ad deos,manus supplices,poscens.s. deos, fata matura.i.mortẽ acceleratã: vt prior p̃currã patriã ruentẽ.i.cadam añq̃ patria tota cadat.

Et tingit ipsa nuda vix vnda vada.
Obscura cœlo labitur Phœbi soror:
Tristisq; mundus nubilo pallet nouo.
Nullum serenis noctibus sidus micat.
Sed grauis & ater incubat terris vapor:
Obtexit arces cælitũ:ac summas domos
Inferna facies:denegat fructum Ceres
Adulta:& altis flaua cum spicis cremat.
Arente culmo sterilis emoritur seges.
Pars nulla regni immunis exitio vacat
Sed omnis ætas pariter & sexus ruit:
Iuuenesq; senibus iũgit:& gnatis patres
Funesta pestis.vna fax thalamos cremat.
Fletuq; acerba funera & questu carent.
Quin ista tanti peruicax clades mali
Siccauit oculos:quodq; in extremis solet
Periere lachrymæ:portat hunc æger parens
Supremũ ad ignem:mater hũc amens gerit:
Properatq; vt alium regerat in eũdem locum.
Quin luctu in ipso luct⁹ exoritur nouus:
Suæq; circa funus exequiæ cadunt.
Tum propria flãmis corpora alienis cremãt:
Diripitur ignis:nullus est miseris pudor.
Non ossa tumuli sancta discreti tegunt.
Arsisse satis est.pars quota in cineres abit?
Deest terra tumulis:iam rogos syluę negant.
Non vota:non ars vlla corruptos leuant.
Cadunt medentes:morbus auxilium trahit.
Affusus aris supplices tendo manus
Matura poscens fata:præcurram vt prior
Patriam ruentem:ne ve post omnes cadam:
Fiamq; regni funus extremum mei.
O sæua nimium numina:o fatum graue.
Negatur vni nempe in hoc populo mihi
Mors tam parata?sperne letali manu
Contacta regna:linque lachrymas:funera:
Tabifica cæli vitia:quæ tecum inuehis

Infaustus hospes: profuge iamdudum ocyus
Vel ad parentes. Io. quid iuuat coniunx mala
Grauare questu: regium hoc ipsum reor
Aduersa capere: quoq; sit dubius magis
Status: & cadentis imperii moles labet:
Hoc stare certo pressius fortem gradu.
Haud est virile terga fortunæ dare. Oe.
Abest pauoris crimen: ac probrum procul:
Virtusq; nostra nescit ignauos metus.
Si tela contra stricta: si vis horrida
Mauortis in me rueret: aduersus feros
Audax gygantes obuias ferrem manus.

Neue.i. vl' ne, cadam post omnes, & fiam extremum funus regni mei. O numina sæua. s. in me, nimium: o fatum graue.i. ineuitabile: nempe .i. quia certe, mors tam parata. s. alijs negat mihi vni.i. soli in hoc populo. O Oedipe sperne regna. s. Thebana, cõtacta.i. polluta, manu letali.i. qua patrẽ occisurus es (& iã occidit: sed quia nesciuit, non ideo dicit) aut qua sphinga occidisti, & Thebas infecisti: lisque. s. vna cum regno, lachrymas. s. lugentium suos, funera.i. tot ciuium, & vitia cœli.i. aeris, tabifica .i. tabem & luem hanc facientia: nam propter vitium id est corruptionem aeris talia eueniebant: quæ. s. vitia cœli tu inuehis tecum, ens. s. Thebanis, hospes infaustus, immo perniciosus: profuge .i. procul fuge hinc iamdudum pro iamnunc ocyus id ẽ celerius, vel.i. etiam aut saltem, si alio non patet profugium, ad parentes: scilicet corinthũ cum tamen in fatis erat patrem debere ab eo occidi & matrem duci: quod iã vtrũq; acciderat sed nõdũ resciuit. Sed ne Iocasta quidẽ: q̃ vt prudens matrona conatur eum consolari & ad tolerantiam malorum animare dicens. O cõiunx quid iuuat grauare.i. grauiora facere mala id est res aduersas, questu.i. querimonia: ego reor ipsum regnum.i. pertinere ad regem: videlicet, capere id est toleranter ferre aduersa: quoq;.i. & quo pro quãto (sunt enĩ duæ particulæ quoq;) status sit magis dubius.i. periculosus, & quo moles imperij cadentis. s. tandem omnibus: vñ Maro in Georgi. Perituraq; regna. labet.i. lapsum minetur magis, hoc.i. tanto pressius id est firmius & fixius fortem. s. virum, stare gradu certo.i. pede non titubante: aut gradu, vnde non deijciatur. Haud est virile.i. ad virum pertinens, dare terga fortunæ id est vinci ab ea: quia vt dicit Maro, Superanda omnis fortuna ferendo est. Oedi. Crimen ac probrum pauoris id est meticulositatis abest procul scilicet a me: et virtus nostra nescit id est non admittit, metus ignauos: quia tam fortis sum: vt si tela stricta contra. s. me, ruerẽt in me, & si vis id est violentia horrida, mauortis.i. martis rueret in me tamen supple ego audax ferrem manus obuias aduersus gygantes feros id est efferos & immanes. Cum igitur ad maiora toleranda aut superanda paratus sit, argumentatur per locum a fortiori se p̄[illegible] quoq; fortiter tolerare aut superare. Sed quia p̄sentia mala fatalia putat: & fata ne dij quidem superare possint: [illegible] se iuste victas manus dare.

BERN.

¶Deseruit. Quia omnia arescunt. Dirce. fons de quo supra. Hismenos. fluuius Thebanus. Tenuis. paucis aquis. Nuda. sine aqua. Nouo. inusitato. Facies. apparentia infernalis. Arces. cælũ. Obtexit. cooperuit. Vna fax. solus rogus. Thalamos. maritum & vxorem: quia vna hora moriũtur Fletu. cum omnes moriantur non restat qui ploret suos. Peruicax. perseuerans. Siccauit. quia amplius non est humor ad lachrymas. Regerat. portet alium. Exequiæ. qui sequũtur funus moriuntur priusq̃ discedant ex ipso funere. Propria. parauerãt rogos pro alijs: & ipsi cadentes in ipso funere cremãtur in illis. Nullus. non est pudor illis: qui sunt in extrema miseria. Discreti. separati: solet fieri sepultura pro singulis: sed nunc vnus tumulus tegit multos. Quota. minima: quasi dicat de mille partibus non crematur vna. vel legatur Quanta. & erit sensus: satis est concremasse: si non colligantur ossa non est mirum cũ terra deficiat ad faciendum tumulos. Vota. quæ fiunt dijs. Ars. medicina. Medentes. ipsi medici. Auxilium. auxiliatorem medicum. Affusus. ad terram iacens. Matura fata. mortem festinam: vt dij faciant me mori priusq̃ videam cladem omnium aliorum. Post omnes. vltimus. Sperne. ad seipsum dicit: postq̃ dij negant tibi mortem vel recede hinc, vel interfice te. Contacta. quia contactus tuus huius regni est causa tantæ pestis. vel legatur contracta id est acquisita. Vel. etiam. Ad parentes. quos fatatum erat vt interficerem. est etiam melius vt reuertar ad illud periculum. Labat. deficit. Hoc. id est tanto. Pressius. firmius. translatio ab his qui firmant se pedibus. homo fortis nõ debet moueri in periculis. Abest. nõ timeo: nec do terga fortunæ: quia etiã auderẽ cõtra gygãtes: sed doleo propter vtilitatem reipublicæ. Probrũ. vituperiũ: nam turpissimum est viro forti timere.

DANI.

Lachrymæ.

¶Periere lachrymæ. Etiam lachrymãdi nulla est vis: quippe ex nimio pestis feruore exhaustus est humor illarum lachrymarum. citra morem græcum accipit aspirationem: sed defenditur exemplo linguæ atticæ quæ firmandis roborandisq; vocibus spiritum inferebat vt esset earum sonus virilior, vegetiorq;. Cadunt medentes. nulla ægrotanti relicta est a medico spes: quippe nec ipse erat a peste immunis. iuxta illud Ouidianum Inq; ipsos sæua medẽtes Irrupit rabies. Aut trahit. scilicet ad mortem. aut trahit pro subtrahit ipsi ægro auxilium vt sit Aphæresis. Matura. quia & senex & scelestus, ideo matura. Maturi sunt flagitiosi: vt cito cadant & moriãtur. sicut poma cocta & matura respuuntur ab arbore. quemadmodum Cicero recordatur in Catone maiore. vel matura accelerata propter illud qđ sequitur Præcurrã. Contacta. polluta. vnde contagium q̃q̃ producit ante penultimam. placet magis q̃ contracta. Hoc stare. oratio non indigna prudenti ac præclara matrona quæ suadet in aduersis præstare cõstantiam. sic Horatius præcipit bdelio Aequam memento rebus in arduis seruare mentem, non secus in bonis ab insolenti temperatam lætitiam moriture bde'i: seu mœstus omni tempore vixeris. ita Iocasta aureum præceptum constantiæ viro suo apte proponit in aduersis & arduis obseruandum.

Maturi.

Nec sphinga cęcis verba nectentem modis
Fugi: cruentos pestis infandę tuli
Rictus: & albens ossibus sparsis solum.
Cumq́ e superba rupe iam prędę imminens
Aptaret ales verbera: & caudam mouens
Sæui leonis more: concuteret minas:
Carmen poposci: sonuit horrendū: insuper
Crepuere malę: saxaq́ impatiens moræ
Reuulsit vnguis: viscera expectans mea.
Nodosa fortis verba: & implexos dolos:
Ac triste carmen alitis solui ferę. Io.
Quid sera mortis vota nunc demens facis?
Licuit perire: laudis hoc pretium tibi
Sceptrū: & pę̄ptę sphīgis hęc merces dat̃. oe.
Ille ille dirus callidi monstri cinis
In nos rebellat: illa nunc Thebas lues
Perempta perdit. vna iam superest salus:
Si quā salutis Phœbus ostendit viam.

ASCEN. ¶Nec fugi sphīga, mōstrū Aethiopicū, nectentē verba.i. ænigmata, modis cæcis.i. inextricabilib⁹ aut obscuris: & tuli.i. ꝑtuli rict⁹ cruentos.i. ora ferina sanguine absumptoꝝ ꝑfusa, pestis.s. sphingis, infandę.i. indignę de qua sermo fiat: & tuli.i. pass⁹ sū, solū albēs.i. albicās ossib⁹.s. interfectoꝝ, sparsis (Sūt qui sparsi vt sit verbū legāt). Q uūq; .i. & quū ales.s. sphinx (q̄a vt dicit Ausonius, Terruit Aoniā volucris, leo, virgo, triformis Sphix volucris pēnis, pedib⁹ fera, frōte puella) imminēs.i. inhiās iā predę.i. mihi cōspecto quē sibi ꝑdā fore sperabat, e rupe suꝑba.i. quā victrix sępe repetierat, aptaret verbera.i. quib⁹ me verberaret instrumēta, & sup. quū mouēs caudā more sæui leonis cui⁹ pedes habebat, concuteret id est simul icuteret, minas id est cum se maxime terribilem exhiberet: poposci carmen.s. ęnigmaticum: sonuit.i. sonitū fecit, horrēdū.i. horrēde: & malę.i. maxillę ei⁹ crepuere.i. crepitū dedere insup: & vnguis.s. ei⁹, impatiēs morę, q̄ nondū habebat quem raperet, reuulsit saxa, expectā viscera mea. Ego fortis.i. cōstāti aīo, solui verba, & dolos implexos.i. ambages, ac triste carmē alitis ferę.s. sphingos: q̄ verba cōmētarij explicāt: & Ausonius sic. Q ui bipes & quadrupes foret & tripes oia solus: hoc est vn⁹ & idē. Est autē dixit Oedipus hō in ifantia cū reptare icipit quadrupes: cū rectus incedit bipes: cū baculo incūbit tripes. Ad qd̄ Iocasta. Q uid tu demēs facis nūc sera.i. nimis tarda vota.i. desyderia mortis? licuit.s. tibi perire: qui si noluisses aut non potuisses soluere ęnigma perisses: hoc sceptrum scilicet Thebanum, dat̃ tibi pretiū laudis: & hęc se ipam ostendit.i. hęc cōiux dat̃ tibi merces sphingis peremptæ. Oedi. Ille ille cinis (sępe in tragœdijs geminant verba affectionis exprimendæ gratia) dirus.i. deorū ira in terrā missus, mōstri callidi.s. sphigos, rebellat in nos.i. iā vltionē quærit: illa lues perēpta, ꝑdit.i. destruit nūc Thebas. Vna salus supest.i. reliqua est iā, si Phœb⁹.i. Apollo futurorū index, ostendit nobis quā.i. aliquā viā salutis: qd̄ piū est dictū: vt videlicet cū nulla sit nobis ab homine spes salutis, ad deum confugiamus.

BERN. ¶Sphinga. Accusatiuus grecus, ꝓbat se nō timere exemplo sphingis: de qua visū est in Thebaide tragœdia Nectentem. intricantē. Rictus. os acutum. Sparsi. asperssi. Ossibus. illorum quos ipa interfecerat. Ales. sphinx alata. cū ascendisset rupē vt acueret irā contra me: vt facit leo qui se incitans cauda se percutit. Prædæ.s. mihi quem putabat prædam. Carmen. dixi vt proponeret ænigma. Sonuit. dixit horribiliter. Malæ. concussi sunt dentes cum fremitu. Reuulsit. ex rabie impatiēs deturbauit deorsum saxum ingēs. Solui. declaraui. Nodosa. intricata. Alitis ferę. sphingis. Triste. apportās tristitiā nesciētibus soluere. Quid sera. dicit Iocasta arguis te nō timere cū ausus sis talia cōtra sphigem: & poteras tūc mori & noluisti: cur vis modo mori? Vota sera. tarda. Pretiū.s. regnū: nam ꝓpter mortem Sphingis datū est tibi hoc regnum. Sceptrum & merces. pręmiū laboris mei. dicit Oedipus si interfeci Sphingem puto ꝙ nūc petat poenas. Lues perempta. Sphinx. Perdit. destruit. Superest. vnum auxilium restat: vt oremus deos: & mittamus ad oraculum Apollinis.

DANI. ¶Nec Sphinga. Sicut meminit Aristophanes & Sophocles. σφιγγος Δε Δεινης φαμαδιμορ λυδας μερος.

Sapphici partim: Anapęstici: Dimetri & Monometri inserti: cum nonnullis trimetris Iambicis. CHORVS.

Occidis Cadmi generosa proles
Vrbe cum tota. viduas colonis
Respicis terras miseranda Thebe.
Carpitur leto tuus ille Bacche
Miles: extremos comes vsq; ad Indos:
Ausus cois equitare campis:
Figere & mundo tua signa primo.

ASCEN. Occidis &c. Chorus deplorat grauitatē pestis: indicatq; in paralceue aduētū Creontis q̄ Delphos missus fuerat scitatū oracula Phœbi. Ordo est. O generosa proles id est progenies Cadmi id est popule Thebane tu occidis id est peris, cum tota vrbe: quia dū ciuis perit vrbs in ruinā tendit: o Thebe miseranda (frequētius pluraliter dicitur pro vrbe Bœotiæ. Nam de Aegypti dicit Iuuenalis. Ecce vetus Thebe cētū iacet obruta portis) tu respicis terras viduas.i. desertas colonis: & o Bacche, miles tuus ille, scilicet nobilissimus populus Thebanus, ausus comes.i. te comitans, equitare campis eois.i. orientalib⁹: vsq; ad indos extremos, & ausus figere signa tua.i. arma & insignia, mūdo primo.i. primū ha-

Cinnamis ſyluas Arabum beatas
Vidit:& verſas equitis ſagittas:
Terga conuerſi metuenda Parthi.
Littus intrauit pelagi rubentis.
Promit hic ortus:aperitq́ lucem
Phœbus:& flamma propiore nudos
Inficit Indos igne vicino.
Stirpis inuictæ genus interimus.
Labimur ſęuo rapiente fato.
Ducitur ſemper noua pompa morti.
Longus ad manes properatur ordo
Agminis mœſti:ſerieſq́ triſtis
Hęret:& turbę tumulos petenti
Non ſatis ſeptem patuere portæ.
Stat grauis ſtrages:premiturq́ iuncto
Funere funus.
Prima vis tardas tetigit bidentes:
Laniger pingues male carpſit hęrbas:
Colla tacturus ſteterat ſacerdos:
Dum manus certum parat alta vulnus
Aureo taurus rutilante cornu
Labitur ſegnis:patuit ſub ictu
Ponderis vaſti reſoluta ceruix:
Nec cruor ferrum maculauit:atra
Turpis e plaga ſanies profuſa eſt.
Segnior curſu ſonipes in ipſo
Concidit gyro:dominumq́ prono
Prodidit armo.

bitato,carpit.i.paulatim abſumit leto.i. morte omnia delente. Miles ſup.tuus, vidit ſyluas Arabũ beatas.i.diuites & abũdantes cinnamis:cinnamomo & alijs aromatis:& vidit ſagittas verſas.i.ab obuerſo emiſſas,equitis parthi conuerſi.i. habẽtis cõuerſa .ſ. ad fugã terga metuẽda.ſ.cũ fugã ſimulat: vñ Maro Fidentemq́ fuga parthũ.tunc enĩ incaute ſequentes maxime lędit.miles tuus intrauit littus pelagi rubentis.i. erithrei maris. Phœbꝰ i.ſol,pmit hic.i.in oriẽte ortus.ſ.ſuos:& aperit lucem.ſ.diurnam,& inficit.i. colorat colore nigro,igne.i.calore ſuo, vicino, quia directius feriẽte,Indos nudos flãma propiore.i. ꝓpter vicinitatẽ caloris tui. Et quia Chorus eſt Thebanorũ hic cœtus immiſcens ſe dicit Nos genus ſtirpis inuictę.ſ. Cadmi,Bacchi, Herculis,interimus.i.extinguimur:labimur fato ſęuo rapiente.ſ.nos. Noua pompa ducitur ſemp morti.ſ.de nobis triumphanti: longus ordo agminis mœſti,properatur.i. acceleratur, ad manes.i.iferos:& ſenes.i.ſeriatim ingreſſa multitudo,hęret triſtis, quia anceps quid faciat:& ſeptẽ portę.ſ. Thebarũ,nõ patuere ſatis.i.nõ ſatis exitꝰ dedere, turbę petẽti tumulos.i.ſepulcra:quę extra vrbem p̃ſertim Athenis fiebant. Strages facta a morte ſtat.i.horret,grauis.i.moleſta:& funꝰ premit ſup.a,funere iũcto.i.ſupaddito.multi victo legunt:qa ligant lintheis funera. Prima vis.ſ.peſtis tetigit bidẽtes.i. oues:laniger.ſ.aries male.i.lente aut in perniciẽ,carpſit hęrbas pingues:ſacerdos,ſacrificulus,ſteterat tacturus colla.ſ.tauri:dũ manus.ſ.mactãtis alta .i. erecta,parat vulnus certũ:qa piaculũ erat ſi fugeret:dũ ſup.taurus aureo cornu rutilante.i. habẽs auratũ & rutilans cornu, labit ſegnis: & ceruix reſoluta.i.ſecta ſub .i. in ictu, vaſti ponderis,patuit.i.apta eſt: nec cruor maculauit ferrũ.ſ.cultri:ſed ſanies turpis ꝓfuſa eſt e plaga atra. Sonipes.ſ.equus,ſegnior ſcilicet factꝰ, cõcidit in ipo gyro.i.dum obuerteret: & prodidit.i. decepit & in terrã dedit, dñm.i. ſeſſorem,armo prono id eſt in terra lapſo.

Occidis. Inducit Chorus calamitatem Thebanorum deplorãs:& eſt versus ſapphicꝰ. Occidis.more ria.ci,breue. Cadmi.qui cõdidit Thebas. Viduaa.deſertas colonia. Comes.q ſequutꝰ eſt Bacchũ vſq; in Indiã: vnde monſtrat illoꝝ generoſitas: quo magis ẽ dolendũ de eoꝝ ſtrage. Leto.morte. Signa.vexilla. Prio mũdo.oriẽti vñ ſol orit. Cinnamis. vbi naſcũ cinnama, vidit:& pthoa ſagittãtes poſt terga:& mare rubrũ. Promit.emittit:vbi ſol orit. Inficit.tigit & facit nigros: vidit etiã Aethiopes. Interimꝰ.morimur.nos appoſitiue genꝰ ſtirpis iuictę,gẽtia fortiſſimę Thebanę Ad manes.magna turba deſcẽdit ad inferos. Patuere. Thebis erãt ſeptẽ portę:quibꝰ ſolebãt efferri cadauera:nã ſepeliebant oẽs extra vrbẽ:nũc tãta erat turba moriẽtũ: vt nõ ſatis fuerint ſeptẽ portę volẽtibꝰ exire ad ſepeliẽdũ mortuos. Stat.nõ põt ꝓcedere ꝓpter multitudinẽ. Premit.vrget. Pria vis.pria peſtilẽtia fuit inter pecudes:q̃ pnę ad terrã primã corruptionẽ ſentiũt. Bidẽtes tardas.oues tarde eũtes. Laniger.aries. Colla.ſępe ſacerdoa añ aras volẽs ſacrificare tauꝝ priuſq̃ ꝑcuteret ille moribũdꝰ cadebat peſte. Aureo. de more inaurabãt cornua tauro quẽ ſacrificaturi erãt. Alta.eleuata ad ꝑcutiẽdũ. Segnis.ſine viribus. Vaſti.q̃ vix poterat ſe ſuſtinere ꝓpter morbũ. Reſoluta.cadẽs. Nec cruor.ex vulnere non exiuit ſanguis ſed ſanies. oia iſta ſumpta ſunt ex Virg.in.iij. Geor. Prodidit.decepit. Prono.inclinato ad terrã. Gyro.reflexione. BERN.

❡Occidis. Carmẽ ſcđm metro ſapphico. Cõplectit trifariã Thebani Chori lamẽtationẽ: prio ruinã & ſtragẽ hoim quos ieuitabil morbꝰ peſtilẽtię cõfecerat. ide iumẽtoꝝ vaſtationẽ. vltio hęrbarũ plãtarũq; ſiccitatẽ ęſtuãtis ſideris malitia exortam deplorat Chorus. Diuidit autẽ in duo:in planctum:& Creontis aduentum. Miſerãda Thebe. Theben numero vnitatis iflexit qđ raro pro vrbe Bœotię inuenias affirmante Priſciano & Cariſio grãmatico. Ad Indos extremos.expugnauit Indiã Bacchus vñ primũ vexit lyncas triũphali curruí ad DANI.

functos.canente Ouidio Victa racemifero.l.d.&c. Lōg⁹ad manes. Ditescit Pluto & infernus nr̄is luctib⁹.ita Sophocles ex persona Oedipi Χ' αι Δυσ ϛεμαγμοισ και γομισ πλουτιξεται: το κοισι τεσκωτα δε λαυμει λοιμοσ ἐχθιστοσ πολιν.

ASCEN. ¶ Pecudes incubāt.i.iacēt mortuę aut lāguidę,relictae pratis:taurus marcet,fit marcid⁹, armēto.s.vaccarū peūte:quo valēte hilarior fieri solet:pastor deficit.i.defungit̄ grege diminuto:moriens inter iuuēcos tabidos. Cerui nō metuūt lupos rapaces:quia maius malum eos afficit : fremit⁹ leonis irati cessat:qa vesci non audet aut nō pōt: nulla feritaa supple est in vrsis villosis.serpēs latebrosa.i.frequēs in latebris degens ,pbibit.s.ex aere corrupto,pestē: nā aret & morit̄ veneno qd̄ pro humore habet,sicco.i.exiccato . Silua nō fūdit decorata coma sua (sunt aut versus anapæstici legendi vt reposui)quia nec decorat̄ nec fundit,montib⁹ opacis vmbras: rura nō virent vbere.i.vbertate glebæ.i.terrę piguis: & vitis non curuat brachia.i. palmites suos, plena iaccho .i. vino per metonymiā suo.i.i se nato.Omnia.i.animantia & viuentia,sensere malum nostrum.i.hominū Thebanorꝫ: turba sororū.i.tres furiæ infernales face tartarea.i.habētes facem infernam,rupere.i.ruperunt vt ad nos venirent,claustra erebi idē orci profundi.Et Phlegeton.i. fluui⁹ ardens infernalis,miscuit stygа,paludē infernā,motam.i.amotā sua ripa, vndis sidōijs .i. aquis quas Thebani Sidoniorum coloni bibunt. Mors alta,quia voti compos,pandit auidos hiatus oris: & explicat vt celerius volet, oēs alaa: & Charō senior dur⁹ nauita.i.portitor i:ferorū,qui seruat cymba capaci flumina turbida,vix refert.i. ad se retrahit,brachia laxata conto assiduo.i.pertica assidue in fundum missa dum cymbam impellit: fessus vectare turbā nouā.s. Thebanorū.Quin fama sup. est,canē .s. cerberū,rupisse vincula ferri tænarij.i.catenā ferreā qua Hercules eum apud Tenarum ligauerat:& errasse locis nostris .i. Thebanis:& fama est solū.i.terrā mugisse:& fama est, simulacra virum pro virorū, maiora viris vaga sup.esse.i.vagari,p lucos.i. siluas inceduas:& nemus Cadmæū.i. Thebanum,vbi Cadmus serpentē occidit, tremuisse bis,niue discussa.s.tremendo: & Dircē fōtē Thebanū,turbatā.i.turbidā factā bia sanguine:& sup.canes Amphionios.i. Thebanos,vlulasse nocte silēti.O dira facies,leti noui.i.mortis insolitę,grauior.i.intolerabilior, leto.i.morte ipa: languor piger .i. pigros faciens,alligat artus ignauos.i.iutiles ad laborem:& rubor sup.est in vultu ægro: ex calore vehementi:& maculæ leues.i.pustulę,sparsere.i.sparsim inuasere,caput.s. languentiū: tum.i.insup,vapor flammeus.i.ardens,vrit ipam arcē corporis.i. verticē capitia : in quo natura,vt in arce tutissima ,& sensuū & vitæ pcipue organa reposuit:& tingit genas multo sanguine.i.sāguineo colore:& oculi rigēt: & ignis sacer.i.execrādua aut verēdus,pascitur.i.deuorat,artus.s.languēntium:aures resonant tinnitu interiore: & cruor niger , quia corruptus, naris adūcę.i.icuruatę,stillat.i.stillati defluit:& rūpit.s.vt exeat venas hiātes.i. aptas.Gemitus stridens quassa i creber.i. fre

Incubant pratis pecudes relictę:
Taurus armento pereunte marcet.
Deficit pastor grege diminuto:
Tabidos inter moriens iuuencos.
Non lupos cerui metuunt rapaces.
Cessat irati fremitus leonis.
Nulla villosis feritas in vrsis.
Perbibit pestem latebrosa serpens:
Aret:& sicco moritur veneno. ANApęstici.
Non silua sua decorata coma:
Fundit opacis montibus vmbras.
Non rura virent vbere glebę.
Non plena suo vitis Iaccho
Brachia curuat.
Omnia nostrum sensere malum.
Rupere Erebi claustra profundi
Turba sororum face tartarea:
Phlegetonq; sua motam ripa
Miscuit vndis Styga Sidoniis.
Mors alta auidos oris hiatus
Pandit:& omneis explicat alas.
Quiq; capaci turbida cymba
Flumina seruat:durus senior
Nauita Charon:vix assiduo
Brachia conto laxata refert:
Fessus turbam vectare nouam.
Quin Tęnarii vincula ferri
Rupisse canem fama:& nostris
Errasse locis:mugisse solum:
Vaga per lucos simulacra virum
Maiora viris:bis Cadmęum
Niue discussa tremuisse nemus.
Bis turbatam sanguine Dircen.
Amphionios vlulasse canes
Nocte silenti
O dira noui facies leti

Grauior leto: piger ignauos
Alligat artus languor: & ægro
Rubor in vultu maculæq; caput
Sparsere leues. tum vapor ipsam
Corporis arcem flammeus vrit:
Multoq; genas sanguine tinguit.
Oculiq; rigent: & sacer ignis
Pascitur artus: resonant aures:
Stillatq; niger naris aduncę
Cruor: & venas rumpit hiantes.
Intima creber viscera quassat
Gemitus stridens: tunc amplexu
Frigida presso saxa fatigant.
Quos liberior domus elato
Custode sinit: petitis fontes:
Aliturq; sitis latice ingesto.
Prostrata iacet turba cadentum:
Oratq; mori: solum hoc faciles
Tribuere dei. delubra petunt:
Haud vt voto numina placent:
Sed iuuat ipsos satiare deos. IAMBICI.
Quisnam ille propero regiam gressu petit?
Adest ne clarus sanguine: ac factis Creon?
An æger animus falsa pro veris videt?
Adest petitus omnibus votis Creon.

quẽs viscera intima: & sic æstuantes fatigant tunc amplexu presso id est arcto, saxa frigida. s. vt calorẽ sedent. Et vos supple quo adomus liberior. i. minus imperio vtens, vt pote custode elato. i. prius defũcto, sinit. i. permittit scilicet exire: petitis fontes vt eos bibatis: & sitis alitur. i. augetur latice ingesto: qa quo plus sunt potæ plus sitiũtur aquæ. Turba cadẽtum iacet prostrata: & orat mori. i. vt mori detur: dei faciles. i. exorabiles tribuere hoc solum. s. vt moriantur. petunt delubra. i. deorum habitacula, haud. i. non, vt placent. i. cõtenta & pacata faciant numina voto. s. nũcupato: sed iuuat satiare scilicet strage sua, ipsos deos gaudentes ea. Hoc autem dicto videt Creonem seu Creontem ab oraculo reuertẽtem: & ideo mutato pro more genere carminis in id quo vsurus est, dicit. Quisnã ille supple est qui, petit regiam gressu propero? Adest ne Creon frater Iocastæ clarus sanguine ac factis? an animus æger videt falsa pro veris? deinde cognito eo dicit: Creon petit⁹ omnibus votis adest.

¶ Nõ cerui. Cum omnia animalia sint ægra & deficientia, nullus est timor inter dispar genus animalium. Turba sororum. furiæ infernales venerunt ab inferis: quæ omnia miscent strage miserabili. Sidonijs. Thebanis: nam Cadmus de Sidone venit qui Thebarum author fuit. A quæ Thebanę commixtæ sunt cum aquis stygiæ paludis & Phlegethontis: quæ mortiferæ omnes necant. BERN.

Auidos. nam mors nunq̃ satiatur deuorare homines. Explicat. extendit super omnia. Alas. dicitur mors alata: quia cito venit. Charon. portitor stygis: qui dicit̃ transuehere animas ad inferos. Fessus. vix potest sufficere tanto numero. Conto. pertica ferrata ad impellendã nauim. Refert. redit ad alios accipiendos fessus. Nectere. ad nectendum & portandum: quia dicitur Cerberus rupisse catenas & errasse apud nos.

Ferri Tænarij. catenæ qua ligatus erat ad Tęnarum ingressum inferni. Tęnarus ꝓmõtorium in agro Lacedæmonio: vbi erat cauerna qua dicebatur esse descensus ad inferos. Solum. terram. Maiora. maioris staturæ q̃ sint homines. Discussa. nam quando tremebat cadebat nix. Cadmęum. vbi Cadmus interfecit serpentem. Amphionios. Thebanos: ab Amphione. Facies. tristius est videre tantam stragem q̃ mori. Alligat. deficiebant ita peste membra q; non poterant moueri. Rubor. ægri habebãt ruborem in vultu accensum: quod signum est maxime infecti peste. Leues. paruæ. Arcem. ipsum caput quod est quasi arx in homine. videbatur habere vnam fornacem in capite. Rigent. congelati sunt & horridi facti. Sacer. execrabilis. consumit membra. Resonant. videbantur semper audire murmur: nam omnes sensus erant occupati. Niger. putridus. Hiantes. ruptis venis fluebat sanguis. Gemitus. murmuratio quædam erat in intestinis. Fatigant. incensi ardore ægroti ibant ad amplexandum frigida marmora: vt reciperent refrigerationem. Quos. si aliqui poterant exire domum ibant ad fontes & bibebant quantum volebant. Elato. remoto vel sepulto. Petitis. vos vaditis. Alitur sitis. quanto plus bibebant plus sitiebant. Latice ingesto. aqua hausta. Tribuere. vt moriantur. Satiare deos. ibant ad templum vt satiarent iram deis dicentes: satiamini dei nostris gentibus. Quisnam. dat locum sequenti scenæ: reuertebatur Creo qui iuerat ad oraculum Apollinis. & ibi mutatur versus in Iambicũ. Creo. frater Iocastæ. Factis. virtute sua. Falsa. an puto videre ip̃m quẽ multum desyderaui. Adest. ꝓsens est. Creo & Creon græca dictione, on apud nos amittit n. Creo.

¶ Vitis iaccho. Sterilescũt vites nec ferũt vuas. Iacchus ẽ bacch⁹ ita dict⁹ ab effusa lętitia. παρα το ιαχεω: qd ẽ resono. & scribit̃ duplici cc. vltio crasso si credim⁹ Eusthatio: vt ꝑducat̃ penultima per positionẽ: etsi verbũ vnico tantũ scribat̃. Cõto. contus est sudes siue hasta durior sine ferro. Virgi. Ac duris detrudere contis. & alibi Attenti longo muros defendere conto. Rupisse tamen. aiunt Cerberum alligari in inferno catena adamãtis: & eadem tractum fuisse huc ab Hercule. Grauior leto. tristior est leto. leti genus ignauũ & vulgare ge- DANI.

nus mortis ē pestilētia. Pascit art⁹. excedit & carpit art⁹. actō inueniunt passiua cōiuncta sed figurate. Virgi. in. iij. Georgi. Pascunt vero syluas & summa Lycij. author ē Priscian⁹. Pascor. Alitur q; sitis. q̄to pl⁹ bibit q̄s, eo pl⁹ sitit: fuit sicut hydropicis contingit: in quib⁹ crescit sitis sibi indulgēs & dira, nisi cā morbi fugerit. Delubra petūt. Delubrū. Varro li. vij. rerū diuinarū ait. Locus in quo deū ponebāt a nōnullis delubrū nūcupat: sicut in quo figitur candela candelabrum.

ASCEN.  Orrore quatior. Egrediens Oedipus loquit (vt fit) de oraculo icert⁹ q̄dnā attulerit Creō: & p̄sagio quodā naturæ sibi timet, tametsi causā ignorat: dicit eñ sic. Ego timēs, quo .i. in cuius perniciē fata .i. responsa fatalia, vergt .i. se inclinent: quatior horrore .i. metu: & pect⁹ .s. meū labat trepidū .i. prę anxietate trepidās euentu gemino: q a & felix & infelix esse pōt. posset fortassis intelligi de gemio euētu quē horrebat .s. cædis patri & stupri matri inferēdi: nisi seq̄ret, q̄d de bono & malo euentu locutū declarat, dicit eñ. Vbi lęta mista aut mixta duris .i. tristibus, iacēt in ambiguo .i. in incerto vtra contingant, anim⁹ incertus, cum cupiat scire .s. euentū, timet .s. ne peior conditio eueniat. deinde conuersus ad Creonē seu Creontē dicit: O Germane .i. frater coniugis nrę, edoce voce p̄perata .i. accelerata, si reportas quā .i. aliquā, opē, fessis .s. tātis malis. Respōdet Creon. Respōsa .s. q̄ reporto, latēt dubia, vtpote sorte p̄plexa .i. in quib⁹ est sors p̄plexa. Ad hoc Oedipus argute. Q ui dat afflictis salutē dubiā, negat sup. eā. q̄d tractū a medicis q̄ nō ausi negare sanitatē ne desperatio noceat, timide & frigide p̄mittunt eā. Ad q̄d Creon. Mos ē deo Delphico .i. Apollini tegere .i. inuoluere arcana .i. res secretas, nexa .i. implicitas, ambage .i. dubio respōso: quod ābigere facit. Id aūt fecit reuera dæmonū calliditas: q̄ futura nō nisi ex astris aut ex dispositione rerum prognosticans ne falsa reperiatur dubiam & quę in vtrāq; partem verti posset dabat responsionem. Vnde Seruius dicit Apollinis respōsa licet semper vera, sępe dubia: & Maro dicit q̄ Sibylla erat obscuris vera inuoluens. Oedipus. Fare .i. exprime oraculum licet sit dubium: quia datur soli Oedipodę hoc ē mihi qui Sphingos ænigma dissolui, noscere ambigua. Creon. De⁹ .s. Apollo, iubet sedem regiam .i. occupatorem eius, expiari .i. purgari a scelere, exilio .s. eius q̄ eā occupat: & iubet Laiū .s. regem interemptū cum ad oracula pergeret, vlcisci .i. vltione de eius interemptore sumpta placari, exilio scilicet interemptoris. Dies non curret ante lucidus cælo .s. q̄ vltio fiet: & supple nō dabit ante haustus .i. inspirationes & attractiones ætheris puri .i. aeris non corrupti, tutos, scilicet haurientibus. Oedi. Et quis fuit peremptor regis inclyti .s. Laij? Ede .i. explica, quē Phoebus memoret .i. dicat: vt luat .i. persoluat poenas. Respondet Creon carmine Trochaico quia in eo dominat Trochæus: tetrametro, quia quatuor sunt mensuræ quæ deberent esse binum pedum: sed quia acatalecticum est quarto metro vnus dumtaxat pes est cū syllaba. Precor scilicet te o rex, sit tutum scilicet mihi id est impune, dixisse scilicet mihi horrida visu & auditu id est dum ea vidi & audiui: torpor insidet .s. adhuc mihi: & sāguis frigidus coit p art⁹ .s. dum memoro: q̄si dicat

Actus Secundus.

Trimetri Iambici: & Tetrametri Trochaici: cū quibusdā Hexametris: & rursus Trimetris iābicis.

OEDIPVS. CREON.

 Orrore quatior fata quo vergāt timēs
Trepidūq; gemino pect⁹ euētu labat.
Vbi lęta duris mixta in ambiguo iacent:
Incertus animus scire cum cupiat timet.
Germane nostræ coniugis: fessis opem
Siquā reportas: voce properata edoce. Cr.
Respōsa dubia sorte perplexa latent. Oe.
Dubiam salutem qui dat afflictis: negat. Cr.
Ambage nexa delphico mos est deo
Arcana tegere. Oe. fare: sit dubium licet:
Ambigua soli noscere Oedipodę datur. Cr.
Cędem expiari regiam exilio deus:
Et interemptū Laium vlcisci iubet.
Non ante cęlo lucidus curret dies:
Haustusq; tutos ætheris puri dabit. Oe
Et quis peremptor inclyti regis fuit?
Quē mēoret (ede) Phœb⁹: vt pœnas luat. C.

TROCHAICI Tetrametri Acatalectici.

Sit p̄cor dixisse tutū: visu: & auditu horrida.
Torpor insidet per artus frigid⁹ sanguis coit.
Vt sacrata tēpla Phœbi supplici intraui pede:
Et pias numen precatus rite submisi manus:
Gemīa Parnasi niualis arx trucē sonitū dedit:
Imminēs Phœbęa laur⁹ tremuit: & mouit do
At repēte sctā fōtis lympha castalii stetit (mū
Incipit lethea vates sparger horrētes comas
Et pati cōmota Phœbū: cōtigit nondū specū:
Emicat vasto fragore maior humano sonus.

Oraculum metro hexametro.

Mitia cadmeis remeabunt sydera Thebis:

Si profugus Dircē Ismenida liqueris hospes
Regis cęde nocēs: Phœbo iā not9: & infans.
Nec tibi longa manēt scelerate gaudia cędis.
Tecū bella geres: natis quoq; bella relinques:
Turpis maternos iterū reuolutus in ortus.

horresco referēs (Sūt, q legant horrido: & insedit: vt coit sit pro coiuit: & ordo sit: torpor insedit mihi & sanguis frigidus coit pro coiuit: Vt sacrata templa &c. sed alius ē ordo: nā facta periodo icipit narrare dicēs.) Vt. i. postq̄, intraui pede supplici, tēpla sacrata phœbi & precatus rite. i. decenter numen. s. Phœbi submisi. s. illi manus pias. i. religiosas: gemina arx. i. vterq; vertex, parnasi niualis. i. niue tecti, dedit sonitū trucē. i. horrēdū: laurus Phœbęa, imminēs. s. tēplo, tremuit: & mouit domū. i. ędē Apollinis: ac pro &: sunt qui legunt &, alij at qd nō dāno: q.d. cū dom9 timeret: cōtrario mō, sctā lympha. i. aqua fontis Castalij q in Parnaso est, stetit. i. cessauit a cursu repēte. i. quasi ob subitū horrorē. Vates lethęa, aut qa sui oblita & furore rapta, aut qa q̄ semel digessit i numerum nō amplius curat: sed rapidis volitāt ludibria vētis: incipit spargere comas horrētes. i. prę horrore surgētes: & cōmota incipit pati Phœbū. i. se possideri a Phœbo: vaticinātes eñ ne quid de suo dixisse putētur corripiebant sacro furore vt de Sibylla patet. vj. æneí. Sed nō multū dissimile est in libris Regnorū de Saule: de quo dictū Nū Saul inter pphetas: ipa nōdū cōtigit specū. i. antrū vñ ad eā fingebant respōsa manare: aut manabant reuera dęmonū fraude: q̄ cur cessarēt anxie disputat Lucanus: sed vanū fuit illi afi lucē surgere: qa veritatē non agnouit: cessauerūt eñ Delphis oracula: dū princeps hui9 mundi eiectus est foras. Son9 maior fragore humano. i. voce quā hō cū fragore emittere posset, emicat. i. resultat e specu in formā seq̄ntē (q̄ Heroico cōstat metro: qd vt dicit Plynius, oraculo debem9: & iō Horatius in arte Dictæ p carmina sortes). Sidera mitia remeabūt Thebis Cadmęis. i. a Cadmo conditis. Si hospes. i. q incolis Thebas, liq̄ris pfugus. i. pfugiendo a Thebis, Dircen Ismenida. i. q̄ in Ismenū fluit: aut thebanā: vt sit patronymicū sumptū a parte regionis pro possessiuo positū: nocens cęde. i. nece regis. s. Laij: notus iā Phœbo, &. i. etiā infans: quia cū esset adhuc in vtero matris Phœbus ea futura dicebat parentibus Oedipodis: vñ iussus interfici expositus & ad arborē suspēsus est: nec o hospes, gaudia cędis scelaratę. i. q Laiū patrē nefarie occidisti, manent tibi longa. s. deinceps: aliquantulū tñ iā manserāt: nā quatuor liberos ex matre susceperat: quia geres bella tecū: eruendo tibi oculos: relinques quoq; natis Polynici & Etheocli bella, reuolut9 iterū. s. per coitū, turpiter qa inceste, in ortus maternos intens membrum vnde ortus es.

Horrore. Hic est secūdus actus: in quo inducit Creo frater Iocastæ q̄ missus erat ad oraculū Apollinis vt videret si erat remediū huius pestis: renuntiat, vt expurget mors Laij & eius interfector mittat in exiliū: cuius p̄sentia orta erat ista pestis: sed cū dubitaret quis fuisset: adierunt Terisiā vatem qui dixit fuisse Oedipū: tñ non dixit ei. Primo Oedipus vidēs Creontē veniētē dubitabat an portabat bonum an malū. Quattor. cōcutior tremore. Vergant. inclinent & veniant. Labat. tremit. Gemino. vel bono vel malo. Læta. res letæ. Duris. rebus asperis. Incertus. qui nescit vtrū, an triste an lætum: in quantū sperat lętitiā cupit scire: inquantū scit posse esse triste, timet. Respōsa. dicit Creo q habuit respōsum ab Apolline: sed incertū. s. vt ille det pœnas q interfecit Laiū. Sorte. oraculo. Perplexa latēt. occulta non intelligunt. Dubiā. quando istud habendū est in malū: qñ dij respondent dubie est negare salutē. Ambage nexa. reuolutione incerta: ita hoc nō est dicendū q sit pro malo: cū mos Apollinis sit dubie respondere. | BERN. Oraculi explicatio.

Fare. loquere oraculū: dicit Oedipus noui explicare obscura sicut feci de Sphinge. Oedipodæ. s. mihi. Cędem. explicat Creo oraculum. Regiam. regis Laij. Haustus. attractiones aeris: nō ante cessabit pestis. Ede. dic. Luat. sustineat. Ait. Creo respondet: pretor dicit iō cogor dicere. Aliter legit sit pcor metū. Visu. adhuc timeo qñ cōsydero quāto terrore sit dictum illud oraculum. Torpor. stupor. isti versus sūt trochaici acatalectici quia deficiunt: habent septem pedes cum dimidio. Coit. congelatur. Vt sacra. incipit narrare oraculum: statim vt accessi ad templum Apollinis quod est in Parnaso oia visa sunt tremere. Submisi. inclinaui ad oraculum. Gemina arx. Parnasus habet duos colles: vt testatur Plynius & Strabo. Trucem. horribilem. Imminens. imposita ipsi templo. Lympha. aqua. Castalij. fontis in Parnaso: qui sacer est musis. Stat. firmauit se nec cucurrit. incipit. Vates Lethęa. puella q̄ dabat respōsum plena spiritu Apollinis. vt est apud Virgi. in. vj. æneí. de Sibylla. Lethęam appellauit: quia post responsum oia obliuiscebat: nā Lethe fluui9 est inferni qui interp̄tatur obliuio. Specum. speluncam & aditum: vnde dabant respōsa. Mitia. ista sunt verba oraculi: & quia solebant versu hexametro dare responsa ibi ponit versus hexametros. :

Mitia. benigna: cessabit pestis: hæc sunt verba oraculi: si profugus liqueris Dircē Hismenida. i. Thebas. Dirce fons: Hismenus fluuius in agro Thebano: vt vidimus. Regis. s. Laij. Infans. quando oraculum prædixit de te dum esses in vtero matris. & ibi apte demonstrat Oedipus. Longa. non diu gaudebis. Tecum. quia fodiet sibi oculos. Natis. sicut Etheocli & Polynici. Reuolutus. iterum rediens in vterum matris. s. cōcūbendo cū matre. Q d facere. postq̄ intellexit sententiā Oraculi Oedipus inquit: faciamus vindictam regis interfecti quod licuit dari cineribus illis.

¶ Horrore. Actus secundus & carmen tertium iambico tetrametro hipponactico constitutū. rogat Creontē Oedipus quod pestis remediū ab Apolline accepit: contra illi oraculū Pythio carmine repetit Creon, ad cuius interpretationem pmouet Tiresias. Tota pene Sophoclis narratio hæc est. Gemina Parnasi arx. refert Strabo lib. ix. ab australi parte Cirphim p̄ruptā rupē cū pfunda valle habet Parnasus, a qua sane diuisione biceps vocatus: Baccho & Phœbo cōsecrat9 teste Macro. & Diodoro. & Homerus meminit. Χρυσῶν ἐκ Δαφνηό γυαλων ἐπσπα φωνοιο &c. Dircē Ismenida. Zethus & Amphion filij Antiopes alligatam indomito tauro Dircen traxerunt per agrum Thebanum: quæ in fontem conuersa est sui nominis cuius rei meminit lepidus ppertius. Turpis maternos. ait Chorus apud Sophoclem. bñ te inuitū oia cernēs tēpus inuenit generantē pariter & genitū ἐφευρέ σ' ἄκοντ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος δικάζει τὸν ἄγαμον γάμον &c. Q ūrit perēptū. frustra salutē q̄ro ei exhibere quē nequeo facere vt viuat: vt sit: nemo incolumē quęrit illū quē timet esse peremptum. | DANI. Parnasus. Dirce.

ASCEN. ¶ Quod facere &c. Oedipus nõ intelligens
se illũ esse q patrẽ occiderit & matrẽ duxerit
quippe q patrẽ suũ adhuc Corinthi regnare
putabat: increpat Creonta & cęteros Theba=
nos q nõ sint vlti mortẽ regis sui: pmittitq
se vltorẽ nesciẽs q in se vltio recidat. Ordo ẽ
Decuit hoc dari vel dare hoc, cinerib⁹ regis
functi.i.defuncti.s. Laij: qd ego iussus moni
tu coelitũ.s. Phoebi paro nũc facere.i.sumerẽ
vltionẽ de interfectorib⁹ eius. Salus regũ est
maxime tuẽda.i.ptegẽda regi: ne quisq̃ vio
laret dolo, sceptra sancta.i.maiestatẽ regiam
iure vt sanctã obseruandã. Nemo quęrit.i. i=
uestigat, perẽptũ: aut potius nemo querit p=
emptũ quẽ timet incolumẽ.i.sospitẽ & valẽ=
tẽ. Quasi dicat iõ nõ fecistis iquisitionem de
eius morte, aut iõ nõ querimini q viuũ timui
stis. Ad qd Creon. Maior timor.s.belli quod
tũc Polybus inferebat, aut ne contingat ora
culũ, vtpote ne a Laij interfectore ducat Io=
casta, cũ sit fili⁹ vtriusq: excussit curã perẽpti
s.Laij. Oed. Met⁹ vll⁹.i.q̃tũuis magnus, phi
buit.i.potuit phibere, officiũ piũ, vtpote fu=
nebre & iustę vltiõis? Cre. Minę tristes carmis
i.oraculi nefãdi.i.nefãda minãtis: vtpote Io
castã ducẽdã a filio interfectore pris: phibẽt.
s.officiũ piũ. Bern. de Sphingos carmie itel=
ligit: sed nõ pbo. Oed. Scelus.s.lęsę maiesta
tis expief.i. publice purgetur, nũc impio.i.
scdm imperiũ numinũ.i.deoꝝ. Nã qd Phoe
bo pater omnipotens mihi Phoeb⁹ Apollo
pręd1xit.aenei.iij. Vnde patet oracula nõ vni=
us esse numinis. Quisquis.i. quicũq deorũ
siue Iuno siue ali⁹, modo vtriusq sexus sũt
numina, vides placatus regna.i. regnorũ es
placidus protector & beniuolus gubernator
ac dator, tu tu.i.tute ipe scilicet Iuppiter, pe=
nes quem iura poli.i.cęli pręcipitis.i.celeriter
currentis sup.sunt: & tu o Apollo, maximũ
decus mũdi sereni: q regis vario cursu: quia
planęte duplicẽ habẽt, raptus & pprĩũ, bisse
na.i.duodecim, signa.s. Zodiaci: vñ Maro.
Per duodena regit mundũ sol aureus astra.
qui euoluis rota celeri sęcula tarda, quia cen=
tesimo quoq anno cõplenda. Pulchra An=
tithesis tarda & celeri: q a motu rapt⁹ celeriter
ferẽ: vñ illi equus sacer: ne deẽ celeri victima
tarda deo: & tñ sęcula tarde pficit: & tu Phoe=
be noctiuaga.i. p noctẽ vagari sueta soror.
s.Phoebi hoc est luna, occurrens semp fratri
tuo.s.soli in cui⁹ coitu nouiluniũ est: quiq.i.
& tu q potẽs vẽtorũ, quãtũ ad mare: vt ęnei.
j.patet, hoc ẽ Neptune, q agis curr⁹ cęruleos
i.cęrulei coloris, p ęquor altũ: trahiẽ aũt a Tri
tonib⁹ & Delphinis: & tu sup. Plutõ, q dispo
nis domos.s. ifernas, carentes luce, adeste.i.
auxilio mihi sitis: vt hũc cui⁹ dextra Lai⁹ oc=
cidit.i.occubuit i mortẽ, nõ tecta ferãt qetũ,
nõ lares fidi ferãt.i. sustineãt qetũ: nõ tell⁹ ho
spital' ferat exulẽ: sed exigat & pseq̃ẽ. doleat
thalamis pudẽdis, vtpote incestis: & ple ipia
Hic.i.hmõi iterfector Laij, &.i. fil' pimat pa=
rẽtẽ & faciat (nõ stati itteniẽs graui⁹ pctm̃, hę
sitat apud se dicens, nunqd graui⁹ s. flagitiũ
q̃ sit parricidium, potest optari? q.d. non: sed
mox venit in mẽtem oraculi de se accepti &
ita addit) faciat quicquid ego fugi id est de

Oe. Quod facere monitu cęlitum iussus paro
Functi cineribus regis hoc decuit dari.
Ne sancta quisq̃ sceptra violaret dolo
Regi tuenda maxime regum est salus.
Querit peremptũ nemo quẽ icolumẽ timet. C.
Curam perempti maior excussit timor. Oe.
Pium prohibuit vllus officiũ metus? Cr.
Prohibent nefandi carminis tristes minę. Oe.
Nunc expietur numinum imperio scelus.
Quisquis deorum regna placatus vides:
Tu tu penes quẽ iura pręcipitis poli:
Tuq o sereni maximum mundi decus:
Bissena cursu signa qui vario regis:
Qui tarda celeri sęcula euoluis rota:
Sororq fratri semper occurrens tuo
Noctiuaga phoebe: quiq ventorũ potens
Aequor per altum cęruleos currus agis:
Et qui carentes luce disponis domos:
Adeste. cuius Laius dextera occidit:
Hunc non quietũ tecta: non fidi lares:
Non hospitalis exulem tellus ferat.
Thalamis pudendis doleat: & prole impia.
Hic & parentẽ dextra perimat sua.
Faciatq (nunquid grauius optari potest?)
Quicquid ego fugi: non erit venię locus
Per regna iuro: quęq nunc hospes gero:
Et quæ reliqui: perq penetrales deos:
Per te pater Neptune: qui fluctu breui
Vtrinq nostro geminus alludis solo.
Et ipse nostris vocibus testis veni
Fatidica vatis ora Cyrrhęæ mouens.
Ita molle senium ducat: & summum diem
Securus alto regnet in solio parens:
Solasq Merope nouerit Polybi faces:
Vt nulla sontem gratia eripiat mihi.
Sed quo nefandum facinus admissum loco ẽ
Memorare: Marte aperto: an insidiis iacet? Cr.

Frondifera sanctæ memora Castaliç petens
Calcauit altis obsitum dumis iter.
Trigemina qua se spargit in campos via
Secat vna gratū Phocidos Baccho solum:
Vnde altus ima deserit cœlum petens
Clemēter acto colle Parnasus biceps.
At vna bimares Sisiphi terras adit:
Olenia in arua: tertius trames caua
Conualle serpit: tangit errantes aquas:
Gelidumq; dirimit amnis Elidis vadum.
Hic pace fretum subita prædonum manus
Aggressa ferro facinus occultum tulit.
In tempore ipso sorte Phœbeia excitus
Tiresia: tremulo tardus accelerat gradu:
Comesq; Manto luce viduatum trahens.

uitaui: hoc est rē habeat cū matre: qđ se derelinqndo Corinthū putat effugisse: cū hęc oia quæ occisori imprecatur in caput eius aut ceciderunt aut mox casura sint. nō erit locus veniæ. s. si resciuero: iuro per regna & quæ ego hospes gero. i. administro nunc. s. Thebana: posset legi sceptra: sed gerimus etiā magistratus: & quę reliqui. s. corinthiaca: & p deos penetrales. i. penates & domesticos, & p te pater Neptune: qui adludis. i. molliter fluctus tuos applicas, geminus. i. duorū mariū. s. Ionij & Aegęi, fluctu breui propter breuitatē Isthmi vtrinq;. i. ab vtroq; latere, solo nr̄o. i. pr̄no. s. Corinthiaco. Et ipse. s. Apollo mouens. i. q moues, ora fatidica vatis, id ē Phœbadis aut Pythiæ, Cyrrheæ, quæ apud Cyrrheā Heliconis montis Phocidos vrbem responsa canit (de qua Lucan⁹. Nec si te pectore vates Accipiā Cyrrhea velim secreta mouentē Sollicita re deū) veni testis vocib⁹. i. ꝓtestatiōib⁹ nr̄is. parēs. s. me⁹ Polybus vt putat (iocūdū est aūt populo errorē miserabilē Oedipodis agnoscere) ducat seniū molle. i. placidum & lene: & diē sūmū: hoc est nec cadat āte diē. s. extremū fati: & regnet securus in alto solio ita, vt nulla gratia eripiat mihi sontē. i. culpabilē in morte Laij. Sed memorare. i. recēse & dic (dicitur etiā memoro: vt ęnei. i. Musa mihi causas memora: quocirca quidā hic memorato legūt) quo loco facinus nefandū (sunt qui legāt nefastum) admissum est & an supple Laius iacet apto marte. i. bello apte indicto, an insidijs. s. circūuērus ē intercept⁹? Respōdet Creō locū describēs. Laius petens nemora frōdifera, quia laurifera, castaliæ sanctę. i. musis sacrati fontis, calcauit altū iter obsitū dumis: ꝓficiscēs. s. Delphos vt a filio de quo interfici debebat quid actū sit sciscitaretur. Qua. s. parte, via trigemina. i. in tres ptes secta spargit. i. extendit se in cāpos: vna. s. viarū secat solū Phocidos regionis: gratum Baccho: quia in eo colit̄: vnde Parnasus. s. mōs, biceps. i. duo capita hn̄s: nō tn̄ ea q̄ Seruius putauit: alt⁹ petēs cœlū, deserit ima. s. vertice: licet basi in imis maneat: colle acto. i. erecto, clemēter. i. leniter vt ascēdi possit. At vna. i. altera via, adit terras bimares. i. Isthmō inter duo maria, Sisiphi. i. vbi Sisiphus Corinthū cōdidit: tertius trames. i. via transuersa, serpit. i. lente tendit, cōualle caua, in arua Olenia. i. q̄ adiacēt Oleno vrbi Bœotiæ: aut potius Aetoliæ: nā vtrobiq; est: sed sequitur & sup. tangit. s. tertius trames, aquas errantes. i. in obliquū fluētes & vadū gelidū amnis Elidis in Arcadia parte Pelopōnesi. Sunt qui Elei legāt: sed imitatur id Aenei. iij. Fama est huc Elidis amnē Occultas egisse vias. subita man⁹ pręedonum aggressa ferro, hic. s. in hoc triuio, Laiū sup. fretū. i. cōfisum pace, & ita paucis stipatū, tulit. i. sortita est facinus occultum: quia omnibus interēptis nō erat q indicaret. Hoc aūt dicēs vidit Tiresiā vatē Thebanū ab Iunone excęcatū aduentātem: & est parasceue futuræ scænæ. dicit ergo. Tiresia (sic hoc loco legendū: ne sit dactylus in secunda sede) excitus forte Phœbeia. i. oraculo preuocatus vt illud interp̄tetur: accelerat in ipso tempore, tardus. s. senio accelerat tamen studio: gradu tremulo. s. p̄ senio: & Manto. s. filia eius accelerat comes. s. eius trahens. s. Tiresiam viduatum. i. orbatū luce. i. visu.

¶Quod paro. s. vindictā. Monitu. oraculo. Decuit. honestius fuit dari. Cineribus. in principio quando BERN.
fuit mortuus vos debebatis facere vindictā. Ne sancta. q̄ debēt esse inuiolata: vt dē exēplū alijs ne quis insul
tet regibus, ipse regis vlciscar mortē: vnde dicit regi tuenda est salus regū. Quęrit. quia timebatis regē nō cu
rauistis vlcisci eius mortē. Timor. dicit Creon erat nobis agēdū aliud q̄ curare vindictā regis. Prohibuit.
q. d. prohibere nō debuit. Tristes minę. s. ænigmata sphingis q̄ proponebant̄ impediebāt nos. Nūc. post
q hucusq; nō est facta vindicta, nunc faciamus illā iussu deoꝝ: qui nobis hoc imp̄auerunt. & inuocat deos fa
ciens imprecationē interfectori: vt habitis oib⁹ malis interficiat quoq; patrem & habeat matrē p̄ vxore: vt
mihi p̄dicebat oraculū. Quisquis. inuocat oēs deos qui dicunt̄ habere curā regni, vt interfector laij luat poe
nas. Pręcipitis. celeriter vertentis. Poli. cęli, latine dicitur vertex: poleo verto. Tuq; sereni. p circuitionē Polus.
o sol. Decus mundi. ornamētum cæli. Bissena. Sol facit cursum suū p zodiacum in quo sunt duodecim si
gna: & quodlibet signū occupat spatiū vnius mensis: quādoq; lōgior a nobis: aliqn̄ vicinior: ideo dicit vario
cursu. Soror. inuocat Lunā sororē Solis. Quiq;. inuocat quoq; Neptunū & Plutonē qui dicuntur habere
regna. Cuius dextra. facit imp̄cationē cōtra illū q interfecit Laiū: & est ordo, tecta & lares nō ferant. i. sustine
ant hūc cuius dextra Laius occidit, Hospitalis. humana sed deserta vel habitata feris. Thalamis. cōiugio
materno: vt habeat matrem in vxorē. Nunquid. parēthesis est. Quicqd fugi. s. qđ erat p̄dictum oraculo
de me: qđ tā diximus. Venire. si repertā interfectorem non illi parcam. Hospes. peregrinus: vt se putabat.
Regna. s. Thebana. Quæ reliqui. s. Corinthia. nā se putabat filiū Polybi. Penetrales. domesticos. So
lo. terræ intelligit Corinthum in Isthmo inter Ioniū & Aegęū. & ipse intelligit Apollinē qui dabat responsa p
Phœbadē puellā. Cyrrheę. a Cyrrha vbi colit̄ Apollo. Ita molle. quietū ita pr̄ me⁹ habeat vitā securā pro
rum tempus suū: sicut nō dabo ei veniā. Merope. vxor Polybi. Faces. matrimoniū. Sed quo. vertit se
ad Creontem: vt dicat sibi qualiter interfectus est Laius. Iacet. mortuus est. Frōdifera. respōdet Creonq;

interfectus est Laius dū peteret oraculū Apollinis. Castaliæ. fons in Parnaso dicatus musis. Obsitum. dē sum spinis. Trigemina. describit iter: erat vna via versus Olenō: alia versus Corinthū: alia ad tēplum Phocidos. Gratum. quia ibi colitur. Vnde alius Parnasus qui est mons phocidis. Bicepa. qui duos colles habet. Ima. Planiuem. Acto. eleuato. sine difficultate ad ascendendū. Bimarea terras. intelligit Corinthū, Corinth⁹ vt diximus, inter duo maria sitā. quæ ciuitas est in Isthmo Achaiæ teste Eusebio de tēporibus: a Sisipho latrone Aeoli filio cōstructa: Cercyra cognominata deinde aucta Ephyra vocata. post hæc euersa, & a Corintho Orestis filio instaurata Corinthus nominata: fuit: vltimo a Romanis incensa: vt ostendit Florus de bello Olenos. Achaico: & Iustinus libro. xxxiii. Olenia. hęc est tertia via quæ ducit versus Bœotiam vbi est Olenos ciuitas teste Iginio in astronomia vbi capram Amaltheam nutritam fuisse asserit. Aliam ostendit Homerus in secundo Iliados ciuitatem Aetoliæ iuxta quam aper Calydonius occisus dicitur. Caua. inter montes per locum concauum: & est illa via prope fluuium Alpheum qui fluit per Elidem. Hic. in isto loco. Fretum pace. Laium confisum pace. cum nullum haberet bellum non multos stipatores habebat: vnde turba prædonum illum interemerunt. Subita manus. turba ex improuiso exiens loca occulta vt faciunt latrones.

Tulit facinus. fecit scelus. i. interfecit regem. In tempore. dat locū sequēti scęnę. venit Tiresia vates qui sci Tiresia. et nobis exponere quis interfecerit Laiū: & oraculū Apollinis. hic dict⁹ est q̄ p̄q̄ fuisse fœmia postea vir: vnde orta controuersia inter Iouē & Iunonē cui maior voluptas Veneris inesset an viro an fœminę, causa delata est ad Tiresiam qui vtrūq; erat expertus: hic respōdet maiorē voluptatē esse fœminæ: quare indignata Iuno q̄ contra ipsam sententiā tulisset, cō obcæcauit. motus aūt Iuppiter miseratione vt cæcitatē solaretur artē vaticinādi illi tradidit: cæcūq; patrē pia filia Manto regebat: quæ postea Thebis fugit cū filio Ocno in Galliā Cisalpinam vbi Mantuā cōdidit filius & a nomine matris appellauit. Tremulo. quia senex erat.

DANI. ¶ Curam. q. d. tm̄ mihi timeo: vt mihi regem peremptum tā nulli sit curæ. Sororiq; fratri. Luna suo obtutu illustratur a sole. hinc fictioni & ludibrio fabulę aperta est ianua. lunam aperiā sonipedes. facile per Smyrnā sequitur aureum currum Homerus appellat lunam ομοτροφορ απολλωνοσ. Aequor per. iuxta illud Virgilii Atq; leuis summas curru perlabitur vndas. Perimat. quem iam peremerat imitatio Sophoclis. ειτω οιδιπο τυραννω. Vt nulla fontem gratia. non abibit impune neq; vllam a me impetrabit gratiā. Sed quo in loco. apud Sophoclem. in domibus verum an in agris. λευ οικοισ. ευαγρόιό δλαισσ Subita prædonū. inuadunt Laium securum propter pacem & truncant. p̄prie prædonum dixit qui Laium vti prædam occuparunt. sed etiam imitatione Sophoclis in persona Creontis λησαι εφασκε σου τυχοντασ. ου μια. est enim proprie λησιω prædator. vnde Mineruam, quia præest prædæ in armis, dicunt λησιδα. In tempore ipso. parasceue sequentis epitaseos: in qua fit incrementum nouarū personarum Tiresiæ vatis victimarū exta & sacrā flammam attendentis vt soluat ænigma Oedipo, & Mātus puellæ patri orbo colorem flāmæ & intestinorum motum explicantis. Oedipus rogat: respondet Tiresias inuitus.

ASCen. SAcrate diuis. More eorum qui aliquid a quouis ipetrare volunt, Oedipus id Tiresiæ dat qđ ab eo maxime ostendi expetit videlicet diuinationis donum. dicit enim: O Tiresia sacrate. i. consecrate diuis, ens sup. caput proximū Phœbo. i. Apollini quantū ad cognitionem futurorum, solue rñsa, id est obscura quæ latent in responsis Apollinis: fare. i. eloquere, quem pœnę. s. quas Apollo indicat īterfectori Laii, petāt: hoc est quis sit Laii interfector. Ad hoc Tiresias. Q̄z ego tardo, id est tarde pronuntio fatum, id est fati voluntatem: & q̄ lingua. s. mea, quærit moras: haud quidē decet te o magnanime. s. Oedipe mirari: qa magna pars veri latet. i. abscōsa est, carenti visu. sic Lucan⁹. Tu mihi causa lates. Virgilius cū actō. Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ. Sed sequar sup. eo quo p̄ria vocat me: & quo Phœbus vocat me. i. licet minus idoneus faciam qđ in rem patriæ video: & qđ Phœbus probat. Fata eruantur. s. e tenebris ignorationis. Si sanguis viridis & calidus foret mihi, excuterem pectore deum. i. resisterem ne de⁹ me obsideret sic vt inuitus cogar vaticinari: id enim Phœbades faciebant: vt Aenei. vi. At Phœbi nondum patiens, immanis in antro Bacchatur vates: magno si pectore possit Excussisse deum &c. Bernar. contrario modo intelligit: quasi velit & non possit concipere deum: ego vero intelligo iam cōcepisse: sed excutere non posse. Si tamen in illius sententiam te placuerit dicas excuterem, id est conciperem: quem postea insidētem excuterem. Sed malim explicare vt sentiat se Phœbi ple

Trimetri Iambici.

OEDIPVS. TIRESIA. MANTO.

SAcrate diuis p̄ximum Phœbo caput
Rñsa solue: fare quē pœnę petāt. Ti.
Q̄z tardo fatum: lingua q̄ quęrit moras:
Haud te quidē magnanime mirari addecet.
Visu carenti magna pars veri latet.
Sed quo vocat me p̄ria: quo Phœb⁹: sequar.
Fata eruantur: si foret viridis mihi
Calidusq; sanguis: pectore excuterem deū.
Adpellite aris candidum tergo bouem:
Curuoq; nunq̄ colla depressum iugo.
Tu lucis inopem gnata genitorem regens
Manifesta sacri signa fatifici refer. Man.
Opima sanctas victima ante aras stetit. Ti.
In vota superos voce solenni voca:
Arasq; dono thuris eoi extrue. Man.
Iam thura sacris cœlitum ingessi focis. Ti.
Quid flāma? largas iā ne cōprēdit dapes? M.

Subito refulsit lumen:& subito occidit. Tí.
Vtrum ne clarus ignis & nitidus stetit?
Rectusq; purum verticé cœlo tulit?
Et summá in auras fusus explicuit comam?
An latera circa serpit incertus viæ?
Et fluctuante turbidus fumo labat? Man.
Non vna facies mobili flammæ fuit.
Imbrifera qualis implicat varios sibi
Iris colores:parte quæ magna polí
Curuata picto nuntiat nimbos sinu.
Quis desit illi:quisue sit dubites colori
Cærulea fuluis mixta oberrauit notis:
Sãguinea rursus:vltimum in tenebras abír.

num:nam confidenter ait. Adpellite aris bouem candidum tergo:quia superis sacrificia p̄tẽdit.i.& nunq̄ depressum colla.i.qui nunq̄ habuit dep̄ssa colla,iugo.i.q intact⁹ est iugo. vñ Maro.Nũc grege de intacto. Bos eñi proprie intact⁹,ouis lecta,& porc⁹ exími⁹ sacrificio debet:quæ res aut auaritia sacrificulorũ, aut veteri sup̄stitione,aut dęmonum p̄stigijs quorũ hæc scęna plenissima est:inuẽta est. Tu o gnata,Manto.s.regens, id est dirigens, genitorem(de se loquitur)inopem.i.orbum,lucis, quia cæcum, refer, id est enarra, manifesta signa sacri fatifici.i.facturi indicia fatorũ. Mant.Victima opima, id est pinguis, cãdida & intacta,stetit ante aras sanctas.s. Apollini. Tir.Voca sup.igitur,superos in vota.i.vt vota ratificẽt, voce solẽni.i. p̄cibus sacris: quas mutari nefas erat:vt parturientib⁹,Iuno lucina fer opem:serua me obsecro: & extrue.i.exorna,aras donis thurꝭ eoi: videlicet Sabeorũ qui ad orientem vergunt.Mant. Ego ingessi .i.importaui,qđ honesti⁹ dicit q̄ si dicat ieci, focis aris.i.a fouẽdis ignib⁹, sacris cęlitũ.i.superorũ deorũ,thura. Tiresias audiẽs sacrificia legitime facta,ait.Quid flãma:sup.facit,cõprẽdit ne iã largas dapes.i.cõburit ne auide ipositas carnes?Man. Lumẽ.i. flãmę ex victima ortę,refulsit subito & occidit subito: qđ significauit Oedipũ vt leui occasiõe ad regnũ eẽt euect⁹,leui inde casurũ. Tir. Vtrũne.i.an ne, ignis.s.e victima ort⁹,stetit clar⁹ & nitid⁹,& rect⁹.i.erect⁹, tulit cœlo.i.ad cœlũ verticẽ purũ:& fusus in auras explicuit comã sũmã:an serpit circũ latera incert⁹ vię, alterũ eñi litationis & lętitiæ signũ,alterũ refutationis & tristitiæ est?& labat turbidus fumo fluctuante.i. difficulter ascẽdẽte?Manto.Nõ vna,imo diuersa,facies.i.dispositio fuit flãmæ mobili aut mobilis .talis sup.;qualis iris .i.arcus cœlestis, imbrifera.i.pluuiã afferẽs, implicat sibi colores varios q̄.s. iris curuata magna parte poli.i. cœli,nuntiat sinu picto.s.varijs colorib⁹, nimbos.dubites.i.dubitare possis:quis color sit quisue desit illi: q̃a omnes habet incertos. Flãma sup.cærulea oberrauit mixta notis.i.maculis fuluis,ens sup.rursus sanguinea: abit vltimum.i.vltimo in tenebras.

Acrate diuis. Rogat Oedipus Tiresiam vt dicat quis fuerit interfector Laij. Proximum. secundum in diuinatione. Qz tardo.respondet Tiresias non ita cito se posse dicere cum cæcus sit:sed tamen velle propter vtilitatem reipublicæ:facitq; adduci taurũ ad aras:& filiam dicere signa quæ apparent. Fatum.ad explicandum veritatem oraculi. Visu carenti.quia non possum videre signa quæ apparent: vnde oportet vt sciam ab alio. Eruantur.intelligantur & trahantur in lucem. Fata.oracula Apollinis. Si foret.si haberem ætatẽ iuuenilem reciperẽ spiritũ Phœbi:sed non possum:quia senex nõ possem tolerare spiritũ:qui multũ premebat:ita vt exiens ex corpore Phœbadis multoties relinqueret ipsam semianimã:vt Virg.plane scribit in.vj.Aenei. Excuterẽ.loquitur per trãslationem tanq̄ Apollo esset eques: & ipse equus quem deus premeret. Excuterem deum.explicarem oracula Phœbi. Appellite.adducite.iubet vt adducãt taurum ad aras qui nunq̄ sit iunctus iugo. Depressum colla.qui nunq̄ habuerit colla depressa id est subiecta iugo. Tu refer.filia Manto dices mihi signa quæ apparebunt. Opima.pinguis iam stat victima ad aras. Extrue.cõpone. Ingessi.imposui:respondet filia. Quid flãma. dic mihi signa:si flãma ascendit recte an se expandit. Comprehendit.occupat. Subito refulsit.emicuit:& statim mortua est. quod mõstrat q; ille qui statim factus est rex statim regno priuabit. Rectus stetit.erectus fuit. vnde vadit flãma recte. Explicuit.explanauit. Comam.flammas. Incertus.nesciens an erectus an sparsus. Labat.tremit. BERN.

Nõ vna facies.vna apparentia:sed varij colores:quales ostẽdit iris arcus cœlestis tẽpore pluuio. Curuata. inflexa iris: quę dicitur nuntia Iunonis. Sinu.curuatura in formã arcus. Picto.varijs coloribus distincto. Nimbos.futuram pluuiam. Quis desit. videntur esse omnes colores & tamen nullus est certus. Illi.s.flãmæ. Cærulea.interdum sunt colores sanguinei: aliquando cærulei. Notis fuluis. signis subnigris. Fulu⁹ color est ex rufo ac viridi mixtus. vnde fului leones dicuntur. Fuluus. color.

¶ Sacrate diuis. Apud Sophoclem alloquitur in hec verba. Omnia cõsyderas Tiresia doctissime:q̄uis non cernas multum tamen intelligis pariter. ω παντα νομωυ τειρεσ'α διδακτα τε πολυ μερει και μηβλεπεσφροσ μισλομωσ. ad verbum facta latina e greca est hæc scæna: habeto codicem Sophoclis ante oculos. Quid fari queam.adeo cæca sunt & recõdita isthæc mysteria & difficiles mentes superum: vt quid sentiam vix mihi in manu sit proloqui & augurari. Fuit Tiresias Thebanus Pireni filius homo cęcus indignatione Iunonis q; fœminas q̄ viros in furiam Veneris promotores vehementioresq; iudicauisset:cæterum Iuppiter cæcitatis tenebras honore vaticinij illustrauit. Auspicia siquidem referente Plinio prim⁹ inuenit:in necromantia admodum excellẽs fuit:iccirco datur dux Vlyssi ad inferos ab Homero in x Odysseæ. ψυχῃ χρεσομενουσ θηβαιου τειρεσιαο μαντιοσ αλαου του τι φρενεσ εμπεδοι &c. filiã habuit Manto: cuius filius Bianor Mantuam vrbem Venetiæ floridissimam,ac Virgilij Maronis natalibus celeberrimam condidit:qui de memoria aui Tiresiæ portam quæ ducit ad diuum Benedictum: Tiresiam appellauit. DANI. Tiresias. Tiresia porta Mãtuæ.

Sed ecce pugnax ignis in partes duas

¶ Sed ecce ignis pugnax.i.ex vna pte in alteram agens vt Polynices & Etheocles viui & ASCen.

eorum cadauera fecerunt postea, discedit in duas partes: & fauilla.i. parua flāma discors vni⁹ sacri, vt fratres illi vni⁹ vētris, scindit se. O genitor horresco intuens.s.rē pdigiosam. cruor permutat.i. in se vertit dona Bacchi.i. vina, libata.i.superinfusa: vt Aeneí.iiij. Vidit thuricremis cū dona imponeret aris Horrendū dictu latices nigrescere sacros Fusaq; i obscoenum se vertere vina cruorē. & fumus densus ambit caput regium.i. Oedipi regis qui astabat, & sedet spissior.s.q̄ alibi circa vultus ipsos.s.excæcādos: & abdidit lucē sordidam .i.mixtā fumo, nube densa. Effare signatum verbū augurij, o parēs quid sit. Ti. quid queam fari? quidnam loquar inter tumultus vagos mentis attonitæ.i.multum stupentis? Ea sup.quæ portenduntur sunt mala dira: sed in alto.i.profunda caligine latentia. Ira numinū solet ostēdi certis.i.manifestis, notis.i.signis: quid est istud, quod.s.numina volunt esse platum.i.prodituum & manifestatum: & iterum nolunt: quia sequentia signa priora offuscāt: & pro.i. tegunt.i. celant, iras truces.i. diras? Nescio quid pudet deos. innuit stuprum matris. Admoue prope huc, & sparge colla taurorum.i.boum masculi & fœmellæ, mola salsa.i.libamento.s.farina & sale confectum. Cū autem fēsit tauros admoueri, quęrit. Ne.i.nō ne sup.tauri patiuntur.i.tolerant & admittūt, manus.s.sacrificantium, admotas.i. appositas sibi, vultu placido? Man. Taurus attollēs caput altū expauit diem.i. aspectum lucis ac Solis ad primos ortus: & trepidus obliquat, id est declinat in transuersum, vultum, id est faciē suam: & fugit radios scilicet solis. Tir. ne.i. an, sup. tauri, afflicti.i. percussi petunt terram vno vulnere? Manto. Iuuenca (quę locastam significabat: & ideo iam dixi tauros cōceptione poni: vt masculum & fœmellam significent) induit semet, id est seipsam quasi spōte moriens, ferro opposito, id est cultris obiectis: & cecidit vno vulnere: at taurus (qui Oedipodē notat) perpessus duos ictus, ruit huc & huc dubius: vt Oedipus postmodum excæcatus. & fessus.s.cursu & labore, vix exprimit, id est vi expellit animā reluctantem. Ti. Vtrum cruor micat, id est more micantiū subito mouetur, citatus, id est commotus & euocatus vulnere augusto: an lētus, id est tarde exiens, irrigat plagas altas, id est profundas? hoc nimium plurimi ad extispicium referebat: sed quanti, & quare, cum sine periculo nesciatur, non constituit indagare. declarat tamen ex parte auctor ipse. nam cum dicit: Man. Amnis.s.cruoris, huius.s.iuuencæ, effusus sup.est per ipsam viam qua pectus patet: vt qua se Iocasta occisura est, huius.i.tauri qui Oedipum modicū sanguinis per cęcationem effusurū portendebat, imbre exiguo .i.modico cruore: ictus graues maculantur: sed sanguis multus, id est copiosus, versus retro.i.retrorsum, redit per ora atq; oculos. Ti. Infausta sacra cient.i. prouocant & indicant magnos terrores. Sed ede.i. edissere & explica nobis certas notas viscerum.i.intestinorū. Manto. O genitor quid hoc est.s.monstri: exta agitata non trepidant vt solent, motu leui:

Discedit: & se scindit vnius sacri
Discors fauilla. genitor horresco intuens.
Libata Bacchi dona permutat cruor:
Ambitq; densus regium fumus caput:
Ipsosq; circa spissior vultus sedet:
Et nube densa sordidam lucem abdidit.
Quid sit parens effare. Ti. quid fari queam?
Inter tumultus mentis attonitæ vagos
Quidnam loquar? sunt dira sed in alto mala.
Solet ira certis numinum ostendi notis:
Quid istud est quod esse prolatum volunt
Iterumq; nolunt: & truces iras tegunt?
Pudet deos nescio quid. huc ꝓpere admoue:
Et sparge salsa colla taurorum mola.
Placido ne vultu sacra & admotas manus
Patiuntur? Man. altū taurus attollens caput
Primos ad ortus positus expauit diem:
Trepidusq; vultum obliq̄t: & radios fugit. Ti.
Vno ne terram vulnere afflicti petunt? Man.
Iuuenca ferro semet opposito induit:
Et vulnere vno cecidit: at taurus duos
Perpessus ictus huc & huc dubius ruit:
Animāq; fessus vix reluctantē exprimit. Ti.
Vtrū citatus vulnere angusto micat:
An lentus altas irrigat plagas cruor? Man.
Huius per ipsam qua patet pectus viam
Effusus amnis: huius exiguo graues
Maculatur ictus imbre: sed versus retro
Per ora multus sanguis atq; oculos redit. Ti.
Infausta magnos sacra terrores cient.
Sed ede certas viscerū nobis notas. Man.
Genitor quid hoc est? nō leui motu (vt solēt)
Agitata trepidant exta: sed totas manus
Quatiunt: nouisq; prosilit venis cruor.
Cor marcet ægrū penitus: ac mersum latet:
Liuentq; venę: magna pars fibris abest:
Et felle nigro tabidum spumat iecur,

Ac ſemper omen vnico imperio graue.
En capita paribus bina conſurgunt toris:
Sed vtrũq; cęſum tenuis abſcondit caput
Membrana: latebram rebus occultis negans
Hoſtile valido robore inſurgit latus:
Septemq; venas tendit: has omnes retro
Prohibẽs reuerti limes obliquus ſecat.
Mutatus ordo eſt: ſede nil propria iacet:
Sed acta retro cuncta: non animæ capax
In parte dextra pulmo ſanguineus iacet:
Non lęua cordis regio: non molli ambitu
Omenta pingues viſcerum obtendunt ſinus.
Natura verſa eſt: nulla lex vtero manet.

ſed quatiunt, ſcilicet impetu motus ſui, tota manus, ſcilicat ea tenentis: & cruor proſilit venis nouis. i. inuſitatis. Cor, in quo fons vitæ, marcet penitus, ac latet merſũ, breuem ſignificãs vitã: venæ liuent. i. ſubnigræ & plũbeo colore quaſi cõtuſæ apparent: magna pars abeſt fibris: hoc eſt fibræ pro parte magna deſunt: & iecur tabidũ ſpumat felle nigro. i. corrupto cũ luridũ ac ſubuiride ſit per naturam. ac omen ſemp graue. i. quæ res vt ex te audiui pater ſemp graue omẽ habet: imperio vnico. i. etiam cum vnum dũtaxat id portendat: en bina capita. i. ſummitates cordis, conſurgunt toris, id eſt pulpis, paribus: ſed tenuis mẽbrana, pellicula aut reticulum, abſcondit vtrũq; caput. ſ. cordis, cęſum. i. reſectum. Latus hoſtile. i. qđ aduerſæ partis fata portẽdit, inſurgit robore valido, negans rebus occultis latebram. i. indicans nihil hoſtile occultũ futurum: & tendit, id eſt extendit ſeptem venas: qui ſunt ſeptẽ gręciæ duces: & limes obliquus prohibens has om̃es reuerti retro, ſecat has oẽs: quia oẽs ad Thebas perierunt. Ordo ſcilicet inteſtinorum eſt mutatus: nil iacet ꝓpria ſede: ſed cuncta ſup. ſunt acta retro. Pulmo ſanguineus capax animę, id eſt flatus, non iacet in parte dextra. Regio cordis non iacet leua, id eſt in lęua parte: omenta, id eſt inteſtina minora non obtendunt molli ambitu pingues ſinus viſcerum. Natura eſt verſa: quia nulla lex manet vtero. ſ. bouis cæſi.

¶ Sed ecce. Apparet aliud ſignũ: flãma diuidiť in duas ptes: qđ ſignificat duos filios diuiſos. ſ. Etheoclem & Polynicem. Pugnax. qui inter ſe pugnat. Diſcors. diſcedẽs in diuerſa. Libata. infuſa: vinũ mutatur in ſãguinẽ. Ambit ꝑterea circa caput regis Oedipi eſt caligo & fumus: quo ſignificať cęcitatẽ & lachrymas paſſurũ. Tumultua vagos. diuerſas agitatiões ſtupidę mẽtis: neſcio quid loquar. In alto. profundo: non bene intelliguntur. Solet ira deoꝝ ſignificari certis ſignis. Prolatũ. demõſtratũ: videť prius velle ſignificare, poſt ea nõ: quia obſcura ſunt. Tegunt. celant. Pudet. hoc erat propter concubitum Oedipi cũ matre. Mola. pulte ex farina ſale & mero: quã ſpargebãt inter cornua victimę priuſq̃ ſacrificarẽt. Sacra. victimę paratę ad ſacrificium. i. taurus. Patiuntur. permittit ſe tangi manibus. nã ſoluta victima erat ante aras & ſi fugiebat habebatur malũ ſignũ. Placido vultu. quaſi velit ſacrificari. Expauit. timuit lucem: quod ſignificat Oedipũ futurũ cęcũ. Poſitus. locat᷒ a me verſus ſolẽ. Obliquat. ꝑ trãſuerſũ vertit. Vno ne. dicit Tireſia iugula & dic mihi ſi moriunť vno ictu. Afflicti. pcuſſi. Iuuẽca. rñdet Manto ꝗ iuuẽca ſpõte venit ad vulnus & vno ictu cecidit: qđ ſignificat Iocaſtã cito ſe interfecturã: taurus aũt bis ictus in diuerſa errãs ſignificat Oedipum qui ſemel voluit mori & nõ potuit non permittẽte filia Antigone. Vtrũ. rogat Tireſias an mult᷒ ſanguis an paucus exeat: dicit Mãto ꝗ iuuenca effudit multũ ſanguinẽ: qđ ſignificat Iocaſtã morituram: & taurus fudit paucũ: qđ ſignificat Oedipũ nõ mori: ſed vagari. Micat. exilit. Irrigat. lente veniens. ſ. Amnis vnus. fluuius. ſ. copia ſanguinis. Patet. apertũ eſt ꝑ vulnus. Huius. ſ. tauri. Maculanť. aſperguntur. Imbre. leui ſanguine. Ictus. vulnera. Verſus retro. ſanguis nõ labitur ſicut deberet: ſed fluit ꝑ vultũ atq; oculos: qđ ſignificat oculos Oedipi fœdandos ſanguine. Ede. dic ſigna inteſtinoꝝ. Exta. inteſtina mouenť cũ tãto impetu vt vix poſſint teneri: aperuerat Manto Taurum. Trepidãt. ſaliũt. Manus. ſ. tenentiũ. Nouis. inuſitatis.

Cor. qđ primũ eſt inter exta videť putridũ. Liuẽt. habẽt colorẽ nigrũ. Fibris. extremitatib᷒ cordis, non ſunt integra ꝑcordia. Abeſt. nõ eſt. Iecur. eſt aſperſũ felle: & habet duo capita: qđ nunq̃ apparuit ſine magno dãno regni. Tabidũ. putridũ: qđ ſignificat duos filios odio plenos & amaritudine inter ſe pugnaturos de regno. Sed vtrũq;. ſũt bina capita: ſed vtrũq; occultať pellicula: tñ apparẽt quaſi ſub vitro. Toris. ęqualibus pulpis & eminẽtijs. Cęſũ. quaſi interruptũ. Negãs latebrã. quia facit illa apparere. hoc ſignificat duos fratres nõ diu dñaturos: cũ cito morituri ſint. Hoſtile lat᷒. faciẽtes extiſpiciũ æqualiter victimã diuidebãt: accipiebãtq; vnã ptẽ ꝑ illo quo volebãt vaticinari: aliã ꝑ parte aduerſa & hoſtili: q̃uis nõ fuiſſet hoſtis. vñ aduerſa ps ibi habuit maiorẽ. Hoſtile latus. pars ꝑ hoſte. Inſurgit. eleuať. Tendit. q illę venę ſunt plenę ſãguine: & eſt vna via q̃ ſecat illas ꝗ ſanguis nõ dimitiť ire: hoc ſignificat Polynicẽ venturũ Thebas cũ ſeptẽ ducibus qui ibi oẽs morienť. Obliquus. via facta ꝑ trãſuerſum. Reuerti. retro currere. Mutat᷒. eſt ordo naturæ: nulla pars eſt in loco ſuo: qđ ſignificat Oedipũ nullũ ordinẽ naturę ſeruaſſe. Acta. retro ipulſa. Animę. ſpũs. Dextra. vbi eſt locus pulmonis. Omenta. inteſtina parua: hoc eſt mẽbranæ tenues quę ambiunt inteſtina. Molli ambitu. tenui volutione. Natura verſa eſt. peruerſa.

BERN.

¶ Vultũ. Ambitioſe vultũ dixit de irrationali: ſed vultũ ꝑ facie accipit. Animã. duo genera hoſtiarũ ponit Theodoſius: vnũ volũtariũ in quo voluntas deoꝝ diſquirebať: de quo crediderim Senecã potius hic intelle xiſſe q̃uis aiam reluctãtẽ dixerit in morte ſimpliciter accipiẽdo. & poeta Mãtuanus meminit. Pecudũq; recluſis pectorib᷒ inhiãs ſpumãtia cõſulit. exta. alterũ animale i quo ſola anima deo ſacrificabať. Idẽ. A iaq; litãdũ Argolica. & Hãc tibi Eryx meliorẽ aiam &c. Sed ede certas. ecce liquido patet qđ gen᷒ hoſtiæ tetigerit poeta. Exta. eminẽtiæ dicuntur viſcerũ dicta ꝗ extant & eminẽt. nam quæ ſecantur ad vſum diuinæ voluntatis explorandę maxime ęminent. inde Extiſpices dicunť extoꝝ inſpectores.

DANI. Vultus. Hoſtiarũ gñs duo. Exta. Extiſpices.

Ti. Scrutemur vnde tāt⁹ hic extis labor. Mā.
Quod hoc nefas? conceptus infaustæ bouis
Nec more solito positus alieno in loco
Implet parentē: mēbra cū gemitu mouet:
Tremulo rigore debiles artus micant:
Infecit arctas liuidus fibras cruor.
Tentantq́ turpes mobilem trunci gradum:
Et inane surgit corpus: ac sacros petit
Cornu ministros: viscera effugiunt manu.
Neq́ ipsa quæ te pepulit armenti grauis
Vox est: nec vsq̄ territi fugiunt greges.
Immugit aręq́ sanguis & trepidant foci. Oe.
Quid ista sacri signa terrifici ferant
Exprome voces: aure non timida hauriam.
Facere solent extrema securos mala. Ti.
His inuidebis quib⁹ opem quęris malis. Oe.
Memora qđ vnum scire cælicolę volunt:
Contaminarit rege quis cæso manus. Ti.
Nec alta cœli penna quæ leuis secat:
Nec fibra viuis parta pectoribus potest
Ciere nomen: alia tentanda est via.
Ipse euocandus noctis æternæ plagis
Emissus Erebo: vt cędis authorem indicet.
Reseranda tellus: Ditis implacabile
Numen precandum: populus infernæ stygis
Huc extrahendus: ede cui mandes sacrum.
Nam te penes quē summa regnorū: est nefas
Inuisere vmbras. Oe. te hic Creō poscit labor
Ad quem secundū regna respiciunt mea. Ti.
Dum nos profundę claustra laxamus stygis
Populare Bacchi laudibus carmen sonet.

ASCen. ¶ Scrutetur aut scrutemur inquit Tiresias: vnde hic tantus labor.i.error sup.sit extis.nō pōt legi liuor: vnde dubites an liuor p lues reponendū sit. Mā. Quod.i.quale sup.est, hoc nefas? Conceptus.i.foetus, bouis.i. iuuencæ infaustæ Iocastā, iudicantis nec p & non, nō positus sup.est more solito: & implet parentē .i.matrē, in loco alieno.i.in quo nō solēt cōcipere iuuēcæ: & sup.mouet mēbra cū gemitu: quia viuus inuentus est, artus sup. eius debiles, micant, trepidāt, & vacillāt, rigore tremulo.i.duritie nō satis firma. Cruor liuidus (qui natorū Iocastæ mutuā cędē indicabat) infecit fibras arctas.i.cōpressas: & trūci.s. vitulorum ablatis pedib⁹, turpes.i.informes, tentāt gradum mobilē.i.ingredi: & corp⁹ inane.i.inanime pōt legi sine & inaīe: surgit ac petit cornu ministros sacros.i.sacrificulos: viscera effugiunt.i. elabunť manu.s. tenentiū: neq́ o pater (sunt eīm filiæ, nō pr̄is verba) vox grauis.i.sonora, q̄ pepulit te.i.aures tuas est armēti.i.plurīū boū: nec greges territi fugiunt vsq̄: ne fugientes putes ex more talē mugitū edidisse: quia sanguis aut in quē vinū mutať: aut potius vitulorū sectorū, qa trūcos vocauit amputatis iā pedib⁹, imugit aręq́. Beñ. legit: ignis vt legať immugit aris ignis &c. & foci.i. aræ ignē fouētes trepidāt p̄ horrore. Oed. Exprome o Tiresia, qđ ista signa sacri terrifici ferāt.i.indicēt: ego hauriā aure nō timida.i.forti.s. i quēcūq́ exitū ptuleris. Mala extrema.i.sūma: solēt facere securos: quia q sūma patiť mala, nō timet grauiora. Ti. volens significare ipm licet grauis sit pestilētia nō pati sūma mala dicit. Tu inuidebis.s.aliquādo, his malis.s. pestilētię, qbus q̄ris opē.i.remediū: inuidebis in quā tanq̄ leuiorib⁹ respectu eorū q̄ postea patieris. Vbi notabis iuidiā fieri cōtrario modo in bonis & in malis: quia inuidem⁹ bonis maiorib⁹, & malis minorib⁹. vt qa qa magis beatus, & min⁹ miser ē. Oed. Memora, sup. id qđ vnū.i.solū, cęlicolæ volūt sciri.s.a nobis. si legas scire subaudiēdū ē nos: sed duų cēt subaudire: qa nihil subaudiēdo viderenť cælicolę ignorare: qđ nefas est dicere. qa cōtaminarit man⁹.s. suas, rege.s. Laio cęso. Tiresias autē vel qa nō est ausus regem regi indicare, vel qa reuera ignorauit, dicit: neq́ augurio neq́ auspicio aut omine aliquo posse nomē interfectoris sciri: sed tm̄ magica arte & necromantia: vbi turpiter qdā scripserūt in Beñ. nigromātia. dicitur enim necromantia vaticinium per mortuum vt vocabulum indicat. Tire. Nec penna leuis.i. præpetis auis, quæ secat s. volando, alta cæli.i.aeris, nec fibra, id est vena iecoris parta.i.acquisita aut parta pro partita, pectoribus viuis, id est ad huc pulpitantibus, potest ciere, id est excitare & prodere nomen.s. iterfectoris: alia via est tentanda.s.mihi, ipse.s. interfectus Laius, sup. est euocandus, plagis.i.e regionibus, noctis ęternę.s. inferorum: vt emissus erebo.i.orco, indicet authorē cędis.s. suæ aut sui: tellus est reseranda, id est aperienda. numen implacabile ditis est p̄candum: & populus stygis infernæ est extrahēdus huc.i.ad nostrum hemispherium: ede.i.exprime, cui mandes, id est committas, sacrum.s. Plutoni faciendum: nam nefas est te penes quē id est in cuius potestate est summa.s. potestas & administratio, regnorū Thebani & Corinthiaci, iuisere.i. ire ad videndum & incolere vmbras.s. infernas. Oedi. O Creo (sic enim quidam legunt Te Creo hic: vt Agamēno: sed quia Creontis facit dicat potius te hic Creon) vel potius o Creon hic labor poscit, id est iure quodam expostulat te: ad quem secundum, id est proximum a rege, regna mea respiciunt. Tir. Dum, id est interea donec nos laxamus claustra stygis profundę, carmē populare.i. chori Thebani populi sonet laudibus, id est canendo laudes, Bacchi.

¶ Scutet. Ingrat unde veniat tanta putredo. Cõceptus. fili⁹. Iuueca erat pgnãs: & foet⁹ nõ erat in loco suo: qd significat matrimoniũ filij & matris. Infaustę. significãtis infelicitatẽ. Mouet. s. vitul⁹. Micãt. mouent. BERN.
Art⁹. mẽbra vituli. Fibras arctas. paruas venas. Liuidus. niger. Trũci. pedea vituli. Tentãt. tanq̃ vellint ire. In ane. q a nõ põt se mouere. Petit. videt velle facere ipetũ cõtra ministros. Effugiũt. qd significat inobedĩetiã filioꝝ Oedipi. Neq;. dicit filia noli credere q hæc sit vox boũ quæ audita est. Grauis. horrẽda.
Pepulit. pcussit. Territi. qñ timẽt victimę mugiũt & fugiũt. Sãguis. mugit i aris. Trepidãt. mouent.
Quid ista. petit Oedipus quid significẽt ista signa. Exprome. explica Tiresia. Sacri territici. hui⁹ sacrificij facientis terrorem. Extrema mala. q. d. iam habui oia mala: ita potero intrepidus audire. Inuidebis. veniet tp̃s quo velles mori peste: cõtra quã queris auxiliũ: & nõ poteris. His malis. huic pesti. Memora. dic salt ẽ quis interfecit regẽ. Nec alta. rñdet Tiresia a p extispiciũ aut auspiciũ nesciret tibi dicere nomẽ interfectoris regis: sed opus est vt videam p necromantiã. Penna. s. auis volantis. Secat alta. vadit per sublime coelum. Nec fibra. vena. Viuta. adhuc palpitãtibus. Ciere. dicere nomen interfectoris. Tentanda. experienda. Ipse. s. Laius rex mortuus. Plagia. regionibus. Notis. tenebraꝝ inferni. Emissus. s. Laius ab inferno. Reserãda. aperiẽda. more magico faciebant fossam in qua ponebãt lac & sanguinẽ & euocabãt animas.
Ditis. Plutonis. Populus. multitudo aiaꝝ. Ede. dic. Cui mãdas. cõmittis. Sacrũ. hoc sacrificiũ. qã nõ decet regẽ interesse his sacris: opus est vt alius pro te intersit. Inuisere. venire ad videndum. Vmbras. aias inferorum. Te Creo. sacrũ hoc cõmittit Creõti. Laxam⁹. aperim⁹. i. dũ euocabimus p sacrum aias ab inferis, interea isti cantent laudes Baccho: & sic dat locũ sequenti choro.

¶ Cõcept⁹. i. foet⁹ substãtiue. Cõceptio bouis vno initu pagit: q si forte perrauit, vigesimo post die marẽ foemina repetit. parit mẽse decimo. sed si parit citra, foetus inutilis est. coit⁹ bouis est ab ortu Delphini ad pridie nonas Ianuarias: dieb⁹ triginta. scribũt Arist. Var, Pli. Auspicia accõmodari solẽt secũdũ demõstratiões interpretũ. itẽ in extispicija cõtigit q̃litates futurorũ ex intestinoꝝ motu cõsyderari. q̃ oia falsa esse & cassa cõtendit Lactãti⁹: & in ciuitate coelesti doctissim⁹ Aug. & Eusebi⁹. Nec alta. apud Sophoclẽ apte indicat Oedipoda iterfectorẽ fuisse Laij, sed credit Oedip⁹ ioco id dici a Tiresia. φομεασ εφι μιαμΔρoσουτ̃ητειϭ κφρ... Contra Oedipus. nempe gauisus videris hæc semp loq non. κοιγε γεθοστau ταει γεξαιμ λoκoιϭ. DANI.

Versus hexametri: trimetri trochaici: Anapęstici: dimetri: monometri: acatalectici: catalectici: & brachicatalectici: & sapphici inserti. CHORVS.

Effusam redimite comam nutante corymbo.
Mollia Nysęis armati brachia Thyrsis.
Lucidum coeli decus huc adeas votis:
Quæ tibi nobiles Thebæ Bacche tuæ
Palmis supplicibus ferunt.
Huc aduerte fauens virgineum caput.
Vultu sidereo discute nubila:
Et tristes Erebi minas: auidumq; fatum.

Effusam &c. Primis duobus versibus qui hexametri heroici sunt cohortat suos ad sumendũ habitum bacchãtiũ dicẽs. O vos populares armati. i. hñtes armata, brachia mollia, thyrsis. i. hastis iuolutis pãpino, Nysęis. i. bacchicis a Nysa vrbe Baccho sacra, redimite. i. cingite comam effusam. i. sparsam corymbo. i. fructu hederæ, nutãte. s. circa caput. deinde incipiens hymnum dicit. O Bacche lucidũ decus coeli, quia sol quoq; putatur, adeas huc votis, id est ad vota quæ Thebæ tuæ ferũt tibi palmis, id est manib⁹, supplicibus. aduerte huc. i. ad nos, fauẽs caput virgineum: quia æterna iuuenta decorũ: & discute vultu sidereo. i. splẽdẽti more siderũ, nubila & tristes minas erebi: & fatũ auidũ. i. mortẽ insatiabilem. Queres qũo id ad Bacchũ dicat, quẽ in confesso erat æthnicis deũ esse. Deo aũt præserti coelesti frustra dicat mortẽ & inferna non esse timenda. Verũ vt alibi dixi, poeticæ fictiones interdũ rem physicam, interdũ historicam, interdũ theologicam celãt: vt hoc loco physice possumus intelligere bacchum. i. vinum demere curas homini & inferorum & mortis: quæ maxime lętitiam diminuũt mortalib⁹: vñ p contrariũ dr̃ æneid. j. Adsit lętitię Bacch⁹ dator. & iõ latine Liber dr̃: & gręce Lyæus: a dissoluẽdo: q soluat curas. Historice aũt q q p dijs colunt hoies fuerit. vñ & Serui⁹ scribit i sextũ ænei. Homerũ scripsisse Bacchi simulacrũ apud iferos reptũ. dicit ergo chor⁹ Baccho post apotheosim & deificationẽ, nõ eẽ timẽdos iferos. Theologice aũt Bacchũ, Cererẽ, & cæteros hoies q aliquo p̃stãti iuẽto, & strenua opa nos dũ viuerẽt plurimũ iuuerit immortalitatẽ meruisse: & in deorũ numerũ relatos nõ timere neq; inferoꝝ tormenta, neq; fatoꝝ ac tẽporũ edacitatẽ. q. d. illud nostrũ: In memoria eterna erunt iusti. Sed ad reliqua pgamus. ASCen.

Effusam. Discedẽte Tiresia, Thebani deo suo Baccho cãtãt laudes coronati hedera. itellige q vna para chori psuadet alteri vt laudẽt Bacchũ & coronent hedera q̃ illi sacra est. Redimite. coronate quartę cõiugatiõis. Corymbis. pprie est fruct⁹ hederę. Virgili. Diffusos hedera vestit pallente corymbos. Mollia. dixit propter habitum Bacchi quẽ capiebant illi sacrificãtes in modum foeminarũ. Molles vocamus delicatos. Nysęis thyrsis. hastis bacchicis: quæ inuolutę erant pampinis. Nyseus a Nysa vrbe Aegypti felici Arabię ppinqua: in qua Bacchus fertur vinũ inuenisse: in eaq; religiosissime colit. vel dicit a Nysa pago Heliconis, vbi similiter colit. Lucidum. mutat versum: & hic est trochaicus acatalecticus. Palmis. versus est pindaricus: nec refert si vltima syllaba sit longa. Virgineũ caput. quia habebat vultum virginis, imberbis & crinit⁹. Nubila. quæ tegũt coelũ nostrũ. Auidũ fatũ. mortẽ quæ non satiatur. BERN.

¶ Effusã. Quartũ carmẽ pythio carmie trochaico acatalectico scriptũ. Chor⁹ inducit dithyrambũ decãtans hortat aũt seipsũ prius ad assumendũ schema bacchanale. postea ingredit hymnũ. Lucidũ coeli dec⁹. Eumolpus in Bacchicis carminib⁹ igniculũ radija Dionysiũ nũcupat. Et Orpheus splẽdoris auctorẽ Dionysiũ. DANI.

ASCen. ¶ Te decet. Prosequit laudes Bacchi: q̄ multũ a veris veri dei laudib⁹ abhorrēt: cũ ne virũ quidē deceāt. Ordo est. O Bacche decet te cingi comã. i. habere comã cinctã florib⁹ vernis .i. vere nasci solitis: & cohibere caput ꝓpter intonsos capillos, mitra. i. integumento arcto, tyria. i. purpurei coloris. ꝓpter vertiginē quã vinũ excitat, cingit Bacch⁹ caput mitra. Ve. ꝓ vel, decet sup. te, religare frontē mollē hedera baccifera: quia corymbifera: & spargere crines effusos sine lege. i. certa serie aut ꝯdimiculo: & reuocare. s. crines rursus nodo adducto, more muliebri (sunt aũt sapphici a Spargere vsq; adoniũ illũ Frãgit &c. quē sequunt tres hexametri) ꝯtinē sup. talem, qualis tu metuēs nouercã. s. Iunonē, cuius pellex Semele mr̄ Bacchi fuerat: iratã. s. in oĩs pellices & pellicũ filios, creueras. s. inter puellas, imitatus artus falsos: quia muliebres: ꝯtinēs sup. virgo simulata nō vera (& tñ virginem, si de masculis dici posset, vero simile est tũc adhuc fuisse: sed priscis masculus iuuenis: puella virgo tantũ dicebat. s.) crine flauēti. i. flaui coloris cuius est aurũ: & hoc zona. s. muliebri, retinente. i. cingēte, vestem luthẽã, id est luthei coloris qui meretricibus auaris conuenit. vñ, a qua educatione & cõsuetudine quae est altera natura, cultua tam molles placuere. s. tibi: & sinus. s. vestiũ inter brachia supra pect⁹, laxi. i. soluti, & syrma. i. vestis cauda trahi solita, vnde fluidum. i. in terram defluens: oĩs plaga. i. regio vasta, terre eoae. i. orientalis. i. omnis populus qui bibit Gangem fluuium Indię, & quisquis .i. quicunq; frangit. s. sulcando aut bibendo, Araxem flu. Armeniae, niueum, aut niuibus auctũ aut niuei coloris, vidit te residere sup. in curru aurato, cum, id est quando regeres leones. s. currum cum tigribus & lyncibus trahētes, sup. in veste longa. Sillen⁹ senior (dicitur & Silenus prima breui. Maro in bucco. Quã tum omnis mundus gaudet cantante sileno. In eodem tamen producit. Sillenũ pueri.) nutritor Bacchi, sequitur sup. currum, asello turpi super quem sedebat, redimit⁹, id est habēs redimita & cincta tempora. s. capitis turgida id est inflata frequenti vini ingurgitatiõe, sertis, id est corollis pampineis. i. e fronde vitiũ factis. Mystae. i. sacrificuli Bacchi occulta sacra curantes, lasciui, quia venter mero aestuans facile spumat in libidinem, deducunt orgia, id est bacchanalia, cõdita, in est abscondita a conspectu vulgi: quia noctu fiebant etiã Romae cum tanto flagitio vt penitus prohibita tandē fuerint. cohora bassaridum, id est bacchãtium mulierum, comitata te. Edonis id est thressa bacchans (de qua Ouidius. Protinus in syluis matres Edonidas omnis: ab Edono monte facto patronymico. (Bernar. legit aedē. mallē legere Edonio vt sit cohors Bassaridũ pulsauit nũc. i. iterdũ pede Edonio .i. ipsa Edonis. sola. i. terras. panchaei promõtorij Thraciae iuxta Bessos sterilis: nunc sup. pulsauit sola Pindi vertice Threicio. i. Thracico. Nunc, id est interdum, menas scilicet Bacchis furore correpta, impia, quia Agaue Penthea filium peremit dum bacchare tur, inter matres Cadmeaa, in est Thebanas:

Te decet cingi comam floribus vernis:
Te caput Tyria cohibere mitra:
Hedera ve mollem baccifera religare frontē:
Spargere effusos sine lege crines:
Rursus adducto reuocare nodo.
Qualis iratam metuens nouercam
Creueras falsos imitatus artus:
Crine flauenti simulata virgo:
Lutheam vestem retinente zona.
Vnde tam molles placuere cultus:
Et sinus laxi: fluidumq; syrma.
Vidit aurato residere curru:
Veste cum longa regeres leones:
Omnis Eoae plaga vasta terrae:
Qui bibit Gangem: niueumq; quisquis
Frangit Araxem.
Te senior turpi sequitur Sillenus asello
Turgida pãpineis redimitus tempora sertis.
Condita lasciui deducunt orgia mystae.
Te Bassaridum comitata cohors.
Nunc Edonio pede pulsauit.
Sola Pangaei: nunc threicio
Vertice Pindi: nunc Cadmeeas
Inter matres: impia Menas
Comes Ogygio venit Iaccho:
Nebride sacra pręcincta latus.
Tibi commotę pectora matres
Fudere comam: Thyrsumq; leuem
Vibrante manu: iam post lacertos
Pentheos artus Thyades oestro
Membra remissae velut ignotum
Videre nefas.
Ponti regna tenet nitidi matertera Bacchi
Nereidumq; choris Cadmęia cingitur Ino:
Ius habet in fluct⁹ magni puer aduena põti
Cognatus Bacchi numen nõ vile Palęmon.
Te Tyrrhena puer rapuit manus.

Et Nereus tumidum posuit mare:
Cærula cum pratis mutat freta.

venit comes Iaccho.i.Baccho,Ogygio,.id ē Thebano,præcincta latus.i.habens latus præcinctum,nebride.i. pelle capræ siluestris, aut damæ,sacra.s.Baccho : quia capræ vites rodunt & vuas absumunt.Vnde Naso in fastis.Rode caper vitem:sacras cum stabis ad aras In tua quod spargi cornua possit erit.Matres vt Agaue& aliæ,cōmotę.s.furore:alij cōuictæ legunt:pectora.i.habētes pectora cōmota,fudere.i.pāderūt,tibi.i.in honorem tui,comā.s.suam:& fudere.i.extenderūt, Thyrsum.i.hastā pāpinis tectā,leuē.i.p̄ui pōderis:& hoc manu vibrante.i.q̄tiēte eā. Iā.i.interdū, Thyades.i.sacrificulæ Bacchi,remissæ mēbra.i.hītes mēbra remissa.i.laxata,œstro.i.furore Bacchico,p⁹art⁹laceros.i.laceratos,Pētheos,videre nefas.s.Pēthei ab Agaue matre cęsi,velut ignotū.i.a se nō cōmissū:nā furētes nesciebāt q̄d facerēt. Sūt autē qui putēt ebrias fuisse. Ingredit:in carmine heroico alias laudes Bacchi dicēs:Matertera Bacchi.s.Ino soror Semeles tenet regna ponti.i.maris,nitidi.s.spumis,aut q̄ alba dea.i. Leucothea dicit:cū enim se cum filio Melicerta mergere vellet,in numina marina ambo versi sunt:Ino,in Matutā Leucothean:Melicerta i Portunum.& Ino Cadmæa.i. Thebana,cingitur,vt dña,choris Nereidū.i.nympharū marinarū. Puer.i.filius Inus Palęmō,numē nō vile.s.nautis,quia Portunus.i.portuū deus ab eis inuocatur,aduena magni ponti.i. ex homine factus deus marinus,cognatus, quia sororinus Bacchi,habet ius in fluctus,constitutus portuum deus.Manus tyrrhena.i.tyrrhenorū pyratarū,rapuit te o puer Bacche : & Nereus deus maris posuit.i.sedauit, mare tumidum scilicet p̄pter te captū:q̄d placatū est te remisso. de qua re multa Oui. in metamor.& Dan.ex Homero recitat.

¶Cohibere. Stringere & ligare. Sine lege.sine ordine:versus est Sapphic⁹. Qualis.nutritū primo ab Ino matertera dicūt Bacchū:deinde inter Nymphas:vnde dicit:talis venies qualis eras inter nymphas vestit⁹ veste muliebri,vt Iunonem lateres. Nouercam.Iunonem. Falsos.fœminas:cū esses masculus. Luthea zona.cingulo.Lutheus color est dilutior,rutil⁹,qualis est color auri.hinc violę eius coloris lutheolæ appellātur. — BERN.

Vnde.ex qua ratione placuit tibi obseruare hunc habitum:quia inter puellas fuisti seruatus. Sinus laxi.vestes fluxę ad terrā. Fluidumq; syrma.vestis fluēs ad terrā.Syrma a syro q̄d est traho. Premeres leones.dicitur Bacchus trahi in curru a tigribus & Lincibus:alij addunt leones. Statius.Promouet effrenæ dextra lęuaq; sequunt̄ Linces:vda mero lābunt retinacula tigres. Eoæ.orientalis. Gangem.fluuius est Indię fluens per nouem alueos. Araxem.est Armenię fluuius:dicente Lucano. Armeniūq; bibet Romanus Araxē. Sileno.hic fuit alūnus Bacchi post Nymphas. Turgida.inflata vino. Mystæ.sacerdotes Bacchi.Mysticū gręci dicunt omne id quo in arcanis deorum sacris vtimur:qualia erant Bacchi orgia,quę noctu clam a solis mulieribus celebrabantur.& mysteria arcana sacra appellantur: vnde dicit Condita orgia.i. secreta sacra. Bassaridum.bacchantium.Bacchus Bassareus dictus est:Bassarides bacchę ipsę dictæ sunt:a Bassara veste, quę vsq; ad pedes demissa ē:dicta a Bassara loco Lydię in quo fit. Pulsauit ædem.s.cohors bassaridum:pulsauit tēplum tuum pede saltando. Sola.s.cohors: vel sola sine viris, vel nocturna. Pangæi.Pangęū teste Pli.iiij.li. Thraciæ promontorium Bessis cōterminum & Macedoniæ iunctū.eius septētrionalē partem Peonas inhabitare refert Herodotus li. vj. circa montē regio Pangęa. Threicio vertice.cacuminę mōtis ipsius q̄ est in Thracia. Impia menas.Baccha furiosa:nā apud Thracas primū sacra Bacchi instituta sunt ab Orpheo:quę a mulieribus celebrari statuit.hæ crinibus passis incedebant indutæ pellibus damarum, quæ græce Nebrides appellant:nam nebros græce latine dama. ibantq; vt furijs agitatæ cum tybijs cymbalis & clamore. vnde Menades,hoc est furiosę appellabant̄. Iaccho ogygio.Baccho Thebano.Iacch⁹ ἀπὸ τοῦ Ιακχω vocifero.Ogygius ab Ogygio rege Thebanorū sub quo primum diluuium fuisse dixit Varro in prologo tertij libri de re rustica. Nebride. vt diximus nup̄, p̄prie apud gręcos damarum pelles Nebrides dicuntur:a quibus ipsæ bacchantes cognominatę sunt. Sacra Nebride.pelle damæ sacris dicata. Conuictæ.s.furijs. Fudere. sparserūt: vt moris erat. Thyades.Thyas dicitur sacrificula Bacchi. Virgil. Thyas vbi audito stimulant trieterica Baccho. Thyoneus cognomen est Bacchi.quod a Thyo q̄d est sacrifico deducitur:nam illi adhuc inter humanos versanti sacrificia reddebantur:ex quo Thyades quēadmodum a Baccho bacchides. Remissa œstro.relicta a furore.Oestrum volatile paruum,cui nomen Asilum est: vt dicit Virg.tertio Georgicorum.eo incitātur ad cursum iumenta.ibi ponitur metaphorice. Artus pentheos.membra Penthei lacerati a matre Agaue. Ignotum nefas.scelus quod ipsæ fecerant ignorantes propter furorem:vnde ignorabant remisso furore quis Pentheum occidisset. Matertera.Ino. Ponti.maris:quia proijciens se in mari vt supra vidimus facta est dea vna cū filio Melicerta:a græcis alba dea:a nobis vero matuta vocata. fili⁹ autē Palęmon & Portun⁹ deus maris appellatus est. Cadmęa.nam Ino fuit Cadmi filia ex Harmione:vxorq; Athamantis regis Thebarum,& Bacchi nutrix. Nereidum.Nympharum maris a Nereo patre. Puer.Melicerta. Ius habet.quia deus factus maris & dict⁹ Palęmon. Cognat⁹ Bacchi.q̄a ex Semele filia Cadmi nat⁹ est Bacchus q̄ fuit soror mr̄is Palemonis. Te puer.s.Bacche.explicat primā expeditionē Bacchi cōtra piratas:nā teste Diod.dī Bacch⁹ sustulisse oēs impios q̄ in orbe erāt:sed maxīe Pētheūatq; Lycurgū. Rapuit.q̄si añ tp̄s legitimū duxit ad arma. Man⁹ Tyrrhena.turba p̄donū aduersus quā pauit expeditionē.nā Tyrrheni olī piraticā exercuerunt. Nere⁹.de⁹ marin⁹ posuit. Te timidū.adhuc i expt̄ū supra mare. Cū pra.mutat.q̄ñ eras assuet⁹ tm̄ eē i pratis.

Marginal notes: Curr⁹ Bacchi. — Mysticū. — Bassarides. — Pangæū. — Menas: — Ogygius. — Thyas. — Oestrum. — Ino. — Tyrrhen piratę.

¶Mira. Bacch⁹ gerit mitrā pp̄ dolores q̄ fumāte vino caput aggrediunt̄ sic loq̄t̄ Eusebius eruditissimus gręcus. Silenus.Baccho pędagog⁹ fuit.cui⁹ cōsilijs virtutē complexus fuit. auctor Eusebius in.ij. Bassaridū. Bassaris forma patronymica. Bassareus nomen Bacchi declinatū,& trissyllabū. Bassara vestis talaris pellita. pelles lyncū Bassaras vocitāt thraces. auctore Eusebio. Horati⁹ vini nō incuriosus, citra tamen temulentiā, dixit se nolle irritare Bassareū inuitū. Menas.patronymicū:& declinatum nomē ab insania & indignatione. παρα το μαινομαι,irascor. Impia. turpis,horrenda:ebrij non animaduertūt q̄d deceat,quid ve contra turpe sit.hic Horatius ad poetam scribens.Cum fas atq; nefas exiguo fine libidinum Discernūt auidi. Eusebius in euāgelica præparatione de arcanis mysterijs gentilium Bacchum Menolem græce vocari quasi totum furentem tradit. Nebride. Nebris est pellis hinuli. Oestro. vulgares tabanum vocant:cui nomem Asilo Romanum est. œstrum Graij vertere vocantes. Thyades. Thyas forma patronymica, sacerdos liberi

Marginal notes: DANI. — Silenus. — Bassaris. — Menas. — Nebris. — Oestrum. — Thyas.

Thyſtia. Bacchus a Tyrrhenis raptus.

patris a furore & impetu.omnia q̄ faciunt ad initiationē vocant Thyſtia. Cognati.ſororini Bacchus & Meliſcerta:huic Ino,illi Semele fuit mater: vt meminit Euſebi⁹. Te tyrrhena.hoc modo narrat poetarū imperator Homerus. Apparuit in p̄minenti maris litore Bacchus impuberi ſimilis : huic quatiebanť per terga pulchrae comae nigrae:pharum habebat circa humeros purpureū. celeriter latrones viri a naui bene cōpacta p mare fulgidum tranſibāt: vidētes ānuerūt inuicē: & facto impetu rapuerūt in nauim lętati cor. Putabant em̄ filium regum bene nutritū:& vinculis volebāt ligare: vinculū nō cohibuit illū:ſed cecidit longe a manibus & pedibus ipſe aūt riſit oculis nigris.Gubernator aūt intelligens eſſe deū increpauit inſantā remigū. celeriter ipſis apparēt miracula.Primo vinum dulce,odorū,p nauē fundi:ſurrexit odor diuinus ad nares.mirabanť nautę:p malū nauis tendebatur vitis,hinc & hinc:pendebāt ab ea multi racemi:circa ipſum malū vertebať hedera florib⁹ & omnes ſchalmi habebāt coronā.ſtupefacti hortabanť magiſtrū applicare litori.cū ſubito hic leo factus grauiter rugiēs: ille vrſus lati colli.hi ſubito cucurrerūt pauidi ad prorā & ſteterūt circa gubernatorē magnanimū hic autem gubernatorem inuaſit: illi illico ſalierunt in dium mare & facti ſunt delphines.ſolum retinuit gubernatorem & diuitē fecit & dixit:confide gubernator & gaude animo. Ego enim ſum Dionyſius furibundus: quem Cadmeis Semele mixta cum Ioue in amore peperit.Haec ille.

Hinc verno platanus folio viret
Et Phœbo laurus charum nemus.
Garrula per ramos auis obſtrepit.
Viuaces hederas ramus tenet:
Summa ligat vitis carcheſia:
Idęus prora fremuit leo:
Tigris puppe ſedet Gangetica.
Tum pyrata freto pauidus natat:
Et noua demerſos facies habet.
Brachia prima cadunt prędonibus:
Illiſumq; vtero pectus coit.
Paruula dependet lateri manus:
Et dorſo fluctum curuo ſubit.
Lunata ſcindit cauda mare:
Et ſequitur curuus fugientia carbaſa delphin.
Diuite Pactolus vexit te Lydius vnda:
Aurea torrenti deducens flumina ripa.
Laxauit victos arcus geticaſq; ſagittas
Lactea Maſſagetes q pocula ſanguie miſcet.
Regna ſecurigeri Bacchū ſenſere Lycurgi.
Senſere terrę Zedacum feroces:
Et quos vicinus boreas ferit
Arua mutantes:quaſq; Mæotis
Alluit gentes frigido fluctu:
Quaſq; deſpectat vertice ſummo
Sidus arcadium:geminumq; plauſtrum,
Ille diſperſos domuit Gelonos:
Arma detraxit trucibus puellis:
Ore deiecto petiere terram

ASCEN. ¶Hinc verno &c. Deſcribit non apparatum nauis qua vſus eſt Bacchus in expeditione: ſed quem captus induxit ante oculos tyrrhenorum:qui rei miraculo ſtupefacti ſe praecipites in mare dederunt,& delphines effecti ſunt vt Ouidius latius proſequiť:& iam p Danielem vidimus.Ordo eſt. Platanus .i. arbor latis folijs, viret hic,id eſt poſtq̄ mare verſum eſt a Baccho in pratum amoenum:folio verno,id eſt quale in vere creſcat:& laurus nem⁹ charū Phoebo.i. Apollini: quia in eam verſa Daphne:& poetae ea coronanť:& a ſole nō decaluať:nec fulmine tāgiť:ſup. viret hinc:auis garrula obſtrepit p ramos.ſ.arborum in mari natarū:ramus tenet hederas viuaces.ſ. vita plātę:nō dicit virētes:qa etiā extīctę diu virēt vitis ligat.i.arcte cōplectiť ſūma carcheſia.i. malorū extrēa. Leo idaeus, q̄lis verſať in Ida mōte Phrygię,fremuit,ſup. in prora.i.priore pte nauis Tyrrhēoꝝ:& tigris gāgetica.i.apd̄ Gāgem naſci ſueta, ſedet ſup. in puppe: Pyrata.ſ.tyrrhen⁹ oīs pręter nauclerum , pauid⁹ immo ſtupefact⁹,natat freto factus delphin, tūc,ſcilicet tot miraculis viſis : & facies noua ſcilicet piſcium,habet ſcilicet tyrrhenos demerſos :& brachia cadunt prędonibus prima quia illis peccata complent:& pectus coit illiſum vtero:quia delphini incurui ſunt.& paruula manus.i.pinnae loco manuum , dependet lateri, & ſubit dorſo curuo fluctum:quia brāchijs carēt,ſed fiſtulas in dorſo habēt delphines,& ſcindit mare: cauda lunata.i. in cornua fiſſa:& delphin curuus ſeqť carbaſa.i. vela nauis ſuae fugiētia(nō puto legēdū te ſed & vt repoſui). Cōmēorat in alia faciora Bacchi dicēs. Pactolus Lydi⁹.ſ.flu. vexit te.ſ. victorē vnda diuite:qa aurifera : vtpote deducens flumina aurea,ripa torrēti.i. inūdāti. Maſſagetes popul⁹ Scythię q miſcet pocula lactea ſanguie.ſ.eqno.i.ſāguinē equorū cū lacte bibit,laxauit arcus victos.ſ.a te:& ſagittas geticas : qa ipſe Geta : regna Lycurgi ſecurigeri .i.gerētis p inſigni ſecuri,q̄ crura ſua incidit, ſēſere Bacchū.ſ.vltorē:& terrę feroces Zedacū populoꝝ ſeptētrionaliū, ſēſere Bacchū.ſ. vltorē:& quos mutātes arua.i. fugiētes aſſidue Scythas,Boreas vicin⁹ vrit:ſup. ſēſerūt: qa nō hn̄t vina: vt neq; ſequētes : & gētes q̄s Mæotis lac⁹ Scythię,alluit.i. attigit fluctu frigido,& q̄s ſidus arcadicū.i. vrſa ex caliſto cum arcade facta ſidus , & plauſtrū gēinū, qa duo ſunt plauſtra arctis vicina,deſpectat,id eſt deorſum videndo ex directo inſpectat , vertice

Thermodontiacæ cateruæ:
Positisq; tandem leuibus sagittis
Mites sunt factæ.
Sacer Cithæron sanguine inundauit
Ophioniaq; cæde.
Prœtides syluas petiere: & agros.
Pręsentem Bacchum coluit Nouerca.
Naxos Aegæo redimita ponto
Tradidit thalamis virginem relictam:
Meliore pensans damna marito.
Pumice ex sicco fluxit nyctileus latex.
Garruli gramen secuere riui:
Combibit dulces humus alta succos:
Niueiq; lactis candidos fontes:
Et mixta odoro lesbia cum thymo.

summo.i.quicunq; sub septētrione sunt: qa illic vt dixi, vina non maturescunt: & quia ceruisia vtunt̄ fingitur in eos iratus Bacchus. Ille. Nouū genus cātilenę sapphico metro cōstans: vnde & personam mutat: quia prius ad Bacchum nunc de Baccho fit sermo. Ille, scilicet Bacch⁹, domuit Gelonos populos Scythiæ a Gelono principe dictos: vt Herodot⁹. late explicat: & detraxit puellis Thracibus, scilicet Amazonib⁹, arma: & cateruę thermodōtiacę.i.amazonū ad Thermodonta flu. progressę, petiere terrā.i.oppetierunt & interēptę sunt: ore deiecto.s.a Baccho: & factę sunt mites: nisi forte legendum sit, mitificatæ: tādem sagittis leuibus, respectu sagittarum Bacchi positis.i.depositis. Cithęron mons Bœotiæ sacer.s.musis & Baccho, inundauit sanguine & cæde ophionia.i.thebana. Prœtides.i.filię Prœti eo errore captę, vt se vaccas putarent, petiere syluas & agros. Nouerca.s. Iuno, coluit Bacchū præsentē.i.fauentem sibi in Prœtidū furore cōcitando. Naxos.s. insula vna e cycladibus, redimita.i.cincta, ponto.i.mari ægæo, tradidit thalamis.s.Bacchi, virginē.s. Ariadnen, relictam.s.a Theseo: q Phædram prætulit: pensans.i.cōpensans damna.s. Ariadnes, q̄ regem maritum amisit, marito meliore: quia deo. Latex nyctileus.i.bacchicus, hoc est vinum, fluxit ex pumice.i.lapide cauernoso. sicco.s.prius: hoc autem factum finxit in nuptijs Ariadnę, quas late prosequitur chorus. Riui garruli.i.dulci murmure & odoro fluxu labētes, secuere.i.interfluxerūt, gramen.i.hęrbas per quas fluxit vnda vini e pumice: humus combibit alta.i.profunda, aut ꝓfunde, vt sit nomen pro aduerbio, succos dulces.s.hominibus: vtpote vini: cū tamen humo sint dulciores aquæ campestres: & combibit candidos fontes lacus niuei.i.vini albi. nisi forte & lac tunc fluxisse velit: & legēdum sit lactis: quo modo pedes sint inuersi: nam Sapphic⁹ versus vult legatur Cādidos fontes niueiq; lactis: & cōbibit Lesbia, scilicet vina mixta cum thymo.i.rauo e thymo collecto, odoro.

❡Hinc. Explicat apparatū classis Bacchi: quemadmodum Vir. quoq; facit. in prora erat imago leonis fremētis: in puppe tigridis. Noua facies. non prius visa. Demersos.s. in mari: non prius viderāt talia insignia classis. Diuite Pactolus. ad alias expeditiones transīt: vt plene cantet laudes ipsi deo: & oriēs, & occidens, & septētrio sensit gloriam eius. Massagetes. teste Plinio lib. vij. Massagetę nobiles sunt populi Scythię Asiaticę. hi cum per deserta discurrunt sanguinem suorum potant equorum: dicente Lucano li. iij. Longaq; Sarmatici soluens ieiunia belli, Massagetes quo fugit equo, volucresq; Geloni. Lycurgi. hic fuit Thracum rex qui Bacchum deum esse negabat: vnde dum conaretur vites icidere crura sibi amputauit. Terræ Zedacum. populi sunt septētrionales. Ferocem. te fortem. Boreas ferit. per circuitionem intelligit Scythas. Mutantes. vagos: vt sępius diximus. Męotis. palus de qua supra satis diximus. Frigido. quia septentrionalis.

BERN. Massagetę. Lycurgus.

Sidus Arcadiū. vrsam intelligit, quæ dicitur Calisto Arcadica: vt eius mutatio scribitur ab Oui. Geminum plaustrum. vtramq; vrsam intelligit: quę formam plaustri faciunt: nam cum septem conspiciātur stellæ duæ quæ pares & maxime in vno loco videntur pro bobus habitę sunt: reliquę vero quinq; plaustrum ipsum simulare dicuntur. Gelonos. Scythici populi qui p deserta scythica discurrūt. Trucibus puellis. Amazonibus. Thermodōtiacæ. dictæ sunt Amazones, a Thermodonte fluuio. Ophionia. thebana. Ophion fuit vir⁹ de socijs Cadmi superstes ex his qui ex serpentibus nati fuerunt. nā Ophis apud nos serpens dicitur: & Ophiogenes genitus ex serpente: vnde Ophionij dicti sunt Thebani ab Ophione socio Cadmi. q. d. propter Pentheū filium Agaues in sacrificijs Bacchi dilaceratum. Cithæron. mons prope Thebas. Prætides. Præt⁹ fuit Abantis Argiuorū regis fili⁹: qui Anciā habuit vxorē: ex qua quatuor filios genuit: Meram, Euryalam, Lisyppē, & Hyphianassam: q̄ cum pulchritudine se Iunoni ꝓtulissent, offensa dea eis furorem talem immisit: vt vaccas sese arbitrarent̄, & aratra timentes syluas peterent. dicēte Virg. in Bucco. Prætides implerunt falsis mugitibus agros. Prætides. filiæ Præti. Nouerca. Iuno. Præsentem. fauentē: quia Prætides illæ incitatæ sunt furijs fauente Baccho, hoc est vino. Naxos. insula ęgæi vna ex cycladibus cunctas alias vini feracitate supans. vnde Vir. iij. æneí. Bacchātūq; iugis Naxon. ibi Bacchus accepit Ariadnē relictā a Theseo in vxorem. Redimita. circundata. Virginem. Ariadnē. Pensans dāna. cōpensans infelicitatem eius virginis. Nyctileus latex. vinum. nā qñ Bacch⁹ celebrauit nuptias fluebāt fontes lacte. Nyctileus cognomen fuit Bacchi ab eius sacris quę nocte celebrantur acceptū. Vnde Ouidius. lib. j. de arte. Nyctileūq; patrem nocturnaq; sacra precante. & ita Nyctileus nocturnus dicitur. Pumice. genus ē lapidis leuissimi. Gramen. fluxerūt illa vina per hęrbas. Succos. vina. Niuei lacus. propter lac: q̄d etiā cū vino, sed separatim fluebat alijs in locis. Lesbia. vina de Lesbo optima & odora habentia odorē thymi hęrbæ aromaticę & apib⁹ dulcissimę. dicente Virg. in Buccolicis. Nerine galathea thymo mihi dulcior Hyblæ.

Plaustra cęlestia. Ophion. Prætides. Naxos. Nyctileus.

❡Lesbia. In Lesbo optimum vinum nasci affirmat Donatus in Terē. & Pli. refert Cæsarē dictatorē in epulo tertij consulatus dedisse vinum Lesbium. DANI.

Ducitur magno noua nupta cælo:
Solenne phœbus carmen canit:
Iufufis humero capillis.
Concinit tædas geminus Cupido:
Telum depofuit Iuppiter igneum:
Condidit Baccho veniente fulmen.
Lucida dum current annofi fidera mundi:
Oceanus claufum dũ fluctibus ambiet orbẽ:
Lunaq; demiffos dum plena recolliget ignes:
Dum matutinos prędicet lucifer ortus:
Altaq; cęruleum dum Nerea nefciet arctos:
Candida formofi venerabimur ora Lyęi.

ASCEN. ¶ Ducitur &c. Profequit̃ põpã nuptialem dicẽs. Noua nupta. f. Ariadne, ducit̃ magno cęlo. i. i cælũ magnũ: Phoebus canit carmen folenne. i. epithalamicũ, capillis infufis humero: quia intõfus eft: & capilli citharoedos decẽt: vt æneí. j. Cithara crinitus Ioppas Perfonat aurata. Cupido gemin⁹. f. is qui Cupido, & is qui Iocus dicit̃, aut geminus. i. mutu⁹, cõcinit tædas. i. hymenæa carmina. Iuppiter depofuit telũ igneũ. i. fulmen trifulcũ: quia condidit. i. abfcõdit fulmẽ, Baccho filio fuo veniente. f. cũ fpõfa. Et ideo, dum. i. donec, fidera mũdi ãnofi currẽt lucida, & dũ Ocean⁹ obiet. i. circũfluet, orbẽ. f. terrarũ, claufum fluctib⁹. f. oceani: & dũ luna plena recolliget ignes demiffos. i. lucẽ dimiffã, quo ad afpectũ noftrũ in coitu feu nouilunio, & dum lucifer praedicet. i. p̃nũtiabit ortus matutinos, & dũ arctos. i. vrfa i polo arctico, alta. i. femp nobis fublimis & nunq̃ occidẽs, nefciet nerea. i. mare, cęruleũ. i. nõ tinget fe mari vt fidera oriẽtia & occidẽtia putant̃: hoc ẽ dũ machia mũdi ftabit: nos venerabimur ora cãdida. i. fplẽdẽtia, Lyęi. i. bacchi, formofi.

BERN. ¶ Magno cęlo. Hoc dicit q̃ Ariadne nupta baccho deo, & ipfa dea facta eft: & in fignũ cæleste qd̃ appellat̃ corona verfa eft. Carmẽ. laudes thalami. Tędas. ipm matrimoniũ. Tædę funt faces q̃ in nuptijs ferunt̃. Veniente. f. in cælũ: vt Iuppiter effet blandus depofuit fulmen. Lucida popul⁹ Thebanus pollicetur fe facere facra Baccho in æternũ. Arctos. vrfa. Nefciet nerea. i. mare. nunq̃ ibit ad occafum. nunq̃ hæc ftella occidit: vt alię, quæ occidentes dicuntur ftabulari in mari. Lyei. Bacchi formofi.

DANI. ¶ Candida. Pulchra. nam pulcherrimus pingitur Bacchus. Sapho. Accedant capiti cornua Bacchus eris.

Actus Tertius.

Trimetri Iambici.

OEDIPVS. CREON.



ETfi ipfe vultus flebiles præfert notas:
Expone cuius capite placemus deos. Cr.
Fari iubes: tacere q̃ fuadet metus. Oe.
Si te ruentes non fatis Thebę mouent:
At fceptra moueãt lapfa cognatæ domus. Cr.
Nefciffe cupies: noffe q̃ nimium expetis. Oe.
Iners malorum remedium ignorantia eft.
Ita ne & falutis publicæ indicium obrues? Cr.
Vbi turpis eft medicina fanari piget. Oe.
Audita fare: vel malo domitus graui
Quid arma poffint regis irati fcies. Cr.
Odere reges dicta quæ dici iubent. Oe.
Mitteris erebo vile pro cunctis caput:
Arcana facri voce ni retegis tua. Cr.
Tacere liceat. nulla libertas minor
A rege petitur. Oe. Sępe q̃ linguax magis

ASCEN ETfi &c. In hoc tertio actu indicabitur Oedipo ipfe fibi Laij patris occifor: fed cum fe Polybi filium opinetur Creonti non credit: vnde varia oritur difceptatio inter eos: primo q̃ Creõ indicare nollet: deinde q̃ Oedipus credere recufaret. Ordo eft. Etfi. i. q̃q̃ ipfe vult⁹. f. tu⁹ o Creõ, p̃fert. i. p̃ fe fert, notas flebiles. i. figna fletus: tñ fup. expone cui⁹ capite placem⁹ deos. Cr. Tu iubes fari fup. ea, quæ metus fuadet tacere. Oedip. Si Thebæ ruentes. f. pefte, non mouent te fatis: at. i. faltẽ fceptra domus cognatæ. i. in qua foror tua regnat, lapfa. f. in ruinam, moueant fup. te: quia nifi fint quos regas non habeas regnum. Sufpicabat̃ autẽ Creontem alicuius priuati amicitia tentũ nolle indiciũ facere. Cre. Tu cupias nefciffe quæ expetis nimiũ noffe. innuit in caput eius indicium cafurum. Oedi. Ignorantia eft iners. i. ignauũ remediũ malorũ: q̃a q̃ ignorare vult malum fuũ nõ curat remediũ. itane. i. nũqd, obrues. i. obteges fic indiciũ publicę falutis? Cr. Piget fanari, vbi medicina eft turpis. Oedip⁹ cũ verbis & ratiõib⁹ vicere nõ poffet ad ipiũ & minas cõfugit. Fare. i. eloq̃re audita. i. q̃ audiuifti: vel domit⁹ graui malo fcies quid arma regis irati poffint. Cr. Reges odere. f. fępe, dicta. i. vbi dicta funt q̃ iubet dici. Oe. Tu mittere. i. mitteris (futuri ẽ tpis fcd̃a lõga) erebo. i. ad infernũ, q̃ fi iferię Laio, p cũctis, vile caput. i. tanq̃ fis vile caput: ni. i. nifi retegis. i. apis & idicas, voce tua, arcana facri. f. magici quod Tirefia fecit. Creon. Liceat fup. faltem tacere. nulla libertas petit̃ a rege minor. f. q̃ poffe tacere. Oed. alia, fẽtẽtia refpõdet. Libertas muta. i. nihil dicens, hoc eft habens facultatẽ tacẽdi, obeft magis regi atq; regno: q̃ linguax. i. linguofa. f. libertas: hoc eft q̃ libertas loquendi quęcunq; velit. caufa eft in aperto:

Regi atq; regno muta libertas obest. Cr.
Tacere vbi non licet: quid cuiq̄ licet? Oe.
Imperia soluit: qui tacet iussus loqui. Cr.
Coacta verba placidus accipias precor. Oe.
Vlli ne pœna vocis expressæ fuit? Cr.
Est procul ab vrbe lucus ilicibus niger:
Dirçea circa vallis irriguę loca:
Cupressus altis exerens syluis caput
Virente semper alligat trunco nemus:
Curuosq; tendit quęrcus: & putres situ
Annosa ramos: sylua iam fessa cadens
Radice fulta pendet aliena trabe.
Amara baccis laurus: & tiliæ leues:
Et paphia myrtus: & per immensum mare
Motura ramos alnus: & Phœbo obuia
Enode zephyris pinus opponens latus.
Medio stat ingens arbor: atq; vmbra graui
Syluas minores vrget: & magno ambitu
Diffusa ramis vmbra defendit nemus.
Tristis sub illa lucus: & Phœbi inscius.
Hic stagnat humor frigore æterno rigens:
Limosa pigrum circuit fontem palus.

quia loquax indicat regi mala sua, muta cęlat. sic aūt reposui carmen. Creon. Quid licet cuiq̄ vbi nō licet tacere? q.d. nihil. Creō. Qui iussus loqui, tacet, soluit. i. frāgit iperia. Creō. Precor sup. vt accipias placid⁹. verba coacta .i. q̄ coact⁹ fabor. Oed. Fuit ne vlli pœna vocis expressę. i. extortæ. i. dedit aliqs pœnā q coactus loq locutus sit? Creon incipiēs narrare, primū quo oraculū ab inferis petierit Tiresias explicat dicens. Lucus. i. sylua incędua & sacra, niger. i. densa & vmbrosa, ilicibus. i. pp pter multitudinē ilicum, est procul vrbe: circa loca dirçea. i. dirces fōtis, vallis irriguæ. i. q̄ irrigat vallem subiectam. Cupressus arbor funesta, exerens. i. extollens, caput. i. verticem, altis syluis, alligat. i. amplectitur nem⁹, trūco semper virente: & quęrcus annosa tendit. i. extēdit ramos curuos & putres situ. i. lanugine supercrescente. e quęrcu aūt Dryidæ sacerdotes viscū ad magiā aptissimū legere solebāt. sylua cadēs iam radice fessa, pendet fulta trabe aliena. i. inixa trūco arboris pxime. s. laur⁹ amara baccis. i. acinis & fructibus suis, & tilię leues, quia minus cōpactę, & myrtus paphia .i. paphię Veneri sacra, & aln⁹ motura ramos quia ex eis fiūt remi: p immēsum mare: quia lignū eius in aquis nō putrescit cū sit fragile: & pinus obuia Phœbo. i. pcludēs syluis solē opponēs zephyris. i. fauonijs vētis, lat⁹ enode. i. solidū sine nodis. Arbor igēs stat medio scilicet nemore aut luco: atq; vrget. i. premit vmbra graui. i. molesta & nociua, syluas minores. i. arbores hūiliores: & diffusa magno ambitu. i. circuitu, ramis. i. p ramos. i. hñs eos extēsos ampliter, defendit nem⁹ vmbra. Lucus tristis. i. horrēs, ē sub illa. s. arbore: & isci⁹ Phœbi. i. qui nunq̄ excipit solem. Humor rigēs ęterno frigore stagnat hic. i. sub hac arbore: & palus limosa circuit hic fontem pigrū id est non effluentem.

BERN.

Et si ipse. Hic est tertius act⁹: in quo Tiresias cognouit p necromātiam nomē interfectoris regis Laij. hoc est Oedipū fuisse. Vñ Creon tristis reuertit q debeat tale nūtiū facere. Primo Oedipus videns Creōtē tristē exhortat eū: vt dicat audacter nomē iterfectoris. Prefert. ostēdit. Notas. signa. Capite. morte. Si te. non vis dicere p salute reipublicę, dicas p salute regni mei. Cognatę domus. Iocasta vxor Oedipi erat soror Creontis. Nescisse. cupis scire: postea te pœnitebit. Iners. q ignorare q̄rit dolorē suū nō vult remediū: ideo melius est scire: vt puideā. Ignorātia. velle ignorare mala sua. Obrues. tacebis ad damnū reipublicę. Turpis. qñ medicina est turpis, melius volum⁹ ęgrotare q̄ vti illa. Pudet. nō vult sanari. Fare. minatur Oedipus ni loquatur. Erebo. inferno: solus morieris p omnibus. Retegis. aperis. Minor. s. q̄ tacere: nihil vilius possem petere q̄ tacere, cum alij petāt vt possint loq. Muta libertas. tacendi. silentiū, sępe nocuit. Vbi. postq̄ non vis concedere vt taceā min⁹ concederes maiora. Soluit. nō facit secundum imperiū meū. Coacta. postq̄ cogis me loqui rogo te vt placidus audias. Vocis expssę. per vim extortę. est aliqs qui patiat pœnas de illis q̄ coactus est dicere? & legit interrogatiue. Est pcul. incipit narrare Creon: describēs, locū quo Tiresias cōuocauit aias. Niger. obscurus. Ilicibus. ex genere querc⁹ sunt ilices. Dirçea. vbi est fons Dirce. Irriguæ. q̄ irrigatur. Exerēs. eleuās. Virēte. quia semp est viridis cupressus. Tēdit. dilatat. Putres situ. marcido pędore. Situs est mucor nascēs in locis desertis: a sino, relinquo. Fessa. pp vetustatē. Fulta. sustētata. Baccis. fructibus lauri. Alnus. arbor, ex q̄ fiūt naues. Obuia. opponens se radijs solis. Nā in cacumine habet densissimas frōdes. Enode. sine nodis. Stat. eleuata est in medio. Defendit. quia est supra alias arbores. Tristis. sub hac arbore est fons habēs aq̄s turbatas: qa nūq̄ ad eū descēdit lux: & est frigidissim⁹. Inscius. quia nunq̄ videt, neq; lucē, neq; solem. Limosa. plena cœno. Pigrum. quia illius aqua non fluit: sed facit paludem.

Situs.

DANI.

Et si ipse &c. Apd Sophoclē Creō veret Oedipo reuelarē q̄ phœbas numie dictāte de iterfectore Laij pnūtiauerat: Tiresias apte rē oēm pādit ipm Laiū autumās ab Oedi. fuisse pēptū. hic Sene. a Sophocle paulo remouet fingēs a Tiresia edoctū prio vereri ne si oraculū cędis idicet, illū offēdat. post coactū minis idicare Oedipū iterfectorē extitisse. Carmē ē q̄ntū trietro iābico. Iners malorū. medicina i ipito ē nihil. Turpis medicina. q̄si satius sit mori q̄ turpiter sanari. Tilię leues. in Tilia mas & fœmia. Mari durior ē & odoratior materies: cortex quoq; crassior ac detract⁹ inflexibilis. fœmina fert florē & semē: materia cādida, & p cellēti. null⁹ aialiū tāgit fructū: folio; & corticis succū habet dulcē. acredinē nō sentit. Pli. & Theophrastus scribunt.

Tilia.

Huc vt sacerdos intulit senior gradum
Haud est moratus: præstitit noctem locus:
Tum effossa tellus: & super rapti rogis
Iaciuntur ignes. ipse funesto integit
Vates amictu corpus: & frondem quatit.
Lugubris imos palla perfundit pedes.
Squalente cultu mœstus ingreditur senex.
Mortifera canam Taxus astringit comam.
Nigro bidentes vellere: atq; atræ boues
Retro trahuntur: flamma prædatur dapes:
Viuumq; trepidat igne ferali pecus.
Vocat inde manes: teq; qui manes regis:
Et obsidentem claustra letalis lacus.
Carmenq; magicum voluit: & rabido minax
Decantant ore quicquid aut placat: leues
Aut cogit vmbras: irrigat sanguis focos:
Solidasq; pecudes vrit: & multo specum
Saturat cruore: libat & niueum insuper
Lactis liquorem: fundit & bacchum manu
Lęua: canitq; rursus & terram intuens
Grauiore manes voce: & attonita ciet.
Latrauit Hecates turba: tum valles cauæ
Sonuere mœstum: tota succusso solo
Pulsata tellus. audior vates ait:
Rata verba fudi. rumpitur cæcum chaos:
Iterq; populis Ditis ad superos datur.
Subsedit omnis sylua: & erexit comam:
Duxere rimas robora: & totum nemus
Concussit horror: terra se retro dedit:
Gemuitq; penitus: siue tentari abditum
Acheron profundum mente non æqua tulit:
Siue ipsa tellus vt daret functis viam
Compage rupta sonuit: aut ira furens
Triceps catenas Cerberus mouit graues.
Subito dehiscit terra: & immenso sinu
Laxata patuit: ipse pallentes deos
Vidi inter vmbras: ipse torpentes lacus

ASCEN. ¶ Huc vt &c. Progredit͂ post loci descriptionē ad sacrificij formā exprimendam dicens. Vt.i. postq̄, sacerdos senior.i. Tiresias, itulit gradum huc.i. ad hunc iam dictū locū, haud est moratus.i. non cessauit otiosus: quia loc⁹ p̄stitit noctem.i. tenebras nocti ad magiā æq parandas: tellus est effossa tum.i. tunc, imperio vatis: & ignes rapti super.i. de rogis iaciūtur: aut rapti rogis.s. cadauerum, iaciūtur super.i. desuper. Ipse vates.s. Tiresias, integit corpus.s. suum, amictu funesto: quia nicromātiā facturus: & quatit frondem.s. funestā: palla lugubris.i. quali vtuntur mulieres in luctu, pfundit pedes imos.s. vatis: & ita senex ingreditur mœstus, cultu.i. habitu, squalēte .i. sordido. Taxus mortifera.i. toxicā vim habēs, astringit comā.s. Tiresię canā.i. canētem Bidētes.i. oues, vellere nigro, atq; boues atrę trahuntur retro.i. retrorsum in fossam: cū superis vltro procedat victima candida in cultros. flāma prædatur dapes.i. absumit id qđ superis sacrificantes sibi recipiunt: & pec⁹ viuum.i. non mactatum trepidat igne ferali.i. exitiali: qa mors fera pessima. Vates sup. vocat inde manes, & te o Pluton q regis manes & sup. Cerberum obsidentem.i. obseruātem claustra lacus letalis .i. mortiferi. & voluit.i. rotatu oris sub susurro pronūtiat, carmē magicum: & minax decantat ore rabido, quicqd aut placat, aut cogit vmbras leues.i. sine corpore degētes. sanguis.s. hostiarum irrigat focos.i. locum ignis sacri: & vrit pecudes solidas.i. totas & integras: & saturat specū.i. antrum, aut scrobē, multo cruore: & libat.i. fundit insuper liquorem niueum lactis: quia animæ gaudent sanguine & lacte: vt quibus cōseruatę & nutritę sunt: & fundit bacchū.i. vinum manu lęua.i. sinistra: quia dextra superos honorat: & canit rursus. & intuens terram nutu aut mēte nō oculis, qa cæcus erat, ciet.i. vocat & excitat voce grauiore & attonita.i. attoniti hominis, manes.i. iferos p̄sertim animam Laij. Turba Hecates.i. Proserpinę apđ inferos, latrauit: tū.i. etiam valles cauę (Daniel dicit se vidisse codicem antiquū in quo erat & ter: quo modo metrū stat: sed numerus impar non placet mihi dum de inferis agitur) sonuere mœstū.i. mœste, aut sonitu indicabant mœstitiam: tota tellus pulsata sup. est, solo.i. fundo eius succusso.i. clam commoto. Vates hoc sentiēs ait: ego audior, scilicet ab inferis: ego fudi verba rata, id est non irrita, sed efficacia. chaos, scilicet inferni, cæcum, id est tenebrosum, rumpitur, id est finditur: & iter datur populis ditis.i. Plutonis, ad supos. oīs sylua subsedit.i. ad ima descendit: & erexit comā.s. p̄ horrore: robora duxere rimas.i. q̄rc⁹ p̄ horrore fissę sunt: & horror cōcussit totū nemus: terra se dedit retro.i. magnū hiatū fecit ad locū vñ manes erāt exituri, & gemuit penit⁹.i. vsq; i pfūdū: siue sup. q Acherō fluui⁹ iferni aut Plutō ipse, nō tulit ęq̄ mēte pfūdū.i. barathrū abditū, tētari.s. a viuis: siue q ipa tell⁹, vt daret fūctis.i. defūctis, viā.s. ad supos: nā ad iferos Noctes, atq; dies patet atri ianua ditis: sonuit cōpage rupta, aut q Cerber⁹ triceps furēs ira mouit catenas graues. terra dehiscit.i. apl

Noctemq; veram: gelidus in venis
Hæsitq; sanguis: sæua prosiluit cohors:
Et stetit in armis omne vipereum genus
Fratrum: caterueq; dente Dircæo satæ:
Auidumq; populi Pestis Ogygii malum.
Tum torua Erinnys sonuit: & cæcus furor:
Horrorq;: & vna quicquid æternæ creant
Celantq; tenebræ: luctus auellens comam:
Aegreq; lapsum sustinens morbus caput.
Grauis senectus sibimet: & pendens metus.
Nos liquit animus: ipsa quæ ritus senis
Artesq; norat: stupuit. intrepidus parens
Audaxq; damno conuocat Ditis feri
Exangue vulgus, ilico vt nebulę leues
Volitant: & auras libero cælo trahunt.

tur subito: & laxata .i. dissoluta, patuit sinu i̅menso. Ipse ego vidi deos pallētes .i. inferos inter vmbras .i. manes humanos: ipse vidi lacus torpentes, & noctem veram, scilicet inferni: & sanguis hæsit præ horrore, gelidus .i. cōstrictus & cōcretus in venis .s. meis. Sæua cohors .s. draconigenū, prosiluit: & omne gen⁹ vipereū .i. draconigenū fratrum q̄ se mutuo pemerunt, stetit in armis: quia faciunt ea apd̄ inferos, quę fecerūt apud superos: appositorie, caterueq; satę dente dircęo .i. draconis apud Dircen inuēti: & pestis auidū malum populi ogygij, id est Thebani sup. p̄siluit. Tū Erinnys torua sonuit: aut sonuit tota cum omnibus serpentib⁹: & furor cæc⁹ & horror: & vna .i. simul, quicquid tenebrę æternæ creant & celant. Luctus auellens comam .s. suam, & morbus sustinens caput lapsum, & senectus grauis sibimet, & metus pendens .i. anxius & suspēsus, sup. prosiluerunt. Animus liquit nos: & ipsa .s. Manto quę norat ritus & artes senis, scilicet patris, stupuit. Parens intrepid⁹ & audax damno, scilicet oculorum, quia non vidit, conuocat exangue id est mortuum vulgus ditis feri: & sup. volitant ilico: vt nebulæ leues: & trahunt auras, id est respirant cælo libero.

¶ Sacerdos. Tiresias. Haud. est moratus. non expectauit noctē ad vocandum animas: quia locus ip se præstitit ipsam noctem: cum esset ita obscurus. Effossa. sacrificantes inferis fodiebant terram, & superis extruebant altare. Rogis. vbi comburuntur mortui. Funesto. nigro. Quatit. quasi minando. Perfundit. tegit. Palla. vestis longa. Taxus. habebant coronam de taxo arbore infelici. Bidentes. oues nigræ. describit sacrificium. Prædatur. comburit. Trepidat. palpitat: quia adhuc viuunt. Ferali. conuenienti morti. antiqui feram mortem appellauerunt. Vocat manes. animas & ipsum Plutonem qui animas regit. Obsidentem. cerberum qui tenet accessum inferni. Voluit. reuoluit ore & profert quicquid placat, aut cogit animas, quæ blando sermone, aut minis inuocantur. Ciet. vocat. Grauiore. magis sonora & horribili. Latrauit. facto sacrificio quid sequutum sit demonstrat. Hecates. Proserpinæ. Succusso. conquassata terra. Audior. manes audiunt verba mea. Rata. quæ habent effectum. contrarium est irrita. Chaos. infernus & tenebrosa confusio. Rumpitur. aperitur: vt veniant manes. Populis ditis. animabus Plutonis. Subsedit. inclinata est venientibus illis. Comam. frondes: sicut timentibus eriguntur pili. Rimas. quia scindebantur. Horror. timor. Penitus. pene intus. Dedit. vel q̄ terra voluit dare viam istis animabus: vel q̄ Cerberus latrauit. Abditum. a conspectu superorum absconsum: nam in centro terræ est. Acheron non tulit æqua mente. & ita est vna causa q̄ terra tremuit. Dehiscit. aperit se. Ipse. vidi omnia quæ sunt in inferno. Torpentes. non fluentes. Stetit. non cucurrit prę timore. Sęua. tunc exiuerūt animę. Vipereum genus. omnes illi socij Cadmi qui ex dentibus serpentis nati se mutuis vulneribus interfecerunt: vt scribit Ouidius. Dente Dircęo. illius serpētis qui erat in fonte Dircęo. Sati. geniti. Pestis. supple prosiluit: appositiue malū populi Ogygij .i. Thebani. Auidum. quia non potest satiari. Erinnys. furia infernalis. Furor. dat personā furori. Cęcus. ab effectu: qui facit homines cæcos: nec vera vidētes. Vna. simul. omnia erāt quæ sunt in inferno, vel illinc nascuntur. Auellens. vt fit dolentibus q̄ sibi capillos carpunt. & om̄ibus istis dat personas. Lapsum. cadens modo illuc. Aegre. vix. Pendens. stās in dubio. Nos. facti sumus attoniti: & etiam ipsa Manto quæ assueta erat istis incantationibus patris timuit valde. Parēs. ipse Tiresias nihil timuit: quia nihil videbat: vnde dicit audax Damno. propter damnum oculorum quos nō habebat. Exangue. aīas sine sanguine. Feri. qui nullis p̄cibus flectitur. Illico. ponit comparationem de multitudine animarū, q̄ venerunt ab inferis. Nebulę. obscuritates. Libero. aperto: quia in inferno habēt aerem conclusum. BERN.

¶ Tum effossa tellus. Hic excātatoriū tractat exēplo Homeri: apud quē iubet Vlyxes a Circe attingere nem⁹ consecratū Proserpinę: vbi sunt salices steriles, & caprifici: & excauare terrā cubitalē: dein fundere vinū, mel, lac. ευθακτητε λαχεια και αλσεα περσεφονειο. μα και γιρει και ιτεαι ωλ εσιαρποι ευθαδ επει ηροσ χριμφθεισ πελασ ωσσε κελευω βοθρονορυξαι οσομ τεπυγουσιου ευθακαι ευθα. Mortifera taxus. apte feralia tractaturus ferali schemate redimitus est. Taxus arbor tristis gracilisq; & minime virens: dira & nullo succo. in Hispania venenum letale. vasa viatoria ex ea facta multos bibētes interfecere. tam presentis veneni in Arcadia, vt siqs sub ea dormiat cibū ve capiat, moriat. hinc toxicū venenū dicit. innoxia est si indat clauus ęreus. Pli. in sexto decio hęc. Retro trahunt. retrogradę rapiunt ad immolationē. Etiā valles. vetustissimus codex quem mihi ostentauit patricius venetus habet & ter valles cauę sonuere mœstū. Subsedit. est proprie subsidere deprimi & demitti. hinc Ouid. in annalib⁹. Pondere terra suo subsedit & æquora traxit &c. Et caecus furor. ciues & incolæ tartarei, furor, horror, luctus. Morbus, senectus. quos poetarū eminentissimus Maro in ipso ponit vestibulo. Vestibulum ante ipsum primisq; in faucibus orci Luctus & vltrices posuere cubilia curę. Pallentesq; habitant morbi tristisq; senectus Et metus & malesuada fames &c. DANI.

Taxus. Toxicum. Subsido.

ASCEN. ¶Nō tot. Ad imitationē Vergilij paulo post principiū sexti æneidos adducit cōparationē qua multitudinem maniū euocatorum indicat dicens. Oeta mons inter Thessaliā & Macedoniā, nō educat.i.nutrit, tot frondes caducas.i.casuras in autūno: nec Hybla ps florida Atticę creat tot flores vere medio: cū examē.s.apium.i.noua foetura, nectitur dēsum globo alto.i.in densam vuā ac racemū collectū: & mare Ioniū, qđ pcellosum est, non frāgit.i.illidit ad cautes, tot fluctus: nec tanta.i. tam frequens ales.s.grus fugiens minas.i.asperitatē frigoris & gelu imminētis, Strimonis lacus Thraciæ gelidi, permutat hyemes, scilicet Thracię, petēdo tepidiorē aurā alterius orę: & secans cęlum.i.aerem volando, pensat.i.compensat niues arctoas.i.ad septētrionem vergentes, nilo tepēte.i. pro niuibus septētrionalibus accipit teporē Nili (nescio cur multi legant torpēte nilo) non dico tot, quot populos ille son⁹ vatis.s. Tiresię eduxit.i.exciuit inferno. Animę tremētes, ne ad maiora vocentur mala, petūt pauide.i.timide (vt sit aduerbiū ad vitāda duo epitheta sine coniūctione) latebras nemoris vmbrosi, vt aufugerēt a facie Tiresię. Zetus (quia Thebanos p̄cipue vocauerat) filius Iouis ex Antiopa, p̄mens taurum ferocem cornibus dextra, scilicet manu, ad quē Dircē alligauerat, emergit.i.existit & exilit, prim⁹ solo.i. e terra: & Amphion frater Zeti, qui traxit ad cōstructionē Thebanorum murorum, saxa.i.lapides, sono dulci; sustinet.s. prosiliens, læua.s. manu chelym nisi sit. Zet⁹ sustinet leua chelym qui.i.qua Amphion &c. sed malim vterq; prodeat habens in ea manu, qua vsus est insigne suum. & Tantalis.i. Tātali filia Niobe, superba tandem inter natos suos, quos vtriusq; sexus multos, sed diuerso numero habuisse memoratur: fert tuto, id est sine periculo, vt sit aduerbium (nam tute ne coincidat cum pronomine raro dicitur) aut tutum caput: quia post fata nihil Latona cū liberis in eam, aut liberos eius potuit, fastu graui, id est intolerabili: quia animus & affectus manent secundū poetas iferis. Vnde Theologi nostri inuenerunt iustam ęternę damnatiōis causam: quia scilicet æternum manet peccandi propositū. & numerat (quod Dauid non impune in populo fecit) vmbras, scilicet natorum. Agaue furibunda, adest genitrix peior hac, scilicet tātalide: quia illa occidit filium suū, hæc nimis sibi in prole placens occasionem tantum necis inuita dedit: quam scilicet Agauen, tota manus, scilicet bacchantium sequitur partita id est habēs partitum, a partior partiris deponentali, regem, scilicet Penthea: sequit & Penthe⁹ lacer, q a ablato capite, bacchas.i.matrē & cęteras bacchi sacerdotulas: & ipse sęu⁹, q a abstemi⁹, tenet etiānū.i.adhuc i morte: q a cu rę nō ipsa in morte relinquūt: minas qb⁹ matri minatus fuerat & cæteris merobibis. sup. Laius pater quem adhuc nō nominat, vocatus sæpe.s.a Tiresia, extulit tādem caput pudibundum: atq; dissidet, id est diuisim sedet, procul ab omni turba: & celat.i.abscondit, semet, id ē seipsum: sacerdos, scilicet Tiresias,

Non tot caducas Oeta frondes educat:
Nec vere flores Hybla tot medio creat:
Cum examen alto nectitur densum globo:
Fluctusq; non tot frangit Ionium mare:
Nec tanta gelidi Strimonis fugiens minas
Permutat hyemes ales: & cęlum secans
Tepente Nilo pensat Arctoas niues.
Quot ille populos Vatis eduxit sonus.
Pauide latebras nemoris vmbrosi petunt
Animę trementes. primus emergit solo
Dextra ferocem cornibus taurum premens
Zetus: manuq; sustinet læua chelym:
Qui saxa dulci traxit Amphion sono:
Interq; natos Tantalis tandem suos
Tuto superba fert caput fastu grauis
Et numerat vmbras. peior hac genitrix adest
Furibūda Agaue: tota quā sequitur manus
Partita regem. sequitur & bacchas lacer
Pentheus: tenetq; sæuus etiamnum minas.
Tandem vocatus sępe pudibundum extulit
Caput: atq; ab omni dissidet turba procul:
Celatq; semet: instat: & Stygias preces
Geminat sacerdos: donec in apertum extulit
Vultus opertos Laius. fari horreo:
Stetit per artus sanguine effuso horridus:
Pędore foedo squalidam obtectus comam:
Et ore rabido fatur. O Cadmi effera
Cruore semper læta cognato domus:
Vibrate Thyrsos: enthea gnatos manu
Lacerate potius. maximum Thebis scelus
Maternus amor est. patria non ira deum
Sed scelere raperis. non graui flatu tibi
Luctificus Auster: nec parum pluuio æthere
Satiata tellus halitu sicco nocet:
Sed rex cruentus: pretia qui sęuę necis
Sceptra: & nefandos occupat thalamos pr̄is
Inuisa proles: sed tamen peior parens

Qꝫ natus: vtero rursus infausto grauis:
Egitq; in ortus semet: & matri impios
Foetus regessit: quiq; neq; mos est feris
Fratres sibi ipse genuit: implicitum malum:
Magisq; monstrum Sphinge perplexum sua.

instat.i.instanter vrget eum, & geminat.i.multiplicat, preces (honoris causa non dicit minas) stygias.i.coniurationem per stygem, aut ad vmbras euocandas pertinētes: donec Laius (vox trissyllaba) efferat vultus opertos.s.p̄ pudore, in apertum, malim legere donec extulit. horreo fari: quod Maronianus æneas dicit horresco referens: stetit.s. Laius horridus sanguine effuso per artus, & pędore foedo.i.immundo & foetenti situ oblitus, obtectus.i.habēs obtectā, comā squalidā: & fatˀ ore rabido.i.irarū pleno: O effera id est immanis & manifeste fera domus Cadmi.i. Thebana, læta semper quasi a prima origine, cruore cognato, vt patuit de draconigenis, vibrate Thyrsos.i.raptamini furore bacchico: sicut dum Penthea occidistis: lacerate potius.s.q̄ faciatis quod facitis, gnatos.i.filios, manu enthea.i.furore sacro percita: vt in qua theos.i.deus esse putetur. potius dicit: nam amor.s.libidinosus & carnalis per coitum conciliatus, maternus.i. quem filius in matrē exercet, est Thebis maximum scelus. O patria, cōmiserans hoc dicit, tu raperis non ira deum.i.deorum: sed scelere.s.regis tui: quod adhuc non explicat. Auster non est tibi luctificus flatu graui.i. pestilēti nec tellus satiata parum æthere.i.aere pluuio: quia dum diu non pluit terra nimio sole corrupta aerem inficit: & ille animantes: non nocet halitu.i.flatu sicco id est ex siccitate orta exhalatione corrupta: sed rex cruentus.s.qui patrem interfecit: qui occupat sceptra.i.regnum & thalamos nefandos patris id est coniugium matris pretia aut p̄mia (vtrunq; enim legi potest) necis sæuæ quia impię, ens sup. ob hoc, proles inuisa.i.filius inuisus superis: sed tamen peior parens scilicet eorum quos e matre sua genuit: q̄ natus.i.filius: grauis.i.molestˀ & immissus dum coit, a parte totum capiendo, rursus.i.iterum, vtero infausto.i.infaustę matris: & egit.i.intrusit semet.i.membrum genitale, in ortus.i.membra materna vnde ortus est: & regessit.i. iterum ingessit matri foetus impios.s.inter se futuros: sicut ipse in patrem fuit: quiq;.i.et qui, mos.i.quę cōsuetudo neq; feris est saltem oībus: ipse genuit sibi fratres: quia ex eadem matre vnde genitus est: malum.i. quod malum est implicitum.i.inextricabile: & monstrum id est monstruosum ænigma perplexum.i.intricatum magis Sphinge sua.i.ænigmate Sphingos quod ipse dissoluit.

❡Non tot. Declarat multitudinem per comparationem. Oeta. mons est inter Thessaliam & Macedoniam famosus morte & sepulcro Herculis. Caducas. quæ cadunt ad terram. Hybla. pars est Atticę regionis apibus & melle abundans teste Plinio libro vigesimoprimo. Est etiam Hybla teste Seruio oppidum Siciliæ: qd nunc Megara dicitur. Medio vere. nam ver in tres partes diuiditur. Alto globo. nam apes nexæ pedibˀ racemum faciunt: & ista est quæ vua dicitur de apibus. Alto globo. multitudine apū congregata in altum. — BERN. Oeta. Hybla.

Strimonis. fluuiˀ est teste Plinio libro quinto, qui Macedoniam a Thracia separat: fluitq; a vertice montis Aemi: ad quem tēporibus calidis multæ grues confluunt. Minas. hyemes & frigus. Ales. grus. Secans. volans. Pensat. compensat. Tepente Nilo. quia volant in Aegyptum ad fluuium Nilum: vbi est calor. — Strimon.

Arctoas. septentrionales istæ grues non volant in tanta multitudine ad loca calida quanta veniebant istæ animæ. Sonus vatis. vox Tiresiæ. Eduxit. traxit ab inferis. Latebras. fugientes lucem quærebant latibula. Primus. post generalem descriptionem venit ad particularem. Zetus filius Iouis ex Antiopa qui cum fratre Amphione Dircen nouercam, vt supra diximus, indomitorum taurorum caudis distrahendam alligauerūt. vnde dicit premens taurum. Chelym. cytharam: qua ipse Amphiō pulsans dicitur muros Thebanos struxisse. Tantalis. inter istas vmbras exiuit Niobe filia Tantali, & vxor Amphionis: quę quatuordecim filios habuit: propter quos superba facta voluit se præponere Latonæ: vt est fabula vulgata. Fert. venit capite eleuato cum filiis. Fastu. superbia. a fastidiendo. Numerat. quasi ad iactantiam. Agaue. quæ furiis Bacchi accensa filium Pentheum interfecit credens esse vrsum. Manus. multitudo. Partita quę diuisit: regem.i. Pentheum filium regis. Bacchas. illas mulieres bacchantes. Minas. adhuc ille videbatur minari Thebanis si colerent Bacchum. Tandem. Laius occultans sæpe se tandem venit. Desidet. non audebat accedere. Sacerdos geminat. Tiresia duplicat incantationes. Horreo. referēs ista, adhuc timeo loqui. Stetit. scilicet Laius adhuc sanguinolētus. Pędore. turpitudine stomachosa. nam pędor dicitur quādo quis nō curat neq; caput neq; aliam partem corporis. O Cadmi. hæc fuerunt verba Laij. Cognato. cognatorum. nam primi cognati iı cœperunt se interficere. Vibrate. cōcutite. Thyrsos. hastas: vt bacchantes: vt fecit Agaue. Ethnea. crudeli quasi cyclopea. in Sicilia mons est æthna: vbi erant cyclopes qui hoīes comedebant: sed maius scelus est Thebis. Patria. vertit sermonem ad patriam dicens non ira deorum est causa tantę pestis sed scelera ciuium tuorum. Luctificus. ferēs pestem. Rex. Oedipus. Proles inuisa. filius mihi inutilus: qui pro præmio necis paternæ consecutus est regnum & accepit matrem in vxorem. Peior parens. quia peius ē suscepisse filios ex matre q̄ interfecisse patrem. Regessit. reposuit seipsum iterum in matre cum ipsa concūbendo & filios generando: qd etiam feræ non faciunt. Implicitum malum. intricatum: est appositio.s. Oedipus malum. Sphinge. magis perplexum & obscurum Sphinge quam ipse interfecit. — Zetus. Niobe. Legendū enthea.

❡Nec tāta gelidi. Nō tot grues ad Strimona aggregāt volaturę ad Nilū quot vmbrę suscitant a Tiresia. Homerus aīas circa Her. simulacrū aggregatas cōpat auibˀ. αμ φι δε μιν κλαγγη νεκυων ηνοιωμ ως παντοσ ατυζομενων. Nō educat tot frōdes Oeta mōs i quo sepultˀ ē Hercules. & scribit dictio p æ diphthōgū: nec.t. habet aspirationē. q p̄cipit p.th. scribēdū eē, p̄cauisset si plātas ipiˀ mōtis accurate pēsitasset. Zetˀ enumerat īfelices aīas Thebāoꝝ pceꝝ vt tādē ad Laiū puēiat. Enthea manu. isana manu. ne lege Aethnea.i. cyclopea sed Enthea vt a pd Martialē. Alba minˀ sæuis lacerant brachia cultris Cū furit ad Phrygios enthea turba modos. ε, θεοσ em̄ dr̄ diuino numine afflatus & deo plenus. Sed rex cruētˀ. nō patit̄ inqt vmbra Laij tantā cladem patria sua culpa sed scelere alieno.i. Oedipi. nec tāta inuasit temere cælū ipsū & terras. Q ñqui dē rex cruentˀ hoc est Oedipus me interemerit, patrē suū: mox regno incubuerit: & qd peiˀ est matrē incestarit Iocastā: & qd nō solēt pecora, genuit filios eosdē & fratres sibi. Halitu. halitus cum aspiratione: vñ exhalare exspirare. — DAN. Entheus.

ASCEN. ¶Ego pater inultus petam.i.persequar cũ tota vrbe,tete: te inquã(ter dicit te)qui geris sceptra dextra cruẽta,perfusa cruore paterno :& traham mecum Erinnes .i. furias infernales pronubas thalami.s.tui.i.quæ prefuerunt nuptijs cũ mr̃e:trahã dico sonãtes verbera.i.flagella sonare facientes:vertã.i.euertã domũ incestam:& obteram marte impio.i. bello inter Polynicem & Etheoclem fratres,penates.i.regiam & quicquid in ea est chari . Protnde.i.& ideo,o Thebani,agite.i.pellite ocyus q̃ celerrime,regem.s.Oedipum,exulem,pulsum procul finibus.i.a limitibus.s. regni: quodcunq; solum ipse rex pulsus relinquet gradu funesto.i.pestifero,illud sup. virens vere . florifero.i.quasi verna temperie , reparabit hærbas. s.æstu deperditas:& aura vitalis dabit.i. emittet,spiritus.i. ventos & flatus , puros.s.a corruptione:& decor.i.ornatus frondium & florum veniet syluis. Letum.i.mors violenta,lues mors pestifera,mors.s.naturalis,labor.i.ægra vita,tabes .i.corruptio sanguinis : dolor. de malis,appositorie comitatus.i.q̃ oia sunt comitatus dignus illo.i. qui illum comitetur & sequatur,excedent simul.s.cum illo.Et ipse volet effugere sedes nostras.i.regni Thebani,gressibus rapidis.i.velocibus: sed addam pedib⁹sup.eius moras graues:& tenebo sup. ipsum vt sup. reptet incertus vię:quia a se excæcatus,prætentãs.i.ante se tentans & explorans iter triste.i.viam duram , baculo senili.i. quo senes vti solent. O Thebani præripite.s. scelesto & incesto parricidæ,terras :ego pater auferam cælum.i.faciam ne cælum videat cũ sit cæcatus.Oedipus hoc audiens primo extimuit:dicens ad se:Tremor gelid⁹inuasit & ossa & artus.s.meos:ego arguor fecisse quicqd timebam facere.Merope.s.mater mea(vt putauit)sociato Polybo regi Corinthiorum pr̃i meo(sic enim putauit)abnuit.i.negat a me cõmissum nefas tori iugalis.i.violasse matrem. Polyb⁹.s.pater meus sospes.i.incolumis,absoluit manus meas a parricidio:vterq; parẽs defendit cędem.i.ne dicar cõmisisse parricidium,& stuprum:quis locus superest culpę? q.d. nullus. Thebę gemũt .p gemuerũt,Laiũ amissum multo ante q̃ tetigi gressu meo.i . ingressus sum loca Bœota.i.bœotiam: in qua Thebæ sunt.Ne.i.an, senior.s . Tiresias falsus.i.deceptus est delirans senio:an deus grauis Thebis.i.data opera id indicans vt Thebasi regem suum concitet:id aũt deliberabũdus secum:deinde quasi cognita fraude dicit Iamiã tenemus socios callidi doli:vates mentitur ista:preferens.i.prętexẽs deos fraudi : & o Creon despondet.i.hoc cõmento promittit tibi sceptra mea. Ego ne(dicit Creon)sup. talis sum,aut ita impius. vt velim sororẽ.i.meam Iocastam expelli regia? si fides.i. fidelitas sacrata laris cognati:qa cum sorore in eadem domo nat⁹ sum:sed regnum per Laium maritum obtinuit:non contineret certum.i.firmitatem in statu meo:hoc est si non certo scirem me eum statum in quo sum mansurum,cum sperem a marito sororis non deponendum: tamen ipsa fortuna,quæ instabilis & anceps ẽ regib⁹, vtpote semper sollicita nimis,terreret

Te te cruenta sceptra qui dextra geris:
Te pater inultus vrbe cum tota petam:
Et mecum Erinnes pronubas thalami trahã:
Traham sonantes verbera.incestam domum
Vertam:& penates impio Marte obteram.
Proinde pulsum finibus regem ocyus
Agite exulem:quodcunq; funesto gradu
Solum relinquet:vere florifero virens
Reparabit hærbas:spiritus puros dabit
Vitalis aura:veniet & syluis decor.
Letum lues q;:mors:labor:tabes:dolor:
Comitatus illo dignus: excedent simul.
Et ipse rapidis gressibus sedes volet
Effugere nostras:sed grauis pedibus moras
Addam:& tenebo:reptet incertus viæ
Baculo senili triste prętentans iter.
Præripite terras:auferam cælum pater. Oed.
Et ossa:& artus gelidus inuasit tremor.
Quicquid timebam facere:fecisse arguor.
Tori iugalis abnuit Merope nefas
Sociata Polybo:sospes absoluit manus
Polybus meas:vterq; defendit parens
Cędem:stuprũq;:quis locus culpæ est super?
Multo ante Thebæ Laium amissum gemunt
Bœota gressu q̃ meo tetigi loca.
Falsus ne senior:an deus Thebis grauis?
Iamiam tenemus callidi socios doli.
Mentitur ista præferens fraudi deos
Vates:tibiq; sceptra despondet mea. Cre.
Ego ne vt sororem regia expelli velim?
Si me fides sacrata cognati laris
Non cõtineret in meo certum statu:
Tamen ipsa me fortuna terreret nimis
Sollicita semper.liceat hoc tuto tibi
Exuere pondus:ne recedentem opprimat.
Iam te minore tutior pones loco. Oe.
Hortaris etiam sponte deponam:vt mea

Tam grauia regna? Cre. suadeã hoc illis ego
In vtrunq; quis est liber etiamnum status.
Tibi iam necesse est ferre fortunã tuam. Oe.
Certissima est regnare cupienti via:
Laudare modica: & otium ac somnum sequi.
Ab inquieto sæpe simulatur quies Cre.
Parum ne me tam longa defendit dies? Oed.
Aditum nocendi perfido præstat dies. Cre.
Solutus onere regio regni bonis
Fruor: domusq; ciuium cœtu viget.
Nec vlla vicibus surgit alternis dies:
Qua non propinqui munera ad nostros lares
Sceptri redundent: cultus: opulentę dapes.
Donata multis gratia nostra salus.
Quid tam beatæ fortunæ deesse rear?

me. s. a petitione regni: liceat tibi tuto. i. sine periculo, exuere. i. deponere hoc pondus. s. regni: ne opprimat sup. te, recendere. i. cum nimis tarde recedere voles: tu tutior pones te iã loco minore. s. q̃ sit regnum Thebanum. Oedi. Hortaris etiam vt deponam spõte mea regna tam grauia? Creon. Ego suadeam hoc illis, quis. i. quibus, est etiãnum. i. adhuc, status liber. s. an acceptent an refutent regnũ: necesse est tibi iam ferre fortunam tuam. Oedipus suspicans per dolum ea ab Creonte dici ait. Certissima via cupiẽti regnare, est laudare modica: & sequi. i. laudare vt sequamur otium ac somnum. Quies simulat̃. i. fingitur verbis & gestu, sæpe, ab inquiete. s. aĩo. i. ab eo qui velit esse ĩ magistratu laborioso: vt ĩ regno. Cre. Ne. i. an dies. i. vitæ duratio, tam lõga, defendit me parum. s. a suspitione regni? Oed. dies. i. lõga expectatio præstat perfido aditũ. i. medium & viam nocendi. Cre. Ego solutus onere regio fruor bonis regni: & domus sup. mea viget cœtu. i. frequentia ciuium nec vlla dies surgit alternis vicib9. s. post noctem, qua munera sceptri propinqui. i. qđ est in manu affinis mei, non redundent. i. ex redundantia perueniant ad lares nostros: vtpote cultus. i. ornati habitus: dapes opulentę. i. pretiosę. sal9. i. vita, donata multis gratia nostra aut nostri. Quid rear deesse fortunæ. i. conditioni, tam beatæ? quasi dicat nihil: & ita non est causa cur regnum tuum expetam.

¶ Te te petã. Inuadã. vertit sermonẽ ad Oedipũ sceleratũ, minãdo excidiũ. Erinnes. furias: vt sint mecum ad sacra nuptiarũ infelicitatẽ portãtes. Verbera. flagella & scuticas. Incestã. impudicã: quia cũ matre concubit Oedip9. Impio marte. i. iniquo bello. faciã q̧ Etheocles & Polynices inter se mouebunt arma. Proinde. ppterea. Agite. expellite. Regẽ. s. vestrũ Oedipũ. Finibus. s. vestris, o Thebani. Quocũq;. i. i quẽcũq; locũ vadat dũ ipse recedat oia pullulabũt: & erit quasi primũ ver. Solũ. terram vestrã. Gradu funesto. pedibus suis letiferis. Puros. sine corruptione. Comitat9. societas digna illo. Et ipse. s. Oedipus. Sedes nostras. vrbẽ Thebanã. Reptet. hoc est qđ volo: reptet terrã incert9 viç: cũ nõ viderit: qa seipsum obcęcauit. Cęlũ. lucẽ: quia non videbit. Ossa. audiens hæc verba totus tremuit. Quicqd. excusat se Oedipus nullũ istorũ scelerum fecisse: sed bene audiuerat illud esse fatatũ de se: credebat enim se filiũ esse Polybi regis Corinthiorũ ex Merope. Arguor. demõstror & accusor. Merope. mater mea. Sociata. cõiũcta. Polybo patri meo. BERN.
Abnuit. i. negat. Absoluit. liberat: quia viuit: vnde signũ est me nõ fecisse ista mala. Superest nullus loc9 est vt me possitis accusare: rex quẽ dicitis interfectũ multo ante q̃ venissẽ Thebas interẽpt9 erat. Loca bœota. Thebana. Thebę in Bœotia sũt. Fallue senior. s. Tiresias dicis falsũ vt Creõti regnũ tribuat. Vel de9gratus. irat9 est Thebis. Iãiã tenemus. intelligim9. vos duo fecistis hoc consiliũ: vt me excluderetis. Socios. Tiresiam & Creontẽ. Callidi. astuti. Vates. Tiresias. Preferẽs. i. sub ptextu dei faciẽs hanc fraudẽ. Ego. arguit Creõ q̧ nullo pacto illđ vellet facere. Sororẽ. credis q̧ veli sororẽ meã Iocastã vxorẽ tuã expellere de regno? Si me. alid argumentũ a pbabili: qa nõ est assuet9 vti fraudib9: deinde q̧ habet a rege quicqd vult: & etiam si nõ haberet nollet delinquere. Cognati laris. domus cũ qua habeo cognationẽ. Certũ. fide. ẽ. Terret. quia cõditio regni semper est dubia: vñ non cupio eã vitã quæ semp metu ducit̃. Liceat. persuadet vt deponat regnũ sponte ne per vim expellatur. Tutior. eris magis securus in loco minore. Hortaris. quid faceres si hoc regnũ haberet felicitatem: qñ illud optas in tanta calamitate? Grauia. misera & molesta. Suadeam. arguit a minori ad maius. darẽ hoc consiliũ non solũ tibi sed dubijs de regno: sed tibi certum est q̧ depones: ideo suadeo certius. Hoc. s. vt deponerent regnũ. Vtrũq;. in vtrãq; partẽ: vt deponant vel non. Necesse. non est tibi liberum in vtraq; parte. Certissima. qui cupiunt regnare semp simulant: dicũt mala esse imperia & tñ cupiunt illa. Inquieto. agitato curis & ambitione. Tã longa dies. arguit a coniectura: ex añacta vita possum cognosci: quæ me satis pbare põt innocentẽ. Aditũ. qñ vnus habet bonã famã occasionẽ peccandi facilẽ habet cũ oẽs sibi credũt. Dies. tẽpus añactum. Aditũ. ingressum. Solutus. arguit ab vtili: nõ debeo quærere hoc cum a te qcquid velim habeã. nec pondus regni sentiã. Viget. floret: nã ab oĩb9 color, & obseruor. Vicib9 alternis. quia alternatim subsequunt̃ dies & noctes. nulla est dies qua nõ habeã mun9. Sceptri ppinqui. regis sanguine iuncti. Redundẽt. veniãt. Cult9. vestes. Dapes. cibi delicati. Gratia. quã tecũ habeo est multis salus: quibus propter me concedis veniam.

¶ Te pater inultus. Ego scilicet. προσφονως te impium insectabor filium. Vmbrę creduntur plerunq; eos vexare, a quibus grauem aliquam acceperint iniuriam. id qđ apud Verg. Dido æneę minitatur. Oibus vmbra locis adero: dabis improbe pœnas. & Ouidius inuectans cõtra Ibim. Tũ quoq; factorum veniam memor vmbra tuorum: Insequar & vultus ossea forma tuos. & cætera. & Horestes apud Euripidem μαραχεμματηρ δαιμονεδοκευεμμενειο γεμομενοσ. Quocũq; funesto. terra quam non calcauerit Oedip9 passim vestietur herba & floribus: & erit aer clementissimus. Mora. labor. tabes. Dialyton. Quis locus culpæ est super. κατα DAN.

τηυ αντιςροφην. Superest. introuertit aũt Oedipus fidem oraculi suspitione affectati regni per Creontẽ. multo ante inquit interfectus est Laius q̃ attigi Thebas: mentiris tibi despondens mea sceptra. hinc apud Sophoclem vociferatur. ω καλου τεκαι τυραννι.και τεχνη τεχ·νισ οδοσ παρηλιω οφθομοσ φολαατεται. Certissima res est. qui appetunt, dissimulare vt plurimum solent: tu perfidus Creon hoc genus proditionis diu tecũ machinatus es: quapropter truderis in carcarem. apud Sophoclem minatur mortem his verbis. θνησκειν ους φυ γεω σεβουλομαι: ωσουχυ πιξων ουδε πιςεοων λεγεισ: αλλεφυσ κακοσ. Solutus onere. probat nunq̃ regnum appetiuisse se: cum priuatus nihil eorum sibi deesse senserit quæ faciant beatum: vltra quã sortem tam quietam atq; felicem sollicitum regnum optari potuisse haudquaq̃ credendum sit.

Oe. Qz res secũdæ nõ habẽt vnq̃ modũ. Cre.
Incognita igitur vt nocens causa cadam? Oe.
Non ratio vobis reddita est vitæ meæ?
Num audita causa est nostra Tiresiæ? tamen
Sontes videmur: factis exemplũ sequor. Cre.
Quid si innocens sũ? Oed. dubia pro certis solẽt
Timere reges. Cre. qui pauet vanos metus
Veros fatetur. Oe. quisquis in culpa fuit
Dimissus omne odit qđ dubium putat. Cre.
Sic odia fiunt. Oed. odia qui nimium timet:
Regnare nescit: regna custodit metus. Cre.
Qui sceptra duro sæuus imperio regit:
Timet timentes: metus in authorẽ redit. Oe.
Seruate sontem saxeo inclusum specu:
Ipse ad penates regios referam gradum.

ASCEN. ❡ Qz res secundæ. Respondet Oedipus poteris putare fortunæ tuæ optimæ aliquid deesse, q̧ res secundę. i. prosperę & quasi votum sequentes, non habent vnq̃ modum. i. mensuram aut finem: quia vt de Alexandro magno dicit Iuuenalis: Vnus Pellęo iuueni non sufficit orbis. & Crescit amor nummi quantũ ipsa pecunia crescit. Cre. Igitur ego cadam. i. damnabor vt nocens, causa incognita. i. incõperta. Oed. Non. i. nonne ratio vitæ meæ est reddita vobis. s. tibi, & Tiresię. i. ostendi ne q̧ falso mihi ea crimia obijcitis? Num causa nostra est audita Tiresiæ. i. nunquid Tiresias nouit me ea crimina perpetrasse? q. d. nequaq̃. tamen nos videmur sontes. & ita ego sequar exemplum. s. vestrum, factis. i. vt me cõdemnastis insontem, ita te damnabo qualiscunq; sis Cre. Quid sup. dices aut facies: si sum innocens? Oed. Reges solent timere dubia pro certis. i. tanq̃ sint certa. Cr. altera sententia (quod frequenter in hoc authore vsuuenit) priorem refellit dicens. Qui pauet metus vanos, fatetur veros: hoc ẽ causam subesse cur vere timeat. Oed. Quisquis fuit dimissus in culpa. i. habitus pro culpabili, & non audit⁹ dum se purgare voluit, odit omne quod putat dubium. Creon. Sic. s. dum odit alia, odia fiunt in ipsum. Oed. Qui timet nimium odia, nescit regnare: quia metus custodit regna. multi enim non paterentur regem si resistere auderẽt. Cr. Qui sæuus. i. qui crudelis, regit sceptra imperio duro, timet timentes. s. subditos suos: metus redit in authorẽ scilicet vnde procedit. O satellites, inquit Oedip. seruate sontem. s. Creontem, falsum regis accusatorem, & regni ambitus reum: inclusum specu. i. carcere, saxeo: ipse. i. ego referam gradum ad penates regios.

BERN. ❡ Res secundæ. Quando quis habet multa, plura semper quærit: nec vnq̃ contentus est. qđ de Alexandro dicit Iuuenalis. Pellæo iuueni mundus non sufficit vnus. Modum. finem. Incognita. tu vis damnare me sola suspitione. Cadam. moriar. Num. faciam vobis sicut mihi fecistis qui non visa causa me damnastis. Sontes. videor tamen vobis nocens. Exemplum. dedistis exemplum: & illud sequar: faciam qđ in me fecistis. Innocens. si non peccaui. Dubia. reges si suspicantur de vno, protinus tollunt illum de medio. Veros. demonstrat illos esse veros. Dimissus. cui obiecta est culpa. Odia fiunt. isto modo contrahuntur odia ab omnibus. Qui sceptro. crede mihi qui vult timeri in regno oportet etiam vt ipse timeat. Seruate. Oedipus videns Creontem ita audacter respondentem iubet famulis ipsum concludi in carcerem. Referam gradum. redibo.

DAN. ❡ Exemplum sequor. Ego item vos insimulabo proditionis: quemadmodum me parricidij reum facitis.

ASCEN. Non tu. Inducitur Chorus cõsolãs Oedipum, auertẽsq; culpam ab eo in totum genus Thebanum. Gratus enim est actus qui miserationẽ excitat: qua Oedipus in primis dignus videtur: si tanto studio fatales minas fugerit, & tñ effugere nequiuerit. Potuit tñ culpã effugere ad quã nemo constringitur inuit⁹: sed non satis diligenter (vt ponantur vera quæ a poeta de eo narrãtur) culpam vitauit. Nam Laium occidit volens & sciens, si non patrem, hoiem tamen esse. Quocirca minus putem peccasse q̧ matrem duxit q̃ q̧ patrem occidit: q̃a mulierem volentem ducere non semper malum est: hominem insontem occidere semper. At dices matrem duxit. Alienam putauit: & qui

Anapęstici.
CHORVS.

Non tu tantis causa periclis:
Non hæc Labdacidas premunt
Fata: sed veteres deum
Iræ sequuntur. Castalium nemus
Vmbram Sidonio præbuit hospiti:
Lauitq; Dirce Tyrios colonos:

Vt primum magni natus Agenoris:
Fessus per orbem furta sequi Iouis
Sub nostræ ramis constitit arboris:
Prædonem memorans suũ:monituq; Phœbi
Iussus erranti comes ire vaccę:
Quam non flexerat
Vomer:aut tardi iuga curua plaustri:
Deseruit fugas:nomenq; genti
Inauspicata de boue tradidit.
Tempore ex illo noua monstra semper
Protulit tellus:
Aut anguis imis vallibus editus
Annosa supra robora sibilat:
Supraq; pinus:
Supra Chaonias celsior arbores
Cęruleum erexit caput:
Cum maiore sui parte recumberet.
Aut fœta tellus impio partu
Effudit arma.

dem errore inuincibili. Sed disputent hęc theologi. Ordo ẽ. Tu o Oedipe, nõ es causa tantis piclis: hęc fata. s. tua, q̃ prędixerãt te matrẽ ducturum, non premũt Labdacidas. i. Thebanos a Labdaco partim ortos: sed veteres irę deum. i. deorum, sequuntur. i. persequunt̃ sup. eos. Nemus castalium, musis & Apollini sacrum, prębuit vmbram, hospiti Sidonio. s. Cadmo. q. d. homini peregrino, & sacris musarum minime initiato: & Dirce fons Thebanus etiam musis sacer, lauit colonos Tyrios minime musis addictos. Natus magni Agenoris. s. Phœnicũ regis, hoc ẽ Cadm⁹, vt primum fessus sequi. i. de sequendo: sicut a Cicerõe fessus de via dicitur: per orbem. s. terrarũ, furta Iouis. i. Europen sororem, quã raptam Iuppiter in Cretam auexerat, constitit. i. moram stando traxit, sub ramis arboris nostræ. i. Thebanę, memorãs. i. cum execratiõe recẽsens, p̃donẽ suũ. s. Iouẽ: aut numerãs p̃dões suos: quia plures passus fuerat & inter eos Iouẽ: & iussus monitu Phœbi id est Apollinis ire comes vaccæ erranti id est sequi vaccam errantem ac vagentem: quam. s. vaccam vomer non flexerat. i. non incuruauerat dum aratrum impellendo duceret, aut quã iuga curua plaustri. i. vehiculi, tardi. quia onusti, sup. non flexerunt. i. intactę: Vt primum inquam id faciens deseruit fugas. i. destitit Iouem persequi: & tradidit genti. s. nostrę, nomen de boue. i. vacca inauspicata. i. quã aut sine auspicijs aut malis secutus fuerat. vnde Ouidius. Mœnia fac condas Bœotiaq; illa vocato. ex illo tempore. i. post illud tempus tellus protulit semper noua monstra: aut anguis editus. i. natus, vallibus imis, iuxta Dircen, sibilat supra robora annosa. i. species illas quercuũ veterum: & supra pinus: & celsior. i. altior erexit caput cærulcum. i. marini coloris, supra arbores Chaonias. i. Chaoniæ syluæ Ioui sacræ: cum. s. tamen ipse anguis erigẽs caput supra altissimas arbores, recumberet. i. reclinatus super terram iaceret. maiore parte sui: hoc est cauda vltra dimidium corporis. Aut. declarat aliud monstrum quod ea tellus produxit, vtpote homines armatos ex dentibus draconis occisi: dicens Aut tellus fœta partu impio. i. fœtu inter se impio effudit arma. i. armatos fratres.

Non tu. Inducitur Chorus quasi ad consolationẽ Oedipi: q; ipse nõ sit cã pestis sed poti⁹ira deorũ: nã ciuitas ista fuit edita malis auspicijs a principio. Non tu. s. Oedipe. Labdacidas. Thebanos. Labdacus fuit Polydori filius filij Cadmi, & frater Laij. Castalium. vbi est fons Castalius. Hospiti Sidonio. Cadmo qui venit de Sidone. Dirce. fons Thebanus. Natus Agenoris. Cadm⁹ filius regis Agenoris iussus a patre sequi sororem Europã: quæ a Ioue in forma tauri rapta, & in Cretam trãslata fuit: vt Ouid. li. iij. metamor. plane explicuit. Furta. sororẽ raptã a Ioue. Prędones. socios suos. Alij legũt prædonem. i. serpentẽ qui deprædatus fuerat socios. alij quoq; dicũt memorans: & tũc intelligit̃ de Ioue. secũdũ aliũ sensum debet legi numerans. Monitu. responso Apollinis iussus est sequi vaccã & vbi illa quiesceret ciuitatem ædificaret. Flexerat. vult dicere q; nunq̃ subiecta fuit iugo. Deseruit fugas. ampli⁹ noluit sequi Iouẽ. Inauspicata. infelici, & mali auspicij: nã ab illa boue Bœotia est dicta: & semp gẽs nr̃a ab illo principio fuit infelix. Editus. generatus. Chaonias. quęrc⁹: quas ibi chaonias appellauit a Chaonia q̃ pars est alpestris Epiri vbi est magna copia quęrcuum. Recumberet. iaceret in terra: ita magnus vt iacens etiam eleuaret caput supra arbores. Fœta tellus. qñ Cadmus interfecit serpentem & eius dentes seminauit: ex quib⁹ nati sunt homines armati: vt narrauit Ouidius. BERN. Labdacidę

¶ Non tu tãtis. Applaudit Oedipo mœsto & ex superiori oraclo admodum q̃ grauiter turbato Chorus Theban⁹: omnemq; Thebani regni calamitatẽ i culpã primoꝝ auctoꝝ trãsfert: q iuisis fundamẽtis infestationẽ tãacris ifortunij iecerũt. Scribitur aũt metro interdum Pindarico dimetro acatalectico, interdum anapæstico trimetro: vt Ire sequuntur &c. Furta Iouis. Europen raptam a Ioue in Creta vt scribit Home. Iuppiter anno regis Argiuoꝝ. xl. Europę mixt⁹ ẽ. hãc rapuerũt postea Cretẽses regnante Argis Acrisio anno mũdi. M. dccclxxix. Hui⁹ imago ęgregia ex ęre a Pythagora Tarẽti posita ẽ. Var. & Euse. authores. Iuga curua. seruitij signũ nullũ ceruice gerente. Inauspicata de boue. Mœnia fac cõdas: Bœotiaq; illa vocato. q̃ a grecis βοιωτια nũcupat̃: nos facta dierẽsi & abiecta vocali Beotiã facim⁹. Cæruleũ. Cadmus occiso dracone ad fõtẽ Martis postq̃ cõdidit Thebas i Bœotia audiuit: Quid Agẽore nate pẽptũ Serpẽtẽ spectas: & tu spectabere serpẽs. p uẽit aũt i Illyricũ agrũ demutat⁹ vna cũ Armiona vxore i serpẽtẽ. vñ ciuitas i Illyrico sinu Enchelię dicta: quã meminit Luca. Enchelię versi testãt̃ fũera Cadmi. quo notat̃ Cadmũ exulẽ vt mẽdicũ huc illuc reptasse. cõsulẽte aũt Pallade dẽtes seminauit draconis quẽ pemit: vñ galeati scutigeruli surrexerũt: qui se mutuo interemerũt DAN. Bœotia. Beotia. Enchelię.

Sonuit reflexo classicum cornu:
Lituusq; adunco stridulos cantus
Elisit ære:non ante linguas
Alias & arma vocis ignotæ
Clamore primum hostico experta
Agmina campos cognata tenent:
Dignaq; iacto semine proles
Vno ætatem permensa die
Post luciferi nata meatus
Ante Hesperios occidit ortus,
Horret tantis aduena monstris:
Populiq; timet bella recentis:
Donec cecidit sęua iuuentus:
Genitrixq; suo reddi gremio
Modo productos vidit alumnos,
Hac transierit ciuile nefas:
Illa Herculeæ norint Thebæ
Pręlia fratrum.
Quid Cadmęi fata nepotis?
Cum viuacis cornua cerui
Frontem ramis texere nouis:
Dominumq; canes odere suum.
Præceps syluas montesq; fugit
Citus Acteon:agiliq; magis
Pede per saltus:& saxa vagus:
Metuit motas Zephyris plumas:
Et quæ posuit retia vitat:
Donec placidi fontis in vnda
Cornua vidit:vultusq; feros:
Vbi virgineos fouerat artus
Nimium sęui Diana pudoris.

ASCEN. ¶ Sonuit. Proseqꝛ late fabulā īterfecti a Cadmo serpentis:& q̃uo e dētibus eius satis nati sint viri armati qui se mutuis armis peremerunt: dicens. Classicum.i.vox belli capessendi pręsertim ab eqtatu, sonuit cornu reflexo.i.incuruo:& litu⁹.i.clarisona & incurua tuba, elisit.i.frangendo emisit, cantus stridulos.i.argute stridentes, ęre adūco.i.recuruo, ad modum litui.i.pastoralis aut auguralis baculi: et agmina cognata.i.simul & eo satu dentiū serpentis nata:experta non ante.i.nunq̃ pri⁹ alias linguas:& experti primum clamore hostico.i.hostili, arma vocis ignotę, quia nunq̃ inter se commercia habuerant, tenent.i.occupant campos ad ineunda pręlia.(Sunt qui legant experti:quod non procedit nisi p appositionem:fratres recēs nati, appositone agmina cognata &c.)& proles.s.saeua digna semine iacto.s.in terram, vtpote dentibus draconis aut serpentis, permensa ætatem vno die, quia non amplius vixit, vtpote nata post meatus.i.ortus luciferi, occidit ante ort⁹ Hesperios.i.hesperi. Aduena.s.Cadmus, horret.i.tremore concutitur, tantis monstris:& timet bella populi recentis.i.nuper nati:donec iuuētus sęua, cecidit.s.mutuis vulnerib⁹:& genitrix.s.terra, vidit alumnos.i.natos quos i aluo aluerat, productos.i.editos in lucem, modo.i.pauloante, reddi gremio suo.i.vñ eos emiserat. Precatur autem Chorus vt illorum strage defungātur Thebę intestinis malis dicens. Nefas ciuile(quod futurum inter Polynicem & Etheoclem Creon innuerat a Laio pręedictum)transierit.i.transactum sit & finitum, hac.s.strage fratrū:& Thebę Herculeæ.i.quarum Hercules futurus domin⁹, norint illa praelia fratrum:& sup.nō alia. Quid sup.dicam, fata.i.exitium, nepotis Cadmaei.i.Acteonis a Cadmo originem trahentis:cū cornua cerui viuacis non quidem in illo indiuiduo quod non erat verus ceruus, sed in cōsimili diu viuere soliti, texere frontē.s.Acteonis, ramis nouis.i.nuper & nouo more natis: quia alijs ceruis nascuntur post septennium quotannis rami cornuum singuli: illi statim plurimi. Quomodo Actcō q; Dianam viderat in ceruum mutatus sit commētarij declarant.& canes.s.Acteōis, edere.i.deuorauerūt tandem dominum suum, aut oderunt legendū:quia quando ederunt nō fugit:tunc sup.Acteon citus, fugit praeceps sup, per, syluas & montes:& vagus id est discurrens pede agili magis.s.q̃ canum, per saltus & saxa, metuit more cęterorum ceruorum, plumas motas Zephyris.i.ventis lenibus:& vitat retia quæ posuit.i.posuerat alijs ceruis:donec vidit cornua.s.sua in vnda fontis placidi : quia ceru⁹ desiderat fontes aquarū ad refrigeriū & viriū resumptionē:& vultus feros.i.ceruinos:vbi.i.in quib⁹ fontibus,.s.diana, pudoris saeui nimiū, qa q; nudā viderat sic asseclā suū persequebaꝛ, fouerat.s.pauloañ, balneando, artus virgineos: quia semper virgo est.

BERN. ¶ Classicum. Signum belli:qđ daꝛ tuba. Lituus.tuba recurua. Elisit.expressit cū sonore. vñ dicit stridulos cantus. Adunco.recuruo. Arma.illi hoies armati qui nondum erant experti vlla lingua primam vocē ediderunt q̃ fuit clamor arma:arma. Cognata.quia oēs fratres & filij terræ erant. Digna.conueniēs proles semine suo iacto:nam dicitur ille seminare dentes serpentis q seminat discordias. Permēsa.q̃ trāsiuit & finiuit vitā illo die.nati sūt mane & mortui sūt sero. Meat⁹.vias & cursum luciferi.q̃ stella est de mane lucifer, eadē de nocte hesperus dicitur. Aduena.Cadm⁹. Recētis.nup nati. Genitrix.terra. Productos.nu p generatos. Reddi.restitui.quia in eadē sepeliebantur. Transierit hac.per hoc bellum ciuile trāsiuit:q; isti interfecerūt se

Nepotis Cadmei. Actaeonis qui fuit filius Aristei ex Autone filia Cadmi.q tandẽ a Diana in ceruum conuersus a suis canibus dilaceratus fuit.vt dicit Oui.iij.li.meta. Viuacis. qui diu viuit. Metuit.ipse Acteõ mutatus in ceruũ metuit plumas quas venatores inserunt in laqueis. Posuit.s.ipsemet,cum prius venator esset. Feros.ceruinos. Vbi.in quo fonte. Diua.Diana. Fouerat.lauerat.

DAN. Acteon. ¶ Quid Cadmei. Acteon filius Aristei ex Acteone Cadmi forte venabũdus Gargaphiã fontẽ attigit. a Diana illic cũ ministris virginib⁹ se lauante in ceruũ demutat̃:dñm p̃dã factũ canes lacerarũt. Dilacerãt falsi dñm sub imagine cerui. Auson⁹ hanc fabulã pulcherrimo tetrasticho pseqt̃:& Demetri⁹ Spartan⁹ in Propẽptico.

Actus Quartus.

Trimetri Iambici.

OEDIPVS. IOCASTA.



Vras reuoluit animus: & repetit metus.
Obiisse nostro Laiũ scelere autumant
Superi:inferiq;:sed animus cõtra innocens
Sibiq; melius q̃ deis notus negat.
Redit memoria tenue per vestigium:
Cecidisse nostri stipitis pulsu obuium:
Datumq; Diti: cũ prior iuuenem senex
Curru superbus pelleret:Thebis procul
Phocea trifidas regio qua scindit vias.
Vnanima coniunx explica errorem precor:
Quę spatia moriens Laius vitæ tulit.
Primo ne in æuo viridis an fracto occidit? Io.
Inter senem:iuuenẽq;:sed propior seni. Oe.
Frequens ne turba regium cinxit latus? Io.
Plures fefellit error ancipitis viæ:
Paucos fidelis curribus iunxit labor. Oe.
Aliquis ne cecidit regio fato comes? Io.
Vnũ fides virtusq; cõsortem addidit. Oe.
Teneo nocentem:conuenit numerus:locus:
Sed temp⁹ adde. Io.decima iam metit̃ seges.

ASCEN.



Vras re.&c.In hoc actu agnoscit se Oedipus interfecisse patrẽ & duxisse matrẽ:vt cũ ordine de interfecto p̃re in hac scęna patebit,qui talis ẽ. Anim⁹ reuoluit curas.s.ab oraculo superoꝶ & inferorũ iiectas:& metus repetit curas.s.abiectas eo q̃ Polybus viueret:supi qa Apollo,& iferi,quia manes remissi ab inferis, autumant:nõ dicit asserunt:vt mitius ex opinione locutos dicat q̃ ex iudicio aut certa sciẽtia:Laium obiisse scelere nostro. Sed anim⁹ innocens,cõtra.i.econtrario,& notus melius sibi q̃ deis,negat.qđ de vero deo nefas est dicere:q cordium scrutator est:licet hoi sint,inscrutabilia.Memoria redit.s.in me,per tenue vestigiũ.i.leue obiectũ:Laiũ obuiũ.s. mihi i Parnaso cecidisse pulsu stipitis nostri.i.claue mẽę illic raptę:& datũ diti.i.missũ ad iferos:cũ ipse senex supbus,quia rex, pelleret prior,iuuenem.s.me:curru.i suo:de via.s.qua sup.pte regio Phocea.i.Phocis,procul Thebis(alij Thebas legunt vt sit pelleret Thebas)scindit vias trifidas.i.in tres partes fissas vt supra visum est.O Iocasta coniunx vnanima explica errorẽ.i.nodũ erroris : vtpote q̃ spatia vitæ Laius moriens tulit,ne.i . an occidit viridis in primo ęuo:an ęuo fracto.i. ipse fractus? Io.cecidit inter senẽ & iuuenẽ : sed propior seni. Oe.Frequens ne turba cinxit latus regiũ? Io.Error ancipitis vię,qui eum seq putantes oberrare fecit,fefellit plures:labor fidelis iunxit curribus.s.eius,paucos.s.comites: Oedi. Cecidit ne aliquis comes fato regio.i. vnacũ rege? Io. Fides.i.fidelitas,& virt⁹.i.fortitudo qua spabat regẽ ptegere, addidit vnũ cõsortẽ.Oe.Teneo.i. intelligo,nocẽtẽ.s.me numerus,loc⁹ cõuenit.s.cũ facto meo:sed ad de tẽpus. Io.decima seges metit̃.i.decim⁹ est annus,post quẽ quatuor liberos susceperat.

BERN. Curas.Hic est.iiij.actus in quo Oedip⁹ sic agit:Nescio si interfecerim regem,qđ omnes affirmant:memini quando ibam ad oraculum Apollinis interfecisse vnum mihi obuium. vnde rogat Iocastam: vt dicat conditiões regis: si forte fuisset is quem interfecit. Reuoluit. cogitat. Autumãt.affirmãt. Not⁹ sibi.q bñ scit me nõ fecisse istud scel⁹. Tenue p vestigiũ.p quãdã nebulã: qa vix recordor. Cecidisse.mortuũ eẽ. Stipitis.clauę meę. Diti.Plutõi. Phocea regio.vbi ẽ mõs Parnasus & ibi orta fuit cõtrouersia inter illũ obuiũ & me. Trifidas vias.istę tres vię supra sũt descriptę. Vnanima.concors & dilecta. Errorẽ.an sit veꝶ me iterfecisse Laiũ. Quę spatia.q̃ ętate erat qñ mortu⁹ ẽ. Frequens.habebat ne multos secũ. Paucos.egressus ẽ cũ multis: sed ppter errorẽ viaꝶ plures deseruerũt eũ: solus vn⁹ fid⁹ nunq̃ dereliquit eũ. Ancipitis.dubię:q̃ ducit ad diuersa. Virt⁹.fortitudo,& fides fecit cõsortẽ ei⁹.i.mori vna cũ eo. Teneo nocentẽ.audiẽs Oedip⁹ ista signa dicit agnosco interfectorẽ Laij.s.me. Decima.decẽ anni.

DAN. Phocis. ¶ Curas. Inuenit Oedip⁹ monẽte Iocasta se iterfectorẽ Laij.Quart⁹ act⁹,& septimũ carmẽ trimetro Iãbico cõscriptũ.apđ Sophoclẽ Iocasta sic loqt̃.του τουοιδιπουσ παλαι τρεμων προ τησ τυχησ ολωλεν. ου δε του δυκοτι μεξεπευχω δευρω των δε δωματων τα σεμνι μηκει του θεουμαι τευματα.κτησ κορινθου.πατερα.τον σον αγγελλων. Phocea regio. Phocis pua græcorũ regio famosa oraculo Apollinis Delphici : aliter Aonia a rege dicta. est autẽ in Bœotia & contermina Atticæ. Vnũ fides &c.mutatio est psonarũ:nam respondet hic Iocasta qđ pridem rogatus Creon responderat:oẽs interfectores esse eorum qui regem comitabantur præter vnum.θυησκουσι γαρ σπανιν εισ τισοσ φοβω φυγων.

Trimetri Iambici.

SENEX. OEDIPVS. PHORBAS.


Orinthius populus in regnũ te vocat
Paternum: quietem Polybꝰ æternam
obtinet. Oed.
Vt vndiq; in me sæua fortuna irruit?
Ediſſere mihi quo cecidit fato parens. Se.
Animã ſenilem mollis exoluit ſopor. Oe.
Genitor ſine vlla cæde defunctus iacet.
Teſtor: licet iam tollere ad cœlum pie
Puras nec vlla ſcelera metuentes manus.
Sed pars magis metuenda fatorũ manet. Se.
Omnem paterna regna diſcutiunt metũ. Oe.
Repetã pr̃na regna: ſed matrem horreo. Se.
Metuis parentẽ: quæ tuum reditum expetẽs
Sollicita pẽdet? Oe. ipſa me pietas fugat. Se.
Viduã relinques? Oe. tãgis en ĩpos metꝰ. Se.
Effare merſus quis premat mentem timor.
Præſtare tacitam regibus ſoleo fidem. Oe.
Cõnubia matris delphico monitu tremo. Se.
Timere vana deſine: & turpes metus
Depone: Merope vera non fuerat parẽs. Oe.
Quod ſubditiui præmiũ gnati petit? Se.
Regum ſuperbã liberi aſtringunt fidem. Oe.
Secreta thalami fare quo excipias modo. Se.
Hæ te parẽti paruulum tradunt manus. Oe.
Tu me parẽti tradis? at quis me tibi? Se.
Paſtor niuoſo ſub Cithęronis iugo. Oe.
In illa temet nemora quis caſus tulit? Se.
Illo ſequebar monte cornigeros greges. Oe.
Nũc adijce certas corporis noſtri notas. Se.
Forata ferro geſſeras veſtigia:
Tumore nactus nomen: ac vitio pedum. Oe.
Quis fuerit ille qui meum dono dedit
Corpus requiro. Se. regios pauit greges.
Minor ſub illo turba paſtorum fuit. Oe.
Eloquere nomen. Se. prima langueſcit ſenum

ASCEN. Corinthius populꝰ. Cũ eſſet aio turbato Oedipꝰ ob iterfectũ a ſe Laiũ licet adhuc ignorabat illũ ſibi patrẽ fuiſſe, ſupuenit Senex Corinthius miſſus a Merope ad Oedipodẽ: vt qa Polybꝰ defũctꝰ erat ad regni gubernacula ſuſcipiẽda veniret. Erat aũt ille idẽ q Oedipodẽ a Phorbãte acceptũ Merope dederat: q ob id bñficium, & ſiſ ne effutiret ſecretũ iprudẽs familiarisꝰ i aula cũ rege & regia vixerat: ideoq; vero ſimile ẽ talẽ miſſũ, expeditq; tragoedię: vt p eũ totꝰ nodꝰ diſſoluat. agnoſcet eñi i ſequẽti ſcena Oedipꝰ fata i ſe locũ iueniſſe: vt & patrẽ occiderit & matrẽ duxerit. Ordo ẽ. Populꝰ Corinthiꝰ vocat te in regnũ p̃nũ: qa Polybꝰ. ſ. p̃r tuꝰ, qd tñ nõ dicit, docẽs nõ eẽ mẽtiẽdum obtinet quietẽ æternã .i. mortẽ. Oe. Vt .i. qualiter fortuna irruit in me ſæua vndiq; .i. ex oi pte? qa poſt turbatũ regnũ Thebanũ per peſtẽ ob mortẽ Laij audio mortẽ p̃ris. Ediſſere .i. exprime diſerte quo fato .i. quo gñe mortis parẽs cecidit? ſunt q legãt cadat. Sen. Sopor mollis exoluit. ſ. e corporis carcere, animã ſenilẽ: q̃ quaſi ſine cruciatu exit. Oe. Igiť, genitor iacet defunctus ſine vlla cęde. teſtor. ſ. deos, q; ſim parricidio abſoluẽdꝰ: licet iã tollere .i. erigere ad cælũ pie .i. cũ pietate, manꝰ puras nec metuẽtes vlla ſcelera: poſtq̃ fatale effugerũt: vt putauit miſer. Sed ps fatorum magis metuẽda .i. ne matrẽ ducã, manet. ſ. ſalua matre. Sen. Regna p̃na. ſ. tã potẽtia, excutiunt oẽm metũ .i. omnẽ cauſã iuſti timoris. Oedi. Repetã. ſ. libẽter, regna p̃na: ſed horreo matrẽ .i. ſcelꝰ cũ matre Merope: id qd populus iã intelligit, at ſenex nondũ. Sen. admiratus q; matrẽ horreret, inqt: Metuis parẽtẽ .i. matrẽ q̃ expetẽs reditũ tuũ, pẽdet ſollicita .i. aio anxio? Oed. Ipſa pietas fugat .i. arcet me ab ea. Sen. relinques ſup. eã viduã? Oe. En tu tãgis ĩpos metꝰ .i. cauſas timoris: ne. ſ. cogar viduã ducere illectꝰ ſpecie eiꝰ. Sen. Effare qs timor merſus .i. abſconſus in aio tuo, p̃mat mẽtẽ. ſ. tuã: ego ſoleo p̃ſtare regibꝰ, vt Polybo & Merope, fidẽ tacitã .i. tacere q̃ tacẽda p̃miſi: vt de ſpo Oedi. Explicat ergo Oedi. cã metꝰ dicẽs. Ego tremo monitu Delphico .i. oraculi delphici, cõnubia mr̃is .i. ne matrẽ ducã. quẽ timorẽ vt diſcuteret ſenex rẽ apit, & malũ indicat dicẽs. Deſine timere vana: & depõe metꝰ turpes .i. aut de re turpi, aut quos turpe ẽ virũ timere. Merope, vxor Polybi nõ fuerat tibi vera parẽs .i. mr̃. Oe. Quaſi dicat: q̃re igiť ſimulat? quod p̃miũ .i. quã mercedẽ gnati .i. filij ſubditiui aut (vt alij legũt) ſubdititij petit .i. qd lucri affert ille filꝰ ſubdititius .i. loco veri datꝰ? Sen. Liberi aſtringũt .i. cõfirmãt fidẽ ſuperbam regũ .i. retinẽt populũ in fide regũ ſupborũ, hoc eſt tyrãnoꝝ: vt fuerat Polybꝰ: qa timet populꝰ ne liberi ſint patris vltores. Oe. Fare .i. dic quo mõ excipias p excepetis aut excepiſti, hoc ẽ q̃uo noſti q; ſũ ſubdititiꝰ cũ id ſola mr̃ & a ſecretis eiꝰ norit? Senex. Hę manꝰ. ſ. meę tradũt p tradiderũt, ppter certitudinẽ p̃ñs p p̃terito ponit, parẽti .i. ei quã putas parẽtẽ, te paruulũ. Oe. Tu tradis p tradidiſti me parenti? at quis ſup. tradidit tibi me? Sen. Paſtor ſup. tradidit te mihi ſub iugo ni-

Memoria:longo lassa sublabens situ. Oe.
Potes ne facie noscere ac vultu virum? Se.
Fortasse noscam:sæpe iam spatio obrutam
Leuis exoletam memoriã reuocat nota. Oe.
Ad sacra:& aras omne compulsum pecus
Duces sequantur:ite propere:accersite
ASCEN. ❡ Fati ista &c. Ista (inqt Iocasta) culpa, hoc est q̄ tibi imputat̄. est fati. i. fato imputanda: qd̄ impiū est dicere: q̄a aut culpa nō ē aut libera & volūtaria ē, aut eius q culpa sua libertatē amisit: nā interdū culpa nr̄s ad ipossibilia nobis obligamur. Sed excusat̄ poeta: q̄a mulieris est s̄nia. Nemo fit nocens fato. i. ex eo qd̄ fati necessitate fert & vitare nō potuit: qd̄ vt dixi verū est: sed nemo citra culpā suam fato ad peccandū vrget̄. dicea fatale erat q̄ Oedip⁹ patrē occideret: verū ē: sed ei⁹ dei q mētiri potuit: mēdax eīn ē & pr̄ mendacij: & si veri dei fuisset oraculū, adhuc libere peccasset, q̄a nō ꝑpter fatū vt dixi peccauit: sed q̄a peccatur⁹ erat, oraculū id ꝓdidit. Oe. O mater pce. i. abstine, iā. i. deincepa verbis. s. in vanū proferendis: & parce aurib⁹. s. meis te inuite audientib⁹: ꝑcor. s. vt parcas auribus meis, p has quas genuisti, reliq̄a a corporis trūci. i. māci detruncatis aut euulsis potius oculis: & per pignua inauspicatū. i. male incoeptā ac infortunatā plē, sanguinis mei: & p oē fas & nefas nois nr̄i. i. p nomē filij quo fas est me nuncupari: & p nomē mariti quo nefas est me vocari. Iocasta cū filiū videret immedicabili dolore confectū, nolēs amplius supuiuere nihil illi respōdet: sed ad se conuersa dicit. O aie qd torpes. i. pigrescia? cur socia scelerū recusas dare poenas? oē decus iuris humani perit cōfusum. s. p te, parte vtraq̄. i. cū nescis filium an maritū voces: & filij tui: patrē an fratrē, & an te matrē ip̄e vocet an cōiugē: & filij te matrē an amitā vocēt. Oēs fere legūt icerta pte: sed sic in secūda sede esset spōdęus, quem adhuc illic nō offēdi. posset itaq̄ legi, vtraq̄ pte sed quia nihil libēter muto: & nō ē vero simile pro vtraq̄ incerta irrepsisse: legā incerta pte: vt sit o incerta. s. & mater & cōiunx, oē decus iuris humani perit cōfusum p te. morere igit̄ & exige. i. expelle vt canis exigit̄ culina, ferro. i. mucrōe aut gladio spiritū nefastum. alij nefaustū legūt. Si ip̄e pater diuū. s. Iuppiter, cōcitans mundū, iaculet̄. s. in me manu sęua, tela corusca. i. fulmina coruscātia, repēdā vnq̄ poenas pares scelerib⁹. O mater nefanda, ad se loquit̄, mors placet. i. decreta est tibi per te: via mortis. i. modua moriēdi, quærat̄ s. p te. Agedū o Oedipe, si parricida es, commoda mr̄i manū: vt eā quoq̄ occidas. Hoc s. matrē iteremisse, restat vltimum opi. s. tuo cōsūmādo, vt. s. scelestissim⁹ mortalium sis. deinde cū Oedipua auersua nihil moueretur ait ad se. Ensis rapiat̄. s. de latere Oedipi: coniūx meus iacet hoc ferro. id eīn vero simile erat: sed Oedip⁹ dixit se stipite patrē occidisse Quid. i. ad qd, haud vocas illū. s. Laiū quē coniugē dixisti, noie vero? q̄a socer est, cū sit pater mariti tui: occubuit iā cōiunx nōdū socer. deinde deliberat qua parte se vulneret dicens. Vtrū ne. i. an ne infigā pectori meo telū an iprimā iugulo patenti? Addit q̄si inuēto loco debito. Nescis eligere vulnus. i. locum

Io. Fati ista culpa est. nemo fit fato nocēs. Oe.
Iam parce verbis mater: & parce auribus:
Per has reliquias corporis trunci precor:
Per inauspicatū sanguinis pignus mei:
Per omne nostri nominis fas & nefas. Io.
Quid anime torpes? socia cur scelerum dare
Pœnas recusas? omne confusum perit
Incerta per te iuris humani decus.
Morere: & nefastū spiritum ferro exige.
Non si ipse mūdum concitans diuum pater
Corusca sęua tela iaculetur manu:
Vnq̄ rependam sceleribus pœnas pares.
Mater nefanda: mors placet: mortis via
Quęratur: agedum commoda matri manū:
Si parricida es: restat hoc operi vltimum.
Rapiatur ensis: hoc iacet ferro meus
Cōiunx: quid illum nomine haud vero vocas?
Socer est: vtrum ne pectori infigam meo
Telum? an patenti cōditum iugulo imprimā?
Eligere nescis vulnus. hunc dextera: hūc pete
Vterum capacem: qui virū & natū tulit. Ch.
Iacet perempta: vulneri immoritur manus.
Ferrumq̄ secum nimius eiecit cruor. Oe.
Fatidice tete pręsidem veri deum
Compello: solum debui fatis patrem:
Bis parricida: plusq̄ q̄ timui nocens.
Matrem peremi: scelere confecta est meo.
O phœbe mendax: fata superaui impia.
Pauitante gressu sequere fallaces vias.
Suspensa plantis efferens vestigia.
Cęcam tremente dextera noctem rege.
Ingredere præceps lubricos ponens pedes.
I: ꝓfuge: vade: siste: ne in matrem incidas.
Quicunq̄ fessi corpore & morbo graues
Semanima trahitis corpora: en fugio: exco:

Releuate colla: mitior cęli status
Post terga sequitur: quisquis exilem iacens
Animam retentat: viuidos haustus leuis
Concipiat. ite: ferte depositis opem:
Mortifera mecum vitia terris extraho.
Violenta fata: & horridus mortis tremor:
Maciesq;: & atra pestis: & rabidus dolor
Mecum ite: mecum: ducibus his vti libet.

vulneri: o dextra pete hunc, hûc inquã petê vterũ capacẽ.s.pris & liberorũ: vt q tulit virũ & natos. hocq; dicens impressit ensem in vterum. Id autem fere obseruatur apud poetas: vt per quæ quis peccat per ea & puniatur: vt Oedipo vt nefando amatori eruunẽ oculi sic in oculos Chereę Terentiani se inuolaturã Pythias minaẽ: sic in vterũ parasitorũ idũtur calces: sic in præcordia Thersitæ sceptrũ sic in vterũ Iocastę gladius. Simile est de siti diuitis Epulonis: p cuius suppliciũ cętera deprehẽdunẽ. nã Tãtali, Tityi, Sisiphi, Belidũ nota sunt. Vidẽs aũt cadentẽ Chorus denuntiat & populo: nã in propatulo id nõ facit sed auersa a populo: forte ne pręgnantib᷒ horrorem incutiat: & Oedipo, dicens. Iocasta supple iacet perempta: manus immoratur vulneri id est non aufertur donec cum reliquo corpe extincta sit: & cruor nimius eiecit secũ ferrũ. Oed. O fatidice.s. Apollo, ego cõpello tete deũ pside veri.i. oraculi maxime veri: hoc est te iniuriarũ postulo: ego debui fatis.i. oraculo tuo, solum patrẽ.i. necẽ pris: & sup. parricida bis, & nocẽs plusq̃ timui, peremi matre: ipa est confecta scelere meo: qa q occasionẽ dãni dat dãnũ dedisse videẽ: at nisi Oedipus patrẽ occidisset, matrẽ non duxisset: nec illa se ob id occidisset. o Phœbe mendax (qa nõ totũ dixit) ego supaui fata impia: quia plura scelera admisi q̃ fata minata sunt. Seq̃re o Oedipe sup. nã seipsum exhortaẽ ad exiliũ subeundũ, vias fallaces aspas & incognitas gressu pauitãte: efferens planus vestigia suspẽsa: rege dextera.s. palpitando accepto scipione, tremente, prae timore p̃cipitiq; aut offensę, noctẽ cęcã.i. corpus cęcatũ in quo est ppetua nox. Ingredere p̃ceps.i. p̃cipitãter ponẽs pedes lubricos.i. titubantes vt in lubrico positos. Io pfuge (nisi sit verbũ: sed malum nomen, ne sit cõtra auxesim. pl᷒ ẽ em̃ pfugere q̃ vadere) vade: siste.i. reprime iter: ne incidas in matrẽ q̃ occisa iacebat. Deide cõuersus ad populũ Thebanum dicit. Quicũq; fessi corpe & graues.i. grauati morbo.s. pestifero, trahitis corpora semianima.i. seminortua, releuate colla, salutẽ sperantes: en fugio: exeo.s. Thebis iuxta denũtiationem Laij p Creontẽ allatã: mitior status.i. dispositio, cæli.i. aeris, sequiẽ post terga.s. mea. Quisq̃s iacens.i. decumbens morbo, retẽtat.i. adhuc in corpe tenet animã exilẽ.i. modicã partem vitę, leuis.i. leuat᷒ morbo & mea absentia deoneratus, cõcipiat haustus.s. aeris, viuidos.i. salubres & viuificãtes. Ite o medici ferte opẽ depositis.i. quorũ salutẽ desperastis: vt ex Seruio declarat Bern. Ego traho mecũ.s. in exiliũ (Daniel tñ hic mori putat) terris.s. Thebanis vitia mortifera.i. corruptiones aeris vñ mors inducta: fata violenta.i. mortes pestiferæ, et horridus tremor mortis aut morbi, maciesq; & pestis atra, & dolor rabidus.i. rabiem concitans, ite pro venite mecũ.s. in exiliũ: aut in speluncã aliquã: mecum, inquit: nam libet vti his.i. huiusmodi ducibus qui me opprimant, populum leuent.

¶ Fato. Quãdo quis peccat fato non est culpabilis. Iam parce. rogo te mater ne ampli᷒ loquaris ne cogar te audire. Inauspicatũ pignus. filios de sanguine meo ex te conceptos. pign᷒ inauspicatũ.i. infelix. Nostri nois. habeo nomen filij quod est licitũ: & mariti qđ est nefandũ. Quid anime. videns Iocasta Oedipũ nullã consolationem capere, deliberat mori: vt sit socia pœnę quẽadmodũ fuit scelerum. Torpes. moratis ad puniendum te. Incerta parte. quia potest Oedipus appellare me matrẽ, & vxorẽ. Exige. expelle. Rependã. nunq̃ potero sustinere pœnas cõuenientes: etiã si Iuppiter fulminaret me. Agedũ. deliberat mori: sed nescit quo genere mortis: vñ rogat filiũ vt postq̃ occidit patrẽ etiam occidat matrẽ: & accipiẽs gladium quo Laius cõiunx interfectus fuit ab Oedipo, illum expedit in se. Nomine.s. mariti: potius debeo appellare socerum: quia fuit pater mariti mei.i. tui Oedipi. Vterũ. volẽs sese percutere, dubitat an vulneret se in pectore, an gutture, an ventre. Pete. inuade. Iacet. videt Chorus Iocastã mortuam. Manus. erat adeo obstinata q᷑ manum a vulnere non remouebat infigens gladium: & manus deficiebat dũ morireẽ. Egessit. dũ exiret torrens sanguinis vna exiuit ferrum de vulnere. Fatidici. plus feci q̃ oraculũ prædixit: dixerat Apollo me patrem interfecturũ: interfeci patrẽ & matrẽ. Cõpello. alloquor. Pauitante. nunc vertit sermonẽ ad seipm vt recedat vt patria peste libereẽ. Fallaces. quia nescit cæcus quo vadit. Efferens. educens. Suspensa. quia cęci suspẽso gradu vadũt. Dextra.s. explorãdo locũ: vt faciũt cæci. Lubricos. qui facile possunt offendi. Siste. dubitat cadere supra cadauer matris. Quicunq;. conuertit sermonẽ ad ægrotos ciues q᷑ cito liberabunẽ cũ ipe discedat. Post terga. post discessum meum. Exilem. exiguã partẽ animi. Leuis. Agilis. Depositis. dicebantur apud antiquos depositi qui erant desperati a medicis: nã ponebanẽ in publico: vt siquis laborasset vnq̃ simili morbo daret illi remediũ quo ipse vsus fuerat. His ducib᷒. solẽt cæci habere ducem ne vadant in præcipitium: ego autem habebo hos duces mortem, pestem, rabiem, dolorem, & maciem. Intelligẽdum est q᷑ Oedipus exiuit vrbem & habitabat quandam cauernam in agro Thebano: relicto regno filijs Etheocli & Polynici.

BERN. Depositi.

¶ Trunci. Priui oculis tantum. Inauspicatum. Auspicari est initiũ rei facere. medium verbũ. Plinius. Homo infeliciter natus a supplicijs vitam auspicatur. in bonam partem. Quintilianus. Itaq; vt apud illos Homerus, sic apđ nos Virgilius auspicatissimum dederit exordium. hinc inauspicatum infaustum & miserum.
Restat. reliquum est. Hoc latio restare canunt. vt sit plenum parricidium. me etiam perime. Cõiux, Laius.
Corusca tela. in grauissimo flagitio exigiẽ semp telum Iouis. sic Dido, sic Iocasta, sic Medea volunt mori violato pudore. αυτωδεμεβαλλοι τερπικεραυνος. Vterũ capacem. muliebre est gladiũ in ventrem adigere
Depositis. defunctos condite sepultura. Mecũ ite. longis doloribus fractus senex tandem obijt & a Thebanis sepultus est maximo cũ honore iuxta antrum. ad funus conuenit Tadaon rex pater Mecesti vt meminit Homerus iliados. φ.

DANI. Auspicari. Oedipi funus.

Tragœdiæ. VI. quæ inscribitur Troas Argumentum per BENEDICTVM Philologum.

POst Troię euersionē, parantibus gręcis (remenso iterum æquore) dulces in patriam reditus, eorū classis maximo ventorū turbine, & fluctuū feruore longa in portu mora detenta est: qua quidē re desperatis iam de reditu græcis, Achillis imago Talthybio Agamemnonis pręconi in somnis apparuit: in huiusmodi verba prorumpens.

Ite ite inertes: debitos manibus meis
Auferte honores: soluite ingratas rates:
Per nostra ituri maria: non paruo luet
Iras Achillis gręcia: at magno luet.
Desponsa nostris cineribus Polyxena
Pyrrhi manu mactetur: & tumulum eriget.

Quod intelligens Pyrrhus, vt & patris manes virgineo sanguine placarentur, & placidum in græciā daretur iter, Polyxenā (vt est author Euripides) Priami & Hecubę filiam forma & morū elegantia: inter cęteras troianas mulieres pręstantissimā, insolenter nimia ab Agamennone petiuit: quā (quia in delitiis habebat) Chalcāte tamē suadente, ægre & contra animi sui sentētiam ei concessit: quæ ritu virginum ornata: p Helenā ad Pyrrhum sub nuptiarum prætentu deducta est. Hāc postea truculentus & ferus adulescēs ad Achillis sepulchrū in Sigęū pmontoriū ducens, ferarū more super illo mactauit: cuius cruorē Achillis tumulus, ac si illius diu sitibundus extitisset, totū exhausit. Tradit̄ enī Achillem circa Iliacos muros, ob nimiam eius pulchritudinē hanc adamantē, sub pacis cōditione in vxorem postulasse: Troianis subdole non renuentibus. Quapropter quum Achilles ad fœdus ineundum cū Hecuba in templū Thymbręi Apollinis venisset, a Paride post dei simulacrum delitescente sagittis ab Apolline in Aeacidę corpus directis interfect⁹ fuit. Preterea ne vlla Priami generis libera ad patrię virionē superesset posteritas Astynax Hectoris & Andromachę filius, dū ab Vlysse quęreret̄ in mortē, infantium more ad matrem confugit: qui de sinu eius ereptus anteq̄ naues ex Sigæo soluerentur, e turri ab eodem deiectus est: vel saxo illisus. hunc pater Camandrū, vt plurimū, vocare solitus erat Habet hæc Tragœdia quinq̧ act⁹. In primo vrbis Troianę commiseratio exprimit̄. In scdo ē Polyxenæ petitio ab Achille vt iuguletur. In tertio per Vlyssem Astyanax in mortē quęrit̄. In quarto Polyxenę abductio

Actuum distinctio. In quinto Astyanactis e turri pręcipitatio est: & mors Polyxenæ: quæ per nuntium referuntur.

Arg. per G. BERNARDINVM.

OVicūq̧. Hæc tragœdia inscribit̄ Troas. Direpta Troia græci parabāt reuerti domū: & apparuit vmbra Achillis: vt manes suos placarent victima Polyxena. nam ppter illam a Paride eius fratre in tēplo Apollinis Thymbręi interfectus fuit: dū connubiū illius peteret: mortuusq̧ in Sigæo pmōtorio sepultus est: vbi ad eius tumulum post captam Troiā Polyxena iugulata fuit formę & morum elegantia pręstātissima. Oui. Placet Achilleos mactata Polyxena manes. Præterea sciebant Astyanacta filiū Hectoris superesse: vnde mittit̄ Vlyxes q̧ puerū inuestigaret: ne quis ad vindictā patrię restaret. Diuidit̄ hæc tragœdia in quinq̧ actus. In primo habet̄ cōmiseratio vrbis Troię. In secūdo petitio Polixenæ ab Achille vt iuguleē. In tertio per Vlyxem inquirit̄ Astyanax ad mortē. In quarto abductio Polyxenę. In quito pręcipitatio Astyanactis & mors Polyxenæ.

Arg. Per DANIELEM HALETANVM.

OVicūq̧ &c. Huic tragœdię nomē ē: Troas. patronymica forma titul⁹ (sicut Thebais) a ruina Troię pmittitur. A persona Hecubæ sumit exordiū fabula: sicut Euripidis. ὦ ναβη αγετω π αιδεσ την γραυμ προδομων αγεθ τορθουσαι την ομοδουλον. Primum ingressum dat fabulę Seneca a psona regię vt prima introducitur apud ipsum Hecube post pręmissum argumentum ex propria persona: hic spectatur. Docet̄ primū materiā: cui⁹ tale est argumentum. Græci a Troia decēnali prælio deleta redeuntes cū pręda, ventos habuere difficiles. cōsultus Chalcas, respondit oportere Achilleos manes puellæ Polyxenę sanguie ppitiari. id aūt confirmauit Talthybi⁹: cui in somnis achillis vmbra apparuit idē rogans. Agamemnon puellam habebat in delitijs: quā inuitus dimisit ad sacrificiū. Arripit̄ itaq̧ puella per Pyrrhū & iugulatur super tumulum Achillis. Astyanax item puer Hectoris raptus de sinu matris ab Vlysse de sublimi specula pręcipitatur. In quinq̧ actus distribuit̄: quorum prim⁹ trimetro iambico Euripidio inscribitur: habet plangores Hecubæ & Troiani Chori de excidio imperij.

Tragœdię interlocutores.

Hecuba	Pyrrhus
Chorus mulierum.	Andromacha
Talthybius.	Senex.
Agamemnon	Vlysses.
Calchas.	Astianax.
Helena.	Nuntius.

TROADOS Primus actus.

Trimetri Iambici.

HECVBA.

QVicunq; regno fidit:&
magna potens
Dominatur aula:nec le-
ues metuit deos:
Animumq; rebus cre-
dulum lętis dedit:
Me videat:& te Troia:
non vnq̃ tulit
Documenta fors maiora q̃ fragili loco
Starent superbi:columen euersum occidit
Pollentis Asię:cælitum egregius labor:
Ad cuius arma venit:& qui frigidum
Septena Tanain ora pandentem bibit:
Et qui renatum prorsus excipiens diem
Tepidum rubenti Tigrin immiscet freto:
Et quę vagos vicina prospiciens Scythas
Ripam cateruis ponticam viduis ferit.
Excisa Pergamus ferro incubuit sibi.

ASCEN. QVicũq;. Hecuba patria, regno, viro, liberis, nepotibus viduata suo exemplo monet, ne quis fortunæ magnæ nimiũ cõfidat: q fructus principalis ẽ Tragœdię spectandę ac lectitandæ:i in omnib⁹ ñi summis quibusq; miserrim⁹ casus. Ordo est. Quicunq; fidit regno:& potens dñatur sup. in magna aula: nec metuit deos leues.i.instabiles:quis cito dant,& data citius auferunt:& dedit animũ credulũ.i.confidentẽ rebus lętis: videat.i. aspiciat me & te o Troia:fors.i.casus & fortuna,nõ tulit vnq̃ maiora documenta.i.experimenta & approbamenta,q̃.i.q̃tũ fragili loco, supbi starent: quia columen.i. p̃cipuũ ornamentũ & dec⁹, Asiæ pollentis.s. virib⁹& opib⁹(quia parum esset in terra misera columen esse) occidit.i. i excidiũ ruit,euersũ.s.a grçcis ita vt prim⁹ lapis pro fundamẽto iactus erueret:appositorie,egregius labor cęlitũ, Neptuni & Apollinis:quia sine aqua & calce ac solis calore nullus rite cõstruit murus:est aũt periphrasis Ilij seu Troię:ad cui⁹.s.columinis Asię.i. Troię (vide tñ finẽ hui⁹ particulę) arma.i.bellũ, aut subsidia belli venit, & q bibit Tanain fluuiũ Scythię & ideo frigidũ, pandentẽ.i.extendẽtẽ prius q̃ in mare ponticũ deueniat, septem ora.i.magna ostia:qđ de Nilo certũ est:at de Tanai negãt: vñ muliebri ascribũt imperitię per qđ monemur poetas inducere sępe tales sermones quales sunt loquentes: vt quos interdum congruoa,interdum impios,interdum falsos sciunt,sed personis aptos:& qui.s.in oriente positus excipiens diem prorsus.i.recentissime renatũ,immiscet freto rubenti nõ ex terrę fundo vt Erithreũ facit:sed ex auroræ rubore perfuso:ne iterũ mulier hallucinet:Tigrin tepidũ, quia ad regionẽ tepidam fluentẽ. Tanain & Tigrin p n lĩam ne fiat absumptio syllabæ,scribemus. Et sup. ad cuius arma ea.s. Penthesilea Amazonũ regina, q̃ vicina.i.cum sit vicina, p̃spiciens scythas vagos, quia ad Scythas vergebat Amazonũ regio,ferit.i.pcutit aut pedib⁹ aut armis, nã dum armati subsistunt hastis suis terrã feriũt,ripã ponticã.i. litus maris pontici,cateruis viduis.i.more viduarũ siue maritis degentibus:aspnabant eñ Amazones cõnubia.Pergamus.i.alta arx Troię excisa ferro.i.armis græcorũ, incubuit sibi.s.in cinerẽ resoluta. Alludere videt ad dictum Augusti:qui Aiacem Tragœdiã quã scribere cœpat cũ displicuisset. interrogatus quid ageret Aiax,dixit in spongiã incubuisse. Sicq; Pergamus incubuit sibi:cũ in cineres resoluta dispeiit. Sane varie legit hic versus:nã plures sic legunt. Excisa ferro est.s. Troia: Pergamũ incubuit sibi. Vt aũt ego lego ordo potest esse: vt oia referãtur ad vocẽ Pergamus:sic:Pergamus columen Asię: labor cælitum ad cuius arma &c. excisa incubuit.

BERN. QVicunq;. Loquit Hecuba. Si quis habet supbiã ppter fortunã suã & regnũ,cõsyderet casum Troię & videbit oia humana fragilia & caduca. Leues.mutabiles:q perpetuo nõ fauent. Credulũ.vt haberes fidutiã in rebus mundanis. Fora.fortuna nunq̃ monstrauit maiorẽ casum q̃ excidiũ Troiæ. Columẽ.caput,colũna,& sustentaculũ: vñ hoiem columen eloquentię appellam⁹ sup quo alij fundãt sua dicta. (Columen.) Labor.est appositio. Cælitum.deorum.Neptunus & Apollo dicunt ædificasse muros Troiæ pacta mercede a Laomedonte. Ad cui⁹ arma.ad bellũ Troiæ. Tanain.fluuiũ septẽtriõis in Scythia de quo supra dictũ ẽ. Septẽ ora.septẽ ostia.hoc nõ legit q septẽ ostia habeat:sed seruat decoꝝ:mulieres eñ non habent peritiã Cosmographiæ:sicut in bucolicis ille rusticus qui dixit Et rapidũ Cretæ veniemus Oaxẽ cũ sit in Mesopotamia. Et qui renatũ. venit ille q excipiẽs diẽ renatũ in primo ortu solis.intelligit Mẽnonẽ qui fuit Titoni filij Laomedontis Troiani regis filius. de quo Diodorus lib.iij.Hic decem milia æthiopum totidẽ Susianos ducens cum ducentis curribus ad Troiam venit. erat florẽs animi corporisq; viribus:& cum multoa græcoa in bello occidisset tandem a Thessalis p insidias interficitur:cuius corpus ab æthiopibus ereptum fuit & crematũ:ac illius ossa ad Titonum patrẽ delata sunt. (Memnon.) Tigrin.fluuium Armenię. Rubenti. neq; Tigris labit versus mare rubrum quod est in Arabia:vsditq; in sinũ maris qui dicitur Persicus:non vero in mare rubrum: vt hic dicit imperita Hecuba. Et quæ.intelligit Penthesileam reginam Amazonũ:de quibus supra diximus. illa venit in auxiliũ Troianorum. Prospiciens.quia posita est versus Scythiam. Vagos. errantes. Viduis.quę viuebant sine viris. Excisa. scilicet Troia. Sibi incubuit. corruit in se.

DANI. ¶Columen.Est euersum:Ruit alto a culmine Troia. Occidit. mortes & ruinas magnorum regnorum appellãt poetæ occasum:vt Hoc equidem occasum Troiæ.& flammis Asiam ferroq; cadentẽ dixit Iuue. quasi occidentem. (Occasus.)

ASCEN. ¶ En alta decora muri congesti.s.opa deorũ iacent tectis adustis: flãmę ambiũt.i.cingunt regiam.s. Priami: & ois dom⁹ Assaraci.i. ab Assaraco fře Trois illustrata, fumat.s.adhuc late: flãma nõ prohibet.i. pcul habet & arcet man⁹ victoris auidas.s.pdę: qa ex igne rapiunt prędã. Troia ardẽs.i.licet ardens, diripit nec cælum patet.i. apparet, fumo vndãte.i. vndatim ad ipm ascendente: dies ater.i. obscurus, fauilla Iliaca.i vapore & flamma erũpente ex Ilio incẽso, squalet ceu.i.tãq̃ sit, obsitus.i.obtectus nube densa. Victor.s. gręc⁹, auidus.s. prædæ & vindictæ, stat.i. horret: ira: & metit.i.mensurat, oculis, Iliũ lentũ.i.lẽte recidens in cineres scd̃m desyderiũ hostis: ac ferus.i.licet sit ferus, ignoscit tãdẽ decẽ annis.i.q̃ nõ nisi post decẽnalem obsidionẽ capere potuerit: & q̄uis videat afflictã & victã, horret quoq̧.i.etiã adhuc. Haud credit sibi potuisse vinci.i.qñ aio metit magnitudinẽ & fortitudinẽ vrbis vix põt sibi credere q̧ eam vicerit. populator idẽ direptor, rapit spolia Dardania.i.dardanidis ablata. mille rates q̃ Troiã a gręcis appulsæ sunt: vñ æneidos.ij. Non mille carinæ: non anni potuere decem: non capiunt prædam. ego testor numen deorum aduersum mihi, & cineres patriæ: & te o Priame rectorem Phrygum: quem Troia tegit, conditum.i.sepultum & obtectum toto regno: quia cum eo totũ regnũ sepultum est: vt qd̃ in eo finem cepit: & testor manes tuos: & Ilion qd̃ stetit añ: & vos magni greges meorũ liberũ pro liberoꝝ: quia vt de Priami prole dicit Maro, Quinquaginta intus thalami, spes tanta nepotũ: minores vmbræ.i. q̄uis fuistis magni greges, tñ nũc estis vmbrę minores: quia paruũ æstimatæ: qa vt dicit Iuuenalis, Nulli grauis est percussus Achilles. Non eñ vult dicere vmbras defunctorũ esse minores veris corporibus: nã id cõtra opinionem omniũ esset. testor inqt vos: q̧ sup. ego Hecuba grauida.s. Paride, vidi prior, qcquid aduersi accidit, & quæcũq̧ mala pdixit Phœbaa.i.a Phœbo vaticinio donata Cassandra, furẽs ore lymphato.i. quasi inducto a lymphis furore: nam rabido cane morsis lympharũ visus obest: & nymphę i aqs visę nõnullis furorẽ incussisse dicunt: deo vetante sup.ea credi: aut si dactylũ prima sede admiseris deo.s. Phœbo vetante credere: vnde æneí.ij. Tunc etiã fatis apit Cassandra futuris Ora dei iussu: non vnq̃ credita teucris. Apollo eñ captus amore puellæ pepigit cũ ea donũ diuinationis & pphetiæ pro stupro: illa cũ a deo iurato per Stygẽ qd̃ dederit non ablaturũ esse, vaticiniũ accepisset stuprũ negauit: quocirca iratus deus vaticinandi quidem donũ illi reliqt: sed credulitatẽ dictis eı⁹ abstulit: licet eñ vera diceret nullus illi credebat. vidi inquã prior grauida: quia visa est sibi in vtero habere canẽ q̃ facẽ ore ferret q̃ totã Troiã icẽderet: ob quã rẽ Paris nat⁹ expositus est: sed fata viam inuenerunt: rapuit eñ Helenam: vñ totius mali labes. nec tacui metus quia indicauit marito q ad diuinos retulit: & fui vates vana: non mendax sed inutilis: quia nõ credita, ante Cassandrã: quia nõ

En alta muri decora congesti iacent
Tectis adustis: regiam flammę ambiunt:
Omnisq̧ late fumat Assaraci domus.
Non prohibet auidas flamma victoris man⁹:
Diripitur ardens Troia: nec cęlum patet
Vndante fumo: nube ceu densa obsitus
Ater fauilla squalet Iliaca dies.
Stat auidus ira victor: & lentum Ilium
Metitur oculis: ac decem tandem ferus
Ignoscit annis: horret afflictam quoq̧:
Victamq̧ q̄uis videat: haud credit sibi
Potuisse vinci: spolia populator rapit
Dardania: prędam mille non capiunt rates
Testor deorum numen aduersum mihi:
Patrięq̧ cineres: teq̧ rectorem Phrygum:
Quem Troia toto conditum regno tegit:
Tuosq̧ manes: quodq̧ stetit ante Ilion:
Et vos meorum liberum magni greges
Vmbrę minores: quicquid aduersi accidit:
Quæcunq̧ Phœbas ore lymphato furens
Credi deo vetante prædixit mala:
Prior Hecuba vidi grauida: nec tacui metus:
Et vana vates ante Cassandram fui.
Non cautus ignes Ithacus: aut Ithaci comes
Nocturnus in nos sparsit: aut fallax Sinon:
Meus ignis iste est: facibus ardetis meis.
Sed quid ruinas vrbis euersę gemis
Viuax senectus? respice infelix ad hos
Luctus recentes: Troia iam vetus est malum.
Vidi execrandum regiæ cędis nefas:
Ipsasq̧ ad aras maius admissum scelus
Aeacidę armis: cum ferox sęua manu
Coma reflectens regium torta caput:
Alto nefandum ferrum vulnere abdidit.
Quod penitus actum cum recepisset libens:
Ensis senili tinctus e iugulo redit.
Placare quem non potuit a cæde effera

Mortalis qui cardinem extremum premens:
Superiq; testes sceleris:& quondam sacrum
Regni iacentis.ille tot regum parens
Caret sepulcro Priamus:& flamma indiget
Ardente Troia.non tamen superi sat est.
Dominum ecce Priami nurib⁹ & natis legēs
Sortitur vrna.prǽda quem vilis sequar?
Hic Hectoris coniugia despondet sibi:
Hic optat Heleni coniugem:hic Antenoris.
Nec deest tuos Cassandra q thalamos petat,
Mea sors timetur:sola sum Danais metus.
Lamenta cessant?turba captiuę mea
Ferite palmis pectora:& planctus date.
Et iusta Troię facite.iamdudum sonet
Fatalis Idǽ iudicis diri domus.

dum natam.Ithacus.i.Ithacēsis Vlysses,cautus id est callidus,aut comes Ithaci.f. Diomedes nocturn⁹.i.nocte illa qua capta sunt tētoria Rhesi cum equis ipo interfecto:& q̄ palladiū ablatū:aut Sinō fallax : de quo ęnei.ij. late:non sparsit ignes in nos:iste ignis.f.qui nos combussit,est meus id est significat⁹ per eū quem in vtero gestare visa sum:vos.f. supradicta,ardetis facib⁹meis. Sed o senectus viuax quid gemis ruinas vrbis euersę? o infelix,respice ad hos luctus recentes. Troia ē iam malū vetus.i.antiquū,& ita obliuiscēdū Ego vidi execrādum nefas cędis regiæ id est regis Priami:& vidi scelus mai⁹ admissum ad ipas aras.f.Iouis Hercei. armis æacidę.i. Pyrrhi pronepotis Aeaci. videt̄ loqui de cęde Priami vt sequētia declarant: sed cū dicat maius nefas, vt videt̄, q̄ sit cędes regia, forte locutus est de Polyte vno filiorum Priami quem Pyrrhus occidit ante Priamum. Vñ est.Natū añ ora patris patrē q obtruncat ad aras.si tñ maius pro maximo dictum velis,de Priamo expones.itē si sensus sit:& vidi nefas maius:quia admissum ad ipas aras. Sane Aeacidę vltimā corripe.nō abijcit seq̄nte vocali hoc loco : vt apud Maronē Insulæ Ionio in magno.admissum dicit:cū ferox.f. Aeacides Pyrrhus,reflectens caput regium scilicet Priami:manu sęua:& hoc coma torta scilicet mea manu,abdidit alto vulnere, ferrū nefando. Quod ferrum actum id est impressum penitus,cum Priamus recepisset libens,ensis redit id est exilijt,e iugulo senili,tinctus.f.sanguine eius.Quē.f.ensem aut Aeaciden,nō potuit placare a cæde effera, Priamus premēs extremū cardinē.i. exitum, mortalis æui:& quem superi testes sceleris q a ante aras cōmissi:& sacrū scilicet altare quōdam, regni iacentis scilicet modo,non potuerunt placare. Ille scilicet nobilissimus Priamus parens tot regum id est regiorum filiorum,caret sepulcro : quia vt dicit Maro alludens ad Pompeiū,iacet ingens littore truncus:& indiget flamma.f.regi & funerali, Troia ardente:speciosum pathos. Tñ o supi:nō sat ē: ecce vrna in quā sortes immissæ erant, legens.i.sorte assignans nurib⁹.i. vxorib⁹ filiorū,& natis.i.natabus: nā vtrūq; dicit̄ : vt apud Ouidiū.Natis Euboea duab⁹ &c.sortit̄ dominū.f.græcū e victorib⁹aliquē.quē.f.dñm,ego vilis prǽda ,quia vetula,sequar?Hic.i. aliq̄s, vtpote Pyrrhus,despondet.i.pmittit sibi cōiugia.i.cōiugem Hectoris.vñ æneí.iij.Hectoris Andromache Pyrrhin cōnubia seruas?Hic optat cōiugē Heleni filij Priami & vatis.hic.i.alius optat cōiugē Antenoris.f.Theano noie.Nec deest o Cassandra qui petat thalamos tuos : mea sors timet̄.f.ab ijs q pulchras petunt.ego sola sum metus.i.causa metus Danais.f. ne illis sorte cōtingā. Cessant, admiratiue dicit,lamenta.f.in tantis malis?O captiuæ turba mea.i. Phrygię,ferite.i.pcutite pectora palmis & date planctus:& facite Troię iusta.i.exequias:dom⁹diri iudicis.f.Paridis, Idæ fatalis.i.in qua dedit fatale iudicium pro Venere, vñ Troię causa mali,sonet.f.merito lamentis iamdudum.i.a plusculis diebus aut horis.

¶Decora.Ornamēta. Congesti.pstrati. Assaraci.regis Troiani. Nec phibet.q̄uis ardeat Troia non cessant græci diripere vrbem & diuitias. Nec cęlū patet.nō videtur. Ater.factus obscurus. Obsii⁹.oppressus. Metit̄.mēsurat oculis.p ruinas vrbis vadūt græci & mirant̄ moles illius diripiendo oia. Lentū. Troiā q̄ fuit illis lenta:nam per decem annos illā oppugnauerūt. Ignoscit.dicunt nō esse mirandū si māserint p tā lōgum tēpus,cū videant magnitudinē vrbis. Horret.q̄uis videant illā dirutā adhuc timēt:& vix credunt potuisse vinci ab ipis. Mille rates.q̄ dicunt̄ venisse ad bellū Troianū. Capiūt. vix possunt tenere spolia nostra. Testor.voco in testimoniū deos & maritū meū Priamū,& oēs filios meos,q̄ oia ista mala preuidi. Rectorem.f.Priamū. Ilion.patriā meam dirutā. Liberū.per syncopam filiorum. Greges.quia dicit̄ habuisse quinquaginta filios. Phœbas.sacerdos phœbi. Ore lymphatico.ipū agitato.Lymphaticus dicit̄ q vitiū ex aqua cōtraxit huc atq; illuc discurrēs:nūc accipit̄ pro oib⁹ furiosis. Vetante deo.Cassandra filia Priami a Phœbo dilecta vaticiniū accepit:sed cū illa nollet consentire,fecit deus ne quid crederet̄ ei:vñ p̄dixit excidiū Troianū,nec credebat̄ illi. Prior Hecuba.hæc regis Priami vxor Cissei regis Thracum filia pręgnās somniauerat se accensam facem parere q̄ totā patriā inflammaret. hoc fuit anteq̄ peperisset Paridē. Vir.lib. viij.Cisseis pręgnans ignes enixa iugales. Ithacus. Vlyxes.ab Ithaca insula:nolite credere q̄ ille ignis cōbusserit Troiā qui immissus fuit a Vlyxe & Sinone:sed hic est quem somniaui. Comes.f.Diomedes. Vidi f.mortem Priami ante aras:quę plane describit̄ in.ij.æneí.a Virgi. Aeacidæ.Pyrrhi pronepotis Aeaci. Libens.f.Priamus qui libenter mortuus est ne videret sequentes calamitates. Actum.immissum gladium. BERN. Cassandra. Hecuba.

Placare.debuit Pyrrhus parcere Priamo quia ante aras erat:deinde senex. Effera.crudeli. Cardinem.extremum finem vitæ suæ. Superi.viderunt illud scelus. Et sacrum.vbi erat ipse Priamus. Indiget.nō habet qui sepeliat eum nec faciat rogum illi. Non satis.non est dijs satis ad vindictam nostram destruxisse Troiam:sed etiam Nurus Priami ducuntur in prędam & seruitutem. Vrna.in qua ponebantur nomina illarum:vt sortirentur dominū. Legens.eligens aliquem dominum ex græcis. Vilis prǽda.qui habebit me

habebit vilem prædam. Hectoris.filij mei: Androniachē hæc in sorte contigit Pyrrho. Heleni.filij mei. Mea sors.omnes timent habere me:& alias cupiunt. Lamenta.interrogatiue. Iusta.exequias. Iudicis.Paridis:qui iudicium fecit in Ida sylua inter Venerem,Palladem,& Iunonem certantes de pulchritudine vnde indignata Iuno ꝙ spreta fuerit perpetuo inimicitias egit cum Troianis:& fauente Venere Paris rapuit Helenam:propter quam excidium Troianum sequutum est: vnde dicit Idæ fatalis,quæ attulit fata id est perditionem Troianis.

DANI. ℭ Assaraci domus. Assaracus Ilus & Ganimedes filij fuerūt Trois a quo Troia dicta. Domus Assaraci ē ipa Troia. Et vos meorū.quos habuit filios Priamus non omnes illi peperit Hecuba: sicut ex illo Homeri-

Assaracus. co facile conijci potest. τουσ μοι λαοθοη τεκετο κρηζι ουσ α γυναικων. loquens de Lycaone & Polydoro.decem

Hecuba. & septem iusta vxore nati sūt teste Cicerone Tusculanarum lib.primo. Hecuba filia Cissei Thracum regis vt placet Euripidi. πολυδωροσ εκαβησ παισ γελωσ τησ κισσεωσ πριαμου τε πατροσ. & Maroni.li.nono. Cisseis prægnans ignes enixa iugales. Home.tamen voluit filiam Dimantis. & Home.imitat⁹ Ouidius. Hinc aliis latrasse dimantida flebile visum est. Sed quid ruinas. apud Euripidem Hecuba gemit in hunc modum ω μοι τισ ευμυ μοι ποια γεραιοια λε πολισ φρουδοσ πρεσβυσ: φρουδοι παιδεσ. Hic Antenoris.vxor An-

Theano. tenoris fuit Theano Cissei filia: venerabilis & pudica matrona: quā Troiani sacerdotio Mineruæ præfecerūt. Home.meminit in ℨ.iliados. Hecuba ibat ad templum Palladis iussu Hectoris sacrificatum cū generoso matrum comitatu: aduenientibus aperit ianuam Theano. τησ θυρασ ωιξε θεανω καλλιπαρηοσ κισσηισ αλοχοσ αντηνοροσ ιπποδαμοιο.

NOn rude. Chorus Troadum incitatus ab Hecuba ad planctum dicit. Tu iubes vulgus non rude.i.eruditum & peritū,& nō nouū,immo assuetum lachrymis,lugere.s.fata Troiæ.Nos egimus hoc.i.fleuimus,annis.s.decem, continuis. Ergo vt etiā Valla vult,licet continuatum sit tempus nō necesse est per accusatiuū loqui.ex quo.i.postq̄,hospes Phrygius scilicet Paris,tetigit Amyclas Graias,vrbē Laconiæ: vñ Helenam auexit:& pinus.i.nauis e pinu,sacra Cybele matri.s.deū quia ex Ida illi sacra decisa, secuit fretum.s.œbaliū. Ide mons Phrygius canuit.i. albicauit decies niuibus: quia tot hyemes transierunt: Ide inq̄t, nudata.i.spoliata arboribus,rogis nostris.i. ad construendos rogos interfectis nostris: & messor trepidus.i.anxius ne deprehendatur ab hoste,secuit decies aristas.i. segetē maturam,campis sigæis.i.ad mare sigæum satis, vt.i.postq̄ nulla dies caret.i.vacauit merore: sed causa noua ministrat flet⁹.s.nouos: ite o Troades ad planctus, & o regina.s.Hecuba leua.i.erige tanq̄ p̄fica cæteris signum dans manum miserā: nos vulgus vile seq̄mur dominam: non sumus indociles lugere.i.lugendi, aut ad lugendum. Hec. O fidæ id ē fideles comites cas⁹.i.dissfortunij nostri,soluite crinē quia mœstæ passis capillis ibant: capilli turpes.i.turpati puluere tepido Troiæ.s.paulo ante arsæ,fluant per colla mœsta. Turba scilicet famularū,paret.i. apparet, disponat, lacertos.i.humeros, exertos.i.nudatos: substringe.i.fascia interiore stringe o turba, sin⁹ id est pectora veste remissa: artus.s.corporū vestrorum pateant vtero tenus id est vsq; ad vterum.. Et si dicant id non decere: quia maritis eos intactos & non visos seruatos deceat, addit. O pudor captiue cui coniugi id est marito q̄si dicat nulli, sed stupratori hosti velas pectora? Palla.i.extrema mulierum vestis vt toga virorum Romanorum & palliū græcorū, cingat.i.complectatur, tunicas scilicet interiores, solutas ad nudandos humeros. Manus furibunda vacet.s.alijs operationib⁹: vt sit attēta, ad verbera.i.ict⁹,crebri plāctus.i.cōcussiōis. Hic habit⁹.s.mœstus & captiuorū, placet iquā: q a agnosco turbā Troada.i.vere Troianam diu assuetam luctui: ō

Anapęstici versus.

CHORVS Mulierum. HECVBA.

NOn rude vulgus: lachrymisq; nouum
Lugere iubes: hoc continuis
Egimus annis. ex quo tetigit
Phrygius Graias hospes Amyclas:
Secuitq; fretum Pinus matri
Sacra Cybele: decies niuibus
Canuit Ide: Ide nostris
Nudata rogis: & Sigæis
Trepidus campis decies secuit
Messor aristas: vt nulla dies
Mœrore caret: sed noua fletus
Causa ministrat: ite ad planctus:
Miseramq; leua regina manum:
Vulgus dominam vile sequemur:
Non indociles lugere sumus. He.
Fidę casus nostri comites
Soluite crinem: per colla fluant
Mœsta capilli: tepido Troię
Puluere turpes: paret exertos
Turba lacertos: veste remissa
Substringe sinus: vteroq; tenus
Pateant artus. cui coniugio
Pectora velas captiue pudor?
Cingat tunicas palla solutas:

Vacet ad crebri verbera planctus
Furibunda manus.placet hic habitus:
Placet:agnosco Troada turbam.
Iterum luctus redeant veteres:
Solitum flendi vincite morem.
Hectora flemus.
Cho. Soluimus omnes lacerum multo
Funere crinem:coma dimissa est
Libera nodo:sparsitq; cinis
Feruidus ora.
He. Complete manus:hoc ex Troia
Sumpsisse licet.cadat ex humeris
Vestis apertis: vtrunq; tegat
Suffulta latus.iam nuda vocant
Pectora dextras,nunc nunc vires
Exprome dolor.Rhethça sonent
Littora planctu:habitansq; cauis
Montibus Echo non vt solita est
Extrema breuis verba remittat:
Totos reddat Troiæ gemitus.
Audiat omnis pontus:& æther.
Sæuite manus:pulsu vasto
Tundite pectus:non sum solito
Contenta sono.Hectora flemus.

autem patronymicum pro patrio: troada ꝓ Troianā. Luctus veteres redeant iterum, scilicet vobis: vincite,id est superate,solitū morē flendi. Flem⁹, scilicet nunc,Hectora:id est agim⁹ memoriam Hectoris cum fletu. Cho. Nos omnes soluimus crinem lacerum multo funere:coma est dimissa libera, id est soluta nodo:& cinis feruidus,id est ex Troia ardēte raptus sparsit.i. sparsus turpauit, ora sup. nostra. Hecu. Complete manus, scilicet vestras cinere:licet sumpsisse ex Troia hoc,scilicet cinerem: vestis cadat ex humeris apertis: & vestis suffulta.i.fibulata & sustentata,tegat vtrunq; latus:pectora nuda,id est nudata vocant iam dextras vt verberentur:O dolor exprome nunc nunc,id est præcipue nunc, vires sup.tuas:littora rhethça, id est promōtorij illius Phrygij, sonent,id est resonent plāctu.s. vestro:& Echo habitans montibus cauis:quia in conuallibus fit resonantia,ne credas indeclinabile esse:facit enim huius Ech⁹: sed duobus tantum vocibus vtimur:o in tribus casib⁹, & us in genitiuo. & Echo breuis, quia solum finem verborum repetit: non remittat scilicet ad aures nostras a se repetita, verba extrema,id est vltimo dicta: vt est solita scilicet remittere:sed sup.reddat,scilicet resonando,totos id est integros gemitus Troiæ. Omnis pontus & ęther audiat, scilicet totos gemitus Troiæ. O manus sęuite:tundite pectus pulsu vasto,id est magno: nō sum cōtenta sono,scilicet planctuum & tunsionum solito:quia flemus Hectora.

Non rude. Respondet Chorus verbis Hecubæ dicens:tu inuitas nos ad plorandum:id faciemus faciliter cum iam simus assuetæ. Non rude.non imperitum ad lugendum. Phrygius. Paris.postq̄ ipse Paris discessit ad rapiendum Helenam,nihil vnq̄ habuim⁹nisi lachrymas. Amyclas.hæc fuit Laconiæ ciuitas Castoris & Pollucis patria: sic Stati⁹ primo Achilleidos. Soluerat Oebalio classem de littore pastor Dardanus incautas blande populatus Amyclas. Pinus.nauis facta de pinu orta in Ida sylua consecrata Cybeli. Decies. iam sunt decem anni quib⁹ cœperunt obsidere græci Troiam:ex quo non cessauimus lugere. Canuit.alba facta fuit. Nudata.quia iam omnes arbores succisæ sunt ꝓ rogis tot mortuorū. Trepidus.propter hostes vicinos. Leua.pro eleua:tu regina prius incipe luctum, & eleua manum ad dandum signum alijs, vel ad percutiendum pectus:& nos omnes te sequemur. Tepido puluere.cinere adhuc calido propter incendium.solebant antiqui in maximo luctu spargere caput cinere. Paret exertos.nudatos apparet:vt sint magis expediti ad percutiendum. Sinus.dimittite vestes vsq; ad ventrem:& occurrit Hecuba ne possit responderi contrarium propter honestatem:dicendo non opus est seruare pudorem captiuis. Substringe.dimitte & aperi. Palla.vestis superior cingat inferiorem tunicam. Vacet. intenta sit. Planctus.percussiones pectoris verberati. Complete.quia nihil aliud restat de Troia nisi cinis. Suffulta.suffarcinata & succincta: vt demissa vsq; ad ventrē videantur humeri. Rhetheia. Rhethius mōs est Troianus in quo Aiax Thelamonius postq̄ se interfecit sepultus est. Echo.vox quæ respondet ex locis concauis.est indeclinabilis. Extrema.vltima:nam nisi vltima solet,respondere.clamate ita fortiter:vt referat omnes voces. Pulsu.verberatione. BERN.

¶Non rude vulgus. Inscribit̃ secūdū carmen metro pindarico,dimetro. Anapęstico. Chorus Iliadū vna cū Hecuba deplorat excidiū patriū:id qđ erat illis iā vetus malū. loq̃t Chor⁹. Iubes regina nos non rude,neq; nouum ad dandas lachrymas vulgus lugere:id qđ egim⁹,ex quo Paris Helenā rapuit. Leua manum.tolle digitum misera:& tu prima luctum incipe: sequemur secūdum. Non indociles.occalluim⁹ lōga lugendi cōsuetudine. Dominā.tm̄ earū facit se cōseruā Hecuba apud Euripidē. τηυ ομοδλου λομυυυ τρωα δεσ υμιν. προσευ δαμαασευ. λαβετε φερετε.&c. Fidę.o fidę & cōstātes socię nr̄æ fortunę. Vacet. Cū casu accusandi,raro inuenitur:frequentius cum dādi: quando significat supersum aut otium esse. Est enim vacare interdū vacuū esse:& struit̃ cū casu auferendi:cuius rei vulgatissima sunt exempla. Iterum redeant.alterum vacat. Sparsitq; cinis. vetustissimi moris fuit spargere super caput puluerē in funeribus:quē morē seruāt Solymi & Iudæi. DANI. Vaco. Cineris spargendi ritus.

Echo. Echo. Nympha olim fuit a Pane pastorali deo in delitijs habita: extra quē memini se vnq̄ palpādā praebuit. fabulam tangit Ouidius elegāter in Metamorphosi. Hectora flemus. apud Homerum Hecuba sic deflet. O fili misera ego qd viuo grauia patiēs: τρωάιτε και τρωῆσιν κατα πτολιν οισ ε κεομαν δε. δεχατηγασ και σφι μαμαλεγακηδοσ εθαξιωσ εωμ βις.

ASCEN. Cho. O Hector columen patriae & mora. i. tardatio, fatorum, id est excidij Troiani, nostra dextra ferit tibi. i. in honorem & consolationem tui, lacertos. i. brachiorum summitates: & ferit tibi humeros sanguineos, sanguinolentos: dextra nostra pulsat tibi caput, scilicet nostrum. Vbera. s. Hecubes, iacēt tibi, laniata palmis mēnis: cicatrix quācūq; feci funere tuo. i. ob mortem tuā, rupta, scilicet nouis plagis, fluit & manat tibi multo sanguie. Tu eras Phrygibus fessis praesidium. i. protectio: tu eras murus. i. moenia, a muniendo dicta: illa. s. Troia aut patria, stetit per decē annos, fulta. i. sustentata humeris tuis, & cecidit tecum: idē dies fuit summ⁹. i. vltimus Hectoris & patriȩ. Hecu. Vertite plāctus Priamo nostro. i. ad Priamū nostrum: fundite flet⁹ Priamo nostro: Hector habet satis. s. fletuū. Cho. O rector Phrygiae. s. Priame, senex bis capte semel ab Hercule & iam sub Agamemnone, accipe fletus, scilicet nostros. Troia nil tulit semel sup. dūtaxat: sed bis tulit. i. passa est oia, scilicet quȩ a victoribus inferri solent: te rege quod verum non videtur: nam dum ab Hercule capta est, nōdum rex erat. Troia supple passa sup. est, bis, moenia dardana. i. Troiana pulsari, immo expugnari bis, ferro Graio. i. grȩcanico: & passa est bis pharetras Herculeas, semel ab Hercule allatas, & semel a Philoctete. O pater tu cludis, id est claudis & consummas postrema funera, post part⁹. i. filios & filias Hecubȩ, elatos. s. ad rogos & sepulturas, & post rogos. i. exustiones regū. s. filiorū tuorū & multorū q auxilio venerāt: & tu cȩsus victima magno Ioui, q a ad arā Iouis hercei, p̄mis trūcus. i. iaces ablato capite onerans, littora sigȩa, maris sigȩi: vt ęnei. ij. Iacet ingens littore truncus. Hecu. Flectite lachrymas vestras, alio, id est ad alium q̄ ad Priamū: o Iliades, mors Priami mei, scilicet mariti, non est miseranda, id est miseratione digna: dicite, cūctae Priamus felix vadit liber, scilicet a seruitute, ad manes imos: nec feret vnq̄ iugū graium ceruice victa, aut vincta. Ille, scilicet Priamus, non videt duos Atridas. s. Agamemnonem & Menelaon: nec cernit Vlyssem fallacem: & ipse non feret praeda, quia neq; feret, neq; erit praeda triumphi Argolici, colla subiecta trophaeis, id est insignibus victoriae partȩ: quae a victis portabantur in eorum contumeliam vsq; ad locum in quo figebantur: & Priamus non dabit post terga, scilicet ligandas, manus assuetas ad sceptra: & non sequēs currus agamemnonios, & non gestās dextra. s. sua, vicula aurea. i. catenā aureā, q̄ reges ligabant, fiet pōpa. i. spectaculū pōposū, Mycenis vrbi Atridarū, latis aut poti⁹ lętis. Cho. cōmutato cātu dicit. Nos oēs dicimus: Priam⁹ felix excedēs. s. e vita, tulit secū sua regna nūc tut⁹ ab oi hoste, errat in vmbris. i. vmbraculis, nemoris. i. loci amoeni, elysij. s. cāpi btōrū quē nos Paradisū vocamus: & ipse felix q̄rit Hectora iter aias pias. felix Priam⁹: & felix

Cho. Tibi nostra ferit dextra lacertos:
Humerosq; ferit tibi sanguineos.
Tibi nostra caput dextera pulsat.
Tibi maternis vbera palmis
Laniata iacent: fluit & multo
Sanguine manat: quācunq; tuo
Funere feci rupta cicatrix:
Columen patriae: mora fatorum.
Tu praesidium Phrygibus fessis:
Tu murus eras: humerisq; tuis
Stetit illa decem fulta per annos.
Tecum cecidit: summusq; dies
Hectoris idem patriaeq; fuit. He.
Vertite planctus: Priamo nostro
Fundite fletus: satis Hector habet. Cho.
Accipe rector Phrygiae planctus.
Accipe fletus bis capte senex.
Nil troia semel te rege tulit:
Bis pulsari dardana Graio
Moenia ferro: bisq; pharetras
Passa Herculeas. post elatos
Hecubae partus: regumq; rogos
Postrema pater funera cludis:
Magnoq; Ioui victima caesus
Sigȩa premis littora truncus. He.
Alio lachrymas flectite vestras:
Non est Priami miseranda mei
Mors Iliades. felix Priamus
Dicite cunctae: liber manes
Vadit ad imos: nec feret vnq̄
Victa Graium ceruice iugum.
Non ille duos videt Atridas:
Nec fallacem cernit Vlyssem.
Non Argolici praeda triumphi
Subiecta feret colla trophaeis.

Non assuetas ad sceptra manus
Post terga dabit:currusq; sequens
Agamemnonios aurea dextra
Vincula gestans
Lętis fiet pompa Mycenis.
Cho. Felix Priamus dicimus omnes:
Secum excedens sua regna tulit.
Nunc Elysii nemoris tutus
Errat in vmbris:interq; pias
Felix animas Hectora quærit.
Felix Priamus:felix quisquis
Bello moriens omnia secum
Consumpta videt.

sup.est,quisquis moriēs bello, videt oīa consumpta secū:non quidē simpliciter felix:sed respectu captiuorum & captiuarum: dat enī sententiam secundum personas.

BERN. ¶ Sāguineo. Plenos sanguine. Tibi.ad honorē tui. Cicatrix.signū sanati vulneris:iterum rūpūt cicatrices verberādo q̄s fecerāt superiorib⁹ ānis in funere Hectoris. Columē. Hector tutela pr̄ię. Mora.qui tardabas calamitatē Troianā. Fulta. sustētata. Cecidit. dū stabat Hector stetit Troia, dum cecidit destructa est. Vertite.exhortat̃ vt modo Priamū fleāt. Bis capte. Troia bis capta fuit: primo ab Hercule: qn̄ iuit cum argonautis: secūdo a græcis sub Agamēnone. Troia. dum fuisti rex, Troia bis tulit omnia. Pharetras. fatatū erat Troiā nō posse capi secūdo sine sagittis Herculis: vn̄ Philoctetes armiger Herculis cū sagittis ipsius ad bellū Troianū ductus est. Partus elatos.filios sepultos. Cludis. vltimus moreris:cū pri⁹ videris tot mortes filiorum. Victima. q̄a ante aras interfectus fuit. Alio.ad aliam partem:noli dolere mortem Priami:quia felicior est me quæ supsum ad tot miserias. Iliades.matres Troianæ. Iugum.seruitutem:quemadmodum ego. Atridas. filios Atrei Agamēnonem & Menelaon:nam grauissimum est videre hostes victores & pati. Non argolici. nō ducetur catenat⁹ in triumphū. Vincula.quia nō ducet̃ vinculo aurato post currū Agamēnonis. Mycenis. vbi regnauit Agamēnon. Elysij.cāpi vbi animæ beatorum dicebantur esse: vt describit Virg. in vj.

DANI. Priami casus. ¶ Bis capte senex. Priamus Laomedontis filius puer ab Hercule captus est post ereptam a marino monstro Hesionem:cui in mercedē triginta equos cādidos pollicit⁹ iam fuerat Laomedon:sed cum promissis nō maneret, facto impetu inuasit Troiam. Priamus postea pecunia redemptus est: vt omnia plane comminiscitur Valerius Flaccus Apollonij studiosus æmulator. postremo senex captus & occisus ad aram Iouis hercei: vt canit Homerus & Iuuenalis in Omnibus meminit, necnō poetarum lux Maro. Elatos. decem & septem numero ad rogum elatos. Priami finis. Cludis.terminas: comples. Cicero. Priamum tanta progenie orbatum cum in aram confugisset manus hostilis interemit:hic si viuis filijs incolumi regno occidisset, astante ope barbarica, tectis cęlatis, vtrum tandem a bonis, an a malis discessisset? & propterea ipsa Hecuba non inepte subiungit, non est Priami miseranda mei mors Iliades:& Homerus a doloribus cessandum esse demōstrat qui plurimi sunt mortalibus dati in hac vita. ου γαρ τιϲ πρηξιϲ πελεται κρυεροιο γοοιο· ωϲ γαρ επεκλωϲαντο θεοι δειλοιϲι βροτοιϲι ζωειν αχνυμενουϲ.&c.

Actus Secundus.
Trimetri Iambici.
TALTHYBIVS. CHORVS.



Vam longa Danais semper in portu mora:
Seu petere bellum:petere seu patriam volunt.
Cho. Quæ causa ratib⁹ faciat:& Danais moram:
Effare:reduces quis deus claudat vias.
Tal. Pauet animus: artus horrid⁹ quassat tremor.
Maiora veris monstra vix capiunt fidem.
Vidi ipse:vidi (summa iam Titan iuga
Stringebat:ortus vicerat noctem dies)
Cum subito cæco terra mugitu fremens
Concussa cæcos traxit ex imo sonos.

ASCEN. Vam lōga. Hoc actu innouatur luctus Hecubæ ex denuntiatione necis Polyxenæ filiæ eius: quam in hac parte facit Talthybius præco Agamēnonis dicens. Q̄.i. q̄tum longa mora sup.est (vt tamen alibi dixi: videtur Seneca frequenter q̄ pro valde, positiuo construere: vt sit q̄ longa mora.i. perq̄ & valde longa est mora) semper danais.i. græcis in portu.s. Aulide, seu volūt petere bellum.i. proficisci ad inferēdum bellum, seu volunt petere.i. repetere patriam. Cho. Effare o Talthybi, quæ causa faciat ratib⁹ & Danais morā: & quis deus claudat.i. obstruat vias, reduces.i. reducentes græcos in patriam. Tal. Animus pauet, & tremor horridus quassat artus: mōstra maiora veris, id est q̄ quæ vere contingere posse videantur, non capiunt fidem: quod non est nouum si sint maiora veris: sed legam libentius veri: vt sit monstra maiora, scilicet cæteris, non capiunt fidem, id ē credulitatem, veri.i. non credunt̃ vera: & tamen hæc vera sunt quia ipse vidi: vidi inquit (nam Titan, id ē sol stringebat, id est leniter contingebat radijs suis, iam summa iuga: & dies ortus vicerat noctem) cum.i. quando, terra fremens subito, mugitu cæco, traxit concussa, sonos horrēdos ex imo.i. pfundo: quia ab inferis platos

Siluae.s.vicinae,mouere.i.mouerũt capita:& nemus excelsum tonuit fragore vasto:& lucus sacer.s.Cybeli,sonuit:& saxa idaea.i. depẽdentia in rupibus Idę montis,ceciderũt,iugis.i.summis collib⁹,ruptis. Nec sola tell⁹ tremuit:&.i.etiam pontus. i. mare non ponticũ sed sigęum,sensit Achillem adesse:ac strauit .s.fluctibus:vada. Tunc.i.facto fragore, tellus scissa aperit specus immensos,& hiat⁹ .i. apertura erebi.i.per quem patuit erebus, praebet iter.i.viam,puiũ ad supos, tellure fracta: ac leuat.i.deponit a corpore Achillis, tumulum.i.terram superpositã. Ingẽs vmbra ducis Thessalici.s.Achillis,emicuit.i. apparuit sup.talis,qualis Achilles p̃ludẽs,aut p̃ludẽs o Troia fatis tuis.i.faciens experimẽta & prima rudimẽta militię priusq̃ verũ bellũ inciperet,strauit arma Threicia .i. Thracica q̃ Priamo fauebant ꝑpter Hecubã: aut sup.cũ,pculit iuuenẽ Neptuniũ .i. Cygnũ filiũ Neptuni nitentẽ coma cana:q̃ in plumas versa est:aut cum furens marte violento,inter acies.s. hostiles,clausit.i.a cursu ipediuit,amnes.s.Xanthũ & Symoenta,corporibus.s. caesorum:& sup.cum Xanthus flu. Phrygię,errauit.i.nũc huc,nunc illuc impetum fecit, vado cruẽto, quęrens viam.i.exitum:aut cum Achilles victor.s.Hectoris,vt graeci asserunt & etiã Vergili⁹,stetit in curru supbo,& egit.i. impulit & moderat⁹ ẽ habenas .s. equoꝝ trahẽtiũ currũ trahens.s.per equos in curru, Hęctorẽ & Troiam,quę cum eo cecidit. Sonus irati.s. Achillis impleuit omne.i.totum littus: dicendo.s. ite ite iertes.s.graeci:auferte honores debitos manibus.i.simulacris,& ijs partibus meis, q̃ apud inferos sunt:vos ituri.i.qui ire vultis,p maria nostra.i.quae vobis peruia feci, soluite rates ingratas.& est amara iussio vim negatiuã habens .q.d.id frustra feceritis. Graecia luet.i.placabit,nõ paruo.s.p̃tio,at magno,iras Achillis:quia magno apud amantẽ aestimat̃ amica. Polyxena desponsa.s.mihi viuo,mactetur cineribus nr̃is manu Pyrrhi.s. filij mei & riget.s.sanguine suo,tumulũ sup. meum. Achilles sup.fatus hęc alta voce, dimisit diẽ .i.aspectum lucis(alij legũt alta nocte diuisit diem: vt sit diuisit.i. sepauit a se & nobis, diẽ .i.lucem,alta nocte interposita)& repetens ditẽ.i. inferos, mersus.i.vbi mersus erat, iũxit ingentẽ specũ.i.hiatum terrae, terra coeũte.i. se coniungente. Tranquilla.s. ęquora pelagi immoti,id est quiescentis, iacent, id est prostrata sunt: ventus abiecit minas:& mare placidum murmurat fluctu leni, id est non vehementi:& Triton deus marinus, cecinit, scilicet concha,ab alto choro,scilicet deorum marinorum ac Nereidum,hymeneum.i.carmen nuptiale.

Mouere syluae capita:& excelsum nemus
Fragore vasto tonuit:& lucus sacer.
Idęa ruptis saxa ceciderunt iugis.
Nec sola tellus tremuit:& pontus suum
Adesse Achillem sensit:ac strauit vada.
Tunc scissa tellus aperit immensos specus:
Et hiatus erebi peruium ad superos iter
Tellure fracta prębet:ac tumulum leuat.
Emicuit ingens vmbra Thessalici ducis.
Threicia qualis arma praeludens tuis
Iam Troia fatis strauit:aut Neptunium
Cana nitentem perculit iuuenem coma:
Aut cum inter acies Marte violento furens
Corporibus amnes clausit:& quęrens iter
Tardus cruento Xanthus errauit vado:
Aut cum superbo victor in curru stetit:
Egitq; habenas:Hectorem:& Troiã trahens.
Impleuit omne littus irati sonus:
Ite ite inertes:debitos manibus meis
Auferte honores:soluite ingratas rates:
Per nostra ituri maria:non paruo luet
Iras Achillis graecia:at magno luet.
Desponsa nostris cineribus Polyxena
Pyrrhi manu mactetur:& tumulum riget.
Haec fatus alta voce:dimisit diem:
Repetensq; Ditem:mersus ingentem specũ
Coeunte terra iunxit.Immoti iacent
Tranquilla pęlagi:ventus abiecit minas:
Placidumq; fluctu murmurat leni mare.
Triton ab alto cecinit hymeneum choro.

BERN.

Vam longa.Hic est secundus actus: in quo inducitur Talthybius renuntians Choro miranda prodigia quae vidit:& vmbram Achillis sibi apparuisse increpantem graecos de ingratitudine:ab eoq; monitũ se dicit,vt Polyxena ad sepulcrũ ei⁹ mactaret̃. In portu. illud accidit gręcis qñ veniebant ad bellũ Troianũ.cũ Agamẽnon in Aulide famosissimo portu Boeotię ceruã Dianae ignarus occidisset,& ob id Diana a graecis ventos abstulisset,responso habito,vt Agamẽnonio sanguine dea placaret̃, factum est vt Iphigenia Agamemnonis filia sacrificaretur:sed miseratione deae pro ea oblata est cerua. Petere.ire. Maiora veris.maiora q̃ possint credi. Vix capiunt fidem. vix creduntur. Stringebat,leuiter percutiebat summos colles. Fremens.murmurans. Caecos.quorum causam ignoramus. Sacer.consecratus Cybeli in Ida. Suum.quia natus est de Thetide dea maris. Hiatus.apertura terrae.fecit iter ab inferno ad superos. Leuat.subleuat. Emicuit.in tanto tumore terrae exiuit vmbra Achillis Thessalici ducis. Pro

ludens. quasi faciẽs ꝓludiũ,& principiũ suę virtutis. Threicia. qñ gręci ibãt ad bellũ Troianũ finitima q̃q; loca populabant̃: sicut Achilles multos duces & vrbes abstulit. qđ ꝓsequit̃ Homer⁹. Iuuenẽ. Cygnũ: de quo inferius dicem⁹. Hectorẽ & Troiã. nã mortuo Hectore visa est Troia capta. Irati. s. Achillis. & hęc fuit ei⁹ vox indignantis. Debitas. meritas. Magno. s. dãno. Desponsa. hęc erat ei⁹ petitio: vt mactaret̃ Polyxena per manus filij sui. Coeunte. coniungente se: nã supra dixerat apertam fuisse terram. Triton. tubicẽ Neptuni cecinit Hymenæum epithalamium tanq̃ Polyxena deberet duci ad maritum.

DANI. Talthybi⁹.

¶ Q̃ lõga Danais semp. Talthybi⁹ Agamẽnonis ꝑco & Eurybatis comes: vt meminit Home. Fuerũt. n. apparitores & ministri Agamẽnonis ãbo: qb⁹ Achilles Hippodamiã abigendã ꝑ Patroclũ tradidit. Is ꝓcedit in hoc secũdo actu: & carmine tertio trimetro iãbico hypcatalectico: recitãs Achillis vmbrã valde apud se cõquestã gręcoꝝ ingratitudinẽ in se: nec fore vẽtos faciles priusq̃ manib⁹ Achilleis immolet̃ Polyxena scissa palla, scissis crinibus. Interlocutores Talthybius & Chor⁹. Vidi. facit fidẽ a visione. & ne somniũ videat̃ a crapula & plenitudine ortũ addit sub ipsum solẽ hoc gen⁹ phantasmatis sibi obuolasse: quo tẽpore somnia vera esse credunt̃. Adesse. ꝓpe esse. Suum. Thetis Achillis mater Nereidũ vna, vt Ouid. li. xij. meminit. Læua tenet thetis & Melite Panopeaq; virgo. filia Chironis fuit Pelei vxor: scribente Orpheo in argonauticis. καιρ μετερον κουρον θετιο αργυροπεια. Impleuit oẽ litt⁹. i. sonuit totũ litt⁹ clamãte vmbra Achillis. quo portẽtoso clamore admoniti sunt graeci instaurare parentalia sanguine puellari. Xanthus. fluui⁹. alio nomine Camander dicit̃ ab Homero. ον ξανθον καλεουσι θεοι ανδρες δε καμανδρον.

Thetis.

Trimetri Iambici. PYRRHVS. AGAMEMNON. CHALCAS.

CVm læta pelago vela rediturus dares
Excidit Achilles: cuius vnius manu
Impulsa Troia corruit tandem solo:
Breui repensans quicquid adiecit moræ
Scyros: fretumq; Lesbos Aegæum secans:
Illo remoto: dubia quo caderet stetit.
Velis licet quod petitur: ac properes dare:
Sero es daturus: iam suum cuncti duces
Tulere pretium. quæ minor merces potest
Tantæ dari virtuti? an meruit parum
Qui fugere bellum iussus: & longa sedens
Aeuum senecta degere: ac Pylii senis
Transcendere annos: exuit matris dolos
Falsasq; vestes: fassus est armis virum?

ASCEN.

CVm lęta &c. Loquit̃ ad Agamẽnona Pyrrhus arguẽs cũ ingratitudinis: ꝙ optie de reb⁹ graecis merito renuat puellã vnã in mercedẽ dare cũ eã iure optimo postulet. Vtit̃ aũt eo stomacho quo pater solebat dicẽs. O Agamẽnon quũ. i. qñ tu rediturus. s. in patriã, dares pelago vela lęta. i. tu lętus, Achilles excidit. s. memoria tua: cui⁹ vni⁹. i. solius, manu, Troia impulsa corruit tãdẽ solo. i. in terrã: eo ꝙ Hectorẽ sustulit: repensans. i. reponens breui. s. tpe, q̃cquid morę. i. dilationis adiecit. s. euersioni Troiae, Scyros isula Lycomedis: vbi ex Deidamia eius filia Achilles in veste muliebri latẽs Pyrrhũ genuerat: & Lesbos insula, secans fretũ. i. mare, ęgęũ: in qua plusculũ imorat⁹ ẽ. Troia stetit dubia quo caderet illo. s. Achille remoto: nisi sit Lesbos stetit dubia, quo caderet. i. vtrius pti faueret. Licet tu velis & ꝓperes dare qđ petit̃. s. Polyxenã qua amica potiris, tu datur⁹es sero. i. nimis tarde: nam cuncti duces tulere. i. abstulerunt iã ꝑtiũ suũ. i. mercedẽ opę in bello nauatae. q̃ minor merces põt dari tãtę virtuti. s. q̃ puella capta: an Achilles meruit parũ. s. de gręcis, & de te ꝓcipue: q iussus. s. a matre fugere bellũ, quia cõditionẽ Thetidi obtulerat Iuppiter vtrũ vellet filiũ viuere ingloriũ vltra Nestorios ãnos: an breue casurũ cũ sũma gloria. eligẽs aũt mater lõgã vitã occuluit eũ i aula Lycomedis: vñ dicit. & iussus degere æuũ sedẽs lõga senecta, ac trãscendere annos, scilicet trecentos, Pylij senis, scilicet Nestoris, exuit dolos matris: q; pro id est, vestes falsas: & supple fassus est, sup. se virum, armis scilicet acceptis.

BERN.

CVm læta. Propter victoriã. Hæc est secunda pars secundi actus. Achilles petebat Polyxenam mactari ad tumulum suum: Agamemnon negat: Pyrrhus Achillis filius cum Agamemnone disputat, vt illa mactetur. Excidit. ab animo tuo. deleta sunt patris mei beneficia: qui causa fuit istius victoriæ. Breui. paruo tempore Troia cadens compensauit tarditatem eius. Scyros. insula maris ęgęi vna ex Cycladibus Lycomedis regis patria: in qua Achilles habitu puellari a Thetide matre occultatus est ne iret ad bellum Troianum: tandem cognitus ab Vlysse ductus est ad obsidionem Troianam. Illo. Achille. erat habitum oraculo Troiam non posse capi sine Achille. Velis. si vellis dare præmium Achilli sero id facturus es: cum alij duces totam prędam inter se diuiserint, pater meus debebat esse primus & erit vltim⁹. Minor merces. q̃ vna puella hostium. Iussus. s. ab oraculo & matre Thetide: vnde probat per merita illud non debere negari. Sedens. otiosus. nam si voluisset viuere sine bello vt erat fatatum a Ioue, potuisset viuere tercentum annos: vt vixit Nestor. Senis Pylij. Nestoris regis Pyli. Pylos oppidũ fuit iuxta Thessaliã versus marinum litus a Neleo patre Nestoris conditũ. Falsas vestes. muliebres: quibus Achilles fuit apud Lycomedem. Fassus. demõstrauit. vt scribit Statius in Achilleide, Vlysses volens reperire Achillem inter mulieres latentem attulit diuersi generis munera: & inter ea arma: quę Achilles tractans agnitus.

Pylos.

DANI.

¶ Cum læta. Quartum carmẽ metro Archilochio. in quo Polyxena, & Astyanax capitis fiũt rei. Cõtẽtio pro Polyxena orit̃ iter Agamẽnonẽ & Pyrrhũ. Res ad iudiciũ defert̃ Chalcãtis vatis. Cui⁹ vni⁹ manu. occiso. s. Hectore. nõ min⁹ valuit Vlyssis fallacia: quẽ vrbis euersorẽ peculiari tanq̃ epitheto Home. appellauit.

Inhospitali Telephus regno impotens:
Dum Mysiæ ferocis introitus negat:
Rudem cruore regio dextram imbuit:
Fortemq; eandem sensit:& mitem manum.
Cecidere Thebę:vidit Eetion capi
Sua regna victus.clade subuersa est pari
Apposita celso parua Lyrnesos iugo:
Captaq; tellus nobilis Briseide.
Et causa litis regibus Chryse iacet:
Et nota fama Tenedos:& quæ pascuo
Foecunda pingui Thracios nutrit greges:
Et sacra Phoebo Cilla.quid quas alluit
Vernis Caicus gurgitem attollens aquis?
Hæc tanta clades gentium:ac tantus pauor:
Sparsæ tot vrbes turbinis vasti modo:
Alterius esset gloria:ac summum decus:
Iter est Achilli:sic meus venit pater:
Et tanta gessit bella:dum bellum parat.
Vt alia sileam merita:non vnus satis
Hector fuisset?Ilium vicit pater:
Vos diruistis.inclytas laudes iuuat:
Et clara magni facta genitoris sequi.
Iacuit peremptus Hector ante oculos patris:
Patruiq; Memnon:cuius ob luctum parens
Pallente moestum protulit vultu diem:
Suiq; victor operis exemplum horruit:
Didicitq; Achilles & dea natos mori.
Tum versa Amazon vltimus cecidit timor.
Debes Achilli:merita si digne ęstimas:
Et si Mycenis virginem:atq; Argis petat.
Dubitatur etiam?placita nec subito probas?
Priamiq; natam Pelei nato ferum
Mactare credis?ac tuam natam parens
Helenę imolasti?solita iã & facta expeto. Ag.
Iuuenile vitium est regere non posse impetũ.
Aetatis alios feruor hic primę rapit:
Pyrrhum paternus spiritus quõdam truces:

ASCEN. ¶Inhospitali. Compendiose tangit caetera Achillis pclara facta:dicens. Teleph⁹ impotens.i.superbus & insolens ac sibi imparare nequiens,regno.s. Mysiæ, inhospitali.i. cuius hospitiũ & transitũ Achilli negauit:dũ negat introitus Mysię(alij scribunt Moesię: Verum Calepinus contendit Mysiæ scribendum vel a Mysis populis qui e Thracia illuc transmigrarunt:vel a Mysis phagis acetosis) ferocis .i.barbarę regiõis, ibuit.i. q̃si prima tinctura rigauit,dextram.s. Achillis,rudẽ.i.adhuc imperitã belli, ac nõdũ vera humanitate pditã, cruore regio,hoc est suo:& sensit.s.postea, eãdem manum.s. Achillis qui chirurgiã a Chirone Nutritio suo didicerat,fortem.s.in vulnerando:& mitẽ,in sanando.Bern. fabulose rem aperit:qui ad historiã referunt dicunt rubigine ferri,quo vulnerat⁹ erat, restinctũ vulnus:& ita paulo post sanatum. Thebę.s.in Cilicia patria Andromaches, cecidere.s. armis
Eetion. Achillis:Fetion pater Andromaches & rex Thebarũ Ciliciæ victus.s.ab Achille (vt meminit Homerus iliados lib.xxj. vt recitat Calepinus. Scribitur autem ἠετίων: quocirca errant qui aut Tetion vt in Bern. offendi sed reposui, aut Echion scribũt)vidit regna sua capi. Lyrnesos vrbs itidẽ Ciliciæ patria Hippodamię, pua.s.vrbs, apposita iugo celso,euersa est pari.i.cõsimili clade:& tell⁹ nobilis Briseide.s.amica Achillis filia Brisei:vocata Hippodamia proprio nomine: capta sup. est. Et Chryse(Danieli si mẽdo caret codex Crisse legitur)patria Astimones filiæ Chrysei sacerdotis Apollinis:q̃ idcirco Chryseis dicit̃ amicaq; fuit Agamẽnonis:causa litis regib⁹.s. Agamemnoni & Achilli:quia vt in primo Iliados scribit̃ ablata Chryseide ab Agamẽnone,vt pestis ab Apolline illata cessaret,abstulit Achilli Briseida:qua ablata pugnare p gręcis renuit:donec Patrocli necẽ vlcisci arderet Et Tenedos nota fama cũ alioqui parua sit insula,supple iacet,hoc est solo æquata sunt eius ædificia. de qua æneidos secundo. Est in cõspectu Tenedos notissima fama isula &c. & sup. regio Thracum quæ foecunda pingui
Pascuum. pascuo:Videtur ergo heteroclitum abundantia nõ variatiõe:quia hoc pascuum facit hæc pascua:& hæc pascua,hæ pascuæ:nutrit greges Thracios,id est Thraciorũ equorum ferocium:vt erant Diomedis Bistonij: & fataliũ: vt Rhesi. Et Cilla vrbs ætoliæ sacra Phoebo repete iacet.Quid supple dicam vrbes, quas Caicus fluuius Phrygiæ e Mysia fluens alluit:aut abluit:attollens,id est exaltans, gurgitem,id est impetum aquarum,aquis vernis, ex niuibus Mysiæ auctis in vere. Hæc tanta clades gentium,tãtus pauor,tot vrbes sparsæ modo vasti turbinis,id est quasi a facie vẽtorum,esset gloria ac summum decus alterius,scilicet bellatoris:& est Achilli iter .i. gradus quidam ad gloriam maiorem,& dec⁹ maius:aut iter,id est opus i transcursu obiter factum:nam pater meus.s. Achilles, venit,scilicet ad Troiæ euersionem,sic id est talia obiter & in itinere gerẽdo:& gessit, immo exhausit tanta bella dum parat bellum, scilicet præcipue intentum in regem Priamum, aut eius

Minasq̃ tumidi lentus Aeacidę tuli.

filiū Parim. Vt sileā alia merita .s.eius non .i.
nōne vnus Hector fuisset satis .s. ad defensio
nem Troiæ⸮q.d.omnino:quia igitur Hectorem vicit pater, vicit Iliū: vos diruistis .s. Ilium post mortem patris
Iuuat sup.me sequi inclytas laudes & clara facta genitoris mei.q.d. etiam hoc boni vobis fecit q̃ me sui simi
lem genuit. Hector iacuit peremptus ante oculos patris .s. Priami:& Memnō Titoni fratris Priami filiꝰ, iacuit
peremptus ante oculos patrui .s. eiusdem Priami:ob cuius .s. Memnonis luctum, parens .i. mater eius Aurora
protulit diem mœstum, vultu pallente:quia aurora pallidior solito diem ꝓcessit : & Achilles victor horruit .i.
cum horrore adnotauit exemplum sui operis .i. cędis eius, qui ex dea esset genitus:q̃ pro quia, didicit, & .i. etiā
natos dea mori:quocirca se licet dea Thetide genitus mortalem agnouit. Tum .i. insuper, Amazon .s. Penthe
silea versa .i. deiecta in terram exanguis, cecidit vltimꝰ timor .s. græcis. O Agamemnon, si ęstimas digne me
rita Achillis, tu debes Achilli virginē .s. quācūq̃: etsi petat .i. etiā si petat virginem Mycenis & Argis .i. regnis
tuis & fratris. Dubitatur etiam .i. āne hęsitas adhuc⸮ Impiosius autem dicit dubitatur q̃ si dicat dubitas. nec ꝓ
bas subito placita .i. tibi placere q̃ peto⸮ & credis ferū .i. inhumanū mactare natā .i. filiam Priami .s. Polyxenam
nato Pelei .s. Achilli⸮ cum ille summus hostis, hic summus amicus fuerit: ac parēs .i. cum sis pater immolasti
Helenę .i. ob recupandam Helenam, natam tuam .s. Iphigeniā .q̃ reuera cæsa est: licet fabulæ aliud cōminiscan
tur: vt Horatius secundo sermonum sentit. & Maro secundo æneí. Sanguine placastis ventos & virgine cęsa
&c. Ego expeto solita, & .i. etiam, iam .i. pauloante. si non addidisset iā, frustra adderet facta: quia non possunt
esse solita fieri quæ non sunt facta: sed possunt eē olim facta. Ag. Non posse regere .i. refrenare impetum .s. ira
rum, est vitium iuuenile: quia sanguine feruent iuuenes. hic feruor primæ ætatis, rapit alios: pmꝰ sup. feruor,
rapit Pyrrhum: quia in hoc patri similis est. de quo Horatius in arte. Scriptor honoratum si forte reponis A
chillem: Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis. Ego lentus .i. lon
ganimis, tuli .i. toleraui quondā spūs truces, & minas Aeacidę .s. patris tui, tumidi .i. superbi & inflati.

¶ Inhospitali. Telephus fuit Herculis filius ex Auge Nympha progenitus: vt Sophocles attestat. quē in syl BERN.
uis expositum a ceruа lactatum dixit. Sed tractu tēporis robustus effectus in Licia Cithensibus imperauit: Telephus.
veniensq̃ deinde in auxilium Troianorum, dum Vlyssem insequitur a trunco, quem in via forte offendit, pręe
peditus, ab Achille in sinistro femore vulneratur: sed a suis ꝓtectus manus illius effugit: ac cum malo in dies
vulneris grauaretur: nec adhibita proficerent remedia: Apollinē cōsuluit: qui respondit non aliter posse libera
ri: q̃ q̃ iterum ab Achille vulnerandus accederet: qui sic quoq̃ ab illo iterum vulneratus incolumis effectꝰ est.
qđ Ouid. tetigit li.j. de remedijs cum ait. Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hosti Vulneris auxilium Pe
lias hasta tulit. Inhospitali. quia nolebat dare hospitium græcis. Impotens. ferox. Mitem. quando sana
uit eum. Cecidere Thebę. fuerūt, Thebæ in Aegypto vrbs quā Busyris ægypti rex cōdidit. græci Heliopo Thebę tres
lim, hoc est solis vrbē vocauere. huius ambitū centum quadraginta stadiorum fuisse scribit Herodotus. alia
fuit in Bœotia: alia in Cilicia patria Andromaches q̃ fuit Hectoris dilectissima cōiunx filia Eetionis Thebarū
in Cilicia regis. vt ostendit Home. li. Iliados. vj. Nam inducēs illā cum Hectore loquentē lamētariq̃ miserabi
liter retulit de Achille, qui patriam suam Thebas in qua orta fuerat euerterat: & patrem regē septēq̃ suos fra
tres occiderat: traxeratq̃ captiuam matrem: quā deinde inmensa summa redemptā Diana apud ædes pater
nas cōmorantem sagittis interfecit. Lymesos. eūtibus græcis ad Troiam Achilles vtrāq̃ Ciliciam, & The Lymesos.
baicam & Lymesiam inuasit. Thebaicam Eetion Andromaches pater, Lymesiam Minetes regebat. His tru
cidatis ex Thebe Astimonem Chrysi, ex Lymeso Hippodamiā Brisei filiam expugnatis oppidis abduxit: Astimone
q̃ q̃ Eustathius ex Pedaso Hippodamiam abreptam tradit. Agamēnon græcorum imperator ex omni præ Chryseis.
da sibi delegit Astimonē. Achilli Nestore & Idomeneo partiendę ꝓdę authoribꝰ, Hippodamia sorte obtigit. Hippoda
Interea Chryses qui Apollinis Smynthei sacerdos in templo erat Chryseo multis oblatis muneribus filiā re mia
petit. Minabundus senem a se abigit Agamēnon: Apollo sui antistitis contumelia percitus nouem diebꝰ vt Briseis.
Home. scribit & iumēta, & hoīes sagittis confodit. cadebat hac peste quottidie miserāda multitudo. Palladis
monitu vocata concione Achilles de placāda deorum ira deliberat. Calchas Testoris filius, qui cum Mopso
de vaticinio certauit, nisi Astimone patri redderetur placari Apollinē nō posse in medium protulit. Acclamā
tibus vniuersis, Agamemnon per Vlyssem ad patrem puellam remittit. Achilli vero quem reddendæ Asti
mones auctorem credebat, apparitoribus Talthybio & Euribate missis Hippodamiā abstulit: ideo dicit Chry
se causa litis. Tenedos. fuit insula notissima in conspectu Troiæ. Cilla. vrbs consecrata Phœbo. Caicꝰ. Chryse.
fluuius est Phrygię teste Liuio in sexto de bello Macedonico veniēs a Mysia. Attollens. qui solet crescere tē
pore veris quando soluuntur niues. Hæc tanta. tot vrbes & prouinciæ captæ fuissent alteri magna gloria ex
pugnando illas in longo tempore: sed eundo Achilles illas expugnauit. Pauor. nam omnibus erat terror.

Parat. dum vadit ad Troiam. Hector. omittamus alia merita patris, satis fecit si nō fecisset alia, cocidēdo
Hectorem: cuius morte Troia de facili capta est. Ilion. Troia. Memnō. filius Titoni & Aurorę fratris Pri
ami, qui ab oriente venerat. Parens. mater aurora propter mortem filij obscurauit se. Victor. Achilles cū
interfecisset filium deæ timuit: nam cum esset ipe quoq̃ filius deæ Thetidis, intellexit dearum filios posse occi
di. Amazon. Penthesilea regina amazonum maximis viribus præstans. Debes. Agamemnon obliga
tus es, etiam si peteret vnā de tuis Myceneis & Argiuis: quāto magis debes dare vnam hostem tumulo eius⸮

Nato pelei. Achilli. Ferum. esse crudele. Priami. illius qui genuit Paridem raptorem Helenæ: pro qua
voluisti immolare filiam tuam: vt haberes ventos secundos: vt posses ire factum vindictā contra Troianos.

Helenæ. cā Helenæ vt posses habere eā. Iuuenile vitium. iuuenes quicquid appetunt volūt. Paternus.
alijs iuuenibus accidit furor propter abundantiam sanguinis: sed tu vltra hoc habes iram hæreditariam a pa
tre. Lentus. patiens: probat patrem eius fuisse iracundum: q̃ ausus est resistere sibi regi. Tumidi Aeaci
dæ. superbi patris tui.

¶ Lymesos. Oppidū Cilicie quod expugnauit Achilles: quo capto tres Hippodamię fratres trucidauit: pa DANI.
ter vero suspendio vitam finiuit. Chryse oppidum, Chrysei patris Astimones. de quo meminit Homerus Lymesos.
in Iliade.

DANI. ¶ Causa litis. Nō oppidū fuit causa litis, sed puella oppidana: quā coactus est Agamēnon restituere in patriā parenti suo impulsore Achille: vt singula Homerus plane prosequitur in primo Iliados. αλλα συ μεν νυν την Δε θεω προες αυταρ αχαιοι τριπλη τε τετ ρα πληρα ποτισομεν &c. sic me⁹ venit sic mei pr̄is accepit nobile icrementum virtus & gloria: vt nō immerito illud Papinianum de eo commemoretur. Video iam mille carinis Ionium ægęūq; p̄mi: nec sufficit ois. Q̄ plaga graiugenū tumidis coniurat Atridis. Iā pelago terrisq; meus q̄retur Achilles: Et volet ipsa sequi. Inclytas laudes iuuat me ꝑsequi & extollere paternas laudes. Helenę. immolasti ꝑ republica grecoꝝ & reparandę Helenes gr̄a Iphianassam cōsecrasti Dianæ ad Aulidē. Iuuenile vitiū. insani est nescire ipetū cōpescere: ꝑpterea q̄ difficiles aditus ipet⁹ ois habet. Et Papinius. Male cuncta ministrat ipetus inquit. Pyrrhū paternus: hoc illud est. Inclytas laudes iuuat & clara magni facta genitoris seq.

In Achilleide.

Iphianassa

ASCEN. ¶ Quo plura. Multa dicit Agamēnon non quidem virtutis, sed amicę amore, ob quam retinēdam dehortatur ab immani sacrificio: dicit āūt sic. Quo. i. quanto possis plura, sup. eo feras. i. toleres decet, plura patienter. Quid aspergis. i. contaminas vmbras nobiles. i. illustrē animam, ducis clari. s. Achillis patris tui, cæde dira. s. puellæ regiæ: decet primum. i. p̄cipue, noscere quid victor debeat facere: & quid victus debeat pati. q. d. non omnia licere victoribus in victos: est enim quatenus victoria exercenda sit. Nemo continuit diu imperia violenta: vnde & philosophicum illud: Nullum violētum perpetuū. de imperijs vero nemo non vidit experimenta etiam nostris dieb⁹: & imperia moderata durāt: quoq;. i. & quo pro quāto, fortuna euexit ac leuauit. i. extulit altius, opes humanas, hoc. i. tanto magis decet felicem supprimere se. & decet felicem, metuētem deos nimium fauentes, tremere varios casus. vnde alter Seneca laudat prudentiam Philippi regis patris Alexandri qui cum tres sane lętos vno die accepisset nūtios, sustulit manus dicens, magne Iuppiter pro his tantis bonis modicum rependas supplicij. Sciuit enim in hac vita tristia misceri lętis: nulliq; fortunam esse perpetuo bonā. qđ in Polycrate maxime patuit. Ego vincendo didici magna obrui momento. Troia. s. capta facit nos tumidos. i. superbię spiritu inflatos nimiū, ac feroces. Nos Danai stamus hoc loco, id est sumus in eo statu vnde illa cecidit (quia non dicit vnde tu cecidisti, non legi tumidos facis sed facit) & ita sicut illa cecidit ita & nos cadere possumus. Fateor impotens. i. insolens & immoderatus ostentator potentię ac superbus regno, tuli aliquando memet. i. meipsum, altius, id est elatius q̄ par erat: sed hæc causa, scilicet omnium deus, quæ potuisset dare, scilicet regnum meum alij: fregit spiritus illos. i. animos superbos. Sūt qui legāt q̄ dari: vt sit hæc causa q̄ regnum potuisset dari alij. O fauor fortunæ tu facis me superbū: o Priame tu facis me tumidū. i se aūt Pyrrhū taxat. Putē ego. s. si eēm prudēs, sceptra eē q̄cq̄. s. aliud, nisi nomē tectū. i. obtectū q̄si tectorio & icrustatiōe fallaci, fulgoꝛ vano: q. d. nō: & comā decētē. i. ornatā, viculo. i. diademate falso. i. mēdaci: q̄a ꝑmittit lętitiā & parit curas: ē autē diadema fascia cui corōa iponit. Casus breuis rapit hæc. s. regna & impia: nūc sup. rapuit Phrygib⁹ imperiū: forsan. i. a casu, q̄a Hectorē ꝓtectorē habuerūt, mille ratib⁹, ac decē ānis. sic ene. ij. Nō āni domuere decē, nō mille carię. Sūt q̄ legāt, Cas⁹ hoc rapiet. s. ipiū meū: sed significātib⁹ loq̄t de oīb⁹ imꝑijs: & oī tp̄e: vt sit casus rapit semper hæc. s. iperia. & casu euenit q̄ non nisi mille nauibus

Quo plura possis plura patienter feras.
Quid cæde dira nobiles clari ducis
Aspergis vmbras: noscere hoc primū decet
Quid facere victor debeat: victus pati.
Violenta nemo imperia continuit diu.
Moderata durant: quoq; fortuna altius
Euexit: ac leuauit humanas opes:
Hoc se magis supprimere felicem decet:
Variosq; casus tremere metuentem deos
Nimium fauentes. magna momento obrui
Vincendo didici: Troia nos tumidos facit
Nimium ac feroces: stamus hoc Danai loco
Vnde illa cecidit. fateor aliquando impotens
Regno ac superbus altius memet tuli:
Sed fregit illos spiritus: hęc quæ dare
Potuisset alii causa. fortunę fauor
Tu me superbum: Priame tu tumidum facis.
Ego esse quicq̄ sceptra nisi vano putem
Fulgore tectum nomen: & falso comam
Vinclo decentem: casus hęc rapit breuis.
Nunc mille forsan ratibus: aut annis decem.
Non omnibus fortuna tam lenta imminet.
Equidem fatebor (pace dixisse hoc tua
Argiua tellus liceat) affligi Phrygas
Vinciq; volui: ruere: & æquari solo
Etiam arguissem: sed regi frænis nequit
Et ira: & ardens hostis: & victoria
Commissa nocti. quicquid indignū aut ferum
Cuiq̄ videri potuit: hoc fecit dolor:
Tenebręq;: per quas ipse se irritat furor:
Gladiusq; felix. cuius infecti semel
Vecors libido est. quicquid euersæ potest

Supetesse Troiæ maneat:exactum satis
Pœnarum & vltra est:regia vt virgo occidat
Tumuloq; donum detur:& cineres riget:
Et facinus atrox cędis vt thalamos:vocem
Non patiar.in me culpa cunctorum redit.
Qui non vetat peccare cũ possit iubet. Pyr.
Nullũ ne Achilli pmiũ manes ferẽt? Aga.
Ferent:& illum laudibus cuncti canent:
Magnũq; terræ nomen ignotę audient.
Qz si leuatur sanguine infuso cinis:
Opima Phrygii colla cędantur gregis:
Fluatq; nulli flebilis matri cruor.
Quis iste mos est:quãdo in inferias homo est
Impensus homini? detrahe inuidiam tuo
Odiumq; patri:quem coli pœna iubes.

et transacto decennio capta sit Troia:qa fortuna nõ imminet oib⁹.s.regnis, tã leuia. Equidẽ.i.ego certe fatebor:o tellus argiua,liceat dixisse hoc sup.cũ pace tua.i.bona venia:ego volui phrygas affligi & vinci:& arguissẽ .i.improbassem,sup. Troiam ruere,& ęquari solo:sed & ira,& hostis ardens,& victoria cõmissa nocti, vbi pvisum nõ fit miseratio,nequit regi frenis. Quicquid potuit videri cuiq̃ indignum aut ferum,hoc fecit dolor. s.raptę Helenę:& tenebrę,p quas ipse furor se irritat.i.ad iram prouocat:& gladius felix irritat:cuius semel infecti.s.cruore,libido est vecors.i.insana. Quicquid potest superẽ Troiæ euersę maneat:satis & vltra. i. plusq̃ satis pœnarum est, exactum.s.a nobis. Non patiar vt virgo regia .s. Polyxena occidat . i . vt moriatur:& detur donum tumulo.s. Achillis:non dicit Achilli:& riget.s.cruore cineres .s.sepultos:quasi sit ea cura sepultis:& vt vocem.i. falso nomine appellem facinus, atrox cędis,thalamos.i.nuptias. Culpa cunctorũ redit.i.recidit i me.qa qui nõ vetat peccare cũ possit,iubet.s.peccare. sententia Cicerõis in officijs. Pyr. Nullũ ne.i.an ne manes Achillis non ferent.i.asportabunt, vllum pręmiũ? Ag. Ferent:& pro quia,cuncti canent.i.canẽdo extollent illum laudib⁹:& terrę ignotæ audient nomen magnũ.s.eius. Qz si cinis leuatur.i.recreatur & minus grauatur sanguine infuso,cędantur colla opima gregis.s.boum, Phrygij:& fluat cruor nulli matrum flebilis. Quis est mos iste plusq̃ barbarus:quando homo est impensus homini in inferias.q.nũq̃ nobis? O Pyrrhe detrahe inuidiam & odium patri tuo:quẽ iubes coli pœna.s.puellæ innocentis.

¶Quo. Quanto plus quis potest tanto submissius debet se gerere: vt est sententia Cice.in primo offici. Cæde. morte Polyxenę. Vmbras.aiam. Victor.nõ debet victor facere qcquid potest i victos:sed vti modestia decet. Quoq;.quanto aliquis euectus est ad altiorem gradum,tanto magis debet cõsiderare quid sibi accidere posset. Fauentes.qui habet vnde ampli⁹ ascendere nõ possit:debet timere casũ & ruinã. Vincẽdo. expugnando Troiam didici magna non esse firma. Loco.simili statu & conditiõe possem⁹ & nos vinci. Impotens.non moderans meipsum reputaui me plusq̃ sim:sed exẽplo Priami diminui superbiam meam:q; mihi accidere posse cognoui quod illi tãto regi euenit. Superbum.propter victoriam. Timidum.propter metũ ruinæ. Esse.ecce quid facit me timidũ:considero regna caduca esse,& sub nomine felicitatis habere multa mala. Splendore.qui non habet quod ostendit. Decentem.ornatam. Vinclo.diademate. Hoc.s.nomen regni. Breuis.quia vna hora perditur. Nec mille.non omnibus euenit qđ Priamo:qui per decem annos sustinuit bellum. Arguissem.noluissem:cupiebam superare Troianos:sed non destruere Troiam eo modo: tamen ira & dolor iniuriæ,& victoria nocturna hoc voluit: vt tam crudeliter diriperetur;quia de nocte maior habetur licentia. Irritat. accendit ad malefaciendum. Gladius felix.qui cum semel intingitur sanguine non potest refrenari. vnde dicit vecors libido.idest immoderatus appetitus effundendi sanguinem. Cuius infecti.gladij sanguine tincti. Quicquid.satis est.factum crudeliter in Troiam: vnde quicquid superest seruãdum est. Regia virgo.Polyxena. Facinus.hanc mortem indignam : vt appellem thalamos & cõiugium Achillis. Non patiar:nam quicquid mali fit regi imputatur. Vetat. vt Cicero in primo offici. Qui non resistit iniuriæ cum possit,tantum est in culpa, vt si patriam & parentes deserat. Manes.anima patris mei. Cuncti.simul omnes laudabunt illum fortissimum. Qz. si.si vmbra delectatur sanguine potest immolari alia victima q̃ Polyxena. Opima.pinguia ex grege capto. In inferias.ad sacra mortuorum. Q ñ.quasi dicat nunq̃. Inuidiam.odium quia si hoc fieret oẽs haberent illũ odio. Pœna.s.Polyxenæ. BERN.

¶Moderata durant. Iam superius laudauimus illud qđ est inter vtrunq;.quicunq; amat vitam rectam,tranquillam,& securam,contineat se intra terminos mediocritatis:neq; altum mare semp vrgeat:neue iniquum littus semper premat: sed teneat medium. Quoq;.id est quanto altius te attulerit fortuna. Aurea.quasi dicat magnifica . sententia concora Horatianæ . Rebus angustis animosus atq; Fortis appare : sapienter idem contrahes vento nimium secundo Turgida vela &c. Magna momento.omnia sunt hominum tenui pendentia filo. Et subito casu quæ valuere ruunt. Esse ego quicq̃.nil aliud inquit est regnum q̃ tectum nomen vano fulgore.regij autem fastus incommoda eleganter Claudianus poeta generosus sub nomine Theodosij conscripsit. Tu licet extremos late dominere per Indos: Te med⁹:te mollis arabs, te Seres adorent. Si metuis.si prãa cupis:si duceris ira, Seruitij patiere iugum:tolerabis iniquas Interius leges &c. Casus hoc rapit breuis. momento enĩ magna obruuntur.testat hoc Galba qui totam ætatem luculenter producens in senium,fortunæ aura breui sublimatus est:& breui item præcipitatus: vt testis est Trãquillus & Plutarch⁹ lepide commemorat deã cæcam non nisi a cæcis coli:quos ipsa tandem in foueam præcipitat miseriarum. DAN. Nullum.ne Achillis.placari manes hostili immolatione falso antiquis persuasum est:quasi adhuc iram seruarent in morte defuncti ipsi.hinc manibus Patrocli duodecim formosos adolescẽtes captiuos iugulauit Achilles. δώδεκα δὲ προπάροιθε πυρῆς ὀπὸ Δερότομ μέθυ τωρα γλαα τέκνα &c.

ASCEN. ¶O tumide. Pyrrhus more paterno excandescens obijcit Agamemnoni amores dicēs O Agamēnon, tyranne tumide.i.ſupbe & elate, dū ſtat⁹.i.cōditio, rerū ſecūdarū extollit aios: & timide.i.qui timidus es, cū metus regū.ſ.gręcię tibi obſtantiū increpuit.ſ.aurib⁹ tuis: geris ne pectus flammatū.i.pluſꝗ incenſum amore ſubito, ac Veneris.i.amicę nouę? Sunt qui legant ſolito: eo ꝙ prius exarſerit amore Aſtimones Chryſeidos: ſed quia dicit Veneris nouæ, & amori ſubito minus indulgendū eſt, malo legare ſubito. Feres ne ſolus toties ſpolia de nobis? quia amiſſa Chryſeide Briſeida Achilli rapuit: & nunc defuncto Polyxenam auferre nitit̄. dicit autē ſolus: qa alius ꝗ imperator nō eſſet nō auderet. ꝗrit autē minaciter feres? q.d. nequaꝗ. quia Ego reddā Achilli.ſ.patri meo, victimā ſuā.i.illi debitam & oraculo addictā.ſ.Polyxenā: quā.ſ. victimā, ſi negas, & retines, ego dabo maiorē.ſ.victimam: videlicet te: & dignā quā.i.vt eam, Pyrrhus det. magnificentius de ſe in tertia pſona loquit̄ ꝗ in prima loqui deē. & manꝰ nr̄a ceſſat nimium diu a cęde regia: ꝗ ꝑ qa Priamus poſcit parē.i.ſui ſilem ꝗ a me occidat̄: neq; erat alter qui Priamo par dici poſſet. Aga. Equidē.i.ego quidē. q. d. ne glorieris ꝙ Priamū cōfectū ætate & ad aras cōfugiente trucidaſti: haud nego.i.igenue ꝓfiteor hoc eē maximū decus Pyrrhi in bello: ꝙ Priamꝰ ſupplex paternꝰ.i.quē pr̄ ſuſcepit ſupplicē, iacet pemptꝰ enſe ſęuo.i.crudeli: & cū nō ſit decus, nullū vult Pyrrhū meruiſſe decꝰ. Qn̄ & qūo illi ſupplex fuerit cōmētarij explicāt. ob quos ꝗ ab eis bn̄ dicuntur ꝑtereo. & Seruius ad illud primi ęnei. Exanimūq; auro corpus vendebat Achilles: Maro quoq; inducit Priamū id Pyrrho exprobrantē: ꝙ cui pr̄ pepcerit ipſe nō parcat, æneī.ij. At nō ille, ſatum quo te mentiris Achilles Talis in hoſte fuit Priamo ſed iura fidēq; Supplicis erubuit &c. Et quia ſupplicem dixit Agamemnon, vt diminueret gloriā Pyrrhi quaſi puſillanimū occiderit, argute docet Pyrrhꝰ ꝙ fuerit animoſior ꝗ ipſe Agamēnon dicens. Nos nouimꝰ ſupplices hoſteſq; eoſdē pr̄is nr̄i. q.d. ſi Priamꝰ fuit ſupplex fuit tn̄ & hoſtis: & talis ꝗ te aioſior eēt: nā Priamꝰ ꝗuis ſupplex tn̄ rogauit.ſ.pr̄em meū ꝓ redēptione corporis Hectorei facienda: pręſens.i.auſus cōparere corā ipſo: tu cū bellare recuſaret ob raptā Briſeidē, pauidꝰ metu graui, nec fortis.i.aioſus ſatis ad rogandū, vt auderes ipſum rogare, mādas ꝓ mandaſti, Aiaci & Ithaco.i.Ithacenſi Vlyſſi, ꝓces.ſ.pr̄i tuo noie deferēdas, cluſus.i.clauſus i tētorijs atq; tremēs hoſtē. Aga. At fateor, ꝓ irriſionē loqt̄ tuꝰ parēs.i.pr̄ Achilles, nō timebat tūc: qa tū vecors & ſtolidꝰ fuit: ꝗ ꝑ qa iacebat ſegnis & imēor belli & armorū.i.ꝑlij, iter cędes gręciæ .i.oim gręcoꝝ, atq; rates vſtas ab Hercule. q. d. nō Aſię ſed gręciæ potiꝰ euerſorē dicendū: iacebat inqt verberās leui plectro, chelym.i.citharā canorā. Pyrrhꝰ argute id cōuitiū in Agamēnonē reijciēs, inqt. Hector magnꝰ (quia id in laudē pr̄is ꝗ eū occidit vergit, bn̄ eū laudat) cōtēnēs tūc arma tua, quia ꝓ oēm exercitū ēē ad tētoria tua graſſatꝰ ē, timuit tūc cātꝰ Achil

Pyr. O tumide: rerum dum ſecundarū ſtatus
Extollit animos: timide: cum increpuit metus
Regum tyranne: iam ne flammatum geris
Amore ſubito pectus: ac Veneris nouæ?
Solus ne toties ſpolia de nobis feres?
Hac dextra Achilli victimam reddam ſuam:
Quam ſi negas: retineſq;: maiorem dabo:
Dignamq; quam det Pyrrhus: & nimium diu
A cęde noſtra regia ceſſat manus:
Parēq; poſcit Priamus. Ag. haud eqdē nego
Hoc eſſe Pyrrhi maximum in bello decus:
Sæuo peremptus enſe ꝙ Priamus iacet
Supplex paternꝰ. Pyr. ſupplices noſtri patris:
Hoſteſq; eoſdem nouimus: Priamus tamen
Præſens rogauit: tu graui pauidus metu
Nec ad rogandum fortis: Aiaci preces
Ithacoq; mādas: cluſus atq; hoſtē tremēs. Ag.
At non timebat tunc fateor parens:
Interq; cædes græciæ atq; vſtas rates
Segnis iacebat belli & armorum immemor.
Leui canoram verberans plectro chelym. Pyr.
Tunc magnus Hector arma contemnēs tua
Cantus Achillis timuit: & tanto in metu
Naualibus pax alta Theſſalicis fuit. Aga.
Nempe iiſdem in iſtis Theſſalicis naualibus
Pax alta rurſus Hectoris patri fuit. Py.
Eſt regis alti ſpiritum regi dare. Aga.
Cur dextra regi ſpiritum eripuit tua? Pyr.
Mortem miſericors ſępe pro vita dabit. Aga.
At nunc miſericors virgines buſto petis? Py.
Iam ne immolari virgines credis nefas? Aga.
Præferre patriam liberis regem decet. Pyr.
Lex nulla capto parcit: aut pœnā īpedit. Aga.
Qđ nō vetat lex: hoc vetat fieri pudor. Pyr.
Quodcunq; libuit facere victori licet. Aga.
Minimum decet libere: cui multum licet. Pyr.
Iis iſta iactas: quos decē annorum graui

Regno subactos Pyrrhus exoluit iugo? Aga.
Hos Scyros aios? P. scelere q̄ fratrū caret. A.
Inclusa fluctu. Pyr. nempe cognati maris:
Atrei & Thyestę nobilem noui domum.

lis, quia nō est ausus venire ad tētoria ei⁹: & alta pax fuit naualib⁹ Thessalicis. i. locis vbi seruabant & reficiebāt naues pr̄is mei & aliorum Thessalorꝫ quorꝫ ipse dux erat, i tāto metu. s. oīm aliorꝫ. Ag. Nēpe. i. nimirꝫ si alta pax tūc fuit i loco ibellū: qa alta pax tunc fuit in istis iisdē naualib⁹ Thessalicis rursus pr̄i Hectoris qui Achillē dormientē in iisdē offēdit: & ideo tura fideq̄ꝫ supplicis erubuit. Pyrrhus id in laudē pr̄nā vertēs, Est inquit alti. i. magnanimi regis, dare spiritum . i. vitā regi. Ad qđ Aga. Sed alti regis est: cur dextra tua eripuit regi spiritū? Rn̄det Pyrrh⁹. Misericors dabit aut dedit, sæpe mortē p vita. i. sæpe qs occidit misericorditer, vtpote qn̄ expedit illi poti⁹ mori q̄ i seruitute viuere: qn̄ autē pr̄ illi pepcit adhuc regnabat: qn̄ ego illi mortē intuli iam capi potuit. Contra qđ p ironiā Aga. At. i. sed tu misericors. i. qui iactas te misericordē, petis busto. i. immoles cinerib⁹ pr̄is tui, virgines? id stomachose dicit: cū vnā petat: sicut Comic⁹ non possum perpeti meretricū cōtumelias. & Maro: nauib⁹ infandū amissis &c. Ad hoc argute Pyrrhus. Credis ne iam. i. adhuc, nefas sup. eē, imolari virgines. cū tu imolaueris Iphigeniā filiā tuā Dianæ? Ad qđ sententiose Agamēnon. Decet regē pferre liberis. i. saluti liberorꝫ, patriā. i. salutē patriæ. q. d. nisi Iphigeniā immolassem nūq̄ raptū Helenę vlti essemus. disputat aūt Cicero vtrū sal⁹ patrię sit pferenda saluti pr̄is: & cōcludit si vterq̄ꝫ saluus esse neq̄at ꝙ sic. Pyrrh⁹ addit: nulla lex parcit capto: aut impedit poenā capto. i. licet virginē captā iure belli occidere: vn̄ serui & serue dicti ꝙ cū occidi potuerit seruati sunt. Aga. qđ lex nō vetat: hoc pudor vetat fieri. q. d. nō oia q̄ lex pmittit fieri decere. Py. Licet. i. licitū est, quodcūq̄ꝫ libuit victori facere. Ad qđ Aga. Argutissime, decet sup. eū, cui licet. i. pmissum est multū libere. i. pro libito facere, aut libito vti, minimū. i. in minima pte: vbi libere media longa a libeo psonaliter accipit̃. Pyr. Iactas. i. audes inaniter iactare ista. s. cōtinētiā a libidine impandi, iis. s. græcis: quos subacto graui regno. i. impio decē annorꝫ. s. Agamēnonis, Pyrrhus exoluit iugo? quia Troiā cœpit, q̄ sine æacida capi nō potuit. Scyros. i. insula ignobilissima patria tua, suppeditat ne tibi hos aios? Pyrrh⁹ nō pmittēs eū pficere sermonem dicit: q̄ caret scelere fratrū: quo nō carent Mycenę: Atrei. s. & Thyestę polluti flagitio. Ag. Scyros inclusa fluctu. nempe dicit Pyrrhus: maris cognati: propter Thetidē. ego noui domū Atrei & Thyestę nobilē. s. flagitiis.

¶ O tumide. Iratus Pyrrhus minatur Agamemnoni dicens: quando es in felici statu efficeris tumidus & insolens: quando habes fortunam aduersam es timidior dama: si non immolauero Polyxenam patri teipsum interficiam ad sacra patris peragenda: quemadmodum interfeci Priamum. Regum. nam in excercitu sub Agamemnone erant alii reges. Flammatum. incensum amore: quemadmodum de Briseide. Nimiū. tunc parabat impetum contra eum. Parem. regem quemadmodum ipse erat vt ipsi comes vadas ad inferos. BERN.

Haud equidē. trahit laudem Pyrrhi in vituperium: non est mirum si interfecisti Priamum ita crudeliter: quē pr̄ tuus supplicē habuerat. Paternus. patris tui. Supplices. respōdet Pyrrh⁹ si Priamus: supplicauit patri meo fuit fortior q̄ tu: ipse venit ad eum: tu vero timidus non ferens conspectum eius misisti Vlyssem supplicatum ei. Mandas Ithaco. commisisti Vlyssi, & Aiaci Thelamonio: vt pacem a patre meo irato tibi impetrarent. Ausus. non audens egredi. Chelym. citharam. scio patrem tuum non timuisse quando Hector combussit naues græcorum, quia tunc otiosus pulsabat citharam sub tentorio suo. & hoc est dictum indignatiue. Tunc magnus. Hector non timens te deuastabat exercitum græcorum: sed ad tentoria patris mei non audebat venire: vbi ipse cantabat otiosus. Thessalicis. patris mei: quia ad illa nūq̄ venit Hector.

Nempe. istud reuoluit in vituperium Pyrrhi: verum est ꝙ erat securus: quia accipiebat hostes & dimittebat: vt fecit de Priamo quando iuit redemptum corpus Hectoris. Est regis. interest magnanimi regis donare spiritum. i. vitam regi. Cur. quid ergo occidisti eum. Mortem. feci ea ratione qua pater meus voluit eū seruare florentem: ego autem interficere volui ne viueret in ludibrio hostium: quæ mors fuit illi gratissima: nam vt inquit Cicero, Melius est honeste mori q̄ turpiter viuere. Misericors. deridet eum. Busto. ad sepulcrum patris. Immolari. nonne scis ꝙ voluisti etiam virginem filiam tuam immolare: vt supra dictum est. Patriam. quæ vt inquit Cicero, omnium charitates complexa est. Lex. dicis te habuisse iustam causam immolandi Iphigeniam: ipse quoq̄ꝫ habeo: quia cum sim victor deuictis possum facere quicquid placet. Pudor. honestas. Multum. qui habet multam licentiam non debet vti ea. Libere. placere vti licētia. Subactos. qui fuerunt subditi tibi per decem annos. Iactas. inaniter ostentas. Pyrrhus. de se loquit̃ in tertia psona. fatatum erat Troiam non posse capi sine vno de genere Aeacidarum. Iugo. seruitute. Hos Scyros. Pyrrhus natus erat ex Deidamia filia Lycomedis regis Scyri: vbi Achilles occultatus fuit sub veste muliebri. vnde dicit Scyros dat ne tibi tantam audaciam? saltē natus esses in loco nobili. Scelere. impropat Pyrrhus patriam Agamemnoni: ꝙ Scyros non est ita scelerata quemadmodum Mycenę: vbi factū fuit scelus Thyestis & Atrei vt supra habuimus. Inclusa fluctu. quasi minima insula inter aquas. Cognati maris. respondet Pyrrhus est verum ꝙ insula est in mari minima. sed est gloria nostra: cum illic sit dea Thetis mater patris mei. Nou. Ironice: bene scio te nobilissimum quasi ex domo Atrei & Thiestę qui fuerunt sceleratissimi.

¶ Maiorem dabo. Si mihi Polyxenam patri immolādam dare detractaueris ego te faciam victimam. Hoc esse Pyrrhi. Ironia. q̄ enim restat gloria de interfecto sene imbelli? Priamus apđ Homerꝫ Achilli volenti eū in throno collocare loquitur in hæc verba? Priamus. ne me sedere facis in throno quū iacet Hector interea in tentoriis inglorius? sed celeriter solue vt videam: tu aūt accipe dona multa quæ ferimus: & his vtere & cum his repetas patriam qm̄ me primū permisisti viuere & cernere lumē solis. επει με πρωτου εασασαυτυυτεζωευ και ορᾶυ φαοσ ηελιοιο. &c. At non agūt. antithesis. & est controuersia inductu subtili p causatiuum litis: agit eñ Pyrrhus pro honore patris in pbrum Agamēnonis: cōtra Agamēnon per figuram quā vocat Hermogenes ταλιμογιομ omnia obiecta reiicit in Achillem. Hos Scyros. p eclipsim constitutæ sunt hæ clausulæ ex alterna indignatione certantium. DAN. Priami ad Achillē verba.

Aga. Ex virginis concepte furtiuo stupro:
Et ex Achille nate: sed nondum viro. Py.
Illo ex Achille: genere qui mundum suo
Sparsus per omne cœlitum regnum tenet:
Thetide ęquor: vmbras Aeaco: cęlū Ioue. Ag.
Illo ex Achille qui manu Paridis iacet. Pyr.
Quem nec deorum cōminus quisq̄ petit. Ag.
Compescere equidem verba: & audacē malo
Poteram domare: sed meus captis quoq;
Scit parcere ensis: potius interpres deum
Chalcas vocetur: fata si poscunt dabo.
Tu qui Pelasgæ vincla soluisti rati:
Morasq; bellis: arte qui referas polum:
Cui viscerum secreta: cui mundi fragor:
Et stella longa semitam flamma trahens
Dant signa fati: cuius ingenti mihi
Mercede cōstant ora: quid iubeat deus
Effare Chalca: nosq; consilio rege. Chal.
Dant fata Danais quo solent pretio viam.
Mactanda virgo est Thessali busto ducis:
Sed quo iugari Thessalę cultu solent:
Ionidesue: vel Mycenęę nurus.
Pyrrhus parenti coniugem tradat suo.
Sic rite dabitur. non tamē nostras tenet
Hæc vna puppes causa: nobilior tuo
Polyxene cruore debetur cruor.
Quem fata quærunt dura reclusum: cadat
Priami nepos Hectoreus: & letum oppetat.
Tum mille velis impleat classis freta.

ASCEN. ❡ Aga. O concepte ex furtiuo stupro virginis, & nate ex Achille sed nōdū viro: quia adhuc imberbi & ꝑ puella Lycomedi credito. i. infantes autē solent parentū referre imbecillitatem. Pyr. Natus quidē sum, ex illo Achille: qui sparsus genere suo. i. maiorum suorū, ꝑ oē regnum cælitum, tenet mundū. s. vniuersum sibi affinem: nā tenet æquor. i. maria Neptuno in sortē data, Thetide. i. ꝑ matrem suā deā marinā. & tenet vmbras. i. infernum, q̄d ti cessit, Aeaco apud inferos noxiorum tortore auo suo. vñ Iuue. Quas torq̄at vmbras Aeacus. est etiam iudex. vnde Hora. iiij. car. Q̄ꝫ pene furuæ regna Proserpinæ. Et iudicantē vidim⁹ Aeacum: & tenet cœlum Ioue. s. proauo suo patre Aeaci. Ag. immo: ex illo Achille qui iacet. s. prostratus manu Paridis. Pyr. immo: Quē nec quisq̄ deorum petit pro petiuit cōminus. i. quasi coniūctis manibus, hoc est quē Paris quidem occidit a tergo imminens & Apollinis auxilio fretus: sed nullus deorum conserta manu aggredi vnq̄ tentauit. Aga. Equidē. i. ego certe, poterā cōpescere verba. s. tua: & poteram domare malo. i. cruciatu aliquo, te audacem: sed ensis meus scit parcere, quoq;. i. etiam captis: poti⁹, q̄ vtar summo in te ipso, Chalcas interpres deū. i. deoꝝ. i. ꝑ quē dij nobis placita sua indicāt, vocet ad nos. dabo sup. Polyxenam: si fata poscunt sup. eam. Deinde cum adesset Chalcas alloquitur eū dicens. Tu o Chalca qui soluisti rati pelasgę vincla. i. impedimenta nauigandi aut retinacula: & soluisti moras belli cū ab Aulide ob interfectam Dianę ceruā discedere nequirent: donec Chalcātis monitu filiā Iphianassam q̄ & Iphigenia dicit̄ obtulisset: q referas polū. i. deorum consilium, arte. s. augurandi aut astrologiæ: cui secreta viscerum. i. extorū, quia extispicium calles, & cui fragor mundi. i. tonitru, & stella trahens semitā. i. vestigiū signās, lōga cauda. i. cometes, dāt signa. i. indicia fati: cui⁹ ora. i. oracula & indicia, constant mihi ingenti mercede, quia ꝑ ea filiam amisi: effare (q̄d signatum verbū est) quid deus iubeat. s. fieri de Polyxena: & rege nos consilio. Chalcas respondens ait. Fata dāt Danais viam. i. nauigationē, ꝓtio quo solēt: virgo est mactāda busto ducis Thessali. s. Achillis: sicut prius mactata fuit virgo ꝓ facili nauigatione ad Troiam: sed mactanda est eo cultu quo nurus. i. sponsæ Thessalę, ve pro vel Ionides. i. in Ionia genitæ, vel Mycenææ, solent iugari. i. nubere: & Pyrrhus tradat parenti suo. s. Achilli, coniugē: & sic sup. sponsa dabitur rite: ita vt non sit vitiū in sacrificando commissū. nec tñ hæc vna causa tenet puppes nostras. i. impedit a nauigando: o Polyxene cruor nobilior cruore tuo, q̄a virilis & satu Hectoris procreatus, debetur. s. manib⁹ Achillis: quē reclusū. i. abditū a mr̄e, fata dura q̄rūt: vt pote Astyanax nepos priami, Hectoreus. i. ab Hectore genitus cadat. sunt q legūt pro dura reclusum, turre de summa cadat. & pro. i. appetat. i. fortiter obeat, letum. i. necē: tum. i. deinde classis. s. græca. i. nauiū collectio, impleat freta. i. maria mille velis: quia mille erant naues.

BERN. ❡ Cōcepte. Tu qui es generatus ex stupro vnius virginis. & Achille nōdū viro. i. qui tūc erat indutus habitu muliebri apđ Lycomedē. Illo. habet emphasim: sum nat⁹ ex Achille q matrē habet deā Thetidē: auū Aeacū iudicē inferorum: & Iouē regē cæli ꝓauū suū. Paridis. q. d. effœminati hois manu interfectus est. Cōminus. i. pari certamine: sū natus ex illo Achille cū quo nullus deoꝝ est ausus congredi: sed Paris insidiose interfecit eū sagittis. Cōpesce. si vellē possem te punire de tanta audacia: sed sum assuetus parcere etiā hostibus. ꝓpterea vocet̄ Chalcas interp̄s vt itelligam⁹ si placuerit dijs q; Polyxena mactetur. Dabo. cōcedā. Tu q. vertit sermonē ad Chalcantē. Rati. nauibus græcis. quando retinebāt̄ in Aulide insula ꝓpter tēpestatē: tu ꝓdixisti nobis tunc voluntatē deoꝝ. Referas. apis: facis vt intelligamus secreta cœli. Viscerū. ꝑ extispiciū. Fra

got mūdi.coeli tonitrua. Semitā.viam longā cum cauda:per circuitionē dicit cometā. Ora cuius.cui⁹ oracula. Ingēti mercede.qui Iphigeniā ppriā filiā immolare voluit:quæ postea trāslata ē i Tauricā regionē. Iubeat.an Polyxena mactetur. Dant.respōdēs Chalcas dicit virginē esse mactādā:cū dij cōcedāt nobis reditū eo pacto quo venim⁹ad troiā.s.humano sanguine. Iugari.cōiugari.eo ornatu quo mulieres thessaliæ ducūt ad maritum,ita Polyxena debet duci ad bustū Achillis. Ionides nur⁹.mulieres de Ionia:quę grecoꝝ ē regio atq; colonia in extremitate minoris asię versus nos:vt scribit Pomponius.media iter Cariā & ęoliā:accepitq; nomē a duce Ionio atheniensi qui coloniā deduxit i Asiā,teste Vitruuio libro.iiij.architecturę. Pyrrhus.manu Pyrrhi debet mactari. Hęc vna.hæc sola nō ē cā nři impedimēti:sed supest vnus filius Hectoris mactād⁹ priusq̄ discedam⁹. Hectoreus.Astyanax filius Hectoris. Oppetat.moriatur. Ionides. Ionia.

¶ Cuius ingēti mihi.Hoc refert ad antiquā iiuriā Chalcātis:cui⁹ vaticinio grauiter offensus est:q respondisset pestē inuasisse graecū exercitū:q̄ rapuisset filiā Chrysę sacerdotis Apollinei.ppter qđ vaticinū Chalcāta vatē grauissimis apđ Homerū cōtumelijs insectaẛ μαντι κακων.ουπω ποτε μοι το κρηγυον ειπεσ αιει κοι φα κακεσ φιλα φρεσι μαντευε Λαεσθ λουδου δε τιπω επασ εποσ ουλε τελεασοσ. Referas.qui præstas arte siderea & deorū pādis arcana.Homerus egregia & singłari laude prosequitur Chalcāta q p̄ntia nouerit p̄terita & futura. οσ ηδη τα τε εοντα τα τ εσσομενα προ τ εοντα.και νηεσσ ηγησατ αχαιων ιλιον εισω &c. Pretium.pœnā dixerunt. Terentius.Ego pretium ob stultitiam fero. DAN. Pretium.

ASCEN.

Asclepiadei. CHORVS.

Verū est:an timidos fabula decepit
Vmbras corporib⁹viuere cōditis?
Cum coniunx oculis imposuit manum
Supremusq; dies solibus obstitit:
Et tristes cineres vrna coercuit:
Non prodest animam tradere funeri:
Sed restat miseris viuere longius?
An toti morimur?nullaq; pars manet
Nostri?cum profugo spiritus halitu
Immixtus nebulis cessit in aera:
Et nudum tetigit subdita fax latus?
Quicqd sol oriens:quicquid& occidens
Nouit:cęruleis Oceanus fretis
Quicquid vel veniens:vel fugiens lauat
Aetas Pegaseo rorripiet gradu.

Verum est.Induciẛ Chorus muliebris dubitās an aię humanę intereant cū corporib⁹ necne:q̄ disputatio etiā magnos viros fatigauit sed quibus vanū erat an lucē surgere:qua nobis fulgēte credim⁹ non solū aias nostras non interire:sed ne capillos quidē perituros. Cicero etiā in Catone maiore cōcludit aias immortales esse:& si auctor hoc quoq; crederet,nō tñ inepte faceret id a mulieribus p̄sertim an sūmorū philosophoꝝ tēpora in dubium trahi. Dicit itaq; Chorus.Est verum an fabula decipit timidos.i.ducit in errorem vt credant q̄ timent:an inquā est veꝝ,vmbras.i.aīmas separatas a corporibus,viuere,corporib⁹cōditis.i.sepultis,cum.i.postq̄ coniunx.s.vterq; alteri,imposuit oculis manū.i.clausit oculos demortui:& dies supremus obstitit solibus.i.nō pmisit videre solē:& vrna coercuit cineres tristes.i.defletos & cōclamatos:non pdest tradere funeri animā.i.per hypallagen,vt exponit Daniel,tradere aiæ funus.i.iusta & exequias(nisi sit sensus q̄ in funere etiā aias vocabant ad rogū & tumulū,vt corporib⁹ iunctæ quiescerent.vñ sene.iij.manesq; vocabat Hectoreū ad tumulū)sed restat miseris viuere longius?q̄a miseria est vita hois sup terrā,dubitat Chorus an ad alias reseruetẛ miserias Sed ratio dictat nobis etiā seclusa fide,æquissimū esse vt vita nobis maneat:nā cū nemo inficias eat deū esse summe iustū,& tñ q̄ multi in hac vita pro bene actis nullā aut modicā acceperunt mercedē:nisi q̄ virtus,ipsa sibi quodāmodo merces est:nec contra pro flagitijs cruciatū:consentaneū rationi est alterā esse vitā in qua iustis p̄mia & iniustis supplicia reponantur.Hactenus posuit vnā p̄tē dubitationis,affert alterā:An morimur toti.i.& aia & corpore:& nulla pars nostri manet.s.incorrupta,cū.i.qñ spiritus.i.animus humanus,immistus nebulis halitu profugo.i.exhalatione suprema a nobis procul fugiente nec redeūte,cessit.i.euanuit & immutat⁹ est in aera:& fax subdita.i.subiecta corpori,tetigit latus nudum.i.viduatum anima vitali?quasi extra corpus viuere nequeat:Quicquid sol oriens nouit,& quicquid occidens nouit:& quicq̄d oceanus vel veniens.i.affluens,vel fugiens.i.defluens,lauat fretis cęruleis.i.aquis feruenter currentibus:ætas.i.temp⁹ edax,corripiet gradu pegaseo.i.velocissimo,qualis erat Pegaso equo alato ex Medusæ sanguine orto.

BERN.

Verum.Inducitur Chorus mulierum Troianarum qui audiuit Polyxenam esse mactandam ad placandos manes Achillis.vnde dolens negat animam posse apparere viuentibus q̄ illa moriēte corpore simul cum eo moritur:& est opinio Epicuręorum quæ falsa est. Versus est Asclepiadeus. Verum.petit an sit verum q̄ appareat anima post mortem. Timidos.quibus videtur esse qđ non est:quod fit propter timorem. Conditis.sepultis. Oculis.consuetudo antiquorum erat:vt sanguine proximus clauderet oculos mortuo:vt Ouidius in Penelope testatur. Solibus.luci:quia vltima die pdunt lucem. Prodest.non est opus mactare in exequijs antiquorum animam id est hominem viuentem. Nulla pars.quando combustum est cadauer anima quoq; consumitur. Spiritus.vita nostra. Nudū.corpus positum in rogo. Pegaseo gradu.celeri passu:nam pegasus equus alatus fuit velocissimi cursus:dicit credo q̄ omnia quæ sunt in oriente & occidente cito moriantur.

DAN. ¶Verum eſt. Pulchra de ſtatu animarũ q̃ſtio & valde diſputabilis varijſq; philoſophantiũ ſectis & hęreſibus contentioſa orit̃ Choro motore. Eſt autẽ quintum huius fabulę carmẽ metro Aſclepiadeo ſiue Choriambico cõtextum ſpõdęo duobus Choriãbis & Pyrrhichio. Verum eſt. Eſt ne verum an fabuloſum animas ſimul & corpora interire? Dicęarchus dixit eſſe quandam viuacitatem quę cum corpore interit. quidam in omnibus animalibus vnam eſſe animam dixerunt & appellauerunt eam animam mũdi: cuius origo eſt ſol. Ariſtoteles cum quatuor elementa poſuiſſet addidit eſſe quintam quandam naturam viuificantem.i.aiam. proinde in hominibus eſſe ſublimẽ, immortalem. neq; enĩ cum corpore interit tã p̃tioſum & coeleſte ſemen. Theobrotus diſcipulus Platonis diſputauit multa de animę immortalitate: poſtremo incertior q̃ antea voluit expediri: & p̃cipitauit ſe de ſublimi ſpecula. Refert Aug. in ciuitate diuina. Tradere animam. Hypallage.

Quo biſſena volant ſidera turbine:
Quo curſu properat ſæcula voluere
Aſtrorum dominus: quo properat modo
Obliquis Hecate currere flexibus:
Hoc omnes petimus fata: nec amplius
Iuratos ſuperis qui tetigit lacus
Vſq̃ eſt, vt calidis fumus ab ignibus
Vaneſcit ſpatium per breue ſordidus:
Vt nubes grauidas quas modo vidimus
Arctoi Boreæ diſſipat impetus:
Sic hic quo regimur ſpiritus effluet.
Poſt mortem nihil eſt: ipſaq; mors nihil:
Velocis ſpatii meta nouiſſima.
Spem ponant auidi: ſolliciti metum.
Quæris quo iaceas poſt obitum loco?
Quo non nata iacent.
Tempus nos auidum deuorat: & Chaos.
Mors indiuidua eſt noxia corpori:
Nec parcens animæ. Tęnara & aſpero
Regnum ſub domino: limen & obſidens
Cuſtos non facili Cerberus oſtio:
Rumores vacui: verbaq; inania:
Et par ſollicito fabula ſomnio.

ASCEN. ¶Quo.i. quali turbine, volant ſidera, & quo curſu dominus aſtrorum.ſ. ſol, properat voluere ſęcula: & quo mõ hecate.i. luna, propat currere flexib⁹ obliquis.ſ. proprij curſus, hoc .i. tali, petim⁹ oẽs fata.i. mortem. nec qui tetigit lac⁹.ſ. ſtygios, iuratos ſuperis, eſt.i. extat vſq̃ amplius. vt fumus ſordidus vaneſcit ab ignibus calidis p breue ſpatiũ: & vt impetus Boreæ.ſ. venti Arctoi.i. a ſeptẽtrione flãtis, diſſipat nubes quas vidimus mõ.i. paulo añ grauidas: ſic hic ſpiritus quo regimur, effluet.i. euaneſcet. qđ verũ nõ eẽ ſero ſapiũt Phryges. Nihil eſt.ſ. quod pmaneat in hoie, poſt mortẽ. rectius ille. Sunt aliquid manes, fatũ nõ omnia delet. & ipſa mors eſt nihil.i. nulla res poſitiua: ſed priuatio vitæ: & meta nouiſſima: ſpatij velocis.i. vt dicit Flaccus, Mors vltima linea rerũ ẽ: facta metaphora aut a q̃drante ruſticorũ: vbi cum vltimã lineam tangit vmbra ſtipitis ĩ medio poſiti nox eſt: aut a pictore cui nulla dies erat in qua nullã duceret lineam: q̃ p⁹ mortẽ nulla ducit̃. Auidi ponant.i. deponant ſpẽ.ſ. melius habendi. qualẽ galli ante Chriſti aduentum habebãt, q tã firmiter alterã vitã etiam tunc crediderũt: vt nõ dubitarẽt hic mutuo dare, q̃ illic reciperẽt. ſolliciti.ſ. de cruciatu aut malis alterius ſæcli ponant.i. deponãt metum: q̃a ſi aĩmę pereũt cũ corporibus vt Epicurus ſtultiſſime ſenſit, nihil poſt hanc vitam ſperandũ aut timendũ ſit. Quęris quo loco iaceas poſt obitum? Reſpondet eo quo non nata iacent.i. nuſq̃. q̃ ſententia cum ſit grauiſſima & firmiſſimũ habere videat̃ argumentũ ad aiæ extinctionẽ probandã, poeta data opera hemiſtichio clauſit. Virtus argumẽti in hoc conſiſtit: aiæ ſi ante q̃ corpus haberẽt nõ erant, qđ nõnulli philoſophorũ ſenſerunt nobiſcũ, nã vt diu⁹ Aug. dicit anima creando infundit̃, & infundendo creat̃: ergo nec poſt corpus erũt: quia oẽ qđ ẽ genitũ tendit ad interitũ. Quocirca Platõici dixerũt aĩas in cælo fuiſſe in cõparib⁹ ſtellis anteq̃ corporib⁹ infunderentur: & Pythagorici nõ credẽtes aiam poſſe ex nihilo creari, & ppterea opinãtes ſp ĩ certo nũero fuiſſe, dicebãt eas de corpore in corpus iuxta merita trãſire. Nos vero p fidẽ didicim⁹ nõ eẽ ipoſſibile apđ deũ oẽ verbũ: q & ſpũs cęleſtes & noſtros de nihilo vt ſp ſint creauit. Sed ad auctorẽ. Tẽp⁹ auidũ deuorat nos: qđ de corpe verũ ẽ, ſic tñ vt reſurgat & chaos.i. pria & cõfuſa materia vñ oĩa nata putãt, oĩa in ſe reſoluẽs: mors ẽ idiuidua.i. nõ diuiſa ſic vt ĩ alterã tñ ptẽ agat: q̃a eſt noxia.i. nociua corpi: nec pcẽs aię: qđ de ratiõali verũ nõ ẽ. Tęnara.i. trãſitus ad iferos p Tęnara pmõtoriũ Laconicũ, & regnũ.ſ. ifernũ, ſub dño aſpo.ſ. dite, & Cerber⁹ cuſtos.ſ. inferni, obſidẽs limẽ.ſ. inferni, nõ facili.i. difficili oſtio, exire volẽti: ſed igredięti, noctes atq; dies patet atri ianua Ditis: ſup. ſunt rumores vacui & verba inania: & fabula par.i. ſĩlis, ſõnio ſollicito: quia ſõniamus nos aut ſubmergi, aut p̃cipitari, aut alioqui torqueri: & experrecti nihil tale cõperimus.

BERN. ¶Quo biſſe. Duodeci ſigna: vt illa faciũt curſũ ſuũ, ita cito trãſit vita nrã. Turbie. curſu accelerato. Domi n⁹. ſol priceps ſtellarũ a quo oĩa ſumũt lucẽ. Hecate. luna. Obliqs. hẽt obliquũ curſũ p zodiacũ: nec hẽt ſplẽdorẽ niſi p ſolẽ obliquũ: vt euitet terrã. Flexib⁹. flexionib⁹. Lacus. p circuitionẽ dicit ſtygiã paludẽ p quã iurãt dei. Vſq̃. q ſemel mortu⁹ ẽ ãpli⁹ nõ ẽ. Vt calidis. queãdmodũ vaneſcit fum⁹ & nubes ĩ aere, ita & ſpũs nr̃ moriẽte corpore. Arctoi. vẽti ſeptẽtrionalis. Spatij. vitæ nrę velociter currẽtis. Meta. vltim⁹ termin⁹. Auidi. cupidi moriẽdi. q putãt ſe poſt mortẽ ire ad felicitatẽ nihil inueniẽt. Solliciti. anxij: q timẽt poenas nõ eſt

opus cū nihil sit p⁹ mortem. Quaeris. vbi eras priusq̄ eēs natus.s.nusq̄. Chaos.cōfusio elementorū: oīa dissoluēt i pricipia sua. Indiuidua.nō sepaꝛ mors vt faciat ptē hois viuere ptē mori. Tenara.specū apud Lacedęmonē vbi dicebaꝛ descēsus ad iferos.noli credere ꝙ sit infern⁹,nec iudex inferni,nec Cerberus custos: quia sunt fabulae. Vacui. fama sine effectu. Sōnio.queadmodū somnias aliqđ malū qđ te sollicitat deinde nihil reperis .Vnde credendum non est animam Achillis apparuisse.

DAN. ¶Hecate. Luna: ꝙ placareꝛ cētū victimis institutore Menelao vt supius visū est. Ipaq; mors nihil. Honora t⁹ntiꝛ ꝓbare nō recte dici mortē id qđ cōsumptionē demōstrat: sed potius interitū: quasi aię & corpis dissolutionē: & quū singulę ptes i corpe nr̄o seperatae petāt suū gen⁹,ideo nihil cōsumi manifestū est. Metū.de futuro malo. Spē.de imminēte bono. Quo nō nata iacēt.responsio est: ac si diceret nusq̄ iacebis.

Actus Tertius. Trimetri iambici.

ANDROMACHA.SENEX.VLYS.



Vid mœsta Phrygię turba lacee ratis comas?
Miserumq; tunsę pectus: effuso genas
Fletu rigatis? leuia perpessae sumus
Si flenda patimur. Ilium vobis modo:
Mihi cecidit olim: cum ferus curru incito
Mea membra raperet: & graui gemeret sono
Peliacus axis pondere Hectoreo tremens.
Tunc obruta atq; euersa Troia concidit.
Torpens malis: rigensq; sine sensu feror.
Iam erepta Danais coniugem sequerer meū
Nisi hic teneret: hic meos animos domat:
Moriq; prohibet: cogit hic aliquid deos
Adhuc rogare: tempus erumnae addidit.
Hic mihi malorum maximum fructū abstulit:
Nihil timere: prosperis rebus locus
Ereptus omnis: dira qua veniant habent.
Miserrimum est timere: cū speres nihil.

ASCEN. 

Vid mœsta &c. In hoc tertio actu Astyanax Hectoris fili⁹ q & Camādrus ab eo dict⁹ est, a mr̄e abscōsus & tādē i sepulcro p̄sno inuēt⁹ ab arce p̄cipitaꝛ. Loquiꝛ i pricipio Andromache mr̄ ei⁹ dicēs se ꝓpter filiū solū velle viuere. vn̄ grauior ex eius casu orieꝛ dolor. Ordo est. O Phrygię.s. mulieres (Sic Maro. O vere Phrygię neq; eni Phryges) appositorie, turba moesta, qđ.i.ad qđ laceratis comas? alij manus legūt: qđ si ē: itellige tūdēdo pectora. & tūsae. i. hn̄tes tūsū aut tusū, miserꝫ pect⁹.s.v r̄m, rigatis genas fletu effuso? nos sum⁹ ꝑpessae leuia si patimur flēda.i.talia vt nos flere sinant: qa in grauissimo dolore torpem⁹ & dirigem⁹: neq musq; flere. Iliū cecidit vobis mō qn̄ captae eltis: & cecidit mihi.i. iudicio meo, olī cū axis Peliac⁹.i.rota Achillis regis Pelij, fer⁹.i. inhumani dn̄i, raperet.i. traheret circū pgama, curru icito.i. velociter acto, mea mēbra.i. coniugis mei: qa cōiuges sūt duo i carne vna: & gemeret graui sono tremēs pōdere Hectoreo.i. corpis Hectorei. tūc Troia obruta atq; euersa cōcidit.s. mihi: ego feror torpēs atq; rigēs. i. idurata & stupescēs, malis, sine sensu: & ego erepta.s. p necē quā mihi cōcitassē, Danais.i. gręcis victorib⁹, seq̄rer iā coniugē meū.s. Hectorem: nisi hic.s. fili⁹ me⁹ Astyanax, teneret me.s. i vita: hic.s. fili⁹ me⁹ domat aios meos: q i me ip̄am sęuirent: & ꝓhibet mori. Hic cogit sup. me, rogare deos adhuc aliqd.s. salutē suam aut ip̄i⁹ (meli⁹ aliquid q̄ aliquos legas) & hic addidit erūnae.i. calamitati meę tps. quia si ip̄e nō eēt perissē: & ita nō eēt erūnae maiori loc⁹. Hic.s. fili⁹ me⁹ abstulit mihi maximum fructū malorꝫ.i. quē mala pariūt.s. nihil timere: quia q nihil pdere possūt, aut maiora pati nequnt nihil timēt. Daniel illusus exemplari suo legit nil temere.i. sine ratione inquit: metro & sensu refragāte. Oīs locus ereptus sup. est rebus ꝓsperis. dira .i. tā mala vt execrabilia sint, habēt.i. inuenerūt viā qua veniāt.i. nulla spes meliorum est & met⁹ peiorum: at miserrimum est timere cum speres nihil.

BERN. 

Vid mœsta. Hic est terti⁹ actus vbi Andromache comitata a sene ꝓpter pudorē arguit Chorum mulierꝫ plorantiū: ꝙ poti⁹ moriantur q̄ viuant in tantis miserijs: vn̄ dicit iamdudū interfecissē me quādo vidi Hectorē mortuum: sed amor filij mei prohibet. Vobis. nunc Troia vobis est destructa. Mihi autē qn̄ Hector fuit mortuus. ex eo tēpore putaui me captā. Ferus axis. crudelis currus Achillis quo tractus est Hector mortuus ter circum moenia Troiana. Mea membra.i. Hectorem maritum meum. nam tunc putabam me trahi. Sono. strepitu propter pondus. Torpens. ecce illud qđ dicit leuia: ꝙ non debent tantum flere. ipsa doleo plusq̄ vos: & non lachrymor sed stupeo. Torpens. propter dolorem stupēs. Rigēs. quasi res cōgelata. Erepta. non essem in manu graecorꝫ: sed mortua sequerer maritum meum: nisi hic.s. filius meus teneret. Erumnae. miseriae. Hic mihi. solent summa mala facere securum: qui omnia passus nihil timet: sed filius meus eripit mihi istum fructum: quia non mihi, sed ipsi timeo. Prosperis. nō habemus aliquā spem boni: sed mali. Dira. aduersa. Habent.s. viam: qua veniāt ad nos.

DAN. ¶Quid mœsta. Perimitur Astyanax ereptus de sinu Andromaches matris per Vlyssem. Est autem sextum carmen trimetro constans iambico Archilochio. Primo igitur de occultatione pueri tractatur. Andromache cum sene Troiano suum pri⁹ & filij deplorat infortunium. Fuit Andromacha vt Home. est testis filia Eetiōis regis Thebe ivxor Hectoris: cui pepit filium quē Hector vocauit Camādrū. alij aūt Astyanacta: quasi vrbis regē ad quē spectabat regnū: siue ꝙ sol⁹ illi⁹ pr̄ vrbē tutareꝛ. Peliacus. Thessalicus a Pelio monte. Nisi hic. filius meus Camandrus. Nil temere. sine causa.

ASCEN. ℂQuis te &c. Senex q ob honestatē relict⁹ erat Andromache comes q̄rit. O Andromache quis metus recens cōmouit te afflictam? Andro. respondet: pręsagiens malū futurū. potest autē legi aliquod & aliquid: si aliquod sic, Aliquod malum maius scilicet q̄ adhuc passa sum exorit ex malo. s. p̄terito: qa vulgo dr nullum malum venit solū. si aliquid, legēdum ē per appositionē sic, Aliquid exoritur ex malo, ma⁹ malū. i. quod sit maius malū: fatum Ilij ruentis nōdum stetit. i. adhuc curit ad maiora mala. Ad quod senex. Ecquas (alij Et q̄s) clades scilicet nouas & maiores reperiet deus, vt velit id est vt modo deus dicat velle reperire? Andromache. Claustra profūdi stygij id est infernalis, & spec⁹ obscuri (sto macho muliebri id dictum quasi Achilles ad barathrum aut tartara detrusus sit) laxantur id est aperiuntur ad inferenda nobis incōmoda: & ne metus desit euersis scilicet nobis Troianis, hostes conditi id est sepulti, exeunt ab imo tumulo. Est ne iter peruium retro id est de morte in vitam: aut ab inferis ad superos: solis Danais? Nam de alijs etiā nostri dicunt illud (cuius tamen & alius est sensus) Spiritus vadens & non reuertēs. Certe, quicquid fingant Danai, mors est aequa scilicet omnibus mortalibus: non magis permittens graecos q̄ Troianos apparere suis. Iste terror scilicet qui per Achillis vmbras iniectus dicitur, turbat atq̄ exagitat Phrygas, id est Troianos omnes: communis scilicet omnibus Phrygibus: hic scilicet quem dicam, sopor noctis horridę. i. visus quē in nocte habui, exterret, proprie. i. peculiariter, animum meum. Senex. Effer in medium id est enuntia palam vt omnes cognoscant: quę visa. i. visiones, portent id est afferant tibi metus. Andro. Nox alma, quae alit praecipue tristes, qui tristia tunc non vident, aut q̄ alit dormientia oia aiantia, trāsierat fere duas ptes. s. sui. i. iam instabat mediū noctis: aut poti⁹ cū in tres vigilias distributa sit nox, iā duę e tribus ptib⁹ noctis trāsactę fere erāt: & septem stellae q̄ in septētrione sūt, verterūt iugum. i. temonē plaustri ad septētrionē positi: quies ignota. i. insolita, venit tandē afflictę. s. mihi: & sōn⁹ breuis obrepsit genis. i. palpebris fessis. s. lōgo luctu & vigilijs (si stupor ille mentis attonitę ē. s. appellād⁹, sōn⁹) cū Hector stetit subito aī oclos nr̄os: nō sup. talis, qualis ferens vltro. i. nō prouocatus nec coactus se defendere, sed spōte sua, bella in argiuos, petebat, facibus. i. flāmis Idaeis. i. Troianis, rates. i. naues, graias. i. graecas: nec sup. talis, q̄lis furēs in Danaos. i. graecos, cęde vasta, tulit ex Achille simulato. i. ex Patroclo armis Achillis pugnare recusātis munito, vera spolia. s. Achillis: qa reuera arma illius erāt licet Patrocl⁹ ea portabat. vñ ęne. ij. Hei mihi qualis erat? quantū mutat⁹ ab illo Hectore: q redit exuuias idut⁹ Achillis? Nō sup. erat ei, ille vultus intendēs. i. augēs iubar flāmeū. i. splēdorē inflāmatū: sed sup. vult⁹ fessus ac deiect⁹ & grauis fletu, & silis nostro. s. vultui, obtectus coma squalida. i. turpata: tñ. i. licet deformat⁹ fuerit, iuuat. i. delectat, vidisse sup. eum.

Se. Quis te repēs cōmouit afflictā metus? A.
Exoritur aliquid maius ex magno malum.
Nondum ruentis Ilii fatum stetit. Sen.
Ecquas reperiet: vt velit: clades deus? An.
Stygii profundi claustra: & obscuri specus
Laxantur: & ne desit euersis metus
Hostes ab imo conditi tumulo exeunt.
Solis ne retro peruium est Danais iter?
Certe ęq̄ mors ē. turbat: atq̄ agitat Phrygas
Communis iste terror. hic proprie meum
Exterret animum noctis horrendę sopor. Se.
Quae visa portent effer in mediū metus. An:
Partes fere nox alma transierat duas:
Clarumq̄ septem verterant stellae iugum:
Ignota tandem venit afflictae quies:
Breuisq̄ fessis sōnus obrepsit genis:
(Si somnus ille est mentis attonitae stupor)
Cū subito nostros Hector ante oculos stetit:
Non qualis vltro bella in argiuos ferens:
Graias petebat facibus Idęis rates:
Nec caede vasta qualis in Danaos furens
Vera ex Achille spolia simulato tulit.
Non ille vultus flammeum intendens iubar:
Sed fessus: ac deiectus: & fletu grauis
Similisq̄ nostro: squalida obtectus coma
(Iuuat tamen vidisse). tum quassans caput
Depelle somnos inquit: & natum eripe
O fida coniunx: lateat: haec vna est salus.
Omitte fletus: Troia q̄ cecidit gemis?
Vtinam iaceret tota: festina: amoue
Quocunq̄ nostrae paruulam stirpem domus.
Mihi gelid⁹ horror: ac tremor sōnū excutit:
Oculosq̄ nunc huc pauida: nunc illuc ferens:
Oblita nati misera quaesiui Hectorem.
Fallax per ipsos vmbra complexus abit.
O gnate magni certa progenies patris:
Spes vna Phrygibus: vnica afflictae domus

Veterisq; soboles sanguinis nimium inclyti:
Nimiumq; patri similis:hos vultus meus
Habebat Hector:talis incessu fuit:
Habitusq; talis:sic tulit fortes manus:
Sic celsus humeris:fronte sic torua minax
Ceruice fusam dissipans lata comam.
O nate sero phrygibus:at matri cito.
Eritne tempus illud:ac felix dies:
Quo Troici defensor & vindex soli
Recidiua ponas Pergama?& sparsos fuga
Ciues reducas?nomen & patrię suum
Phrygibusq; reddas?sed mei fati immemor
Tam magna timeo vota:quod captis sat est:
Viuamus:(heu me)quis locus fidus meo
Erit timori?qua ve te sede occulam?

tũ.i.insup quassans.i.frequẽter cõcutiens,caput.s.suu,inquit.s.ad me:depelle somnos:& eripe.s.cędi,natum.s.Astyanacta:O cõiũx fida,lateat.i.abscõdat.s.finus.haec vna.i.sola est salus.& cũ id audiẽs flerẽ,addidit:omitte fletus:tu gemis q Troia cecidit,vtinã iaceret tota.i.vtinã nõ plures q̃ iã ceciderũt casu:i fine:festina,amoue quocũq;.i.i quẽcũq; locũ,stirpẽ paruuiã domus nr̃ę.i.filiũ nostrũ Camandrũ.Horror gelidus ac tremor excutit mihi somnũ:qđ Seruius mali euentus indiciũ semp esse obseruauit:& ego pauida ferẽs oculos nũc huc,nũc illuc.i. i diuersas partes,ego misera oblita nati.i.filij,quaesiui Hectorẽ.s.in lecto meo:& vmbra q̃ apparuerat,fallax,quia corpus rep̃sentat,cũ corpus nõ sit,abis p cõplexus ipsos.i.dũ conor maritũ cõplecti.Conuerso deinde sermone per apostrophen ad filiũ inquit.O Gnate certa pgenies magni patris.s.Hectoris.spes,vita,aut vna,Phrygibus,vnica soboles dom⁹.s.Hectoreę,afflictę,& veteris sanguinis iclyti.i.clari & gloriosi nimiũ:qa ob claritudinẽ petebatur ad necẽ:& similis nimiũ patri,qa ne patri similis vltor esset patris petebat,vt dixi,ad necẽ.Hector me⁹.s.maritus,habebat hos.i.huiusmodi vult⁹:ipse fuit talis incessu.i.i mõ incedendi:& fuit talis habitus:& tulit sic vt tu fers,manus fortes:& sup.fuit sic vt tu,celsus humeris:& minax sic,fronte torua:ita vt filius cũ armatũ aspicere formidaret:dissipans.i.in diuersa iactãs,comã.i.caesariẽ fusã ceruice lata.i.p ceruicẽ latã.O sup.fili,nate.i.orte & edite(est enim pticipiũ)Phrygib⁹ sero:quia nõ potuisti eis p aetatẽ esse ptector:& cito sup.nimis matri:quia sine te nihil timeret:nũc aũt tibi maxime timet eo q patrem refers:nõ enĩ vellet nõ esse natũ,sed nõ tã cito vt minus subiectus esset inuidię:minusq; patrẽ referret. Erit ne s.aliqñ,illud tp̃s ac dies felix:quo tu defensor & vindex soli.i.regni Troici,ponas Pergama recidiua(credam rediuiua scribendum)& reducas ciues sparsos fuga?& reddas patrię & Phrygib⁹ nomẽ suum.i.decus regale?sed ego immemor fati mei timeo.s.facere tã magna vota.i.desyderia.Viuam⁹.i.opto vt viuam⁹:qđ satis ẽ captis.Heu me:qs locus erit fidus timori meo.i.tibi quem timeo,aut ei quod timor suadet:qua ve sede occulam id est abscondam te?

¶Exorit.Timeo q video aliud maius malum nobis impendere q̃ habuim⁹:quia fatum ruẽtis Ilij adhuc nõ stetit.i.firmatũ ẽ. Vt velit.q̃uis de⁹ velit dare nobis maiora mala nõ posset repire. Stygij laxant.aperiuntur claustra inferni & surgũt aię q sanguinẽ nostrũ petant. Solis Danais.est ne cõcessum solis grecis redire ab inferis magis q̃ marito meo.& alijs. Acqua.ęq̃ iis. Terror.oib⁹ Troianis hic terror est q surgãt greci sd petẽdũ sãguinẽ:sed me turbãt visa noctis. Phrygas.Troianos. Partes.explicat Andromache visa,dicẽs q vidit Hectorẽ laceratũ q monebat vt filiũ Astyanacta occultaret:q̃ res ipam sollicitã facit. Septẽ stellę.q̃ faciũt plaustrũ vt supra diximus. Iugũ.temonẽ.manet in similitudine plaustri. Ignota quies.qa nõ solebã dormire. Obrepsit genus.oculis clã venit. Ideis.sumptis de Ida sylua qñ cõbussit naues graecorũ. Vera.arma Achillis quib⁹ erat indut⁹ Patroclus:vñ dicit Achille simulato:quia iuuenis magni animi sumpserat arma Achillis vt incuteret terrorẽ Troianis:& illũ Hector occidit,armisq; spoliauit. Similis nr̃o.ita tristis quemadmodũ est meus. Iuuat.licet fuerit ita squalidus iuuat tñ me vidisse. Mihi gelidus.cũ vidissem vmbram mariti,subito coepi tremere:qđ malũ erat signũ.vñ oblita filij,illũ solũ quęrebã,sed nõ cõplecti potui. O nate.Andromache cõmiserãs nato loquit̃ de spe illi⁹ q Pergama posset restituere si supstes fuerit:sed vbi occultet eũ nõ est loc⁹ in vrbe tã diruta:tandẽ veniens ad sepulcrũ patris Hectoris in eo occultare statuit illũ. Dissipans.spargẽs:habebat collũ latum & crines superinfusos. Sero.tarde.si esses adultus & magnus posses defendere patriam. Matri cito.quia si non esses adhuc natus non haberem hanc calamitatem. Recidiua.renascentia:videbo ne illud tempus quo restituas Troiam? Vota.magnum est votum q debeas instaurare Troiam:sed tantum orabo vt possimus viuere:quod satis debet esse captis. Timori meo.filio pro quo timeo. BERN.

¶Sterit.Pro restitit.i.cessauit. Tandẽ.quasi q̃ lachrymis & singultibus vexata tandẽ in soporẽ cecidi. Nõ qualis.sic Aeneas narrat:q̃ si inde videat̃ acceptũ.Hei mihi qualis erat q̃tũ mutat⁹ ab illo Hectore q redit exuuias indut⁹ Achilli.Hector apud Homerũ in.ρ.Iliados spoliato Patroclo salit sup currũ:arma aũt dedit Troianis ferre in vrbẽ magnũ decus sibi ipsi.ἐκ τῶν Δαναῶν ὁμιλον ἰὼν ἀνεχάζετο ταίρων ἔρδοδι φρον Δαμορευ δε δι λου λυγε τευχεα καλα τρωσι φερειν ποτι ασυ μεγα κλεος ἔμμεναι αυτω. Petebat.impetebat,corripiebat. Nõ ille.Homerus cõparat Hectora flãmę inextinctę.ὀξεῖα κεκληγυῖα φλογι ἴκελοι ἀορθοι σοιο ασβεσω. DANI.

Vtinam iaceret tota.vtinam clades quae ei imminet iam esset exacta & completa. Mihi gelidus.inhorrui q̃ primũ ab hoc phantasmate:& statim consurgo circũspiciens sicubi Hectorem inuenirẽ. Hos vultus meus.pathos ab imagie & colore:quemadmodũ ipa ad Ascanium in epiro loquitur.O mihi sola mei super Astyanactis imago:Sic oculos,sic ille manus,sic ora ferebat &c. O nate sero.participium nate. Recidiua.rediuiua dixit Silius. Nomẽ.famã & decus.& nos aliquod nomẽq; decusq; Gessim⁹.Vir.in secũdo aenei.

Arx illa pollens opibus:& muris deum:
Gentes per omnes clara:& inuidię capax:
Nũc puluis altus:strata sunt flamma omnia:
Superestq; vasta ex vrbe:ne tantũ quidem:
Quo lateat infans.quẽ locum fraudi legam?
Est tumulus ingens coniugi charo sacer:
Verendus hosti:mole quẽ immensa parens
Opibusq; magnis struxit in luctus suos
Rex non auarus:optime credam patri.
Sudor per artus frigidus totos cadit:
Omen tremisco misera feralis loci. Se.
Hæc causa multos vna ab interitu arcuit
Credi perisse.vix spei quicq̃ est super.
Graue põdus illũ magna nobilitas ꝓmit. An.
Ne prodat aliquis.Se.amoue testes doli. An.
Si quæret hostis?Se.vrbe in euersa perit.An.
Quid proderit latuisse redituro in manꝰ? Se.
Victor feroces impetꝰ primos habet. An.
Quid q; latere sine metu magno nequit? Se.
Miser occupet pręsidia:securus legat. An.
Quis te locus:quę regio seducta:inuia:
Tuto reponet?quis feret trepidis opem?
Quis proteget?qui semp:etiam nunc tuos
Hector tuere:coniugis furtum piæ
Serua:& fideli cinere victurum excipe.
Succede tumulo nate:quid retro fugis?
Turpesq; latebras spernis?agnosco indolem:
Pudet timere.spiritus magnos fuge:
Animosq; veteres:sume quos casus dedit.
En intuere turba quę simus super:
Tumulus:puer:captiua.cedẽdum est malis.
Sanctas parentis conditi sedes age
Aude subire.fata si miseros iuuant
Habes salutem:fata si vitam negant
Habes sepulcrũ.Se.claustra cõmissũ tegant.
Quem ne tuus producat in medium timor
Procul hinc recede:teq; diuersam amoue.An.

ASCEN. ¶ Arx illa. Probat sibi deesse locũ tutũ iquo filiũ abscõdat:qa illa arx.s.nobilissima,Ilij,pollẽs.i.potens luci de,opibꝰ& muris deũ.i.deorũ opa cõstructis vtpote Neptũni & Apollis:clara p oẽs gẽtes & capax iuidiæ qa sũma petit liuor,nũc sup. est puluis altꝰ:& oia sũt istrata.i.i terrã decussa,flãma.i.igni:& ne tm̃ qdẽ quo infãs lateat supest ex vrbe vasta.i.valde ampla nup:quẽ locũ legã.i.deligã aut eligã fraudi.i.ad fraudẽ faciẽdã grecis?Q uęrit id apd̃ se: deide q̃si inuẽto loco,dicit. Est tumulꝰ ingẽs,sacer cõiugi charo.s.Hectori(alij sacro legũt)verẽdꝰ hosti,vt quẽ hostis nõ violauit,quẽ.s.tumulũ,parẽs.s.Hectoris Priamꝰrex,nõ auarus.i.liberalꝭ struxit i luctꝰ suos.i.ad cõsolandos luctus suos,mole imẽsa & opibꝰ.i.impẽsis magnis.Ego optie credã s.filiũ,pr̃i.s.Hectori. At qa hoc dicendo visa ẽ velle eũ mittere ad patrẽ.s.ad iferos:dicit: Sudor frigidꝰ cadit p totos artꝰ:qa misera tremisco.i.tremẽs horreo omẽ feralis loci.i.infaustã significationẽ mortis eius:eo q; in loco ferali.i.vbi mortui sunt reliquię,eum occultare paro. Ad hoc senex interp̃tans ad bonũ omen ptinere dicit: Hæc vna causa.s.credi perisse,arcuit.i.phibuit,multos ab interitu. Vix quicq̃ spei,est super.i.vltra hanc cautelam:si feceris vt credatur perijsse:quia graue pondus,videlicet magna nobilitas,ꝓmit illũ.s.filiũ tuũ:hoc est vrget ad mortẽ ob timorẽ & inuidiã. An. Timeo sup.aut dũmodo,ne aliq ꝓdat sup.eũ. Sen.amoue testes.i.cõscios qui possint esse testes doli. An. Si hostis q̃ret sup.eũ: qd dicam? Sen.perit pro perijt in vrbe euersa. An. Q uid proderit latuisse.s.ad modicum: ẽpꝰ (nam perpetuo non poterit cum nõ sit in tumulo relinquendus vbi ꝓficiscamur)redituro.s.paulo post,in manus.s.hostium? Sen. Victor.s.omnis,habet primos impetus feroces:quia occidere solet quotquot offenderit armatos aut armoꝝ potẽtes. An. Q uid sup.dicã aut dices,q;.s.filiꝰ nõ põt latere sine magno metu.s.meo? aut metu ꝑ piculo. Se. Miser.i.is q ẽ i sũma miseria,occupet.i.q̃ prima occurrerit ꝓripiat,ꝓsidia.i.defẽsacula:securꝰ.i.q nihil timet,legat.i.eligat q̃liacũq; vult:cũ illi otiũ & facłtas suppetat. An. O fili. Q uis locꝰ,q̃ regio seducta.i.sepata a cõgressu hominũ,iuia.i.inaccessa,reponet.i.abscõdet te tuto.i.sine piculo?q s.s.deoꝝ aut hoim feret s.nobis trepidis,opẽ.i.auxiliũ? O Hector tu q sp nos tutatꝰ es ac ꝓtexisti, tuere.i. ꝓtege, etiã nũc tuos. Serua.i.custodi, furtũ cõiugis piæ.i.filiũ p pietatẽ apd̃ te repositũ:& excipe cinere.s.tuo fideli, victuꝝ,nõ sepeliendũ.ne omẽ sit id addit o Nate.i.fili,succede tumulo qd fugis retro? vt decoꝝ gñis& indolꝭ seruet facit abhorrere a latebris.& qd spnis latebras turpes? Agnosco indolẽ.i.virtutis pinę in te seminaria:pudet sup.timere.i.facere opus timidi aut timẽtis:o fili fuge.i.exue,spũs magnos & aios veteres.i.prioris fortunæ:sume sup.aios,quos casus dedit.en ituere q̃ turba supsimꝰ.i.supuiuamꝰ.tumulꝰ.i.pater sepultus,puer.s.tu & captiua.s.ego mater.cedendũ est malis. Age,adhortãdi vox,aude subire id est intrare,sanctas sedes.i.sepulcrũ,quę veræ sedes sunt vt æneí.vj. Sedibꝰ hũc refer ante suis,parentis.s.Hectoris,cõditi.i.sepul

Leuius solet timere qui propius timet.
Sed si placet referamus hinc alio pedem. Se.
Cohibe parumper ora:questusq; opprime.
Gressus nefãdos dux cephalenũ admouet. An.
Dehisce tellus:tuq; coniunx vltimo
Specu reuulsam scinde tellurem Stygis:
Sinu profundo conde depositum meum.
Adest Vlysses:& quidem dubio gradu:
Vultuq; nectit pectore astus callidos. Vly.
Durae minister fortis hoc primum peto:
Vt ore q̃uis verba dicantur meo
Non esse credas nostra: Graiorum omnium
Procerumq; vox est:petere quos seras domos
Hectorea soboles ꝓhibet.hanc fata expetũt.

ti. Si fata iuuant miseros.i. decreuerunt nos iuuare,habes salutẽ.s.si ad tẽpus latueris (pquod innuit fata operã nostrã exigere:neq; cum infantis dicendũ,si prędestinauit me ad salutem deus saluꝰ ero quicq̃d fecero:si pręsciuit damnandũ damnabor:qa vt dicit August.Qui fecit te sine te,nõ saluabit te sine te & qui finẽ pręuidet etiam media ad illũ pręuidet)si fata negant vitã habes sepulcrũ.Quo dicto intrauit puer:& Senex,Claustra inquit tegant commissum.i.quẽ illis cõmisimꝰ:hoc est clausus seruetur puer incolumis:quem.s. puerum,ne timor tuus producat in medium i.ꝓdat hosti,recede ꝓcul hinc:& amoue te diuersam. An.Is qui timet ꝓpius solet timere leuius:quia de multum distantibus grauius timemus. Sed si placet(sciuit placere sed maternus animus a filio diuelli vix potuit)referamus pedẽ.i.abeamus,hinc alio.i.ad alium locum.Quo dicto senex videns Vlyssem,inquit:cohibe parũper ora.s.tua:& opprime.i. extingue questus.s.querelas : dux Cephalenũ.s.Vlysses,admouet.s.ad nos, gressus nefãdos.An.O tellus dehisce.s. vt abscondas puerum:& tu coniunx.s.Hector scinde tellurem euulsam vltimo specu stygis:& conde depositum meũ.i.filiũ quẽ cineribus tuis depositũ cõmisi,sinu ꝓfundo:Vlysses adest:& quidem gradu dubio.i.cũctabundo & ancipiti:vt habẽt qui secum aliquid anxie diſq̃runt:nunc eñ stant,nunc currunt,nũc lente ingrediunt̃:nectit.i.se nectere indicat,vultu & pectore,astus callidos.Vlys.Ego minister.i.executor,fortis durę.i.oraculi tristis,peto hoc primũ:vt q̃uis verba dicant̃ ore meo tñ nõ credas esse nostra.Vox.s.quã dicam,est omniũ Graiorũ & procerum:quos soboles hectorea ꝓhibet petere domos feras.i.sero reuidendas:quia fata expetũt hanc.s.sobolem vt immoletur.

¶ Arx. Solebamus habere arcẽ potentissimã constructã ab Apolline & Neptuno: q̃ nũc est versa in cineres. Fraudi.occultationi filij mei eligã. Parens. Priamus pater Hectoris. Non auarus.qui voluit facere magnificum tumulũ in memoriã luctus filij sui Hectoris. Credã.cõmittã ad custodiam patri Hectori. Omen. signum mortis filio meo quem volo occulere in sepulcro. Feralis.dicati morti. Hęc causa. si crederẽt ipm mortuum esse nõ quaererẽt:& ipe esset tutus. Credi perijsse.ꝙ crederẽt aliquẽ mortuũ. Vix.nulla est spes occultationis apud superos. Nobilitas.q̃ ipm nõ dimittit occultari:nã principes apud oẽs cognoscũtur. Amoue. vade sola vt nullus sciat. Vrbe.dicito ꝙ mortuus est in euersione vrbis. Quid ꝓdest.si nũc occulto ipm qñ discedã non dimittam eũ:ad quid igit̃ occulto si omnino venturus est in manus hostiũ? Victor.est ferocior in primo impetu,deinde remittit iras. Quidq;.si bñ occulto eũ ero semp in timore. Miser. q habet fortunã ꝓpitiam potest facere qđ vult:q habet aduersam faciat qđ põt. Securus. q habet tẽps eligẽdi qđ vult. Occupet.accipiat qđ affert̃. Quis te.discedẽs Andromache ad occultandũ filiũ cũ eo loquit̃. Seducta.separata. Inuia.remota. Furtũ.filiũ furti occultatũ. Victurum.s.filiũ. Succede.ingredere. intelligendũ est ꝙ aperto sepulcro volebat filiũ introducere & ipe nolebat intrare. Pudet timere.scio ꝙ habes animositatẽ paternã & nõ velles timere:sed opus est ꝙ deponas istos spũs:& inspicias casus nostros. Intuere. consydera ꝙ sumus adeo pauci & nihil restat nisi tumuli de patria nostra quia oia alia sunt diruta. Cedendũ. oportet facere vt possumus in tantis malis. Conditi.sepulti:si dij dabunt tibi fauorem habebis vitam:si erũt contrarij ad minus habebis sepulcrum. Claustra.puer intrauit sepulcrum: vnde senex dicit recede mater ne prodas ipsum hostibus tremore tuo. Diuersam.semotam a loco isto. Leuius.est melius vt remaneã ibi:quia praesentes non timent nisi quae vident:absentes autem omnia timent. Propius.vicinius. Referamus pedem.recedamus si vis. Cohibe.cum senex vidisset Vlyssem venientẽ ad quęrendum puerum,dicit illi tace. Cephalenum.populi Cepheleniae: quae insula est in Ionio mari teste Plinio libro quarto. Haec Melena quondam dicebatur:fuitq; sub Vlyssis imperio. Admouet.appropinquat. Dehisce tellus.rogat tacita Andromache vt terra aperiat se:& maritum suum vt accipiat filium ad inferos: ne Vlysses reperiat eum. Conde.occulta. Depositum.filiũ meum quem deposui in sepulcro & credidi tibi. Dubio.quando quis vadit cogitabundus non continuo gradu ambulat. Astus.astutias magnas inuenit:qđ apparet in vultu eius. Durae.loquitur Vlysses excusando se Andromache:ꝙ si petit filium suum, id facit non sponte,sed mandato graecorum. Sortis.quia electus sum ad id a graecis. Vt ore.licet dicam ista verba: nõ credito esse mea:sed oium gręcorũ:q nõ discedẽt nisi prius habuerint filiũ Hectoris. Seras.tardas:q mãserunt apđ Troiam per decem annos. Hãc sobolem .filium tuum. BERN.

¶ Est tumulꝰ. Alba ossa Hectoris collegerũt frẽs & socij lugẽtes:& locarũt in vrna aurea operientes rubro velo:rursus posuerũt in caua fossa:insuper crebris lapillis strauerũt.haec Homerus de tumulo Hectoris. ριμ φα Δεδιμ ϛ Χεερ.περί Δε σκοποισια το παρτπ. Victor feroces.impetuosi sunt spũs in victore: caeterũ leues & vani. Miser.in eũ locũ quẽcũq; sors dederit se indat miser:cui aũt vacat is eligat & optet suo arbitratu. Qui semper.consuesti tuos defendere:etiam vnum id effice,custodi filium in tuo sepulcro:& fideli cinere filium victurum conserua. Animos veteres.magnitudinem animi qua refers parentes & auos tuos. Simus sup.

DANI. Tumulus Hectoris.

Antistrophe: pro supsimus.i. viuam⁹.iuxta illud Persij. Quid sumus: aut quidnã victuri gignimur. Sãcta parentis sedes. vertit se ad Astyanactẽ. Poeta Mantuanus. Pręterea fuit in tectis de marmore templũ Cõiugis antiqui miro qd̃ honore colebat. ergo sanctas sedes acsi diceret templum & sepulcrũ tui Hectoris. Minister. ego in hac tristi sorte. Seras. sero salutatas im pediente filio tuo quem poscunt fata.

Sollicita Danaos pacis incertæ fides
Semper tenebit: semper a tergo timor
Respicere coget: arma nec poni sinet:
Dum Phrygibus aĩos natus euersis dabit
Andromacha. An. vr̃ augur hoc Chalcas canit?
Vly. Etsi taceret augur hęc Chalcas: tamen
Dicebat Hector: cuius & stirpẽ horreo.
Generosa in ortus semina exurgunt suos.
Sic ille magni paruus armenti comes:
Primisq̧ nondum cornibus findens cutem:
Ceruice subito celsus: & fronte arduus:
Gregem paternum ducit: ac pecori imperat.
Quę tenera cęso virga de trunco stetit:
Par ipsa matri tempore exiguo subit:
Vmbrasq̧ terris reddit: & cælo nemus.
Sic male relictus igne de magno cinis
Vires resumit. est quidem iniustus dolor
Rerum æstimator: si tamen tecum exigas
Veniam dabis: q̧ bella post annos decem
Totidemq̧ menses iam senex miles timet:
Aliasq̧ clades rursus: ac nunq̃ bene
Troiam iacentẽ. magna res Danaos mouet:
Futurus Hector. libera nos hoc metu.
Hęc vna naues causa deductas tenet.
Hic classis hæret: ne ve crudelem putes
Q̧ sorte iussus Hectoris natum petam:
Petissem Orestẽ: patere qd̃ victor tulit. An.
Vtinam quidem esses nate materna in manu:
Nossemq̧: quis te casus ereptum mihi
Teneret: aut quę regio: non hostilibus
Confossa telis pectus: aut vinclis manus
Secantibus pręstricta: non acri latus
Vtrũq̧ flamma cincta: maternam fidem
Vnq̃ exuissem: nate quis te nunc locus,
Fortuna quę possedit? errore auio

ASCEN. ¶ Sollicita. Continuat legationem suã Vlysses hoc ordine. Fides sollicita.i. anxia, pacis incertę tenebit semp Danaos: (in epithetis hypallage est: fides sollicita tenebit Danaos: p fides incertæ pacis tenebit Danaos sollicitos) & timor coget.s. Danaos respicere semper a tergo: ne insequať vltor: nec sinet arma poni.i. deponi ab eis, dũ.i. donec, natus.i. filius tuus o Andromacha, dabit Phrygibus euersis animos.s. vlciscendi ac imperandi. An. Chalcas augur vester canit hoc? Ad qd̃ callidus Vlysses sciens fidem vatis posse eleuari, & simul volens aliã necessitatẽ ostendere, inqt. Etsi.i. q̃q̃ Chalcas augur taceret hęc tamẽ Hector, cui⁹ &.i. etiã stirpẽ horreo, dicebat.s. dũ viuebat: generosa semina exurgũt in ortus suos.i. crescit fili⁹, q succedet pr̃i, cu⁹ fortitudinẽ referens: quia generosa semina nõ degenerant. Sic ille.s. minor taurus, paru⁹ comes magni armenti.s. gregis vaccarum, paruus dicit, & nondũ findens cutẽ.s. frõtis, primis cornibus, celsus subito.i. pręter aliorum morẽ, ceruice, & arduus fronte, ducit.s. mox gregẽ paternũ.i. quẽ taurus maior duxerat: ac impat pecori.i. toti armento. Pręterea virga quæ stetit tenera, de trũco cæso .i. cum ablata primũ est a trũco, subit.i. exoriť exiguo tempore: ip̃a.i. qd̃ dicũt ipsamet, par.i. æqualis in altitudĩe, matri. Sic Maro. Atq̧ sub ingẽti matris se subijcit vmbra. Sane arbores truncæ vnde plantandæ sudes exciduntť nõ crescũt multum in altum: & ita facile a surculis superanť. & reddit terris vmbras, & cęlo.i. aeri, nemus.i. densas frondes. Sic cinis relictus male.i. incaute de magno igne, resumit vires. Dolor est quidẽ.i. certe.q.d. vt verum fatear, iniustus ęstimator.i. appretiator & cẽsor rerũ: si m̃ exigas.i. exacte explores cãm tecum, dabis veniã.s. gręcis filiũ tuũ ad supplicium poscẽtib⁹: q̧ miles iã senex post decem annos & totidẽ.i. etiã decẽ, mẽses, timet bella: & rurs⁹ alias clades.s. accipiẽdas a Troianis: ac Troiã nunq̃ iacentẽ.i. pstratam aut quiescentem, bene.i. satis. magna res mouet Danaos scilicet Hector alter futurus: libera nos hoc metu scilicet tradendo filium. Hæc vna causa tenet naues deductas scilicet a litore: classis hæret id est fixa est, hic id est in hac re: neue pro & ne, putes crudelem scilicet me q̧ iussus sorte aut oraculo, quia dictæ p carmina sortes: aut quia sortiti erant gręci quisnam pro Astyanacte mitteretur & sors ceciderat in Vlyssem: petã natum Hectoris: quasi dicat hostis acerrimi: q a si sors iussisset petissem scilicet ad suppliciũ, Orestẽ filiũ Agamẽnonis. Sicut aliquãdo petita est Agamẽnonis filia & Orestis soror: (cum ab ὀρεό quidmõs est deducatur, a pluribus sine aspiratione scribitur) addit ergo: patere.i. ęquo animo fer, quod victor scilicet Agamemnon tulit id est passus est in Iphigenia sut Iphianassa filia sua ob nauigationem habendam ma-

Vagus arua lustras? vastus an patriç vapor
Corripuit artus? sæuus an victor tuo
Lusit cruore? nunquid immanis feræ
Morsu peremptus pascis ídeas aues? Vly.
Simulata remoue verba: non facile est tibi
Decipere Vlyssem: vicimus matrum dolos
Etiam dearum: cassa consilia amoue.
Vbi nat⁹ é? An. vbi Hector: vbi cũcti phryges
Vbi Priamus. vnum queris: ego q̃ro oĩa. Vly.
Coacta dices: sponte quod fari abnuis. An.
Tuta est perire q̃ potest: debet: cupit. Vly.
Magnifica verba mors ꝓpe admota excutit.
A. Si vis Vlysse cogere Andromachã metu:
Vitam minare: iam mori votũ est mihi. Vly.
Verberibus: igne: morte: cruciatu: eloqui
Quodcunq; celas adiget inuitam dolor:
Et pectore imo condita arcana eruet:
Necessitas plus posse q̃ pietas solet.

ctata. An. Vtinã quidẽ o nate esses in manu. i. potestate mea: & nossem quis casus teneret te ereptum mihi: quia si scirem vbi esses, ego confossa. i. licet haberẽ aut deberẽ habere pectus confossum telis hostilib⁹, aut perstricta. i. licet essem perstricta aut haberẽ perstrictas manus vinclis secantibus. i. tã arcte prementibus vt findant eas, non cincta. i. licet haberem cinctum, vtrũq; latus flamma acri, exuissem vnq̃ fidem maternam. i. nunq̃ te reliquissem etiam si mihi sequẽdus esses per tela per ignes. q. d. q; te dereliqui efficax argumentũ est me nescire vbi sis. O Gnate quis locus & quæ fortuna possedit (nisi metrũ obstaret dicerẽ possidet) te nunc? an vagus errore auio id est nullam viam tenenti, lustras. i. circuis arua? an victor sçuus qui te cepit, lusit tuo cruore? nunquid peremptus morsu feræ. i. bestiæ immanis, pascis aues ideas. i. Idç mõtis syluosi? Vly. Remoue verba simulata: non facile est tibi decipere Vlyssem. Nos vicimus dolos matrum: etiam dearum vtpote Thetidis. de qua tamẽ Statius: Quis diuũ fraudib⁹ obstet? vicit etiam Clitẽnestrã: quæ quia dea nõ erat, nec Pallas mater, mallẽ stomachose dictum de vna pluratiue. Amoue cõsilia cassa. i. inania: & dic sup. vbi natus est. Ad qđ Andromacha, dic tu mihi: vbi Hector sup. est: vbi cũcti Phryges supple sunt: vbi Priam⁹: tu quçris vnum ego quero oia: q; si perierunt potuit & filius perijsse. Vly. Tu dices coacta quod abnuis fari spõte. An. Ea quæ potest, debet, cupit perire, vt ego, ẽ tuta. Vly. Mors admota prope excutit verba magnifica. An. Vlysse si vis cogere Andromachã metu, minare sup. illi, vitam. s. longam in seruitute. Mori est mihi iam votũ. i. desyderiũ. Vly. dolor adiget. i. cõpellet, inuitã eloq quodcũq; celas, verberib⁹. i. flagellis, igne, morte, cruciatu. i. omni tormẽtorũ genere ad mortẽ vsq; adhibito: & eruet arcana condita. i. abscondita & occulta imo pectore: necessitas solet plus posse q̃ pietas: quia multi vt mortem euaderent necessarios suos prodiderunt.

¶ Sollicita fides. Qui nũq̃ credẽt se tutos esse si superet ꝓles Hectoris: q̃ patrẽ & patriã vlcisci possit. Nat⁹. filius tuus faciet aĩos Troianis restituẽdi Troiã: græci nunq̃ erunt securi. Chalcas. ꝓdixit vobis hoc fatum augur vester. Dicebat. videbaƭ dicere demonstrando virtutẽ suã qualẽ puto futurã filij sui si vixerit. Generosa. ponit aliquas similitudines quib⁹ probat filiũ Hectoris pr̃i similẽ futurũ. Scindẽs. q nondum misit cornua. Comes. vitulus sequẽs armentũ. Quæ teners. alia similitudo. Matri. arbori de qua fuit ipa virga incisa. Subit. crescit. Nemus. copiã ramorũ. Sic male. alia similitudo: facto incẽdio nisi ignis bñ extiguaƭ iterũ accẽditur. Est quidẽ. cognoscimus hoc nõ esse æquũ: sed dolor & timor futuri cogit nos hoc facere. BERN.

Exigas. si tu cõsyderes factũ istud dabis nobis veniã q timemus iterũ reuerti ad bella quibus defatigati fuimus per decem annos & totidẽ mẽses. Iacentẽ. nunq̃ putãt satis esse destructã Troiã: quia illã pullulare posse credũt. Hector. filius tuus futurus alter Hector. Libera. s. dando filiũ tuũ. Deductas. paratas ad nauigãdũ: quia ꝓpter illũ restam⁹. Hæret. stat firma. Horestẽ. filiũ Agamemnonis. noli putare me crudelem si isto modo peto filiũ tuũ: nã si tulisset sors ita petiuissem filiũ Agamemnonis. Patere. habeas patientiam ꝙ filius tu⁹ occidaƭ: qđ victor. i. Agamemnon tulit qñ passus est filiã Iphigeniã in Aulide insula Dianç immolari. Vtinã. nescio vbi sit filius meus: vtinã esset in potestate mea: scirẽ ad minus quis casus mihi illũ eriperet.

Confossa. figura est ꝑ cõstructionẽ græcã. Perstricta. manus astrictas. Cincta. si essem circũdata flãmis nunq̃ fallerẽ fidẽ matris erga filiũ: nec eũ ꝑderẽ: sed o fili nescio vbi sis: an sis inter syluas errabundus, an sepultus in cinere patriæ. Lusit. quis eras ita paruus vt quasi ludibrio te occiderit sine labore. Ferç. aut est laniatus ab aliqua fera i Ida sylua. Simulata. Vlysses flectit sermonẽ dicẽs: scito Andromache te non posse decipere Vlyssẽ: & habet Emphasim quasi astutũ hominẽ: inuenit Achillẽ occultatũ etiã a matre dea. Cassa. vana Vbi Hector. credo ꝙ sit mortu⁹ sicut alij. Vnũ queris. q̃ris vnicũ filiũ meũ ego demonstro vbi sunt oẽs.

Coacta. minaƭ Vlysses. Admota. vicina: quãdo videbis vicinam mortem & tormenta nõ habebis ista verba. Vitam. si vis me cogere dicito me viuere: quia cupio mori. Adiget. compellet. Necessitas. q̃ magnã habet vim.

¶ Dicebat Hector. Ominabatur relicto generoso post se pignore. Iniustus dolor rerum æstimator. qui dolet nequit suam rebus æstimationem addere: propterea tuus dolor non finit te recte æstimare. Est autem æstimare sumptum ab ære & timo: quod est pretium. æstimare ære taxare: vnde æstimata pœna dicebatur vt ouis decussis & bos centussis. Nititur autem probare ab vtili & honesto esse satius vnum perire q̃ multos. Patere. exemplo monet dearum: Thetidis inuento Achille: Palladis, rapina palladij. Coacta dices. si te non adducunt suasus nostri cogent torturæ. Iam notum est mori mihi. est mihi instar magni muneris mors. DANI. Aestimo.

ASCEN. ¶Propone. Animosa virago q̄ metu supplicij in se inferendi vinci nō potuit, tandem calliditate Vlyssis minantis sepulcrū Hectoris euertere victa filiū ṗdire fecit. dicit autem Propone. s. mihi, flāmas, vulnera, & diras. i. tyrānicas artes, doloris mali. i. grauis & iniq & famem, & sitim sęuā, & ferrum inditū. i. immissum, viscerib⁹ vstis. i. q̄ vrat, luē. i. pœdorem, carceris cæci. i. obscuri: & quicquid victor iratus, & tumens. i. impotens victoria, audet: tamē sup. nihil metuā: nec depcabor mortē. Vly. fides. i. cōfidentia, celare. i. celandi qđ ṗdas. i. cogaris ṗdere stati. i. paulopost est stulta. i. incōsulta: tu mater aiosa nullos admittis met⁹. Hic ipe amor. s. filij quo tu pstas nūc cōtumax, monet Danaos consulere liberis paruis: ne a filio tuo ea patiant̃ q̄ ipe passurus est. Ego o Chalcas minus timerē met⁹ quos facis: post arma tam longinqua. i. in tā longinquis oris exercita: & post decē annos: si ego timerē mihi: tu paras. s. vaticinādo, bella Telemacho. s. filio meo a filio Hectoris inferēda. Andromacha calliditate muliebri iurat vera: sed sic vt ne Vlysses quidē ea primo auditu intelligat: filiū suū cū mortuis exptē lucis i sepulcro esse. Per qđ docemur licet nō permittamur ne officiose quidē mentiri, posse tñ vera dicēdo hostē fallere. dicit autē sic. Ego dabo Vlyssi immiti ac Danais gaudiū. Et quasi remurmurāti animo, dicit. Dādum est. i. oportet dare etiā inimicis gaudiū. O dolor fatere luct⁹ quos premis. i. celas. O Atridæ. s. Agamemnon & Menelae, gaudete: & tu Vlysse, refer. i. nuntia, pelasgis. i. gręcis, vt soles, lætifica. i. res lætificantes. Proles id est fili⁹ Hectoris obit pro obijt. Sed artificiosissima eclipsis: vt ea occulte verum dicat: non enī tunc obijt: sed tunc verū fuit dicere obit: quia ex quo nascimur obire incipimus propter elementorum pugnam. Vly. Et qua fide. i. quo argumēto qđ fidē faciat, ṗbas Danais hoc esse verū? Andromache aūt quasi q̄ non aliud certius argumētū afferre posset, ad iusiurandū confugit: deierans per omnia sacra: filiū inter mortuos expertē lucis esse: quod verū quidē erat: qa in pris sepulcro occlusus erat. dicit itaq; sic. Ita id qđ victor pōt minari maximū, contingat sup. mihi & meis: & fata soluant me ita exitu. s. ab hac vita, facili & maturo. i. immatura ætate & nō prius, ac condāt me solo meo. i. in terra mea (quod etiam patriarcha Iacob optauit, sed alia ratione) & tellus patria id est in qua nat⁹ est, premat Hectorem leuiter (quod ad felicitatem pertinere misera gentilitas putabat) repete ita, vt filius meus cassus id est priuatus luce, non quia mortuus sed quia in loco obscuro absconditus, iacet inter extinctos id est mortuos: & vt datus tumulo id est sepulcro, tulit id est passus est, debita exanimis. i. mortuis. Nā claudi sepulcro debetur mortuis non viuis. Vly. Ego lęt⁹ ferā ad Danaos. i. gręcos q me miserant, fata. i. mandata fatorum expleta, stirpe id est sobole Hectoris sublata, scilicet de medio viuentium: & pacem solidam: cū nullus sit futurus vltor. Deinde ad se cōuers⁹ ait

An. Propone flāmas: vulnera: & diras mali
Doloris artes: & famem: & sæuam sitim:
Variasq; pestes vndiq;: & ferrum inditum
Visceribus vstis: carceris cæci luem:
Et quicquid audet victor iratus tumēs. Vly.
Stulta est fides celare quod prodas statim.
Animosa nullos mater admittis metus.
Hic ipse quo nunc contumax perstas amor
Consulere paruis liberis Danaos monet.
Post arma tam longinqua: post annos decem,
Minus timerem quos facis Chalcas metus:
Si mihi timerem: bella Telemacho paras. An.
Immiti Vlyssi gaudium: ac Danais dabo.
Dādum est. fatere quos premis luctus dolor.
Gaudete Atridę: tuq; lętifica (vt soles)
Refer pelasgis: Hectoris ṗles obit. Vly.
Et esse verū hoc: qua ṗbas Danais fide? An.
Ita quod minari maximum victor potest
Contingat: & me fata maturo exitu
Faciliq; soluant: ac meo condant solo:
et offerebant vota, vatis fatidici. s. Chalcantis forte preeuntis seu prius proferentis eadẽ verba: & ciet. i. vocat supos seuos ad sacra. s. feralia: puer dissiluit sua sponte. i. non præcipitatus in media regna Priami. i. in medium vrbis ac populi illic stantis. Versus est imperfectus, sed meo iudicio plus q̃ perfectus: qa data opera & sũmo artificio, quasi luctu impeditus sermonẽ perficere nõ potuerit abrũpit eũ. And. Quis Colchus. i. immanissim9 & maxime barbar9 populus Colchorũ, quis Scytha, qui, etiã barbarus & re & nomine incertę sedis. i. mansionis, quia domo carẽs vehiculo supellectilem omnem transfert, cõmisit hęc: aut quæ gens expers iuris tangẽs mare caspium ausa est sup. hæc. i. huiusmodi facinora tã immania? Sanguis puerilis. i. pueri vt mei Astyanactis, nõ aspsit aras busiridis ferivt qui hospites suos immolare solebat: nec Diomedes. s. Thracius aut Bistonius, posuit gregibus suis. i. equis ferocissimis humana carne vesci solitis donec ab Hercule peremptus est: parua: membra. s. pueri epulenda. O fili quis teget & tradet tumulo. i. sepeliet, art9 tuos? Nuntius concusso capite innuit q̧ nullus: & causã addit. Quos enim artus reliquit locus præceps? q. d. nullos. ossa disiecta, elisa sup. sunt casu graui: & põdus. s. corporis, datũ ad imam terram, confudit signa clari corporis: & illas notas. i. signa patris nobilis. s. Hectoris: ceruix. s. pueri soluta sup est: caput ruptũ sup. est icursu. i. offensione silicis: & hoc cerebro expresso. i. vi eiecto penitus. corpus iacet deforme. i. amissa omni forma. An. Filius est similis patri, hic quoq;. i. etiã in hoc: quia Hector raptus formã amisit. Nun. Vt. i. postq̃ puer cecidit præceps e muris altis: & turba achiuũ fleuit nefas quod fecit: Idem & cætera.

Assuet. In qua solebat Priamus spectare maria & patentes campos. Pinnis & fastigio. id est summitatibus. Arbiter. habens imperium belli. Fouens. tenens. ibi nepotem Astyanacta tenebat in sinu demonstrans illi pugnas patris vt illum incitaret ad virtutem. Effusa. omnes gręci conuenerũt circum istam turrim vt viderent casum pueri. Coit. congregatur. Collis. describit varios modos spectandi. Aciem liberam. prospectum sine impedimento. Erecta. eleuata in pedes. Librauit. tenuit suspensos dum staret in digitos. Suspenso. quia omnes erant supra arbores. Ille. alius petit extrema. i. cacumina montis. Per spatia. cum omnes venissent ad spectaculum, Vlysses venit trahens secum Astyanacta per spatia id est loca plena frequenti turba. Vt stetit. ipse autem puer cum circumspexisset ex turri, erat sicut leo paruus: qui licet nõ habet vires, tamen fremit, quasi debeat aliquando habere. Acres. minabundos. Ferox superbe. asper cum superbia. Ipsumq; Vlyssem. habet emphasim: quasi illum qui non solet flecti misericordia. Non flet. so9 Astyanax non flebat cum omnes flerent pro eo. Concipit. cum Vlysses vota conciperet: vt dij hæc sacra acciperent, vt a Chalcante vate fuerat instructus, puer intrepidus proiecit se in Troiam. Colchus. inhumanus populus: aut Scythia sedis incertę: quia semper vagantur vt diximus: nunq̃ apud istos factum est tale facinus. Busiridis. de hoc diximus in Hercule simul & Caspijs & Diomede Thracum rege. Elisa. fracta. dixerat Andromacha quis sepeliet filium meum: respondet nuntius non est opus sepultura. Casu. summa ruina. Incursu. impetu lapidis. Deforme. sine forma hominis. Hic quoq;. sic erat Hector quando fuit tractus ab Achille. Præceps. dicit: postq̃ præcipitatus est puer, populus qui conuenerat vadit ad aliud spectaculum: vt videret Polyxenam duci ornatu coniugali ad mortem ad sepulcrum Achillis. BERN.

Coit ratibus. Concurrit omnis turba certatim vt spectet lapsum de turri Astyanactis. Ferus. & quia hostis & q̧ p̃tulerit cineres Hectoreos cõtẽptim & negligenter vt viderat casum filij. Acres. intrepid9 stetit vt leonis catulus præ se ferens elatis iubis quædam veluti innatæ ferocitatis præsagia. Mouerat. ad sui misericordiam. auxesis est admirandæ de adolescentulo virtutis & magnanimitatis. Concipit, id est prædestinat: vt cõceptumq; excute fœdus. hinc feriæ conceptiuæ: quæ certis diebus obseruabantur: & concepta verba in sacramentis. Quis Colchus. prorumpit Andromacha & exclamat immanitatem vlyssis præferens barbaro ac sæuissimo cuiq; populo: quales sunt Colchi natura inhospitales & efferi. tradit Apollonius consuescere Colchos defunctis sepulturam negare: sed suspendere ad arborum cacumina vt ventis & imbribus conficiant cadauera: & ne desint volucribus alimenta. ου δ᾽ ευ γαιη εσι θεμισ ςει λαυτασ υπερθε ταφον χεεσθαι αλλ᾽ εν αδεχητοισι κατει λυσαυτε βοεαισ δε νδρεων εξαπτειν εκασ ασεοσ & cætera. Scytha incertæ sedis. Aristeas Proconesius tradit Scythas qui sub penitissimis septentrionibus ætatem agunt corporibus hominum vesci ideo nominari τουσ ανθρωποφαγουσ. Diomedes. Thracum rex in Tyrida oppido laceras carnes hominum equabus suis apponebat in præsepia: vt tradit Alexander Aphrodiseus: nec est fabula mera si attentam præstiteris eius lectioni fidem. Ouidius in quartodecimo volumine repetit. Quos enim? interrogat: ac si dicat ruina totus contritus est. vt busto nihil relictum de eo sit. DAN.

Concepta verba.
Colchorũ ferocia.
Scythæ efferi.
Diomedes

ASCEN. ¶ Idē ille. Continuatur penitus superiori: vt sit postq̄ fleuit nefas suum (sunt tñ q vt periodon faciant legunt fleuit id achiuū &c. sed rarus est in primo loco dactylus nō tñ null⁹) ille idē popul⁹, redit ad aliud facinus. s. impiū q̄ pet ad tumulū Achillis vt Polyxena imolet. describit autē sepulcrū aut tumulū Achillis nō ab re: quia troades tpe belli nō exierant et captę nondū illuc ductę fuerāt. Vada Rhethæa. i. ad Rhetheum ꝓmontorium fluentia maria verberant fluctu leni. i. trāquillo, extremū latus huius. s. tumuli: cāpi cingunt aduersa. i. in aduersa parte iacentia. Vallis erecta. i. extensa, includens locum mediū, crescit. i. assurgit more theatri: cuius cauea ē in imo: gradus altiores: proscœnia in quibus spectacula edūt adhuc altiora: frequēs cōcursus populi ipleuit omne litt⁹: hi. i. quidā ex gręcis rētur. i. opinātur, moras classis solui hac morte. s. Polyxenę: hi. i. alij gaudēt stirpē. i. oēm ꝓgeniem, hostium, recidi. i. penitus euelli: magna ps vulgi leuis. i. instabilis, odit scel⁹. i. facinus iniquū: & spectat. s. tñ. nec troes. s. capti frequētant minus funus suum. i. herilis filię: et pauidi metu vident vltimam partē Troiæ ruentis: cum faces. s. nuptiales procedūt subito. i. repente, more thalami. i. nuptiali. Tyndaris. i. Tyndari filia putatiua saltē Helene: it. i. incedit ꝓnuba. i. ꝑfecta nuptijs rite celebrandis, illi. s. Polyxenę, demissa. i. habēs demissum caput mœstum. Phryges precantur sup. vt Hermiōe filia Helenę, nubat tali modo. s. quo Polyxena. Hermionen aūt Pyrrh⁹ postea rapuit. alij legūt tali face. & Helena turpis: q̄a a tot viris subacta: vnde ad mores spectat: nā forma fuit tā eleganti vt oēs formosę ab ea vt scribit Donatus, Helenę vocarentur reddatur sic. s. mactata, viro suo Menelao. Terror mouet. i. afficit: vtrosq; populos tam græcos q̄ Troianos attonitos. s. supplicij genere. Ipsa. s. caput rei gerendæ Polyxena, gerit vultus deiectos. s. in terram, pudore id ē ob pudorem: tñ genę fulgent, & decor extremus. i. quē vltima hora habebat, splēdet magis solito: vt. i. quēadmodū lumen Phœbi. i. solis iāiam cadētis solet esse dulcius (nō dicit maius, sed plausibilius & spectabilius) cum astra repetunt vices. i. vicissim splendere nobis incipiunt: & dies dubius. i. crepusculum, premit̄ nocte vicina. Omne vulgus stupet. s. de ei⁹ decore: & fere cūcti adulāt magis. i. molliter palpitant (antiquū verbū adulo: nam frequētius adulor dicit̄. antiqui autē adulor & adulo iuxta dixerunt: & cū actō vt adnotauit Quintilianus. itaq; Hieronymus Aleander vir facile doctissim⁹, Gerardū Vercellanum, cuius in hac recognitione industria acriq; iudicio vtimur, monuit Periturā adulāt legendum. alij tñ legunt Peritura: vt formā & dec⁹ laudant: qd nō reprobo) periturā. s. Polyxenam. decus formæ mouet. i. afficit hos: mollis ætas mouet hos. i. alios: vices rerum vagę. i. instabiles vicissitudies, mouēt hos, vtpote principes: anim⁹ fortis & obuius. i. obuiā iēs, leto. i. morti, mouet oēs. Ipsa antecedit Pyrrhū q eā cæsurus erat: mentes oīm tremunt: miserentur ac mirantur. vt primū iuuenis. s.

Idem ille populus aliud ad facinus redit:
Tumulumq; Achillis. huius extremum latus
Rhethæa leni verberant fluctu vada.
Aduersa cingit campus: & cliuo leui
Erecta medium vallis includens locum
Crescit Theatri more: concursus frequens
Impleuit omne littus. hi classis moras
Hac morte solui rentur: hi stirpem hostium
Gaudent recidi. magna pars vulgi leuis
Odit scelus: spectatq;. nec Troes minus
Suum frequentant funus: & pauidi metu
Partem ruentis vltimam Troiæ vident:
Cum subito thalami more præcedūt faces,
It pronuba illi Tyndaris mœstum caput
Demissa. tali nubat Hermione modo
Phryges precantur: sic viro turpis suo
Reddatur Helena. terror attonitos mouet
Vtrosq; populos. ipsa deiectos gerit
Vultus pudore: sed tamen fulgent genę:
Magisq; solito splendet extremus decor:
Vt esse Phœbi dulcius lumen solet
Iamiam cadentis: astra cum repetunt vices:
Premiturq; dubius nocte vicina dies.
Stupet omne vulgus: & fere cuncti magis
Periturам adulant. hos mouet formæ decus:
Hos mollis ætas: hos vagæ rerum vices.
Mouet animus omnes fortis & leto obuius.
Pyrrhum antecedit: omniū mentes tremūt,
Miserentur: ac mirātur. vt primum ardui
Sublime montis tetigit: atq; alte editus
Iuuenis paterni vertice in busti stetit:
Audax virago non tulit retro gradum:
Conuersa ad ictum stat truci vultu ferox.
Tam fortis animus omnium mentes ferit:
Nouūq; monstrū: est Pyrrhus ad cędē piger;
Vt dextra ferrum penitus exacta abdidit:
Subitus recepta morte prorupit cruor

Pervulnus ingens.nec tamen moriens adhuc
Deponit animos:cecidit vt Achilli grauem
Factura terram:prona:& irato impetu.
Vterq; fleuit cœtus:at timidum Phryges
Miſere gemitum:clarius victor gemit.
Hic ordo ſacri.non ſtetit fuſus cruor:
Humo ve ſumma fluxit:abduxit ſtatim
Sæuuſq; totum ſanguinē tumulus bibit. He.
Ite ite Danai:petite iam tuti domos:
Optata velis maria diffuſis ſecet
Secura claſſis:concidit virgo ac puer:
Bellū peractū eſt.quo meas lachrymas ferā?
Vbi hanc anilis expuā leti moram?
Natam:an nepotem?coniugē:an patriā fleā?
An omnia?an me?ſola mors votum mihi.
Infantibus violenta:virginibus venis:
Vbicunq; properas ſæua:me ſolam times:
Vitaſq; gladios inter:ac tela & faces.
Quæſita tota nocte cupientem fugis.
Non hoſtis:aut ruina:non ignis meos
Abſumpſit art⁹:q̄ prope a Priamo ſteti.Nūt.
Repetite celeri maria captiuæ gradu:
Iam vela puppis laxat:& claſſis mouet.

Pyrrhus,tetigit ſublime.i.altiorem ptē montis ardui:atq; edit⁹.i.i altū & pſpicuū locū datus,ſtetit i vertice buſti paterni:virago.ſ.Polyxena viriliter agens, non tulit gradum retro:ſed ſtat cōuerſa ad ictum ferox vultu truci:aim⁹ tā fortis ferit.ſ.ſtupore:mētes oim:& monſtrū nouū.i.q̄ res inſolita monſtri ſimil' eſt:Pyrrh⁹ eſt piger ad cędē.ſ.Polyxenæ per agendā.Vt.i.poſtq̄ dextra.ſ.Pyrrhi,exacta.i.extēſa ad fortius feriendū, abdidit.ſ.in corpus Polyxene,ferrū.i.enſem ferreū,penitus .i.omnino,cruor ſubitus prupit p vulnus ingēs morte ſuſcepta.ſ.a Polyxena,nec tñ ipſa moriens deponit adhuc aïos, cecidit pna.i.i faciem procūbēs,& impetu irato.i.qualē faciunt iratę,vt.i.pinde ac factura Achilli.i.cineribus eius,terrā grauē:qđ ifortunij loco duxit priſca ſupſtitio.vterq;.ſ.popul⁹& gręc⁹& Phrygi⁹,fleuit:at Phryges miſere.i.emiſerūt gemitū timidū.i.cū timore:victor.ſ.græcus gemit clarius.i.manifeſtius. Hic ordo ſup. fuit ſacri.i.ſacrificij de ambob⁹ facti. Cruor.ſ.Polyxenæ fuſus.ſ.ſup ſepulcrū,nō ſtetit.ſ.ſup humū:ve.p vel,nō fluxit.i.non cucurrit humo ſumma.i.p ſupficiē terrę:qa tumul⁹ ſęu⁹.ſ.Achillis,abduxit,& bibit ſtatim totū ſaguinē.Hecu.o Danai,ite,ite:petite domos iā tuti.ſ.a periculo maris:claſſis ſecura,ſecet.i.ſulcet nauigādo,maria optata:vtpote trāqlla & in patriā ducentia,velis diffuſis.i.vēto expoſitis.cauſā affert:qa virgo.ſ.Polyxena cōcidit,ac puer.ſ.Aſtyanax,cōcidit:bellū eſt pactū.i.depugnatū eſt.Deinde ad ſe conuerſa,inqt,quo ferā.i.dirigā lachrymas meas? vbi expuā.i.cū indignatione emittam,hanc morā.i.aïam q̄ eſt cauſa morę,leti.i.mortis,ſenilis.i.a vetula faciendi?fleam natā.ſ.Polyxenā:an nepotē.ſ.Aſtyanacta?cōiugē.ſ.Priamū,an patriā?an oia.ſ.ſil'?an me ſup.fleā q̄ adhuc viuo. O mors tu venis ſola votum .i.deſideriū:meū legā mihi:& venis violēta infantib⁹ vt Aſtyanacti:virginib⁹ vt Polyxenę legerē virginibuſq; vt ſit anapęſtus etiā in vltimo.ſæua vbicūq; pperas.i.feſtina es.aliter diceret Quocūq; ppas:times me ſolā:qa nō audes me inuadere:& q̄ſita.ſ.a me,inter gladios ac tela & faces,vitas & fugis cupientē.ſ.te,tota nocte.Nō hoſtis,aut ruina,nō ignis abſumpſit art⁹ meos:& tñ q̄.i.o quātū, ppe ſteti a Priamo:cū illū Pyrrhus capite trūcauit.Volebat plura dicere:ſed Nūti⁹ dicit,o captiuę.i.Troades,repetite maria gradu celeri:puppis laxat iā vela:& claſſis mouet.i.diſcedit.capitur mouet abſolute,aut paſſiue pro mouet.

¶Rhethęa.Ad pmōtoriū Troię vbi ſepult⁹ erat Achilles.& ibi deſcribit locū. Extremū lat⁹.vltima pars tumuli Achillis tāgit aquas. Cliuo leni.mōte leniter aſcēdēte.ibi ē loc⁹ in medio in modū Theatri. Frequens cōcurſus.dēſa turba. Hi aliq gaudebāt q̄ null⁹ de Troianis remaneret ad vidictā:alij vt placarēt deos & poſſēt hēre vētos ad reditū. Nec Troes min⁹.ſ.q̄ gręci. Frequētāt.comitāt fun⁹ Polyxenę. Vltimā.ſ.Polyxenā. Faces.q̄ ſolebāt pferri in nuptijs. Tyndaris.Helena filia Tyndari regis Argiuorū. Pronuba.q̄ erat loco auſpicis. Hermione.filia Helenę.pcabant vt illa tali mō duceret ad maritū & ſic reſtitueret Helena Menelao: vt Polyxena Achilli. Turpis.adultera. Vtroſq;.graecos & Troianos. Sed tñ fulgent.reſplendēt ipſa Polyxena nihil timēs ſeruabat colorē ſuū:tñ caput inclinabat ad terrā propter pudorē. Deiectos.flexos in terrā Ipſa.Polyxena. Extremus.extremo tpe:ſicut ſol qñ eſt in occaſu videt magis nitid⁹,& rubēs. Vices.cūrerēt aſtra & incipiūt apparere. Premit.opprimit veniēte nocte. Mollis.puellaris:dolebat q̄ puella moreret tali mō. Vagę vices.incertę mutationes fortunę:qa erat filia regis. Anim⁹ fortis.ſ.puellę:q̄ nō dubitabat ire ad mortē. Mouet.ſ.ad miſericordiā. Edit⁹.Pyrrh⁹ eleuat⁹. Nō tulit retro.nō diſceſſit:ſed vltro porrexit iugulū. Fortis anim⁹.ipſius Polyxenę. Ferit.pcutit dolore. Piger.tardabat mortē Pyrrhus:qđ mitis videbatur cū ſolebat eē imitis. Graue.tāq̄ eēt grauatura terrā ſuper Achillē. Vterq; coet⁹.vtraq; turba gręca & troiana. Miſere.miſerūt:qa nō audebāt apte plorare. Victor.gręc⁹ apti⁹ plorat. Hic ordo.mō cōcludit dicēs:ſic factū fuit ſacrificiū Achilli:ſāguis puellę nō fuit cōgelat⁹:aut fluxit ſupra terrā:ſed totū abſorbuit tumul⁹ Achillis tāq̄ ſitiuiſſet illū. Ite ite.cōceſſio ironica:habetis gręci qđ vultis:iā oia ſunt pacta. Me ſolā:q̄ ſola remāſi captiua:cū oēs mei mortui ſint & liberati miſerijs. Venis.ſ.mors ad infātes:ſicut ad Aſtyanacta,& ad Polyxenā. Quęſita.tu mors a me deſiderata.cupiebā mori īter gladios & ignes & nūq̄ potui. Repetite.venit nūti⁹ vocās mulieres:vt vadāt ad naues:quia placato mari gręci volunt diſcedere. Laxat.pandit ad ventos.

BERN.


DAN. Theatrum. ¶Huius. Tumuli. Rhethæa. Rhethæum est mons Troianus tumulo Aiacis Telamonij & Achillis perce lebris. græce ροιτειον dicitur. Theatri more. Cassiodorus scripsit epistolam ad Symmachum socerum Boe tij in qua illi significat Theatrum esse machinam in Hemicycli speciem constructam. eius frontem dici scęnam quę constabat binis contignationibus. inuentum fuit rusticorum Atheniensium dum feriati rem diuinam per vicos factitarent. Ciues Athenienses postmodũ in vrbem transtulerũt. ab his Romani. primus omnium Catulus lintheis texit. Erat autẽ locus iste instar Theatri: vnde Achiui conspiciebant Polyxenæ funestationem. It pronuba. tanq̃ carnifex ad macellũ agnã ducens. Demissa caput. Sinecdoche: cernua.

Polyxenæ pudor. Ipsa deiectos. laus eximij pudoris in virgine innocenti. ibat demissis oculis: & vt tradit Euripides in Hecuba, vt cum decore caderet, scidit vestem quã obuolueret genibus. Extremus. i. illi morituræ. Dubius dies. crepusculum croceum. Obuius leto. accurrens ad mortem intrepidus. Pyrrhum. lictorem & ministrũ necis. Sublime. sublimitatem ardui montis. Ite ite. Hecuba suam miseriam deplorat. Quo. aut quousq; aut

Mortis gña ad quem locum. Violenta. Honoratus apposuit tria genera mortis: naturale, violentũ, fatale. violenta mors est quæ ferro vel igni infertur. fatalis quæ iuuenibus ac senibus & cuiusuis ætatis citra tempus suum occurrit naturalis qua effœto iam corpore anima euolat. vnde ab emerita vita dictam volunt quidam: sed omnes, vt

Mors. sentiam cum Flacco, vna manet mors. Et calcanda semel via leti. Mixta senum & iuuenum densantur funera nullum Sęua caput Proserpina fugit. ασφαλατω παν τεσ οφελομεσα. hanc Cicero noctis & erebi fuisse filiam scribit. Aristo teles omnium quæ terribilia videntur homini esse, maximum ait.

Tragœdiæ quæ inscribitur MEDEA per BENEDICTVM PHILOLOGVM Argumentum.



Sol (vt refert Siculus Diodor⁹) ex Persa vxore, vel Hecate (vt alij) duos filios genuit. Aeeten, & Persen: quorum alter Colchis circa Maeotidem paludem imperauit: alter vero Tauricæ regionis rex fuit: sæui ambo, atq; crudeles. Aeetas ex Ipsea Persæ filia tres liberos

Aeetes. Perses. Aeetæ soboles: Circe. Medea. sustulit: Circen, Medeam, & Absyrtum: quem Pacuuius Aegialeum appellauit. Circe veneficijs dedita multarum herbarũ, ac radicum varias vires inuenit: q̃ ob suam sæuitiam Sarmatarum regno ab incolis pulsa, in Italiam deuenit: atq; in promõtorio Latij (quod ex eius nomine Circæum appellatur) consedit. Medea licet a matre, ac sorore veneficiorũ artem didicisset: diuerso tamen ingenio erat: quippe quæ patrem hospites mactare solitũ flectere precibus, & ad humaniorem naturam inducere studebat: aliquando etiam eo inuito hospites e vinculis eripiebat. quãobrẽ indignatus pater, eam retro carceri destinauerat: sed Medea ad solis templum, quod ad ostium Phasidos in litore conditum erat, confugiẽs, eo se tẽplo veluti Asylo tuebatur. Inter hæc Iason Ae

Iason. sonis filius, Peliæ patrui iussu (omnibus fere totius Græciæ iuuenibus viribus ac animo præstantibus conuocatis) vt vellus aureum raperet, in ea loca appulit. profectusq; ad solis templum, puellæ in arena spatianti nauigationis causam exposuit. vnde Medea non solum hospitis pulchritudinem admirata: sed amore e⁹ incensa, patris immanitatem aperit: modumq;: quo ignipedes tauros, ore & naribus ignem efflantes subigere, vigilemq; Draconem perimere, & aurea pelle potiri, sine vitæ discrimine posset, edocere pollicetur: si se illi cõnubio iungeret. Iason itaq; auxilio eius optatã prædam adeptus, cum Medea & Absyrto fratre comitante fu

Absyrti fatum. gam arripuit: quos cum Aeetas prosequeret, Medea vt fugę plus spatij pberet, regẽq; psequẽtẽ morarẽ, Absyrtũ fratrẽ occidit: mẽbratimq; diuisum, particulas p agros disiecit: quib⁹ colligendis, atq; humandis occu-

Tomos. patus pater: sese a persequendo retraxit. hinc locus ille Tomos dictus a sectione membrorum. Medea tandẽ cum Iasone post longam nauigationem in Thessaliam deuenit: vbi Iasonis precibus Aesonem patrem ætate prouectum in robustiorẽ naturam reduxit. Cõpositis deinde Thessaliæ rebus, Iason (vt quidam tradunt)

Glauce. Creusa. Creonti Corinthiorum regi aureum vellus detulit: apud quem decem annos commoratus, eius filiam Glaucen, quã alij Creusam appellant, vxorem accepit: atq; Medeam hoc ægre ferentem ex vrbe propellit: quæ tandem impetrato vnius diei reditu: pallam diris illitam artibus (munus ætheręæ domus) & monile gẽmis, & au

Naphtha. ro textili fulgens, vel coronam (vt referunt quidam) ex Naphtha, q̃ igni vel longius posito statim accẽditur, confectã p filios velut muneri nouæ nuptæ misit: quæ ex funalibus ignem concipiens totam regiam cũ Creonte, & filia combussit. Medea (spectante Iasone) duob⁹ filijs, quos ex eo susceperat, crudeliter laniatis, a Draconibus in aerem sublata Athenas aduolauit: vbi Aegeus eam non hospitio solum, sed etiã lecto sibi cõiun-

Medea Aegeo nubit. Medus. xit: ex qua cũ iam Medum filium suscepisset, Theseus Aegei fili⁹, sed quẽ pater nondũ viderat, Athenas aduenit: quem cũ sibi, & filio Medea valde timeret, aconitum e Cerberi spuma natum præparauit: Aegeoq; psuasit: vt illi tãq̃ hosti pberet. Id vero cum Theseus foret hausturus: capulo ensis viso, agnit⁹ a patre, prohibitus est: quare Medea nubes carminibus excitauit: quibus tecta vna cum filio Medo auolauit in Asiam: qui

Actuum distinctio. bus rebus Iason dolore pcit⁹ seipm cõfecit. In primo actu q̃rela derelictæ Medeæ deos i vltionẽ vocãtis describit. In scdo est exiliũ ei indictũ a Creõte. In tertio ẽ Nutricis cõsolatio: vt ĩpa exiliũ ęquo aĩo patiat. In quarto vitiõis appatus narraẽ. Quintus Nuntiũ q̃d sequutũ sit ex munerib⁹ Medeæ referentẽ habet: hortantẽq; eũ Corinthũ deserere: vbi inest etiã eius filiorum violenta mors.

Per GELLIVM BERNARDINVM MARMITAM.



Ii cõiugales. Iasõ fuit Aesonis filius fratris Pelię regis Thessaliæ: quẽ cũ rex Pelias pditũ ppter insignẽ piculosaq; regno suo virtutẽ cupet: denũciata militia in Colchos eũ abire iubet: pelleq; arietis memorabilẽ gentib⁹ reportare mãdat: sperans interitũ viri, aut ex periculis tã lõgę nauigatiõis, aut ex bello tã pfundę barbarię. vt hæc & alia. xlij. li. sui epitomatis scripsit Iustin⁹. Diodo. Sicul⁹ lib. hi sto. v. narrat Iasonẽ cũ Argonautis quo tpe ad Colchos delat⁹ fuit Medeã iuxta litus vbi tẽplũ erat Solis cõ perisse: q̃ ob suã hũanitatẽ a crudelibus parẽtibus sub libera custodia se expulsã fuisse ait: cui cã aduẽt⁹ patefacta ipa imminẽs a p̃re piculũ crudelitatẽq; in hospitẽ explicãs, vt caueret admonuit. iterim forma Iasonis capta & cõmunicato cõsilio, Medea se adiutricẽ ad pficiẽdũ certamẽ ppositũ pollicita est: ita vt Iason iureiurando data fide, vxorẽ illã quoad vita supstes esset sibi futurã spopõderit: cũ qua Argonautæ relictis in tem-

pio custodib⁹ ad reliq̃ pagẽda ꝓfecti sunt. put ab ipso Diodoro late enarrat̃:& ab Oui. li. vij. metamor. & duodeci heroidũ epistolarũ. quin & ab alijs poetis græcis & latinis q Argonautica scripserũt reliqua referũt̃. Hæc Iasonẽ secuta, ab illo deinde ob Creusã Creõtis Corinthiorũ regis filiã abdicata fuit: ex quo furijs exagitata filios quos ex Iasone susceperat interfecit: atq; Athenas aduolans Aegeo regi annoso nupsit: ex quo filium suo noie Medũ suscepit: sed cũ deiñ Theseus Aegei ex priore vxore fili⁹ a lõga peregrinatione redisset, vidẽs illum Medea teste Iustino li. xlij. magnæ virtutis virũ, & Medũ filiũ infantẽ eẽ: ac maritũ senẽ: ab Aegeo per diuortium discessit: & in Asiã cũ filio deinde perrexit: atq; ibi vrbẽ condẽs ab eius nomine Mediam dixit.

Per DANIELEM GALETANVM.

Dii cõiugales. Hæc tragœdia tota græca Euripidis est & Aeschyli: latinam fecit Oui. cui⁹ extat versiculus apud Martialẽ: Ride si sapis o puella ride: vt testat̃ Martian⁹ Capella. desiderat̃ tota: quã referente Quĩto Fabio, mirabili elegãtia scripsit. Poeta nobilis ab Oui. restat Anneus Seneca sol⁹ in latinis fabulæ cõmentor. a persona nomẽ accipit ad quã spectãt primæ eius ptes principales: ꝓponit materiã breuiter more suo: cui⁹ argumẽtũ ẽ tale. Medea Aeetę Colchorũ regis & Hecates filia a qua fuit edocta virtutẽ veneficã & oia q̃cũq; gñaret aer, põt⁹, & terra teste Apollonio in tertio. κουρη τισ μεγαροισιν ενιτρεφεται την εκατη περι αλλων θεαων εδαε τεχνης αθαι φαρμακα θ᾽ οσσ᾽ ηπειρος τε φυει και νηχυτον υδωρ &c. Iasonis hospitis forma in amorẽ pellecta est suasu Iunonis & Palladis: q dolis Pelię patrui cũ gñosissimo quatuor & quadragita heroũ delectu fabricata naui lõga ad Pagasas in Colchos missus est raptũ vell⁹ aureũ: qđ obtulerat magno Ioui Phryxus: vt cecinerũt Orpheus & Apolloni⁹. Pelias nãq; p ripã Anauri offẽderat Iasona altero pede nudo reiẽto calciamẽto a paludoso amne: a quo se priuatũ iri sceptro p oraculũ didicerat. Iasõe igit̃ opa puellæ aureę pellis victore, relicta ẽ Medea cũ trib⁹ filijs, Dindymo, Alcmeno, & Thessalo. Thessal⁹ fuga salutẽ repit: reliq duo trucidati i vltionẽ supductæ sibi Glauces Creõtis Corinthiorũ regis filiæ: apđ quẽ decẽ annos cõmorat⁹ est Iason. Indignata itaq; & furibũda Medea p hanc totã fabulã igratitudinẽ expostulat Iasonis: filios necat: Creusam dono fallaci cõburit: Iasonẽ deniq; ad mortem cõpellit.

Iasonis expeditio. Pelię casus Medeę filij. Thessal⁹.

Tragœdię interlocutores.
MEDEA. CREON. CHORVS.
IASON. NVTRIX. NVNTIVS.
Actus Primus. Trimetri lãbici
MEDEA.

Dii cõiugales: tuq; genialis tori
Lucia custos: quęq; domitorem freti
Tiphyn nouam frenare docuisti ratem:
Et tu profundi sęue dominator maris:
Clarumq; Titan diuidens orbi diem:
Tacitisq; præbens conscium sacris iubar
Hecate triformis: quosq; iurauit mihi
Deos Iason: quosq; Medeæ magis
Fas est precari noctis ęternę chaos:

ASCEN.

Dii cõiugales. Medea ĩpatientissime ferẽs nouas Iasonis cũ Glauce seu Creusa Creõtis Corinthiorũ regis filia nuptias, iuocat oẽs deos deasq; qb⁹ vlciscẽdi aliqđ ius ẽ: p̃ ferti cũ qbus iãpridẽ rationẽ hẽbat, in vltionẽ dicẽs: O dij cõiugales. i. q cõiugijs legitimis p̃estis: vt Iuno de q̃ Maro ęn. iiij. Iunõi añ oẽs, cui vicla iugalia curę. Hymene⁹, Ven⁹ &c. & tu Lucia. i. dea i lucẽ veniẽtib⁹ & ptuniẽtib⁹ p̃fecta (siue ea Iuno sit: vt i Andria Terẽ. Iuno lucia fer opẽ: serua me obsecro, siue Diana: vt i buco. Marõis Casta faue lucina: tu⁹ iã regnat Apollo: tu⁹ in quã fr: & q̃ casta es nõ Iuno: ptui tñ pręfecta: eo q, mři Latonę parienti Apollinẽ obstetricis mun⁹ ipẽdisti author ẽ i tertiũ Aenei. Seru⁹, custos tori genial' q a ptiũ seruat, q̃q;. i. & tu Pallas q̃ docuisti Tiphyn domitorẽ freti, qđ prim⁹ nauigabile suis oñdit: frænare. i. remis & cętero appatu vt equũ frenis istruer̃: ratẽ nouã. s. Argo tũc primũ inuentã: & tu o sęue dñator maris ꝓfundi Neptune: & Titã. i. sol diuidẽs. i. ipties orbi. i. vtriusq; hemisphęrij hoib⁹, diẽ clarũ: & tu Hecate triformis: q a tria virginis ora Dianę: prębẽs sacris. s. magicis & necromãticis, tacitis: noctu fieri solitis, iubar cõsciũ. i. fauẽs & ppitiũ: & dij quos deos Iasõ iurauit mihi. s. cũ eũ euadẽdi cũ gł'ia viã docui: & quos fas est Medeæ magis precari: q a eorũ sacris initiatę: vtpote Chaos ęternę noctis & quæ sequuntur.

BERN.

Dii cõiugales. Hęc tragœdia Medea iscribit̃: i q̃ sũt q̃nq; act⁹. i primo ponit̃ q̃rela Medeę desertę q̃ deos vocat i vltionẽ Iasõis. i scđo idictũ exiliũ a Creõte rege. i tertio cõsolatio vt ferat exiliũ. i quarto appat⁹ vidictę: in q̃nto effect⁹ vidictę. Versus ẽ Archilochi⁹. Cõiugales. q p̃fuistis nuptijs meis. Lucina. Diana q̃ p̃stat lucẽ nascẽtib⁹. Genialis. maritalis: nã geni⁹ ẽ de⁹ naturę. Quęq;. ipa Pallas: q̃ oium ẽ igeniorũ dea. Domitorẽ. q prim⁹ ẽ ausus nauigar̃. Tiphyn. fuit teste Pli. lib. vij. arte carpẽtaria glic sus & prim⁹ adminicl'a gubernãdi naues istituit: & fuit Argonautarũ gubernator. Dñator. Neptune. Diuidens. diffũdẽs. Hecate. Proserpia: q̃ p̃est magicis artib⁹. eadẽ dr̃ luna in cęlo: in syluis Diana: iõ triformis dr̃. Sacris icãtatiõib⁹ q̃ de nocte & i locis secretis fiũt. Iubar. lumẽ tuũ. Chaos. oẽs deos ifernales

DAN.

Tiphyn. Prim⁹ act⁹ Medeę metro Archilochio carmẽ primũ ꝓfert: i quo Medea iducit̃ furibũda ardẽs vehemẽti ira ob nouę spõsę nuptias celebratas a Iasõe: & prio iuocat & testat̃ deos ad sui fauorẽ. Tiphyn. Tiphys fili⁹ Agnię vn⁹ ex Argonautis elect⁹ i magistrũ nauis ob nauigij dexteriorẽ expientiã excitat⁹ a Pallade ad regimen nauis. vt testis Apolloni⁹ ẽ Rhodi⁹. αυτη μεν τριτωνισ αριστηων εσ ομιλον ωρσ ευ αθηναιη &c. Fuit aũt natione Thespiẽsis. Prim⁹ instituit adminicula gubernãdę nauis: teste Orpheo

et Plini.i.vij.na.hist. Frenare.regere,moderari.trãslatio ab equo ad naui. Titã.o Phoebe. dict᷑ Titã παρὰ τὸ τιταίνεσθαι τὸ σῶμα,vt placet Suidæ.

ASCEN. ¶ Aduersa &c.Ordo horũ triũ versiculorũ:& oim supiorũ depēdet a verbo p̄cor: vt sit. Ego p̄cor voce nõ fausta.i.afferēte fauorē & felicitatē i quos p̄cor sed infaustitatē:vos o dij cõiugales &c.Et deos quos Iason iurauit: & quos Medeã magis p̄cari fas ē videlicet Chaos,& regna.s.iferna,aduersa.i.cõtraposita supis.& reuera aduersa:qa colluctatio nobis ē contra spũs tenebrarũ:& manes ipios:& dñm regni tristis.s.ditē,& dñam regni tristis.s.Proserpinã,raptã.s.a Dite seu Plutõe,meliore fide,q̄ ego ab Iasone abducta: quia illã nõ repudiauit Pluton:vt me Iason:p̄cor inquam vos oēs adeste:& o deę vltrices sceleris.s.furię & dirę adeste,squalidę.i.hñtes squalidũ crinē serpētib⁹solutis: vt isiliãt i Iasonē aut Creusam:adeste amplexę manib⁹ cruētis facem atrã. Adeste horridę quales stetistis quõdã thalamis meis.s.qñ mihi pnubę fuistis:date cõiugi.s.Iasonis,nouę vtpote Glauce aut Creusæ,letũ.i.exitiũ:& socero.s.Creõti,letũ:& stirpi regiæ.s.pli nřę letũ.date mihi aliqd peius.s.q̄ letum.deide nondũ inuēto satis magno malo p Iasone dicit secũ deliberãs:qđ malũ p̄cer.i.imp̄cer spõso:deide eo iuēto dicit.Viuat:erret egēs p vrbes ignotas,exul,pauēs,iuisus,laris icerti.i.mãsionis dubię:optet me quã repudiat cõiugē:& ipse tã not⁹ hospes.i.vbicũq; fuerit not⁹,vt iã apud Creontē,expetat limē alienum.i.sic tractet᷑ vt malit in alieno hospitio degere:quoq;.i.& quo, nõ queã p̄cari,aliđ peius,tollat sup.liberos similes patri & siles matri.i.pessimos & infortunatissimos.qa vero secũ ista loqtur, intersurgente noua cogitatiõe nõ pficit sermonē : deest enĩ data opa verbũ:qđ abrũpēs dicit: nõ est op⁹ p̄cari vt illi nascant᷑ tales filij: qa vltio pta iã parta est:pepi enĩ sup.tales.i. qui patri & mři siles sunt. Ego sero(alij fero.i.affero in mediũ legũt)incassũ.i.frustra,q̄relas & verba.s.imp̄catoria.Non.i.an nõ ibo in hostes.s.spõsum sponsã & liberos:& nõ excutiã manib⁹.s.ferentiũ tędas,faces.s.nuptiales: & excutiã cælo lucē.i.iducã nouas tenebras? Sol sator gñis nři q Aeetam & Persan genuit,spectat hoc.s.probrũ mihi obiectũ? & insidens(ab isideo).i.sedens in,curru,decurrit p spatia solita, mundi puri.i.nihil immutat᷑? Non.i. an nõ,sol redit in ort⁹:& remetit᷑ diē.s.quē orden do dimensus est vsq; ad meridiē p horas.xij.a nocte media. Dada.i.aliquis deorũ det, vehi p auras curribus přis.i.pgenitoris mei sol? o genitor sup.magne,sol,aut Aeeta , cõmitte.s. mihi,habenas: & tribue moderari iuga ignifera.s.equorũ flãmiferorũ,loris flagrantib⁹,ppter calorē solis quē hic pcipim⁹. Putat vulg⁹,ad qđ poetę sępe alludũt,solē & q̄ circa ipm sũt vt equos, currũ,habenas flagrare incēdio:cũ tñ cęlestia corpa nõ sint corruptibiliũ qualitatũ capacia. Corinthus apponēs litori gemino moras.i.faciens ne mare Aegeũ & Ioniũ vltra fluant, quia sita est in Isthmo vtriusq; maris: ideo bimaris ab Horatio dicitur:cremata flammis,& ita de medio sublata, committat. i . coniungat & commisceat duo maria:inter quæ sita est.hoc vnum re-

Aduersa superis regna:manesq; impios:
Dominumq; regni tristis:& dominam fide
Meliore raptam:voce non fausta precor
Adeste:adeste sceleris vltrices deæ:
Crinem solutis squalidæ serpentibus:
Atram cruentis manibus amplexę facem.
Adeste: thalamis horridæ quondam meis
Quales stetistis.coniugi letum nouæ:
Letumq; socero:& regiæ stirpi date.
Mihi peius aliquid.quod precer sponso malũ?
Viuat:per vrbes erret ignotas egens:
Exul:pauens:inuisus:incerti laris:
Me coniugem optet:limen alienum expetat
Iam notus hospes:quoq; non aliud queam
Peius precari:liberos similes patri
Similesq; matri.parta iã parta vltio est:
Peperi querelas:verbaq; incassum fero.
Non ibo in hostes?manibus excutiam faces
Cœloq; lucem?spectat hoc nostri sator
Sol generis? & spectator:& curru insidens
Per solita puri spatia decurrit poli?
Non redit in ortus:& remetitur diem?
Da:da per auras curribus patris vehi:
Committe habenas genitor:& flagrantibus
Ignifera loris tribue moderari iuga.
Gemino Corinthus litori opponens moras
Cremata flãmis maria committat duo.
Hoc restat vnum:pronubam thalamo feram
Vt ipsa pinum:postq; sacrificas preces
Cędam dicatis victimas altaribus.
Per viscera ipsa quære supplicio viam:
Si viuis anime:siquid antiqui tibi
Remanet vigoris:pelle fœmineos metus:
Et inhospitalem Caucasum mente indue.
Quodcunq; vidit Phasis: aut Pontus nefas:
Videbit Isthmos:effera:ignota:horrida:
Tremenda cælo pariter ac terris:mala.

Mens intus agitat vulnera: & cædẽ: & vagũ
Funus per artus.leuia memoraui nimis.
Hæc virgo feci:grauior exurgat dolor.
Maiora iam me scelera post partus decent.
Accingere ira:teq; in exitium para
Furore toto: paria narrentur tua
Repudia thalamis:quo virum linquis modo
Hoc quo secuta es:rũpe iam segnes moras.
Quę scelere parta est:scelere linquet᷑ domus.

stat: vt ipsa.i.ego ferã thalamo.s. nouę sponsæ,pinũ.i.e pinu facẽ ꝯnubã: intelligit autem ignẽ inextinguibilẽ se velle inijcere in regiã Creõtis: & post ꝓcea sacrificas.i.sacrificijs ita aptas vt ea immutare nefas sit,cędã altaribus dicatis victimã.i.mactẽ liberos meos. O aie (ad suũ aim loq᷑)si viuis, & si quid.i. aliquid ãtiqui vigoris remanet tibi,q̃re supplicio viã p viscera ipsa.i.p eos quos viscera tua portauerũt:pelle metus fœmineos.i.cõfortare & viriliter age:& indue mẽte, caucasum inhospitalẽ.i.feritatẽ & imanitatẽ tigriũ q̃ in Caucaso versant᷑.Quodcũq; nephas vidit Phasis flu. Colchoꝝ.i.factũ est apud Phasim: aut Pontus regio quã imanes colũt gẽtes: Isthmos.i. breuis strictura terræ inter duo maria in qua Corinthus sita est,hoc est Corinthus ipsa videbit mala,effera.i.immẽsæ feritatis,ignota.i.noua & insolita,horrida.i.quæ nemo sine horrore audire aut videre possit: tremẽda pariter cœlo ac terris.i. cœlicolis & terrigenis.Mens.s.mea, agitat int᷒.i.meditat᷑,vulnera & cędẽ & funus vagũ.i. vario modo & varijs locis illatã cędẽ: vtpote p artus.i.membratim. Sed non cõtẽta tali supplicio,dicit:ego memoraui nimis leuia.s.tormẽta:ego virgo.i.cũ adhuc essem iuuẽcula,feci hæc.i. huiusmodi mala multa: dolor grauior.i.q grauiora inferat,exurgat.i.mihi: qa maiora scelera decẽt me iam post partus.i.postq̃ peperi:ira accingere q; pro.i.para.i.dispone te (nam accincti paratiores sunt ad iter & opus expeditius peragendũ) in.i.ad exitiũ.s.spõsæ & liberoꝝ spõsi,toto furore.i.quãtũ furor poscit:nihil remittẽdo:repudia tua.i.tui qb᷒ repudiata es, narrent᷑ paria.i.similia & æqualia in flagitijs,thalamis.i. nuptijs tuis:quas vt pageret Absyrtum fratrẽ mẽbratim discerptũ in viã patri colligendũ sparsit.Quo mõ linquis virũ.s.cũ summo scelere,hoc modo secuta es.s.eundẽ:domus.s.Iasonis q̃ est parta.i.acquisita scelere,qa patris thesaurũ ꝑdidit & fratrem vt iam dixi discerpsit,linquetur sup.cum scelere aut per scelus:qđ statim peraget.

BERN. ¶Superis aduersa.Quia sunt sub pedib᷒ nostris in centro terræ. Regni tristia. inferni. Dominã. Proserpina quę similiter fuit rapta a Plutone:sed meliore fide seruata q̃ ipsa apud Iasonem qui me reliquit. Nõ fausta. infelici. Deæ.furiæ infernales. Thalamis.quãdo fuit iuncta Iasoni. Letũ.mortẽ. Nouæ cõiugi.Creusę. Socero.Creonti. Peius.facite vt veniat mihi in mentẽ peius q̃ mors.i.q; viuat egens & exul & habeat necessitatẽ mei & liceat optare Medeã. Quoq;.sunt duę partes. Sero.semino. Similes.sceleratos.qđ erit vltio mea. Non ibo.interrogatiue.q.d.ibo. Hostes.appellat maritum & Creontem hostes. Excutiam.q.d.non permittã hoc matrimoniũ Creusæ & Iasonis. Sol sator generis.nam Aeeta pater Medeę fuit filius Solis ex Persa filia Oceani. Lucẽ.quia Sol auus meus non debet spectare hæc scelera cõtra me. Insidens.fingunt poetę Solem trahi ab equis quatuor in curru. In ortus.q.d.non deberet venire ad orientẽ. Genitor.o pater Aeeta da vt possim gubernare equos patris tui:& cõburã totã Corinthũ. Iuga.equos Solis qui sunt sub iugo. Moderari.regere. Gemino.nã a dextra habet mare Ionium:a sinistra ægeũ. Cõmittat. coniungat:cõburatur illa terra isthmos vbi est Corinthus: & illa duo maria coniungentur. Metas.terminos:nã illa terra retinet duo maria ne iungant᷑. Hoc vnũ.accendã faces q̃ portentur in nuptijs Iasonis. Pinũ. facẽ de pinu arbore. Cædã.post sacrificia q̃ solent fieri in nuptijs,ipsa dicatis altaribus festis nuptialib᷒ filios Iasonis imolabo. Per viscera.filios q sunt viscera tua. incitat se ad vindictã dicẽs:o aie si seruas tuũ pristinũ vigorem interfice filios Iasonis:nã tu fuisti semp paratus ad horrẽda. Fœmineos.q naturaliter solẽt esse in fœmina. Indue.suscipe talem animũ dirũ & crudelẽ: vt habẽt Scythæ q̃ sunt ad Caucasum montẽ septẽtrionis. illic solẽt hospites mactare. Phasis.flu.est Colchoꝝ. Põtus.regio:non aũt mare.ibi Absyrtũ fratrẽ occidit. Isthmos.terra angusta vbi est Corinthus. Mẽs agitat. vt audeã aliquod ingẽs & inauditũ nefas. Virgo. olim non assueta tot malis interfeci fratrẽ: nũc aũt maiora aggrediar. Post part᷒.postq̃ facta sũ mater & magis expta debeo maiora facere. Accingere.para te. In exitiũ. vltimã cladẽ. Paria.qñ iuncta fuisti Iasoni lacerasti fratrẽ Absyrtũ:nũc aũt repudiata aliquod peius debes facere in dicessu. Hoc. tali mõ,quo es secuta illũ morte fratris:ita nunc lacerandi sunt filij. Parta.i. acquisita: quẽadmodum cõparaui domum Iasonis scelere,ita relinquam cum scelere scilicet interficiendo filios.

DANI. ¶Coniugi nouæ.i.Glauce quam alij Creusam vocant. Spectat. & sustinet tantam indignitatem. Non redit.sicut olim a mensa Thyestes. Corinthus.vrbs Achaiæ a Corintho Iouis filio dicta. Bacheis:qa Bachiadum familia ducentis annis Corinthum tenuit. Cypselus tyrannus eos deleuit. auctor Pausanias interpres Apollonij:quem mihi scripsi Venetijs magno cum labore inuento exemplari. Ephyre prius dicebatur: vnde Ephyreia æra legimus in Georgicis Maronis. regnum hic fuit Creontis: apud quem Iason reuersus e Colchis mansit decem annos. Virgo.olim indocta. argumẽtum est a minori. Accingere.passiuus imperatiuus.

Asclepiadei:Gliconici:hexametri Heroici
CHORVS.

AD regũ thalamos numine prospero
Qui cęlũ superi quiq; regunt fretum

ASCen. AD regũ.Chorus mulierũ Corinthiacarũ nouis nuptijs dicit feliciter: ꝓcatq; fausta oia dicens. Superi q regũt cęlũ,& q regũt fretũ,nã de inferis nõ fit in nuptijs mẽtio, adsint.s. fauẽtes cũ populis fauentibus rite.i. vt decet subditos regib᷒ fauere. Taurus candido tergore.i. habẽs cãdidũ tergus,ferat prim᷒.i. ante alias

oēs hostias (Et qa cōtra ritū offerri p̄caȓ Ioui Taurū, innuit argute iauspicatas futuras nuptias) colla celsa. i. alta & supba (sic em̄ deducebanȓ tū ad pōpā, tū vt spti⁹ ferianȓ, tū vt in subiectos cultros nō visos eāt) tonātib⁹. i. Ioui & Iunoni in quoꝝ potestate sunt tonitrua, sceptriferis. i. regi & reginæ. Foemina. s. vacca niuei corporis intentata. i. intacta iugo. i. quæ nūq̄ traxit iugū, placet (a placo). i. placatū faciat: & sup. pax aut cōcordia, q̄ cohibet. i. cōtinet, man⁹ sanguineas. i. sanguinolētas, martis asperi: & q̄ dat foedera gentib⁹ belligeris. i. bellicosis, & retinet copiā. i. abundantiā rerū, cornu diuite. i. in quo est amplius oim rerum prouentus, donetur. i. muneretur, hostia mitior tenera id est q̄ sit tenera. i. pulli cornicum adhuc fere implumes, aut agni. nā Angelus Politian⁹ docet cornices habere simbolum cōcordiæ & liberorū gignēdoꝝ. Et tu o Hymenee q ades. i. auxilio es, facib⁹. i. nuptijs legitimis, discutiēs noctē. s. facib⁹ & tędis, incede huc. i. ad has nuptias veni, auspice (pōt legi vt auspice adiectiue capiaȓ: vt sit dextera tua auspice. i. auspicante aut felici: & vt dextera adiectiue capiaȓ: vt sit). i. pnuba dextera. i. felici. sed cū ipe sit auspex, & noctē discutere dicat, exponā dextera. s. manu, auspice. i. auspicata & feliciter nuptijs intēta. Marcidus. i. eructans vaporē vini corrupti, gradu ebrio, vt se Bacchi filiū pbet, sine quo & Cerere frigeat ven⁹, p̄cingēs tēpora. s. capitis tui, vinculo roseo. i. serto rosaceo: qđ Veneris filiū decet. Et tu o stella veneris, q̄ p̄uia gemini tpis s. nocturni & diurni: sed añ diurnū p̄cedit solē: ante nocturnū seqȓ: redis. i. reuerteris, amātib⁹. i. ad opinionē & desyderiū amātiū tarde semp. i. ante oēm noctē: non tñ vt videȓ ante diē: nisi tā cito satiatos dicas. matres auidę, & nurus. s. spōsę auidę. s. viroꝝ, cupiūt te spargere. s. añ noctē nō mane, radios lucidos. Sequunȓ versus Gliconici ex spōdeo & duob⁹ dactylis: qb⁹ laudat prio sponsę decorē dicēs Decor virgine⁹. i. Glaucę aut Creusę sponsę, vicit lōge nur⁹. s. spōsas & puellas nubiles, Cecropias. i. Athenień. vt Orithyian, Phillida, Prognē. Philomelam & reliq̄s: & sup. eas virgines lacenę q̄ exercēt mō iuuenū (p masculis em̄ sęp ponȓ). i. exercenȓ venatiōe, iugis Taygeti, montis Laconię. Daniel mauult de Parrhasijs itelligere. Sūt q legāt Et q̄s Taygeti iugis &c. Ego lego: & quas oppidū qđ caret muris. i. Lacędæmon seu Sparte, exercet propter leges Lycurgi, iugis Taygeti, scilicet montis, modo iuuenum. i. venationibus & cursibus virilibus, & quas latex Aonius. i. Aoniæ regionis aqua, & Alpheus Arcadiæ flu. sacer. s. Nymphis & p̄cipue Arethusę. Cedēt. Cōmēdat pulchritudinē Iasonis spōsi dicēs. Proles fulminis improbi. i. Bacch⁹ genit⁹ ex Semele q̄ cū Ioue optauit coire quo mō cū Iunone solebat: id aūt erat sub specie fulminis: qđ cū Iuppiter vt promissis staret faceret, Semele qdē perijt: sed Bacchū pri⁹ enixa est, nondū maturo partu: Bacch⁹ aūt formosus est: & perpetua iuuenta florens. qui aptat Tigribus iuga scilicet currus sui: necnon, id est et etiam, is supple videlicet Apollo, qui

Adsint: cum populis rite fauentibus.
Primus sceptriferis colla tonātibus
Taurus celsa ferat tergore candido.
Lucinā niuei foemina corporis
Intentata iugo placet: & asperi
Martis sanguineas quæ cohibet manus:
Quæ dat belligeris foedera gentibus:
Et cornu retinet diuite copiam:
Donetur tenera mitior hostia.
Et tu qui facibus legitimis ades:
Noctem discutiens auspice dextera:
Huc incede: gradu marcidus ebrio:
Pręcingens roseo tempora vinculo.
Et tu quæ gemini præuia temporis
Tarde stella redis semper amantibus.
Te matres auidę: te cupiunt nurus
Q̄ primum radios spargere lucidos:
Vincit virgineus decor
Longe Cecropias nurus:
Et quas Taygeti iugis
Exercet iuuenum modo:
Muris quod caret oppidum:
Et quas Aonius latex
Alpheus q̄ sacer lauat.
Cedent Aesonio duci:
Si forma velit aspici:
proles fulminis improbi:
Aptat qui iuga tigribus.
Necnon qui tripodas monet:
Frater virginis asperæ.
Cedet Castore cum suo
Pollux cæstibus aptior:
Sic sic coelicolæ precor
Vincat foemina coniuges:
Vir longe superet viros.
Hæc cum virgineo constitit in choro
Vnius facies pręminet omnibus.

Sic cum sole perit sideribus decor:
Et densi latitant Pleiadum greges:
Cum Phœbe solitũ lumine non suo
Orbem circuitis cornibus alligat.

monet tripodas.i.phœbades sedentes in tri-
podib⁹ dũ oracula cõcipiũt:frater virgis aspę
s.Dianę venatricis & a re venerea abhorrẽtis,
q etiã ęterna iuuẽta floret, cedẽt duci Aesõio
.i.Iasoni Aesonis filio:si.s. Aesonides velit
aspici.i.discerni & iudicari,forma.i.in elegan
tia formę.Pollux frater Castoris fili⁹ Tynda
ri aut Iouis ex Leda cõiuge Tyndari, aptior
cęstib⁹.i.ad cęst⁹ pugilũ arma exercẽdos,q̃.s.Castor:q domitor ęquorũ erat:licet Maro nomẽ p noie sumẽs di
cat Domit⁹ Pollucis.habenis:cedet.s.Iasoni,cũ Castore suo.s.fratre,de qb⁹ Hor.primo car. Sic fratres Hele-
næ lucida sydera.O cælicolę, ego p̃cor sup. vt Creusa vincat.s.ętate forma & faustitate,cõiuges.s. reliquas:&
vir.s.Iason superet longe viros.s.alios.Redit,aũt ad Asclepiadeos versus dicens.Hæc.s.Glauce aut Creusa,
cũ cõstitit in choro.i.cœtu virgineo,facies vnius.i.ei⁹ solius,p̃minet,oibus.s.alijs facieb⁹:& cõparatione sui fa-
cit eas penitus deformes.Sic decor perit sideribus cũ sole.i.qñ sol apparet:& greges Pleiadũ q̃ septẽ sũt, densi,
qa inter se sũt cõiũcti latitãt:cũ.i.qñ, Phœbe.i.luna,alligat orbẽ.i.globũ solitũ.i.cõsuetũ certo tpe illuminari,
lumine nõ suo.s.alieno,quia a sole acceptor:& hoc cornib⁹ circuitis.i.circũductis & totũ globũ cingentib⁹.



Dregũ.Inducit chorus mulierũ Corinthiarũ Epithalamiũ Iasonis & Creusæ canẽs:inuitatq; deos BERN.
vt adsint laudãdo Iasonẽ & Creusam repudiat aq; Medea exhortat iuuenẽ:vt nouã nuptã cõplecta
tur.Versus est asclepiadeus chorãbicus. Tonantib⁹.Ioui & Iunoni qb⁹ est ptãs tonãdi dabit ti-
ueus taur⁹. Fœmina.vacca cãdida:q̃ nunq̃ subiecta fuerit iugo. Placet.a placo cas. Quę cohi
bet. p circuitionẽ dicit Cõcordiã: cui pollicet sacrificiũ. Sãguineas.q̃ retinet Martẽ sãguinolẽtũ, Fœdera.
pacẽ. Diuite cornu.alludit ad Cornu copiæ qd oi gñe frugũ refertũ ostendebat:nã pax & cõcordia oia afflu-
enter donãt. vt Tibullus, Pax alit agricolas.& Crispus. Cõcordia res minimę crescũt. Tenera hostia.ista con Cornuco
cordia q̃ mitis est donec teneriori iuuẽca. Qui facib⁹.i.nuptijs inuocat Hymeneũ deũ nuptiarũ. Discutiẽs. piæ.
remouẽs facib⁹ accẽsis. Auspice.felici: quę sit ad bonũ auspiciũ. Incede.veni. Ebrio.nã teste Martiano
Hymeneus Veneris & Bacchi fili⁹:cui⁹ officiũ esse dicit psallere in nuptijs:cantare ad thalamos:& coronare li-
mina serta.bacchus cã libidinis:q̃ maxime in nuptijs exercet. Marcidus.lassus. Vinculo.corona de rosis.
Tẽpora.caput. Gemini tpis.stella hesper⁹ i sero dr,eadẽ mane lucifer soli p̃uia:ideo gemini i.noctis & ma
ne:sicut es p̃nũtia noctis:iõ dilecta amãtib⁹. Tarde.q̃uis veniat scdm tpa suũ:tñ videt tarde venire amãtib⁹
q expectãt.Nã ois mora odiosa est expectantib⁹. Redis.reuerteris. Spargere.oẽs matres & nuptę cupiunt
te cito venire. Vincit.versus est glyconic⁹:& spõsę collaudatio. Cecropas.pulchrior est oib⁹ Athẽiẽsibus
Taygeti.mõs est Laconũ:intelligit Spartanas mulieres:q̃ vt inquit Cice.in Tusculanis ppetuo cursu & ve- Tayget⁹.
natione exercebantur. vnde Vir.ij.geor. Virginibus bacchata lacenis Taygeta.vnde dicit Iuuenum modo.
qa illud est officiũ virile. Oppidũ.Sparta q̃ erat sine muris. Aonius latex.fõs Aonius in Bœotia musis cõ
secratus. Alpheus.fluuius Arcadiæ ppe Elidẽ ciuitatẽ.hæc vincit oẽs puellas q̃ sunt p totã Gręciã. Cedet
Aesonio.Iasoni:incipit laudẽ formę sponsi q Bacchũ põt superare forma:qui pulcherrim⁹ describit a poetis.
Proles fulminis.Bacchus filius Semeles fulminatę a Ioue:vt est nota fabula. Tigribus.nã Bacchus dicit
vehi curru iũctis tigrib⁹. Tripodas. Apollinẽ formosissimũ intelligit:in cui⁹ tẽplo Phœbades spiritu agita
tę supra tripodẽ q in tẽplo erat rñsa dabant. vñ p circuitionẽ dicit q mouet tripodas.i.q dat oracula. Frater.
ipse Apollo frater Dianæ virginis. Aspę. Dianę venatricis q̃ sp est armata. Pollux.Pollux cũ Castore fra
tre q pulcherrimi erant filij Iouis & fratres Helenæ superabunt forma ab Iasone. Cęstibus. instrumentum
erat quo palæstritæ ac pugiles vtebantur. nihil aliud erat q̃ lorũ ex corio bubulo manibus circũuolutum:quo Cęstus.
& ictum minus ipsi sentirent & aduersarium grauius ferirent.ideo Pollux erat armatus cęstib⁹, qa pugil erat.
Vincat fœmina. vt Creusa vincit oẽs fœminas pulchritudine:sic sponsus vincit oẽs hoies. Hæc cũ.per cõ
parationem dicit: sicut sol & luna vincunt omnes stellas:sic Creusa cũ est inter alias puellas,oẽs forma sua su-
perat. Perit decor.cadit lumẽ aliorũ siderũ cũ sole qñ sol orit. Greges Pleiadũ.fuerunt septem filiæ Athlã Pleiades.
tis pulcherrimę inter sidera collocatę: Vergilię latinæ dicunt. Lantãt.non apparẽt quãdo luna est plena. Nõ
sua.quia accipit lumen a sole.
¶ Ad regũ. Chorus Corinthiacus relicta Medea ab Iasone,apte celebrat Hymeneos Glauces reginæ.preca- DANI.
turq; deos adsint propensi: & sint felici auspicio cœptę nuptię. Carmen secundum metro asclepiadeo et Gly
conico.ibi. Vicit virgineus decor &c. Taurus.in quæstione est cum taurus iure pontificalijnon immolari sit
consuetus Ioui:cur Seneca hic inducit chorum Ioui immolare.nam Atteius Capito sicait. Itaq; Ioui, tauro
verre ariete immolari non licet. Labeo.lxviij.libro affirmat nisi Neptuno, Apollini,& Marti taurum non im Ioui non
molari. sed argute egit Seneca.Nã oñdit ideo infortunatas fuisse nuptias istas. Placet.litet. Fœmina.vac imolãda.
ca:vt Vritq; videndo fœmina. Marcidus. Marcere est putrere:quoniam quæ macie attenuantur:facile pu- Fœmina
trescunt.hinc marcidus putridus.si credis Varroni. Papinius dedit hoc nomen Baccho. Marcidus edomito Marceo.
bellũ referebat ab hæmo. Stella.lucifer veneris stella, idem hesperus.idem iubar,idem phosphorus nũcupa
ri solet. Cupiunt.desyderio nuptiarum. Decor virgineus.forma Glaucæ nymphæ & virginis. Cecro
pias. atticas. exẽplo est Orithyia quam rapuit boreas: Philomena cui Tereus vitium intulit: Aricia puella. Athẽsẽ.
deperit Hippolytus:& sexcentæ aliæ quas esset valde operosum recensere. Taygeti iugis. q̃ formosæ sint formosas
Arcades,monent Atlantides ex Pleione in fulgentissimas stellas demutatæ. monet Parthenius mons asy- Parrhasię
lum virginum admirabili specie.& Syrinx tormẽtũ Panos non leue:demum Helenæ.& licet sit Laconię mõs
Taygetus tamẽ placet iure vicinitatis accipi Parrhasias mulieres quæ forma cum Spartanis contẽdunt: vt Pollux
scribit Homerus. Cedet.hactenus sponsam,nunc sponsum cõmendat. Cęstibus.pręstitit Pollux qui vicit Bebricẽ
Amycũ Bebricem perniciem hospitum: vt plane omnia prosequitur Apollonius in secundo volumine Ar vicit.
go.& Valerius:in quem lucubrauimus nõnulla: quę prodibunt breui in lucem. Phœbe.luna.Comparatio.
Circuitis.purius enim lucet luna.

Ostro sic niueus puniceo color
Perfusus rubuit: sic nitidum iubar
Pastor luce noua roscidus aspicit.
Ereptus thalamis Phasidos horridis:
Effrenæ solitus pectora coniugis
Inuita trepidus prendere dextera:
Felix Aoniam prendito virginem.
Nunc primũ soceris sponte volentibus
Concesso iuuenes ludite iurgio.
Hinc illinc iuuenes mittite carmina.
Rara est in dominos iusta licentia.
Candida Thyrsigeri proles generosa Lyæi
Multifidã iã tẽps erat succẽdere pinum:
Excute solennẽ digitis marcẽtibus ignem.
Festa dicax fundat conuitia fescenninus.
Soluat turba iocos: tacitis eat illa tenebris
Siqua peregrino nubit fugitiua marito.

cat subtilem vestem puellarem. Nostri patres. s. q non sunt vsi nauigatione. Candida. meliora tempora. Suppara.
Natale solum. terra in qua natus erat.

¶ Audax. Pindarico metro conscriptum: carmen quartum: in quo Medeę insultat audaciæ Chorus: q̄ se cre
diderit truci pelago in fragili ligno. Sed primo detestat ipsius nauis inuentorē: qua indignatione etiā Horati9 DANI.
vexatur. Illi robur durum & æs triplex circa pectus erat, qui fragilem truci cōmisit pelago ratem &c. Perfi-
da freta. qualia ille maxime omniū expertus est qui oues vendidit vt mercaret dactylos. Rupit. sulcauit. Nauigātiū
Animam. sic Iuuenalis subsannat confidentiam miserorum mortaliū: qui ventis animam cōmittunt dola temeritas.
to cōfisi ligno digitis a morte remoti, quatuor aut septem si sit latissima tæda. Pleiadas Hyadas.i. pluuias Hyales,
& humectas: vt accipias per epitheton. quidam tamen distiguunt, vt Hyades quinq; numero stellę in ore tau Pleiades.
ri, Pleiades septem in humero eiusdē: Atlantis filiæ hæ ex Pleione ex æthra illæ: qd magis placet. Olenię Olenia ca-
signum Amaltheę, siue oriatur vel occidat, tempestatem facit. Siderum autem obseruationem in nauigādo pra.
primi inuenerūt Phœnices. Auidus. qui auaritia cæcus ruit in pericula aperta. Auid9 qui quod non videt Auidus.

valde appetit: vt ſcribit Pompeius. Candida noſtri. vixerunt inquit primi illi homines affatim felices ſuis contenti confinibus: nulla re ſe indigere ſentientes: ſed maximis delitijs abundare. id quod eleganter etiam pertractat Heſiodus in ημεραισ ουδε ποτ ιθυδικαισ μετ ανδρασι λιμοσ οπηδει ουδ ατη θαλιησ δε μεμηλοτα εργα νεμονται τοισι φερει μεν γαια πολυν βιον ουδε πιμνομ μεσονται.

ASCEN. ¶ Pinus Theſſala id eſt argo facta ex ligno Theſſalico, traxit in vnum .i. cōtudit, foedera .i. pacta mundi diſſepti .i. diſcluſi maribus & montibus tanq̄ ſepibus, vt quiſq; ſui ſoli opibus contentus eſſet, bene .i. decenter aut multum: & iuſſit pontum .i. mare, pati verbera .ſ. remorū: & mare ſepoſitū .i. ſegregatū a nobis, quia aridam fundauerunt manus dei fieri partem metus noſtri: quē habemus aut de morte aut de prędonib⁹, aut de iactura rerum. Illa .ſ. pinus .i. prima nauis, improba .i. improbandæ audaciæ, dedit graues poenas ducta per tam longos timores .i. nauigationem tam lōgam & periculoſam. cū duo mōtes .ſ. Cyaneę inſulæ, appoſitione, clauſtra .i. obices profundi .ſ. maris aut inferni, gemerent hic atq; illinc .i. ab vtroq; latere, impulſu ſubito: velut ſonitu æthereo .i. tonitru: & cū mare depreſſum .ſ. naui quærenti tranſitum per ſcopulos illos, ſpargeret .ſ. aquis, aſtra & nubes ipas, Tiphys audax id eſt licet audax palluit .i. timore. & miſit .i. reliquit, oēs habenas .i. gubernacula nauis, manu labēte .ſ. prę timore. Orpheus tacuit .i. nō cecinit, lyra torpente: & ipa argo q̄ vocalis erat perdidit vocem .ſ. quā prius habuit: nam vt Sophocles tradidit quærc⁹ dodonea fuit πολυγλωσσοσ e qua argo contexta vocalis fuit vt in periculis argonautas moneret. vn̄ Claudianus i panegyricis. licet oīa vates in maius celebrata ferant: ipſamq; ſecandis Argois trabib⁹ iactēt ſudaſſe mineruā. Nec nemoris nautē vinxiſſe carentia ſenſu Robora: ſed q̄ſo teneri Iouis augure luco Arbore praeſaga, tabulas animaſſe loquaces. inde Lycophron dicit illā nauē picā fuiſſe garrulā: & Balbus fatidicam vt adnotauit interpres Claudiani. nō ergo vt Maſerien̄. diligēter aiaduertit, dicem⁹ Argo vocē Orphei ſed etiā ſuā amiſiſſe: q̄ & puppi amiſit. Quid ſup. dicā quātū timuerint: aut poti⁹ Quis, cū virgo .ſ. Scylla in mōſtrū marinū verſa, Pelori promontorij ſiculi, ſuccincta canes rabidos vtero: ſoluit pariter oēs hiatus .i. rictus caninos: quis inquā nō horruit totos artus? q.d. nemo: & ita oēs: & hoc vno malo .ſ. monſtro pernicioſo, latrante toties .i. per tot ora canum in vtero incluſorū? Quis itē cum peſtes dirę .i. execrabiles ſyrenes mulcerēt voce canora, mare Auſoniū .i. inter Siciliā & Italiā ſup. non horruit: cum Orpheus Thracius reſonans cithara Pieria id ē quam a Calliope matre vna pieridū acceperat: coegit pene .i. quaſi, ſirena ſolitā retinere cātu rates .i. naues, ſequi ſup. ſe? Et cum ſumma eſſent in nauigando pericula, quod pretiū fuit huius curſus .i. expeditionis? Reſpōdet. pellis aurea .ſ. arietis, & Medea maius malū, mari .i. q̄ erat mare: appoſitione merces .i. q̄ erat merces digna prima carina .i. naui temeraria Pōtus ceſſit .ſ. hominibus iā nūc: & patit̄ omnes leges: & non quęritur .ſ. ad nauigandum iā argo compacta manu palladia .i. arte ipſi⁹ Mineruę: iclyta .i. clara: vtpote referēs remos

Argo vocalis.

Bene diſſepti fœdera mundi
Traxit in vnum Theſſala pinus:
Iuſſitq; pati verbera pontum:
Partemq; metus fieri noſtri
Mare ſepoſitum. dedit illa graues
Improba pœnas: per tam longos
Ducta timores. cum duo montes
Clauſtra profundi: hinc atq; illinc
Subito impulſu: velut æthereo
Gemerent ſonitu: ſpargeret aſtra
Nubeſq; ipas mare depreſſum:
Palluit audax Tiphys: & omnes
Labente manu miſit habenas.
Orpheus tacuit torpente lyra:
Ipſaq; vocem perdidit argo.
Quis cum Siculi virgo Pelori
Rabidos vtero ſuccincta canes:
Omnes pariter ſoluit hiatus:
Quis non totos horruit artus:
Toties vno latrante malo?
Quis cum Auſonium dirę peſtes
Voce canora mare mulcerent?
Cum Pieria reſonans cithara
Trachius Orpheus ſolitam cantu
Retinere rates pene coegit
Sirena ſequi? quod fuit huius
Pretium curſus? aurea pellis:
Maiuſq; mari Medea malum:
Merces prima digna carina.
Nunc etiam ceſſit pontus: & omnes
Patitur leges: non Palladia
Compacta manu regum referens
Inclyta remos quæritur Argo:
Quęlibet altum cymba pererrat.

Terminus omnis motus:& vrbes
Muros terra posuere nouos.
Nil qua fuerat sede reliquit
Peruius orbis.Indus gelidum
Potat Araxem:Albin Persæ
Rhenumq; bibunt.venient annis
Sæcula seris:quibus Oceanus
Vincula rerum laxet:& ingens
Pateat tellus:Tiphysq; nouos
Detegat orbes:nec sit terris
Vltima Thule.

regũ.i.quos reges tractarant:sed sup.quæli-
bet cymba.i.nauicula perrat.i. libere pcurrit
altum.s.mare:ois terminus.s.terrarũ a mari,
motus.i.amotus est:&vrbes posuere nouos
muros terra.i.in terra.orbis.i.terrarũ & ma-
rium,quia globus terræ aquas ois sustinet: p
uius.i.pertrãsibilis, nil reliquit sede qua fue-
rat.s.prius.Indus populus orientalis, potat
Araxẽ flu.Armeniæ gelidum respectu Indi:
Persæ potãt Albin flu. Germaniæ,& rhenũ q
Galliã & Germaniã diuidit.secula venĩet an
nis seris.i.multo post vẽturis, quib⁹ Ocean⁹
laxet.i.aperiat, vincula rerũ.i.claustra,aut co
lumnas Herculis:& tellus pateat ingẽs.i. ma
ior q̃ nũc:aut tellus ingens, non prius reper-
ta,pateat:& Tiphys.i.nouus & audax naui-
ta detegat nouos orbes:nec Thule sit vltima
s.cognita post Orchades insulas.Quæ secu
la nũc maxime venerũt:quib⁹ plurima pars
orbis antea incognita reperta est auspicio E-
manuelis Portugalliæ regis clarissimi.

¶Bene dissepti.disiuncti: a dis & sepio: nã aqua data est piscibus,terra hominibus, vnde bene diuisus erat BERN.
mundus:& homines debebant esse contenti suis litoribus. Thessala pinus.nauis argo facta ex pinu in Thes
salia. Verbera.s.per remos & p alia instrumenta nautica. Sepositũ.seiunctũ ab vsu humano antea patie-
bamur tantũ mala in terra:nũc aũt timem⁹ etiã in aq̃. Illa.s.nauis Argo dedit poenas.s.q̃ sequunt. Cũ duo
mõtes.Cyaneæ insulæ sunt in põto seu magis scopuli contra Thraciũ Bosphorũ mille quingẽtis passibus ab
Europa distantes: vt testis est Pomponius de quibus Lucanus circa finem secũdi libri. Vt Pagasea ratis pe- Cyaneæ.
teret cum Phasidos vndas:Cyaneas tellus immisit in æquora cautes.has fuisse instabiles dicunt: & vicissim
concurrentes. Dicunt hæ concurrisse:& abstraxisse Puppẽ Argoos. Claustra.quia vident claudere mare il
lic. Aethereo.qa fragore maximo videbant tonitrua de cælo. Impulsu.impetu:& collisione simul facta
ex vtraq; parte. Depræhensum.s. in medio:nã aquas maris exprimebat in cælũ:quãdo illi scopuli cõiunge-
bant. Labente.cadente ppter timorẽ. Habenas.temonẽ nauis:quo regit nauis,quemadmodũ equus fre-
no:& habenis. Vocem.cantũ Orphei qui ppter timorem & ipe tacuit. Virgo Pelori.sicula:nã Pelorus est
mons Siciliæ ad Italiã vergens ibi scylla periculũ maris siculi nautis inimicũ habet:hæc oli fuisse filia Phor- Scylla.
ci ex Cretaria nympha dicitur.de qua Ouidius libro decimoquarto metamorphoseos omnia expressit. nam
cum deus marinus Glaucus hãnc ardenter amaret:a qua ipse spernebatur: & Circe Glaucum ipsũ mirum in
modum amaret: suadebat Glauco Circe vt spernentem Scyllam sperneret: & se amantem amaret: cui prius
inquit Glaucus, nascent in æquore frondes & pri⁹ in summis nascent montibus algæ: sospite q̃ Scylla no-
stri mutentur amores. Ex quo irata Circe nec volens amatum lædere, cõtra Scyllã ipam incanduit:q̃ sibi præ
ferebat:& fontem in quo Scylla ipsa lauari cõsueuerat, veneficijs potentissimis vitiauit: adeo vt cũ fontẽ in-
trauit,canes terribiles iuxta inguina sua cõspiceret: q monstruosis latratibus ipam deterrebant: quib⁹ ipa ex-
territa pcipitẽ se mari dedit.quã vt ait Vir.in.iij.æneι. Cæcis cohibet spelũca latebris:Ora exertantẽ: & naues i
saxa trahentẽ. vnde Ouidi.li.j.de arte inquit. Altera scylla maris monstrũ medicamine Circes Puppe premit
rapidos inguinibusq; canes.Huius formã depigẽs Vir.in eodẽ li.iij.ęnei.inquit. Prima hois facies & pulchro
pectore virgo Pube tenus: postrema immani corpore pistris. Delphinũ caudas vtero cõmissa luporũ.Sallu-
stius vero concordãs cum Pli. li.iij.histo. natu.dixit in sicilia esse saxum ingens habens humanam effigiem
in parte superiori:in inferiori vero plures habere dixerunt reiectos scopulos sub radicibus cauernosos. inter
quos dum æstuosum mare intrat ab eisdem refractũ tumultuãdo repsentat latratũ canum:& vlulãtes lupos.
Imo malo.s.scylla.Ob hoc periculũ quis nõ riguit per totos artus ex timore? De nauigatione Põti in Thes
saliã non est necesse venire ad italiam: sed sumptum de argonauticis Orphei: qui dicit cum Medea lacerasset
Absyrtum fratrem Iouem indignatum misisse tempestatẽ:& per duos dies errauisse in mari:& ad hæc loca ap
pulisse:Medeãq; cupidã visendi sororẽ Circen: quã regno pulsam ad italiam venisse tradũt:in eoq; promon
torio qd etiam nunc ab illa Circeon vocatur resedisse: vt Diodorus plane exequitur li.v. Quid cum.tangit
aliam fabulã ex Orpheo sumptã. Fuerũt, vt dicũt poetæ tres, Acheloi fluminis filiæ ex Calliope musa. Hæ i- Circe.
sulas quasdã iuxta Pelorũ inter siciliã & italiã habitasse scribũtur. Quod Oui.etiam tetigit in.xiiij.metamor. Acheloi-
Dum æneæ trãsitũ describẽs inquit. Terrasq; calẽti Sulphure fumatas acheloiadũq; reliquit Sirenũ scopulos des.
Quod Claudian⁹ poeta insignis clarius ostendit ac latius in li.de raptu pserpinæ.Harũ vna voce teste Seruio Sirenes.
sup.v.ænei.circa finẽ:alia tibiis:alia lyra canebat. Sed tanta dulcedine cantus trãseuntes nautas afficiebãt: vt
sopirent:quos cũ sopitos persentiscerent,submergebant & deuorabant: vnde dicit, q cũ nautæ vela dirigerẽt
ad illarũ littora videns Orpheus periculũ lyra accepta fecit illas tacere. Diræ pestes.sirenes. Mulcerent. del-
nirent cantu suo. Pieria.donata a musa eius matre. Pretium.pretium nauigatiõis fuit aureũ vellus & Me-
dea peior omni monstro. Merces.appositio est.q.d.pria carina fuit execrabilis:& Medea fuit merces digna
illa carina. Cessit.superatũ est. Leges.s.quas volunt nautæ. Palladia manu.nam dono Palladis Argo fa
bricata fuit q̃ amabat Iasonem. Cymba.etiam nũc parua nauicula transcendit totum mare. Regum. Iaso
nis & sociorum regum. Indi.extremi populi in oriente ab Indo fluuio dicti: vltra quos nõ est terra habitabi
lis.iam omnes fines nobis sublati sunt:nam omnes de loco ad locum vagantur. Araxem.fluuium Arme-
niæ. Persæ.populi orientis.ab his teste Pli.lib.xv.Persica poma aduecta sunt. Albumfluuiũ Germaniæ:in

Inulta patiar? segnis hic ibit dies
Tanto petitus ambitu: tanto datus?
Dum terra cælum media libratum feret:
Nitidusq; certas mundus euoluet vices:
Numerusq; arenis deerit: & solem dies:
Noctem sequentur astra: dum siccas polus
Versabit arctos: flumina in pontum cadent:
Nunq̃ meus cessabit in pœnas furor:
Crescetq; semper. quæ ferarum immanitas:
Quæ scylla: quæ charybdis Ionium mare
Siculumq; sorbens: quęq; anhelantem p̃mens
Titana tantis Aetna feruebit minis?
Non rapidus amnis: non procellosum mare:
Pontusq; coro sæuus: aut vis ignium
Adiuta flatu: possit inhibere impetum:
Irasq; nostras: sternam: & euertam omnia.
Timuit Creontem: ac bella Thessalici ducis.
Amor timere neminem verus potest.

Ego cerno vultũ furoris: dij fallãt metũ. i. faciãt vt frustra metuero. Medea aũt secum adhuc disputãs inqt: O misera. s. Medea, si q̃ris quẽ modũ. i. quã mẽsurã, statuas odio. i. quãtũ odisse debeas Iasonem: imitare amorẽ: vt tantũ oderis quãtũ amasti. Ego ne sup. sustinebo: vt patiar inulta, faces. i. tędas nuptiales regias. i. Iasonis cũ regis filia? Ibit. i. abibit, & & trãsiget hic dies segnis. i. sine insigni facinore, petitus. i. cũ sit petit⁹ tanto ambitu. i. tanta more ambientiũ supplicatione, & datus. i. cõcessus, tanto ambitu. i. supba largitiõe? dũ. i. quousq;, terra media. s. duorũ hemisphęriorũ cæli, feret. i. sustinebit aut patiet, cælũ libratũ . i. ęqua lance hinc & hinc suspẽsum: & mũd⁹ mundus. i. splẽdid⁹ ppter astra, euoluet certas vices. i. vicissitudines oriẽtiũ & cadẽtiũ siderũ & numerus deerit. s. cognit⁹ nobis (nã est numerus, neq; eñ numero comprendere refert) arenis: & dies sequetur solem: & astra sequent noctem: dum polus. s. arcticus. i. axis septentrionalis, versabit. i. circũ se aget, arctos. i. vrsas siccas. i. nõ tinctas oceano: & dũ flumina cadẽt in pontũ. i. mare: quia oĩa flumina currũt in mare & mare non redundat: furor meus nunq̃ cessabit in pœnas. s. inferẽdas Iasoni: & sup. furor meus crescet semp. Quę immanitas ferarũ, quę Scylla, q̃ Charybdis, sorbẽs mare Ioniũ & siculũ: quia ad cõfluxũ est: q̃q; . i. & quę, Aetna, mõs ęstuãs sulfure & igni. p̃mens titana. i. vnum e titanibus. s. enceladũ, (quis vt dicitur ęneid. iij. Fama est Enceladi semustũ fulmine corp⁹ Mole hac torq̃ri) feruebit tãtis minis? (q. d. null⁹, nulla, & nullũ: q's nõ amnis rapid⁹, nõ mare pcellosum, & põt⁹. i. mare põticũ, sęu⁹ coro. i. vẽto illo q & Caur⁹ dicit, aut vis ignũ adiuta. s. ad furorẽ, flatu. i. vẽto imisso, possit inhibere impetum. s. mentis sut animi mei: vtpote vehementioris: quia violẽtius non cedit minus violento: & iras nostras lõge ferventiores: sternam & euertam omnia. i. & regiam & quæ in ea erũt. Timuit: dices q Iason timuit Creontem, ac bella ducis Thessalici. s. Achasti: sed nihil agis: amor verus neminem potest timere.


Lũna. Hic est terti⁹ act⁹: vbi nutrix hortat Medeã ad qetẽ: ne qcq̃ cõtra regẽ tẽtet: sed Medea ira lacessita ad vidictã pna fert. Incerta. illa nõ obtempat: sed recedit p̃ceps: vñ nutrix dicit: abit illa sicut mœnas furiata. Entheos. bacchicos: & est adiectũ s græco. Mœnas. baccha: de q̃ supra dixim⁹. BERN.
Recepto deo. i. furore bacchico in mõtib⁹ in qb⁹ solebãt fieri sacra Baccho. de Pido & Nysa dictũ est supra. Effero. effrenato. Lymphatici. Lymphã, aquã vocamus: vñ Lymphatici, laruatici, atq; insanientes dicũt: q apd veteres vulgo pditũ erat, q̃ cũq; speciẽ quãdã i aq̃ vidissẽt, hoc ẽ Nymphę effigiẽ, fuiẽdi finẽ nõ facere: quos gręci Nympholeptos appellãt. Flãmata. accẽsa. Citat. cõmouet. Ex alto. i. pfundo pectore. Renidet. sunt varię passiones ill⁹: interdũ habet vultũ lętũ recordãs de vindicta. tractũ est ab auib⁹ q̃ sunt in nido, q̃ lętant videtes matrẽ venientẽ. Specimẽ. signũ & argumẽtũ cuiuscũq; passionis. gręci πάθη pathe appellãt: quas latini passiones & affectiones dicũt. Hęret. firmat se: qd signũ est cogitabũdi. Minat. quassat caput. Aestuat. dubitat in pectore. tractũ a fluctib⁹. Põdus. malũ. Verget. vertet se. Versat. reuoluit secũ. Lymphatici. Renideo,
Haud mediũ. nõ mediocre: imo magnũ. Se vincet. faciet plus q̃ solita sit in malis suis. Fallãt. faciãt vt falsum sit & vanũ qd metuo. Si q̃ris. exhortat Medea seipsam audiẽdo nutricẽ. Misera. nũc in miserijs cõstituta. Imitare amorẽ. s. ppter quẽ reliquisti patrẽ & interfecisti fratrẽ: nũc facias aliqd peius. Patiar. sustinebo ne vt relinquat me Iason, & hodie ducat aliã vxorẽ? Segnis. sine vindicta. Ambitu. cũ tãta instãtia a Creõte rege petit⁹: vt cũ Iasone iũgeret filiã. Dũ terra. nunq̃ cessabo donec fecero vindictã. Libratũ. q's terra ẽ in medio. Mũdus. coelũ. Vices. mutatiões tẽporũ. nã mõ æstas, mõ hyẽs. Numer⁹. qa arenę nõ possunt numerari. Solẽ. q's de die est sol: de nocte aũt apparẽt sydera. Siccas arctos. vrsam minorẽ & maiorẽ: q̃ dicunt nunq̃ occidere in mari: vt aliæ stellę: quẽadmodũ supra diximus. In põtũ. omnia flumina vadunt ad mare.
Titana. Enceladũ vnũ ex gigantibus: qui sub Aetna sepult⁹ dicit a poetis: euomereq; flãmas, q̃ ab Aetna monte euoluuntur. Non rapidus. non erit vlla potentia q̃ possit me cohibere. Coro. vento. Pontus. s. Euxin⁹. Timuit. indignata Medea q Iason illam reliquerit propter timorẽ Creontis, & Achasti regis Thessaliæ: vnde dicit sibijpsi: si me amasset non me reliquisset: nam verus amor neminem timet. Enceladus.

¶ Alũna. Quitũ carmẽ & act⁹ terti⁹: & ẽ iãbicũ trimetrũ. Dãnata exilij Medea furit & parat se ad vindictã: frustra quietẽ suadẽte nutrice. Nysę. Nyseides sacrificabant Baccho: melle vino & lacte: postea furebãt. Eusebius & Acron. Affect⁹. pturbatio animi. carpit speciẽ & pulchritudinẽ Medeæ. Renidet. modo exhilaratur. DANI. Nyseides.
Hæret. dialyton. Aestuat. feruet ira. Vrget. repetitum est quid sit vrgere in sacro & re diuina. sed hic verget legetur. Imitare amorem. tuum: qui te facile ad omne scelus impellat: vt est venenosus amor & tristis. Segnis. sine mea vindicta. Dum terra. ab æternitate scelus exaggerat.

ASCEN. ℂSed sup. demus: vt cesserit. s. Creonti conuictus: & dederit manus, more se dedentium potuit certe. i. saltem, adire & alloqui extremo sermone coniugē. s. me: cui nomine cōiugis plurimū debet. Hoc quoq. i. verum sit ꝙ ferox qui nihil timere solet, extimuit quoq. i. etiam, hoc. s. me alloqui: certe. i. saltē, licebat genero. i. ipsi cū iā esset gener, laxare. i. extendere mihi, tēpus imitis fugę: q a marito & liberis: vnus dies dat⁹ est duobus liberis. s. deosculandis. Nō queror tēpus breue: quia patebit multum. i. lōgū si referaƭ ad ea q̄ in eo agā hic dies faciet, faciet qđ null⁹. s. dies taceat vnq̄. ego inuadā. i. cōiurationibus lacessam, deos, & quatiā. i. cōcutiā cūcta tam diuina, q̄ humana. Nu. o hera, recipe. s. in trāquilliore statū, pectus turbatū malis. i. aduersitatib⁹: mitiga animū. Me. Sola quies est. s. mihi aut opinione mea: si video cuncta obruta ruina. Oīa abeant. s. in exitium mecum: quia libet trahere, scilicet oīa, tecum cum pereas: quod malignę est mentis & inuidę. Nu. vide q̄. i. q̄tum multa sint timenda. s. tibi, si pstas. s. in furore concepto & voluntate vindictæ: quia nemo potest aggredi potentes tutus. i. manens tutus. i. extra omne periculum.

Sed cesserit conuictus & dederit manus:
Adire certe: & coniugem extremo alloqui
Sermone potuit. hoc quoq extimuit ferox:
Laxare certe tempus immitis fugæ
Genero licebat: liberis vnus dies
Datus duobus. non queror tempus breue:
Multum patebit: faciet: hic faciet dies:
Quod nullus vnq̄ taceat. inuadam deos:
Et cuncta quatiam. Nu. recipe turbatū malis
Hera pect⁹: animū mitiga. Me. sola est quies:
Mecum ruina cuncta si video obruta.
Mecum oīa abeāt: trahere cū pereas libet. N.
Q̄ multa sint timenda: si perstas: vide.
Nemo potentes aggredi tutus potest.

BERNA. ℂSed cesserit. Pone ꝙ timuerit: saltem debebat venire ad me: vt seipsum expurgaret: potuissetq impetrare plures dies a Creonte ne discederem: quēadmodum ipsa impetrauit tantum vnam diem: quæ tamen satis erit ad vindicandum me. Coniugem. s. me. Ferox. s. Iason. Laxare. prolongare tempus. Immitis fugę. exilij crudeliter mihi inditi. Genero. Iasoni: cui nulla repulsa potuit dari a Creonte. Vnus dies. vt complecterer natos priusq̄ discederem. Deos. s. per incantationes. Sola. nunq̄ quiescam: immo ero cōtenta si videro omnia in ruinam dari mecum. Tutus. quia nemo sine periculo aggreditur potentes.

DANI. ℂAdire certe &c. Non sine stomachatione & graui sugillo ipsius Iasonis, isthęc repetit Medea: pręsertim affinitatis nomina & maritalis vinculi. Coniugem. quam decepit: quam respuit nulla causa. Genero. poti⁹ moecho. Liberis vnus dies. dixit Creon. Vnus parando dabitur exilio dies. Non queror. non est terendū lachrymis tempus: quod mihi perq̄ breue relictum est.

ASCEN. O Dura &c. Egreditur Iason ācipiti cura pressus: q a Medeā de se optime meritā, & e qua tam indulgētes susceperat liberos, nec exigere honeste, nec retiere tute poterat: ne Creōtē cū cui⁹ filia iā spōsalia pegetar offeceret. Neq si nulla cōtraxisset tut⁹ apđ eū foret: cūi iā Achastus hostem se denuntiauerat si Medeam veneficam & patris ipsi⁹ interfectricē apud se retinere & fouere pergeret. dicit ergo pplexus & attonitus nondum vidēs Medeam sed eā visens: O fata semper dura & p. i. sortē asperam, vtpote malā ex æquo. i. ęquali portiōe cū sęuit. s. in nos: & cū parcit. i. pcere videƭ nobis. Deus. s. aliqs malis nr̄is gaudēs inuenit toties nobis remedia. s. piculorū mortis, peiora piculis: vt in Colchis remediū mortis fuit ducere Medeā veneficā dirā: & nūc remediū euadēdi minas Achasti & insidias Creōtis ē repudiare cōiugē tot liberorū cōtra fidē & iusiurādū, ac supducere liberi nouercā minus nobilē. vn̄ declarās qđ dixit addit: si vellē pstare fidē meritis ꝯiug. s. Medeę caput. s. meū fuit offerēdū leto. i. cędi, aut per Creōtē aut p Achastū iferēdę: si noli mori, carēdū est misero. s. mihi, fide. Et si quis dicat si grauiora sūt remedia piculis. i. frāgere fidē q̄ mori: q̄re nō moreris? dicit. Timor nō vincit virum. i. virilē aīm meū: sed pietas. s. i liberos trepida. i. q̄ me trepidū facit. qppe. i. quia certe proles. i. nex aut cædes prolis, sequeretur necem parentum. O sancta iustitia si incolis cęlū: quia dicitƭ terras fugiens Astrea repetisse

Trimetri Iambici.

IASON. MEDEA.

O Dura fata semper: & sortem asperam
Cum sęuit & cū parcit ex ęquo malā.
Remedia toties inuenit nobis deus
Periculis peiora: si vellem fidem
Præstare meritis coniugis: leto fuit
Caput offerendum: si mori nolim: fide
Misero carendum est. non timor vincit virum
Sed trepida pietas: quippe sequeretur necem
Proles parentum. O sancta si cælum incolis
Iustitia: numen inuoco ac testor tuum:
Nati patrem vicere. quin ipsam quoq
Etsi ferox est corde nec patiens iugi:
Consulere natis malle q̄ thalamis reor.
Constituit animus precibus iratam aggredi.
Atq ecce viso memet exiluit: furit:

Fert odia prę se:totus in vultu est dolor. Me.
Fugimus Iason:fugimus:hoc non est nouum
Mutare sedes:causa fugiendi noua est.
Pro te solebam fugere:discedo:exeo
Penatibus profugere quam cogis tuis:
Ad quos remittis?Phasin:& Colchos petam?
Patriumq; regnum?quæq; fraternus cruor
Perfudit arua?quas peti terras iubes?
Quæ maria monstras?pontici fauces freti
Per quas reuexi nobiles regum manus
Adulterum secuta per Symplegadas?
Paruam ne Iolcon:Thessala an tempe petam?
Quascunq; aperui tibi vias:clausi mihi.
Quo me remittis?exuli exilium imperas:
Nec das:eatur:regius iussit gener:
Nihil recuso:dira supplicia ingere.

cælum:ego inuoco & testor numen tuum:q sup.nati vicere patrē.i.coegerūt patrē facere, quæ contra fidem facit:fides aūt fundamentum est iustitiæ.quin reor ipsam.s.Medeam cui soli iuria fit,etsi.i.q̄q̄ est ferox corde, nec patiens iugi.i.nequiens pati iugum,aut subiunctionem vllam,malle.i.magis velle,quoq;.i.etiam, consulere.i. consilio prouidere, & prodesse,natis.i.liberis nostris,q̄ thalamis.i. nuptijs conseruandis. Animus constituit.i. decreuit,aggredi ꝑcibus.i.ꝑcādo,iratam:atq; ecce memet viso.i.vt primū me vidit, exiluit:furit(mutat tempus:quia prius exiluit, & adhuc furit)præ se fert.i. indicijs exterioribus ondit odia.s.in me:dolor est tot⁹.i.appet in vultu.Me.Iason,nos fugim⁹,fugim⁹:mutare sedes,hoc non est nouum,scilicet nobis: quia id sępe fecimus:sed sup. causa fugiendi est noua:quia solebam fugere pro te.i.eo q patraui crimē pro te:vt apud Colchos,& Peliam:& sup.discedo:exeo penatibus tuis:quā cogis profugere.i. profugam errare:ad quos remittis sup.me aut nos?Nū sup.petam Phasin flu.colchorum & Colchos.i. patriam meam?q;.p & regnū pr̄iū.i.paternū:q̄q;.i.& sup. ea arua,q̄ cruor fratern⁹.i.fratris mei Absyrti ꝑ te seruādo & patre remorādo discerpti pfudit.i.cruētauit?q.d.scis q id fieri nō pōt:igit̄ quas terras iubes peti.s.a me? quæ maria mōstras.s. mihi petenda?Nū sup. fauces freti.i. maris pontici:per quas reuexi.i.curaui reuehendas,manus.i.copias & cohortes nobiles regum.i. illustriū virorum Argonautarum,inter quos plurimi erant reges aut regum filij & reges futuri,secuta adulterū.i.te,q alteram habebas coniugē,scilicet hanc quam nunc amplecteris:aut si nō habebas me viua habere nequeas: sed quia habere vis indicas te poti⁹ adulterum q̄ legitimum maritum: secuta dicit per Symplegadas.s.insulas & rupes videlicet Cyaneas non sine periculo prꝫternauigabiles. Petam ne Iolcon paruam.s. vrbem Thessaliæ, patriam autem Iasonis vt testatur Strabo libro.j.q.d.non potero a te derelicta,& propter te Thessalis omnib⁹ ob cæsum Peliam inimica effecta: an petam tempe Thessala.i. Thessalica:sunt enim amoenissima in Thessalia loca?q.d.etiam nequaq̄:quia quascunq; vias aperui tibi,clausi mihi.Quo igitur remittis me? Tu imperas exuli.s.mihi & a mea & a tua patria exulanti,exilium.s.e Corintho:nec das.i.& non assignas locum exilij.Eatur:hoc ironicos ad se dicit quasi dicat:oportet tamen ire:quia gener regius.s.Iason iussit.Iason fac potius qcquid in me libet:ego nihil recuso,scilicet supplicij:ingere supplicia.s.quęcunq; vis.

O Dura.Nunc agitur pars Iasonis exeuntis ad consolandum Medeam:& dolet,q cogatur eam deserere,dicens.qn volui liberari a tauris & dracone coactus sum iurare ne perirem me habiturū Medeā in vxorē:nunc aūt necesse est:aut moriar,aut obtēperē Creōti:sed deos testor q non id facio ꝑpter mortē meā:sed ꝑpter filios meos. Fata.s.mea. Sortē.conditionē fortunæ meæ. Ex ęquo.ęquali: semper mihi iniqua. Peiora.quia peius sequutū fuit ex liberatione mea.& hęc secū loquitur Iason. Cōiugis.Medeę quæ me liberauit. Fide.quā promisi Medeę. Virum.s.fortem, qui mortem nō timet. Pietas. amor in filios. Vicere.excusat se:nam filij sui fecerunt hoc amore suo:vt desererem Medeam : vt superstites essent. Parentē.s.me. Quin ipsa.s.Medea mater:credo q ipsa potius velit deserere me q̄ videre mortem filiorum. Malle.potius velle cōsulere natis.i.seruare vitam filiorum q̄ frui thalamis meis. Aggredi.alloq: deliberaui adire illam. Exiluit.foras venit ad me. In vultu.quo monstrabat totam passionem animi. Fugimus. furibunda aggreditur Iasonem. Causa.fugi a patre propter amorem tuum:iterum de Thessalia propter Peliam quem interfeci pro te:nunc aūt coacta & deserta a te. Ad quos.exprobrat beneficia:vis redeā ad patriam:quā totam violaui propter te? Reuexi.reduxi sospites reges qui tecum erant in Argo. Adulterū. scilicet te. Per Symplegadas.sunt teste Pli.in.iiij.&.vj.natu.histo.scopuli:vel secundum Pomponium in secundo duę insulæ Hellesponti contra Thracium Bosphorum quingentis passibus ab Europa distantes.quas nonnulli ex poetis nostris etiam Cyaneas vocauerunt.Has Ouidius in Metamorphoseos li. mobiles primū fuisse,sed postea immobiles factas dixit.Timuit concursibus argo Vndarum sparsas Symplegadas elisarū, Quæ nunc immotæ perstant ventisq; resistunt.

BERN.

Symplegades.

¶ Si vellem fidem. Nō temere Iason reliquit Medeam. quam æque, ac parentem suū deceperat,seipsum posse suspicabatur aliquando etiam decipere. Meritis coniugis.non possem Medeę erga me beneficia vllo merito persoluere nisi morerer:ergo vt caream morte carebo fide. Fugimus.in fugam trudimur. Pro te.nūc pro socia tua:sed tacuit dolore. Patrium regnum. vrbem Aeæam de qua Apollonius meminit:& Homerus. vnde dicta Circe Aeæa non vt somniat quidam a nauigantium clamore. Phasim.fluuiū patrium. Phasis clarissimus Ponti fluuius : oritur in Moschis: & nauigatur q̄libet magnis nauigijs. Hippus & Cyanus vastissimi amnes in eum cadūt & faciunt maximum strepitum.Mela & Plinius in septimo. Colchorum regio in Scythia. vt testatur Strabo.

DANI.

Aeæa.

Circe.

Phasis.

Meruí:cruentis pellicem pœnis premat
Regalis íra:víncults oneret manus:
Clausamq́ saxo noctis æternæ obruat:
Minora meritis patiar. O ingratum caput:
Reuoluat animus igneos tauri halitus:
Interq́ sæuos gentis indomitæ metus
Armifero in aruo flammeum Aeetæ pecus:
Hostisq́ subiti tela:cum iussu meo
Terrigena miles mutua cęde occidit.
Adice expetita spolia Phryxei arietis:
Somnoq́ iussum lumina ignoto dare
Insomne monstrum:traditum fratrem neci:
Et scelere in vno non semel factum scelus:
Iussasq́ natas fraude deceptas mea
Secare membra non reuicturi senis.
Aliena sectans regna:deserui mea.
Per spes tuorum liberum:& certum larem:
Per victa monstra:per manus pro te quibus
Nunq̃ peperci:perq́ pręteritos metus:
Per cœlum:& vndas:coniugii testes mei:
Miserere:redde supplici felix vicem.
Ex opibus illis:quas procul raptas Scythæ
Vsq́ a perustis Indiæ populis petunt:
Et quas referta vix domus gazas capit:
Ornamus auro nemora:nil exul tuli
Nisi fratris artus:hos quoq́ impendi tibi:
Tibi patria cessit:tibi pater:frater:pudor:
Hac dote nupsi:redde fugienti sua. **Ia.**
Perimere cum te vellet infestus Creon
Lachrymis meis euictus exilium dedit. **Me.**
Pœnã putabam:munus:vt video:est fuga. **Ia.**
Dum licet abire profuge:teq́ hinc eripe.
Grauis ira regũ est semp. Me. hoc suades mihi
Pręstas Creusæ:pellicẽ inuisam amoues. **Ia.**
Medea amores obicis? Me. & cędẽ & dolos. Ia.
Obicere crimen qđ potes tandẽ mihi? Me.
Quodcũq́ feci. Ia. restat hoc vnũ insuper

ASCEN. ¶ Merui.s.supplicia oia:ira regalis.s. Creõtis regis premat.s.me, pellicẽ.i. tanq̃ pellicem filiæ suæ:oneret manus sup. meas vinculis:& obruat clausam saxo noctis æternę.i. qđ voluit Sisyphus progenitor soceri & sponsę tuę q d. id facile impetrarint cum sint de sanguine Sisyphio:& ita per transitum genus Creõtis eleuat:tamẽ sup. licet id faciat, ego patiar minora meritis.i. q̃ peccatis meis merui. Verũ o caput ingratum, animus.s.tu9 reuoluat, halitus.i.efflat9 & anhelitus igneos, tauri:erãt tamen duo tales subiugandi: & reuoluat, flãmeum pecus.i. tauros flãmiuomos, Aeetę.s. patris mei, in aruo armifero.i. ferẽti armatos e dentibus draconis illic satis:inter sęuos metus gentis indomitæ.i. armatorum subito nascentium & martio furore vt primũ editi erãt ardentiũ:& reuoluat tela hostis subiti.i. subito enati, cum miles terrigena.i.e terra genitus occidit.i. occubuit cæde mutua, iussu.i. imperio meo:adice.s. superioribus:scribitur autem vnico i:vt prima corripiatᷣ:spolia arietis Phryxei, expetita, scilicet a te:& adice mõstrũ in somne id ẽ draconem peruigilem, iussum scilicet per me ad salutem tuam, dare lumina .i. oculos, somno ignoto, scilicet ipsi pri9:adice fratrem.s. Absyrtum traditum neci, & scelus factũ non semel, immo frequẽter, in vno scelere:cui cætera erant adnexa:& natas.i. filias Peliæ:deceptas fraude mea: vtpote iussas secare mẽbra senis.s. Pelię patris sui, non reuicturi, vt sperabãt. Ego sectãs aliena regna videlicet tua qui mihi nunc alienus es, vt tamen ea augerem & stabilirẽ Peliam sustuli, deserui mea, scilicet regna:vtpote Aeęam vrbẽ apud Colchos. O Iason, miserere sup. mei: obsecro, per spes liberum pro liberorum tuorum, id est quas de liberis tuis concepisti:& p certum larem, quẽ speras te & eos habituros: per monstra victa, scilicet beneficio meo: per manus sup. meas quibus nunq̃ peperci pro te.i. vt tibi prosim:& per metus pręteritos .i. exhaustos, per cælũ & vndas.i. deos cęlestes, & marinos, testes coniugij mei.i. quos iurasti mihi dum fidem coniugij dedisti:miserere inquit & redde felix.i. cum sis felix, supplici, scilicet mihi, vicem.i. vicissitudinẽ:nam ipsa felix te supplicem iuui. ego exul.i. extra solum patrium tecum proficiscẽs nil tuli ex illis opibus quas Scythę populi subiecti Aeetæ petunt vsq́ a populis Indiæ perustis, scilicet sole vicino, aut radios ex directo demittente:& sup. ex gazis, quas gazas domus, scilicet paterna, referta vix capit:quia pręterq̃ q́ dom9 plenas habemus, ornamus auro nemora: vt aureo vellere, aut circulis aureis: nil inqt exul tuli nisi art9, id est membra fratris Absyrti:& impendi tibi, id est vtilitati tuæ, quoq́, id est etiam hos, scilicet art9 fratris, quia sparsi eos ad remorandum patrem. patria cessit tibi: pater, frater, pudor cessit tibi:quia omnia amisi, vt te haberem:ego nupsi, scilicet tibi hac dote, scilicet meritorum in te:redde fugienti, id est mihi quam fugere cogis, dicerem exulanti, sua, id est quæ amisit & tibi impendit. Iason. Cum Creon infestus, scilicet tibi, vellet perimere te, ipse euictus lachrymis meis

Tuis vt etiam sceleribus fiam nocens. Me.
Tua illa:tua sunt illa:cui prodest scelus:
Is fecit:omnes coniugem infamem arguant:
Solus tuere:solus insontem voca.
Tibi innocens sit:quisquis est pro te nocẽs. Ia.
Ingrata vita est:cuius acceptæ pudet. Me.
Retinenda non est:cuius acceptæ pudet. Ia.
Quin potius ira concitum pectus doma:
Placare natis. Me. abdico:abiuro:abnuo:
Meis Creusa liberis fratres dabit? Ia.
Regina natis exulum afflictis potens.

dedit.i.cõcessit tibi exiliũ.q.d.quod potui dedi. Me. Ego putabã fugam & exilium poenã sed sup. vt video, fuga est munus.i. beneficium p̃cibus impetrandũ. Ias. O Medea, dum .i.quoad, aut donec, licet.i. p̃missum est abire ꝓfuge & eripe te hinc:quia ira regum est semper grauis: & poterit reuocare bñficiũ. Med. Tu suades hoc mihi:sed p̃stas.i. exhibes & lucrifacis, Creusę.s. nouæ nuptę:qa tu amoues illi pellicẽ inuisam.s. me aut Medeam. Ias. O Medea, tu obicis sup. mihi amores.s. nouos q.d. putas ꝙ id factam quasi Creusam plꝰ te amem si vtram velim præferre liceat? Medea aũt callide aliter intelligẽs dicit:&.i. etiã, hoc ẽ obijcio tibi amores: sed meos in quos igratꝰ es:& cędẽ & dolos.s. quã & quos pro te feci. id tñ nõ sic intelligẽs Iason dicit. Quod tãdem crimẽ potes obijcere mihi? Me. Q dcũq feci. Ia. Restat insup hoc vnum: vt fiam nocens sceleribus tuis. Me. Tua illa tua sunt illa:quia is fecit scelus cui prodest:arguant.s. reliq oẽs cõiugẽ.s. me tuam, infamem:tñ tu solus tuere sup. eã: & voca solus insontẽ: sit tibi innocẽs quisquis est nocens pro te. Ias. Vita est ingrata:cuius acceptę.i. quã ab indigno accepisse pudet. Me. Vita cuius acceptę pudet, non est retinenda. Ias. Quin potius doma pectus concitũ ira:placare.i. sis placata, natis.i. propter natos. Me. Ego abdico, abiuro, abnuo.s. eos. nam nunquid sup. Creusa tã ignobilis, dabit.i. patiar vt det liberis meis a sole originem trahentibus, fratres? Ias. Immo ip̃a regina potens dabit fratres natis exulum afflictis.

¶Nec das. Quia omnino eram exul. Regius gener. Ironice: Iason gener Creontis. Pellicem. scilicet me. Minora. nam maiora merentur scelera mea. Ingratum caput. nunc apit ironiã exprobrando bñficia sua Iasoni. Halitus. spiritus. Nam tauri qui erant ad custodiam aurei velleris naribus & ore flammas euomebant. Armifero in aruo. vbi debebãt nasci armati homines ex dentibus serpẽtinis, qui in auctorem seminis arma contulissent. Pecus. tauros intellige. Hostis subiti. subito ex terra nati. Mutua. nam mutuis vulneribꝰ se se interfecerunt. Arietis. quem Marti Phryxus sacrauit:eiusq pellẽ e phago appendit. Mõstrũ. draconem peruigilem. Fratrem. Absyrtũ: quem in frusta dissecui apud Tomos. In vno scelere.s. cũ sequerer te multa scelera simul feci. Iussas natas. filias Peliæ patrui tui quem filiabus occidendum præbui: vt illius regno potireris. Senis. Peliæ. quem illo modo reuirescere putabant. Per spes. deprecaẽ modo Iasonẽ per res sibi gratissimas & per ea pericula quibus ipsum liberauit. Certum larem. domum certam non habeo: vt tu certã domũ: vnde necesse est me vagari. & ita mouet misericordiam. Peperci. quas semper exercui contra monstra ꝓ te, & in omni scelere. Testes. quia adiurasti mihi cõiugium per deos cælestes & marinos. Vicem. merita: mutuum amorem. Ex opibus. vides me desertam in maxima infelicitate: educata fui in domo referta diuitijs: & nihil exportaui nisi fratrem paruulum quem pro te morti tradidi. Scythę. in quibus sunt Colchi. Petũt. vadunt ad accipiendum vsq ad vltimos populos. Capit. vix potest tenere propter copiam. Ornamus. hoc dicit propter pellem auream quę pẽdebat in arbore. Cessit. victa fuit: nam pro te deserui ea. Redde sua. scilicet patriam & integritatem meam quã pro te amisi. Poenam. putabam exilium esse poenam: sed est beneficium: vt tu dicis. Hoc suadens. ꝙ mihi suades fugam, non facis pro bono meo: sed amore Creusæ: a qua pellicem, scilicet me, vis amouere. Cædem. scilicet Pelię & fratris. Quodcunq. nam fuisti causa omnium scelerum quæ feci. Restat. tu vis vt dicar sceleratus propter scelera tua. Tua tua. conduplicatio indignabũda. Cui prodest. ille cuius causa fit scelus & mali dat causam, hic est sceleratus appellandus. Omnes. si me omnes accusarent tu solus deberes me tueri. Tibi innocens. quando quis est nocens causa tua, illum semper debes excusare non autẽ criminari. Ingrata. non vellem viuere: cum me vitam a te accepisse pudet. Retinenda. potes te occidere. Placare. placeris propter filios: depone furorem & recede. Abdico. Renũtiare est abdicare apud historicos quando quis renuntiat magistratui. Creusa dabit. indignatiue. Creusa pariet ex te: & faciet fratrem meis filijs. Regina. hoc erit gloriosum ꝙ regina pariat fratres natis exulum, scilicet mei & tui qui sumus exules. BERN. Renuntio.

¶Reuoluat. Cogitet. recolat animꝰ tuꝰ igneos taurorũ anhelitus: quos Apolloniꝰ dixit σωματι φλογα φυσιοωντε &c. Halitus. spiritꝰ. spiritũ recipit, licet sit nostra vox. Armifero in aruo. i. nouali reddẽte nõ fruges, sed arma. Aeetes alloquiẽ in hęc verba Iasonẽ iuxta Apolloniũ. Hospes tu iũgens tauros ipelles in cãpũ Martis quadratũ: quẽ scindẽs aratro ad ꝓfundũ nõ iacio in sulcis semen sed serpẽtis pniciosi dẽtes exeũtes in corpora armata: q irruẽs domo mea hasta. Mane iũgo boues & qesco in crepusculo ip̃o a messe: tu si pfeceris talia eo die auferes vellus ad reges. aliter non darẽ. ne spera. αυτημαρ τοδε κωας αποισεαι εις βασιληος, πριν δε κεν ου δωσω. ιυδε λπεο &c. Arietis. portatꝰ est ab ariete Phryxus. conuenit cũ Apollonio. ceterum nõ arietem fuisse, sed ouẽ Naso affirmat. Phryxeã petijt Pelias arbor ouẽ. Mõstrũ. puigilẽ itelligit draconẽ custodẽ pellis aureę, quã in vertice caucasi terra pepit iuxta petrã: i qua Iuppiter Typhaona fulminauit. percussus enim Typhaon postea vix potuit peruenire ad portum nomine Serbonida: vbi adhuc stridens iacet. Serpens vero appositus ad custodiam velleris: quem serpentem vna cum tauris mãsuefecit veneno: quod vocant Promethejum in Phoriamo diu cõditũ. Scythę. id ẽ Colchi: παρα το σκευθω. dicti sunt Scythę: quia sunt asperi & immanes populi. de quibus satis & super dictum est alio in loco. Sua. id est teipsum. Poenã. correctio est. Grauis ira. iuxta illam sententiam. χαλεπη μενις ... βασιληος. DANI. Habitus. Aeetæ ad Iasonẽ verba. Aries Phryxi an ouis. Draco.

ASCEN. ¶Non veniat. Medea facile cõmentum Iasonis repellens, inquit. Dies veniat vnq̃, miseris .s. liberis nostris tam malus: qui pro vt misceat sup. cum, prole fœda, scilicet Creontis a Sisypho oriũdi, prolem inclytam .s. nostrã, & nepotes Phœbi, id est Solis, saltẽ ꝑnepotes, nepotibus .i. minoribus Sisyphi qui Corinthum condidit: & ob scelera apud inferos damnatus est. Ia. O misera, quid .i. ad qd trahis & me & te in exilium? queso abscede. Me. Creon qui mihi tot' infensus est, audiuit sup. me supplicem: quia diem fugę concessit. Ias. Loquere .i. dic, quid possim facere. Me. Prome .i. effer e pectore, vel .i. saltem scel', ıı aliud nequis. Ias. Rex est hinc .i. ab hac parte, scilicet Creon, & illinc .i. ab alia parte nos vrgens Achastus. Me. Et Medea est his .s. regib' maior metus: q̃ ipsi tibi sint: sine .i. permitte, nos confligere: certemus .s. ego & reges, sit Iason pretium, id est premium certaminis: hoc est cedat parti victrici. Ias. Cedo, id est locũ do, defessus, id est defatigatus malis, id est aduersitatibus: & .i. etiam ipa time, sicut ego, casus sæpe expertos .i. quos sæpe experti sumus. Me. Fortuna stetit semp ois .i. tota intra me (alijs ĩfra) .i. inclinaui eã quo volui. q.d. nõ eẽ sibi timẽdum quicq̃. Ias. Achast' rex Thessaliae, instat .i. appropinquat: & Creon hostis ꝓpior est: scilicet si aliquid innouauerim'. Me. Profuge .s. mecum, vtrunq;, scilicet regẽ: nolo vt armes manus in socerum: nec vt inquines te cæde cognata .i. cognati tui, ac patruelis Achasti Medea .i. fides quam dedisti Medeæ, cogit scilicet te sibi adherere: fuge mecũ innocens. Ias. Et quis resistet, si gemina bella id est duorum regum, ingruant .s. in nos? Si Creo atq; Achastus iungãt arma sua? Latine dicit Creo: vt Agamemno interdum: & pelia & Laerta: cum contra graeci latina grece dicãt Caton, Ciceron. Nec legi potest Creon cum on sit syllaba longa per ω scribenda: nisi sic legas Creon Achastusq;. quod magis placet. Me. Adijce his, scilicet hostibus Colchos iisdem hostes: adijce Aeeten patrem meum, ducem, scilicet exercitus in nos ducendi: iunge Scythas quibus imperat Aeetes, pelasgis .i. graecis: ego dabo .i. efficiam, scilicet om̃es demersos .i. obrutos, aut fulmie, aut aquis, aut bello. Ias. Ego extimesco sceptra alta. q.d. licet magnam spem foueas non videtur tutum tantis regibus obsistere. Me. Vide, id est prospice: ne cupias, scilicet alta sceptra .i. ne magis me repudies: vt obtineas regnum cũ Creusa: q̃ ne opprimaris a rege. Ias. Amputa longa colloquia, ne sint suspecta, scilicet Creonti. Me. O summe Iuppiter tona nunc toto cælo: intende dextram vt fortius iaculeris fulmen: para flammas vidices, scilicet periurij & violatæ fidei: & quate omnem mundum nubibus ruptis: nec, id est & non, & tela scilicet tua, id est fulmina, librentur id est iaculentur, in me vel istum, scilicet Iasonem, manu non deligenti, id est faciẽti delectum & discrimen vtrum feriat: quisquis id est vteruter, e nobis id est nostrum duorum, cadet, scilicet ictus fulmine, peribit nocens: & sic fulmen tuum non potest errare in nos. Iason. Incipe

Me. Non veniat vnq̃ tam malus miseris dies:
Qui prole fœda misceat prolem inclytam:
Phœbi nepotes Sisyphi nepotibus. Ia.
Quid misera meq;teq; in exilium trahis?
Abscede q̃so. Me. supplicẽ audiuit Creon. Ia.
Quid facere possim loq̃re. Me. ꝓme vl' scel'. Ia.
Hinc rex: & illinc est. Me. & his maior metus
Medea: nos confligere: certemus: sine:
Sit pretium Iason. Ia. cedo defessus malis:
Et ipsa casus sæpe iam expertos time. Me.
Fortuna semper omnis intra me stetit. Ia.
Achast' instat: propior est hostis Creon. Me.
Vtrunq; profuge: nolo vt in socerum manus
Armes: nec vt te cæde cognata inquines.
Medea cogit: innocens mecum fuge. Ia.
Et quis resistet: gemina si bella ingruant?
Creon Achastusq; arma si iungant sua? Me.
His adijce Colchos: adijce Aeeten ducem:
Scythas Pelasgis iunge: demersos dabo. Ia.
Alta extimesco sceptra. Me. ne cupias vide. Ia.
Suspecta ne sint: longa colloqa amputa. Me.
Nunc summe toto Iuppiter cælo tona:
Intende dextram: vindices flamma para:
Omnemq; ruptis nubibus mundum quate.
Nec deligenti tela librentur manu:
In me vel istum. quisquis e nobis cadet:
Nocens peribit: non potest in nos tuum
Errare fulmen. Ia. sana meditari incipe:
Et placida fare: si quid ex soceri domo
Potest fugam leuare: solamen pete. Me.
Contemnere animus regias (vt scis) opes
Potest: soletq;: liberos tantum fugę
Habere comites liceat: in quorum sinus
Lachrymas profundã: te noui nati manẽt. Ia.
Parere precibus cupere me fateor tuis.
Pietas vetat: istud nanq; non possum pati.
Non si ipse memet cogat: & rex: & socer.

Hæc causa vitæ est:hoc perusti pectoris
Curis leuamen:spiritu citius queam
Carere:membris:luce. Me. sic natos amat?
Bene est:tenetur:vulneri patuit locus.
Suprema certe liceat abeuntem loqui
Mandata:liceat vltimum amplexum dare.
Gratum est:& illud voce iam extrema peto:
Ne(si qua noster dubius effudit dolor)
Maneant in animo verba:sed melior tibi
Memoria nostri subeat:hæc irę data
Oblitterentur. Ia. omnia ex animo expuli:
Precorq; & ipse feruidam vt mentem regas:
Placideq; tractes. miserias lenit quies.

pe meditari sana, id est quæ sanam decent:& fare placida:si quid ex domo soceri .i. qđ sit in domo soceri .s. Creontis potest leuare .i. leuiorem & tolerabiliorem facere, fugam .s. tuã, pete solamen. q. d. dabitur. Me. Animus .s. meus potest & solet (vt scis:quia propter te id fecit) contemnere opes regias: liceat tantum .i. duntaxat, habere liberos .s. nostros, comites fugæ: in quorum sinus profundam lachrymas: nati noui .i. ex noua coniuge, manent te .i. futuri sunt tibi. Iason. Ego fateor me cupere parere precibus tuis : sed sup. pietas vetat: nanq; nõ possum pati istud .s. vt liberos in exilium ablegem. non si ipse & rex & socer, scilicet Creon, cogat memet .s. id facere. Hęc causa .s. q; liberos habeo, est sup. causa vitæ .i. cur viuere velim: hoc solamen est, pectoris perusti curis. vnde cura dicta q; cor vrat. Ego q̃ am citius carere spiritu .s. vitali, aut aura, seu anhelitu, membris, & luce .s. q̃ liberis. Medea ad se sequentia dicit. Amat ipse sic natos? bene est .i. res mea bene se habet: tenetur .i. captus est Iason a me: quia patuit locus vulneri, id ẽ scio vbi feriam eum: quia occidã eos vna cũ sponsa. deinde cõuersa ad Iasonem dicit. Liceat certe .i. saltem, me abeuntem loqui suprema mandata .s. ad liberos: liceat dare amplexum vltimum: gratũ est, & peto illud iam voce extrema: ne si dolor noster dubius .i. anceps quid faciat, effudit .s. per imprudentiam aut impatientiam, qua .i. aliqua verba .s. non dicenda, sup. ea maneãt in animo. bene & callide dicit verba. q. d. facto certe scio me non læsisse: & simulat pacatũ animũ, vt facilius lędat. sed melior .i. fauorabilior memoria nostri, subeat .i. in mentem veniat tibi: hæc .s. verba, data .i. indulgenter concessa, irę .s. meę, oblitterẽtur .i. deleantur. Iason. Ego expuli .s. iniuriosa verba, omnia ex animo: precorq; & .i. etiam aut insuper, ipse, vt regas mentem feruidam .s. tuam, & tractes placide: quia quies .i. sedatio animi lenit miserias.

¶Non veniat. Nũq̃ possit esse illa dies: vt hæc pariat filios, & misceat genus solis cum sanguine scelerati Sisyphi: qui rex fuit Corinthi: ipsa autem Medea erat de genere Phœbi. Scelus. etiam pro me deberes facere omne scelus. Hinc rex. quid possem facere exul inter duos reges .s. Achastum Thessaliæ regem, & Creontẽ Corinthi? Est & .s. in me ipsa: appositiue maior metus q̃ rex Creo. Sine. dimitte me certare: & si vicero vt habeam te maritum meum. Infra me. quia omnem fortunam semper superaui. Achastus. demonstrat periculum. Achastus filius Peliæ persequitur nos, & Creo habet nos intra sua mœnia. Vtrũq;. non peto vt socerũ, aut patruelem Achastum interficias: sed mecum fugias. Creo atq; Achastus. pone q; illi reges iungant arma & cum illis veniat Aeeta & Colchi: omnes Medea demersos dabit .i. prosternet. Ne cupias. non facis propter timorem, sed propter cupiditatẽ regni. Suspecta. ne colloquutio mea suspitionẽ faciat Creõti. Nũc summe. indignata Medea precatur Iouem vt fulminet. Ruptis nubibus. nam fulmen emittitur fractis nubibus. Nec deligenti. non oportet considerare quem ferias: non potes errare: nam vterq; nostrum est nocẽs. BERN.

Sana. res melioris consilij: & si quid velis ex domo Creontis pete. Leuare. leuiorem facere. Contẽnere. nouisti animum meum non curare diuitias: sed vnum peto: vt des filios mihi comites exilij: nam te noui nati ex Creusa manent .i. futuri sunt. Parere precibus. vellẽ facere qđ cupis, & affectui tuo parere: sed pietas & amor filiorum negat. Socer. Creo etiam si imperaret non possem illos dimittere. Hæc causa vitæ. potius voluissem mori q̃ te deserere, nisi fuissent filij mei: horum causa volui viuere: potius vellem dare vitam q̃ carere illis.

Sic. loquitur Medea intra se: si Iason tantum amat filios bene est: nam multum dolebit si illos interficiã. Patuit. apertus est ad feriendum. tractum est a pręliantibus armatis, quando apparet locus ad vulnerandũ. Suprema. vnum a te peto Iason: vt liceat osculari filios: vt cum beniuolentia discedere possim. Ne si qua. ne illa quæ dixi in furore tibi restent in animo. Oblitterentur. deleantur. Quies. non se affligere est lenimentum miserię.

¶Phœbi nepotes. Aeetes pater Medeæ filius fuit Solis & Perseidos nymphæ: vt in Theogonia canit Hesiodus. & ex Idyia Medeam, & Chalciopen genuit: vt tradit Hesiodi interpres. & confirmatũ apparet ex Apollonij auctoritate in secũdo Argonauticon. ἐκ δ' αὐτῆς Ἰδυίας ... Χαλκιόπης ... &c. & Homerus in Odyssea pcurrit. Sisyphi. Sisyphus Aeoli filius Isthmon latrocinijs purgauit. Nepotes. filij ipsius Sisyphi, & parẽtes Glauces: q̃ alio nomine dicta est Creusa. Intra me stetit. Propior, vicinior Achasto. Inquines. cruẽtes. Cunire stercus facere antiqui dixerunt: inde inquino polluo. scribit Põpeius. Demersos dabo. si non sufficiunt Creon & Achastus contra nos : veniant etiam iunctis copijs cum Creonte ipse Aeeta & Scythæ: omnes vna perimam & demersos dabo. Amputa. verbis compendium fac. Nubibus ruptis. cõtagio nimij humoris ex superiori circulo atq; ardoris ex subiecto expuitur ignis. ideo Iuppiter fertur iaculari fulmina. a græcis τερπικέραυνος Ζεύς. Homerus & Plin. tradunt. Fugę. quos iam deliberauit perdere rogat exilij comites dari. Nanq;. carere vita q̃ ex te natis malo. Vulneri patuit. aperta est via ad dolorem Iasonis. DANI. Aeetes. Sisyphus. Cunire.

Tenetur. allusio ad pdã captã & irretitam. Subeat tibi. succurrat. Subeo & dãdi & accusãdi casui iũgit: melius accusãdi. Virg. Aeneę subijt mucronẽ. & alibi Hęc iq; limina victor Alcides subijt. Oblitterẽt. oblĩare est e lĩarũ monumẽtis delere. a lĩa detortũ verbum. Honoratus Seruius tradit a littore. nõ placet. Veteres litterosum Subeo. Oblittero. Litterosus.

dicebant pro literato. Cassius. Homo mere literosus. a græcis ολραμματικὸν γραμματικός. Omnia expuli. ieci: excreaui: euomui quęcunq; protuli verba aut per iram, aut per dolorem.

ASCEN. ¶ Discessit. Dictis supioribus verbis statim se pripuit Iason: vnde Medea inquit: Discessit: ita ne est o Iason? tu vadis oblit⁹ mei & tot facinorum meorum: nos excidimus tibi .i. e memoria tua? Nos nunq̄ excidem⁹. i. id agā vt semper mei memineris: licet nunc oblitus videaris. O Medea (ad seipsam eñ loq̄t) age hoc: aduoca. s. in vnū, oēs vires. s. animi tui, & artes. s. omnes: fructus scelerū est tibi nullū scelus putare quicquid feceris. Vix loc⁹. i. opportunitas est fraudi: quia timemur. s. ab rege & genero & ita obseruāt nos: aggredere. s. eos hac. s. via & arte: qua nemo potest timere quicq̄. Perge. ob immanitatem sceleris hesitauit paruman deberet qđ cōciperet facere: deinde stimulante furore cohortatur sese dicens. Perge: nūc aude: incipe o Medea qcq̄d potes, & quicquid nō potes. s. perficere: quia licet multa incipere quę nequeas perficere: tu o nutrix fida socia mœroris mei & casus varij, adiuua consilia misera. i. miseranda. Palla. i. vestis muliebris extrema, est nobis, mun⁹. i. monumentum & donum domus ætheree. i. cælestis, & decus regni. s. paterni, datū Aeetæ. s. patri meo, a sole. s. patre suo auo meo, pignus, scilicet quo testificetur se illum genuisse: est. s. mihi, monile fulgens gemmis & auro textili. i. intertexto: & sup. est aurum, scilicet crinale aut coronæ, mihi: quod nitor gemmarum distinguit: quo auro comæ solent cingi: nati, id est filij mei, ferant nubenti, scilicet Creusę aut Glauce hæc nostra dona: sed illita ac tincta ante. i. prius q̄ ea ferant, artibus diris id est execrabilibus. vocetur, id est inuocetur Hecate, id est Proserpina: appara sacra luctifica: aræ struantur, & flamma, scilicet inuisa vna cum palla, sonet iā tectis, scilicet regijs.

Me. Discessit: ita ne est? vadis oblitus mei
Et tot meorum facinorum? excidimus tibi.
Nunq̄ excidemus. hoc age: omnes aduoca
Vires: & artes: fructus est scelerum tibi
Nullum scelus putare. vix fraudi est locus.
Timemur. hac aggredere qua nemo potest
Quicq̄ timere. perge: nunc aude: incipe
Quicquid potes Medea: quicq̄d nō potes.
Tu fida nutrix socia mœroris mei:
Variiq; casus: misera consilia adiuua.
Est palla nobis munus æthereæ domus
Decusq; regni: pignus Aeetæ datum
A Sole: gemmis est: & auro textili
Monile fulgens: quodq; gemmarum nitor
Distinguit aurum: quo solent cingi comę:
Hæc nostra nati dona nubenti ferant.
Sed ante diris illita: ac tincta artibus.
Vocetur Hecate: sacra luctifica appara:
Struantur aræ: flamma iam tectis sonet.

BERN. ¶ Discessit. Cum Iason hortatus esset Medeam ad tranquillitatem animi, discessit. vnde illa dolore agitata seipsam ad vindictam excitat, & nutricem alloquitur quid velit facere. Excidimus. amplius non recordaris mei: sed faciam tale facinus q̄ semper eris memor mei. Hoc age. seipsam excitat. Nullum scelus. nullum adeo magnum malum curare: sed omnia licita credere: vt facias vindictam. Timemur. vix potero eos decipere: cum me suspectam habeant & me caueant. Hac. dicit sibiipsi: cape talem viam ad nocendum. Est palla. hoc est consilium quod ipsa cepit: habet vestem & monile mittendum ad nouam spōsam. Palla. est vestis muliebris. Munus. appositiue donum datum a Sole deo. Monile. ornamentum colli quod segmentū appellatur. Distinguit aurum. distinguere est variare. per circuitionem dicit coronam. Hæc. nostra munera filij mei portabunt nubenti Creusæ. Sed ante. priusq̄ mittantur hæc dona, veneficijs omnibus, ac venenis tingantur. Appara. loquitur ad nutricem.

DANI. ¶ Discessit. Hinc Iasonis expostulat ingratitudinem & ad vindictam accingitur. Excidimus. e memoria tua fluxerūt nostra merita. Medea. quasi quam docuit ipsa Hecate veneficiorum mater quasi quæ nihil vnq̄ frustra veneno attentauit. Emphasis concitatissima.

ASCEN. Nulla vis flammę. Chorus primo loco dicit q̄ nihil est formidabilius viro forti ac mulier irata ob repudium: quod etiam Maro innuit canēs æneidos quinto. Duri magno sed amore dolores Polluto: notumq; furēs quid fœmina possit &c. Ordo est. Nulla vis, id est violentia flammæ, & venti tumidi, nec vis teli, torti. i. violenter ĩpulsi: alij legunt forti vt sit: metuenda est tanta, pro tantum, forti, scilicet viro, quanta, scilicet vis metuenda est, cum coniunx viduata tædis, id est coniugio, ardet, scilicet amore, & odit scilicet ob repudium. non supple tanta vis metuenda est, illic: vbi auster nebulosus aduexit imbres hiber-

Sapphici Versus.

CHORVS.

Nulla vis flammæ: tumidiq; venti
Tanta: nec teli metuenda torti.
Quanta: cum coniunx viduata tædis
Ardet: & odit.
Non vbi hybernos nebulosus imbres
Auster aduexit: properatq; torrens

Ister:& iunctos vetat esse pontes:
Ac vagus errat.
Nõ vbi impellit Rhodanus profundum:
Aut vbi in riuos niuibus solutis
Sole iam forti medioq́ʒ vere
Tabuit Hæmus.
Cęcus est ignis stimulatus ira:
Nec regi curat:patiturvę frẹnos:
Haud timet mortem:cupit ire in ipsos
Obuius enses.
Parcite o diui:veniam precamur:
Viuat vt tutus mare qui subegit.
Sed furit vinci dominus profundi
Regna secunda.
Ausus æternos agitare currus
Immemor metæ iuuenis paternæ
Quos polo sparsit furiosus ignes
Ipse recepit.
Constitit nulli via nota magno.
Vade qua tutum populo priori.
Rumpe nec sancti violente mundi
Fœdera sacra.

hibernos & ita p̃frigidos:& vbi Ister fluuius magnus Germaniæ & Pannoniæ qui & Danubius dicitur,torrens.s.ex imbriũ incremẽto,properat.s.in mare & vetat põtes esse iunctos.s. vtriq́ʒ ripæ,q a trãscendit eas : ac errat vagus.s.extra alueum solitũ.Non sup. tanta metuenda vis est illic,vbi Rhodanus flu.pręceps q Lugduni Ararim recipit,ipellit.s.impetu suo,profundũ.s.mare:aut sup. illic,vbi Hæmus mons Thraciæ,niuibus solutis in riuos.i.amnes,tabuit.i.mollis factus est, sole iam forti & medio vere:tũc enim valde laboriosum & periculosum est per ipsum ingredi. Ignis.s.amoris,aut amor ipse qui ignis ẽ,stimulatus ira,est cæcus.i.totus inconsideratus nec curat.i.contemnit,regi.i. dirigi & gubernari:ve pro vel,nec patitur frẹnos scilicet quibus retineatur:haud .i.nõ,timet mortem:immo quod plus est,cupit ire obui⁹ in ipsos enses.O diui parcite:nos precamur veniam .i. hanc gratiam vt crimini temerario ignoscatis:vt scilicet Iason,q subegit mare id est primum nauigabile & pertransibile saltem suis ostendit:licet multo ante Noes arcam cõstruxerit:viuat tutus. Sed dominus profundi scilicet Neptunus furit id est impatiẽtissime fert regna secunda id est secũdæ sortis scilicet maritima,vinci scilicet ab hominibus:qui ad vetitum elemẽtum accesserunt: sicut Phaeton. vnde addit. Iuuenis Phaetõ ausus agitare currus æternos id est æthereos solis, immemor metæ paternæ id est quam pater solebat tenere & tenendam pręceperat,recepit ipse id est in se,ignes quos furiosus id est insanus sparsit polo.i.per cælum: vbi nunc lactea est via. Via nota nulli.i.inaccessa prius,constitit.s.Phaetonti magno: quia vitæ pretio : & ideo vade quo sup. fuit,tutũ scilicet vadere, popl'o priori:neco violente,rumpe fœdera sacra mundi sancti.

Vlla vis. Introducitur Chorus : qui videns furiatam Medeam dicit nullum furorem esse tantum quantus est mulieris repudiatæ : & precatur deos vt Iasonem seruent tutum ab insania Medeę. Versus est sapphicus hẽdecasyllabus. Tædis. viro suo. Ardet.s.amore. Odit. s.deserta. hic est versus Adonius. Auster. ventus qui & notus dicitur. Hister. fluuius est labens per Pãnoniam:qui & Danubius dicitur. Vagus.s.extra ripas. Rhodanus. fluuius Gallię impetuosus a Rhoda oppido dictus. Profundum. ruens in mare. Forti soli. iam habenti vires. Hẹmus. mons Thraciæ. Tabuit. liquefit:nam eo tempore liquefiunt niues. Ignis. amor est cęcus .nescit quid faciat cum sit repulsus. Mare. primus nauigauit Iason. Sed furit. licet Neptunus sit iratus:quia regnum suum tentauerit. Dominus. Neptunus. Ausus. monet homines ne vias nouas aggrediãtur exemplo Phaetontis filij Solis. cuius fabula nota est apud Ouidium libro meta. ij. Ipse recepit. quemadmodum extra metas duxerat currus igneos solis patris sui vt ardorem omnibus inferret:ita & ipse fulminatus igne vstus est:& cecidit in Padum. Immemor. nesciens tenere viam patris. Constitit. nullus habuit periculum magnũ qui iuit per viam notã. Sãcti. noli rumpere sacra fœdera mundi:sed vade per viam consũetam. BERN. Rhodanus

¶Nulla. Hic Chor⁹ apte introducit̃ metro sapphico & adonico eoꝝ infelicẽ euentũ commiserans q ardua aggrediunt̃: sed primo horribilem Medeæ impetum describit scel⁹ machinantis. & est carmen sextum huius tragœdiæ. Nulla vis. comparatio non incõcinna ignis & furoris fœminei. Callimachi restat epigramma significans duo genera ignis:alterum sedabile,alterum qd̃ nulla vi aquarum sedari potest.i.fœmineum. ο ζευσ αρτιπυροσ πυρ ωπασεν αλλο γυναικα. ηδε δε μητετο πυρ εφαμητυσ μεν Λοτα Χεωσκαισ βεμουταιυ Λε γυνη πυρασβε σορφλογερου παντο τανακτομενομ. Auster. i. ventus turbidus imbricitor & humectus tot⁹. est pestilens nunq̃. Hẹmus. mons Thracię. aspirationem in principio & diphthongum habet. dicitur ab Hẹmo filio Boreæ & Orithyiæ. Vale. Flaccus in primo. Ille Othrin & Hæmum Atq́ʒ imum felix versabat vomere olympum. Ipse recepit. hoc exemplo Phaetontis hortatur ad vias notas & lege naturæ concessas: q a magno cõstat aggredi inconsueta & minime cõcessa:q̃ vellet nunq̃ si adhuc viueret Phaetõ attigisse. Hinc poeta nobilis & venustus in tristibus. Vitaret cœlum Phaeton si viueret:& quos Optauit demẽs tangere nollet equos. ego lego Absyrtum fratrem Medeæ alio nomine fuisse Phaetontem appellatum. και μιν κολχων υμωσ δεπωυυ μιν φαεθουτα εκλεον. ergo duos Phaetontas celebrant græci: nos vnũ solis filium dũtaxat. de quo hic meminit Seneca. Recepit. passus. Tutum. fuit maioribus iter. DAN. Hæmus:

Quisquis audacis tetigit carinę
Nobiles ramos nemoris sacrati:
Pelion densa spoliauit vmbra:
Quisquis intrauit scopulos vagantes:
Et tot emensus pelagi labores:
Barbara funem religauit ora:
Raptor externi rediturus auri:
Exitu diro temerata ponti
Iura piauit.
Exigit pœnas mare prouocatum.
Tiphys in primis domitor profundi:
Liquit indocto regimen magistro.
Littore externo procul a paternis
Occidens regnis:tumuloq; vili
Tectus ignotas iacet inter vmbras.
Aulis amissi memor inde regis
Portubus lentis retinet carinas
Stare querentes.
Ille vocali genitus camœnæ
Cuius ad chordas modulante plectro
Restitit torrens:siluere venti:
Cum suo cantu volucris relicto:
Adfuit tota comitante silua:
Thracios sparsus iacuit per agros:
Ad caput tractus fluuialis Hebri:
Contigit notam Styga:Tartarumq;
Non rediturus.
Strauit Alcides Aquilone natos:
Patre Neptuno genitum necauit:
Sumere innumeras solitum figuras.
Ipse post terræ pelagiq; pacem:
Post feri Ditis patefacta regna:
Viuus ardenti recubans in Oeta
Præbuit sæuis sua membra flammis:
Tabe consumptus gemini cruoris:
Munere nuptæ.
Strauit Antæum violentus ictu

ASCEN. ¶ Quisquis &c. Docet exemplo Argonautarum nõ esse tentandum alienum elementum & iter insolitum dicens. Quisquis .i. quicũq; tetigit nobiles ramos nemoris sacrati .s. Palladi, carinæ audacis, id est vnde facta erat Argo nauis prima longa qua nauigatum est & quisquis spoliauit Pelion montem Thessaliæ vmbra densa:& quisquis intrauit scopulos vagantes id est Cyaneas insulas concurrere visas:& emensus tot labores pelagi religauit funem id est retinacula nauium, ora barbara id est ad litus barbarę terræ:rediturus id est vt rediret, raptor auri externi id est alieni: vtpote aurei velleris, piauit id est persoluit, exitu diro, iura ponti id est maris, temerata id est violata. Mare prouocatum scilicet ad irã, id est irritatum, exigit poenas scilicet temeritatis: Tiphys gubernator nauis, domitor ꝓfundi scilicet maris qđ primus docuit esse nauigabile, liquit in primis id est inter primos extinctus morbo repentino, regimẽ scilicet nauis, magistro id est nauclero indocto: scilicet Ancæo: occidens littore externo procul a regnis paternis:& tect⁹ vili tumulo iacet inter vmbras ignotas: ide id est ex ea re, Aulis portus euboicus, memor regis amissi, scilicet Tiphys qui auliden̄. erat: cui⁹ casum ęgerrime tulit: retinet scilicet frequẽter & quasi ex natura: vt græci postea bis experti sunt & eũdo & redeundo tempore belli Troiani: portubus lentis, id est tardis & tenacibus, carinas querentes stare: cum mallẽt discedere. sic Codrus Vrceus legendum monuit: cui facile assi pulor. Ille scilicet nobilissimus citharoed⁹ Orpheus, genitus camoena vocali .s. Calliope musa, ad cuius chordas plectro modulante .i. eas sonare faciẽte cum modulis, torrẽs .i. amnis ꝓceps restitit .i. mansit stans: vẽti siluere:& volucris adfuit cũ cãtu suo relicto .i. relinquẽs cantũ suũ vt illius audiret:& hoc tota silua comitãte: iacuit sp̄sus ꝑ agros Thracios discerpt⁹ a mulieribus, tractus ad caput Hebri fluuialis .i. multi fluxus, contigit .i. visit & adijt, styga, paludem inferni, notam .i. quã viuus viderat Eurydicen coniugẽ suã repetẽs:& contigit tartarum, nõ rediturus .s. vt prius redierat: vt videre est ad finem quarti Geor. Vergilij. Alcides .i. Hercules, strauit .i. occidit, natos aquilone .i. Borea, Zethum & Calain: necauit genitum patre Neptuno scilicet Acheloum, solitum sumere figuras, innumeras: sed in figura tauri abstulit cornu. Ipse Hercules post pacẽ terrę & Pelagi .s. partam a se deletis pestibus: post regna ditis .i. Plutonis feri patefacta: dũ Cerberũ extulit: recubans viuus in Oeta monte ardenti vt in vltima huius tragoedia videbimus, prębuit mẽbra sua flãmis sæuis, consumptus .s. prius, tabe .i. veneno tabifico, cruoris gemini .s. Nessi centauri geminę naturæ: partim humanę, partim eqnæ: munere .i. ꝑ mun⁹ nuptæ .i. coniugis Deianiræ: quæ nesseo sanguine tinctam interulam illi ignara fraudis miserat. Setiger .s. aper violentus, strauit Ancæum qui Tiphy successerat, ictu scilicet dentis. O Meleagre a nominatiuo meleagros: tu impius mactas fratres matris .s. Altheę: quos Da

Setiger:fratres Meleagre matris
Impius mactas:morerisq́ dextra
Matris iratę.meruere cuncti
Morte:quod crimen tener expiauit
Herculi magno puer inrepertus:
Raptus haud tutas puer inter vndas.
Ite nunc fortes perarate pontum
Sorte timenda.

niel commemorat:& moreris dextra matris iratæ:ob cędē fratrū:quia fatalē stipitem in quo vitæ eius fatū pendebat combussit.cun cti.s.Argonautę,meruere crimen.i.pœnam qđ puer tener.s.Hylas inrepertus.i.non inuē tus licet multum q̄situs qa rapt⁹ a nympha, Herculi.s.ab Hercule,expiauit id ē purgauit morte.s.sua:quia rapt⁹ est puer inter vndas tutas. Credā nunc versum additiuū & a quo uis audaculo subditū:nam si morte expiauit crimen:quomodo raptus est inter aquas tu tas?dices tutas nymphis nō puero : sed nihil agis.Neq̧ enim frustra repeteret author hoc nomen puer.qui versus si apponendus eēt legeretur mihi sic : Raptus haud tutas puer inter vndas.Ite &c.Infert Chorus cum tot sint mala orta ijs qui primi nauigauerunt:vt patuit de Tiphy,Anc ęo,Zetho,Calai,Orpheo,Hyla,Hercule,Meleagro,patebitq́ de cōpluribus sequentibus per amaram & iro nicā illusionem quæ vim vetandi habet:Ite nunc o fortes.s.viri:perarare.i.totum sulcate nauibus,pontum.i. mare,sorte timenda.i.euētu tristi:quia qui primi id fecerunt fere male perierunt. Fabulas & historias quas cō mentarij recitant ne prolixior sim prętereo:sciens tñ,nescio an scienter ab eorum sensis discedo:vt in Aulide vbi omnes auris amissę legunt:& cum iam dico Setiger aper:cum Daniel Herculem velit.

¶Quisq̄s.Quicunq̧ nauigauit in Argo naui dedit pœnas. Nobiles.famosos:ductos a regibus. Pelion. BERN.
montē Thessaliæ:vnde accepta sunt ligna ad fabricandū Argo nauē. Vagantes.videtur nautis. Emēsus.
qui transiuit. Auri.velleris aurei. Piauit.dedit pœnas:quia tētauit mare non concessum homini. Teme
raria.violata. Tiphys.probat q̧ oēs qui voluerunt tentare nouam viā dederunt pœnas:quēadmodum Ti
phys:qui primus artē gubernandi naues instituit:& in prima expeditione perijt. Midę regis.Hic fuit Gordię Midę fab. ſa
bubulci filius & rex Phrygū:qui cunctorum pene regū opes pecuniæ abundātia antecessit.de quo Herodo. impertinens.
in lib.hist. & Iustinus libro epito.xj.plura scripserunt.quin & Oui.similiter lib.xj.metamor.illius fabulam
elegantissime est prosecutus:ita vt cum vltimo inter Apollinem & Marsyam decert antes in canendo iudex
constitutus esset:& ipse ex hebeti ingenio pro Marsya sententiā ferret:asininis auriculis a Phœbo deturpat⁹
est. vt tetigit etiā in prima sua satyra Persius. Ille.Orpheus qui filius fuit Apollinis & Calliopes musæ do Orpheus.
ctrina melodiaq́ ac poesi florēs teste Diodo.lib.v.Eius dulcedine & modulatu citharę nō solū hoīes sed lapi
des & syluas mouebat.Hic cum nullā venerē cū mulierib⁹ iungere vellet,inter orgia Bacchi a Ciconib⁹ muli
eribus dilaceratus est:eiusq́ caput in Oeagriū fluuiū, vel vt alij in Hebrū,piectū est. Camœna vocali.i.Calli
ope dulciter canente. Restitit.firmauit se fluuius ad audiendū. Comitāte sylua arboribus sequentib⁹ simul
et auibus. Nō rediturus.quēadmodū prius redierat:cū iuisset ad accipiendū Euridicē vxorē:nunc autem
mortuus non redibit. Notā.quā prius viderat. Aquilone natos.Zethū & Calaim filios Boreæ:quos su
pauit Hercules vt vidimus in prima tragœdia. Genitum Neptuno.Acheloū intelligi volunt:quē tñ alij fuis Achelous.
se oceani & Tethyos filium volūt.hic pro Deianira filia Oenei regis Calydonię cū Hercule decertauit:sed vi
dens se inferiorē magicas decurrit ad artes:& cōuersus primo in serpentē ab Hercule pene strāgulatus est:rur
sus cū in trucē tauq̧ se mutaret:illū Hercules fracto cornu ad terrā collisit qui deinde pudibūdus in Calydone
fluuio,q iuxta sui nomis oppidū defluit,se abscōdit:a quo postea fluui⁹ Achelous appellat⁹ est. Regna ditis.
infernum:quo iuit vt vidim⁹. In Oeta.mōte Thessalię in quo Hercules perijt:vt videbim⁹ in vltima tragœ
dia. Munere nuptæ.i.camisia tincta veneno a Deianira. Antęū.gigātem de quo vidim⁹ in prima tragœdia Ancęum le
Meleagre.fuit Oenei regis Calydoniæ & Althęę fili⁹.in natiuitate cui⁹,vt refert Oui.Parcas tres ab Althea gas.
tā labore ptus soluta vilas circa ignē stamina nentes:& cū flāmis ligni stipitē iposuissent,dixere:Omē nati erit Meleager.
æqua cū stipite vita.qđ cū audisset Althea illis discedētib⁹:surgēs stipitē igni subtraxit:illūq́ ne cōbureret di
ligēter seruauit.Quid vero de eo postea factum fuerit ipse Oui.late descripsit meta.viij.Nā duos auunculos
ppter Atalātā iterfecit:mr aūt Althea stipitē i vīdictā fratrū suoȝ i ignē piecit:& ita Meleager cōsūpt⁹ est. Se
tiger.qa spoliū setigeri apri Puer interēpt⁹ Hylas tulit:fuit Thyodamantis filius pulchritudis admirādę:quē
Hercules Argonautis comes secū ad libidinē duxisse scribit.idē cū i Mysiā Argonautę venissēt:& aquatū ad
lacū quēdā pgeret:rapt⁹ a nymphis fuisse dr. Alij vero putāt cū ad hauriēdas aquas cum vrna inclinaretur,illū
in lacū decidisse. Ite nūc.cōcessio ironica.Vos q putabatis esse fortes ite p maria:nam omnes dedistis pœnas.

¶Vagātes.Dixit quo ad sensū oculoȝ.vel poti⁹ Cyaneas itelligit:q̄ collidunt:vt supi⁹ aduertim⁹. Ora.in re DAN.
giōe Colchoȝ. Tiphys.aiūt priusq̄ Argonautæ pnauigassēt ad fauces Acherusidos Idmōa Abātis filiū va
tē pitissimū descēdisse ad fluuiū quēdā:i quo forte ingēs & terribilis ap latebat.veniēti Idmoni irruit ap & ada Idmon.
cto dēte in coxa eū pemit.aprū postea iterfecit Peleus Achillis pr.Idmona luxerūt tres dies:quarto humarūt
cōstituerūtq́ sepulcra duo:i altero Idmona,i altero Tiphyn sepelierūt:quē morb⁹ repētin⁹ ibidē iuaserat.in lo Tiphys.
cū Tiphys suffect⁹ ē Ancęus fili⁹ Neptuni ex Astypalea. Auris amissę.nullo pacto referēdū puto ad Midā Ancæus.
sed poti⁹ ad regē attonitū & cōsternatū fato magistri.& vatis & qđ ait carinas stare q̄rētes refert ad proceres qui
moras duodecim dieȝ in luctu & gemitu iniquo aio tulerūt.lege historiā gręcā hoc i loco plurimū necessariā
& cōuenies cū veritate omissis isōnijs. Ille vocali.fabula nota est apud Ouid. | Gemini cruoris.Nessi cētau
ri. Setiger.gerēs aprū setigerum humeris ad Eurystheum:vt referas ad Herculem:nā vt ad Meleagrū,non
placet.Meleagrū pemit stipite fatali mr Althea i vltionē fratrū Plexippi Toxei & Agenoris. fabulā pstrigit Althęę frēs
Ouid.in tristib⁹. Atq́ cremasse suū fertur cū stipite natū Thestias:& melior mrē fuisse soror.Non ero longior
in his quæ mihi tecū cōmunia vident lector gratissime:propterea nr̄o laconismo veniam dabis. Puer.Hy Hylas.
lam infantem rapuit Hercules Thyodamanti patri:quem interemit negligentem dare sibi bouem quo arabat.

puerum habuit in delitijs Hercules: quem cum misisset haustum aquam ad parandum prādium in Bithynia ad fontem Anchigyum, dicunt nympham nomine Epidatien brachio ad ceruicem proni iniecto rapuisse. at Polyphem⁹ sēsit furtū: & stati ad Herculē accurrit. idignat⁹ Hercules nymphā percussit claua: sed nihil nocuit.

Idmonem q̄uis bene fata nosset
Condidit serpens Libycis arenis:
Omnibus verax: sibi falsus vni.
Concidit Mopsus: caruitq; Thebis:
Ille qui vere cecinit futura.
Exul errauit Thetidis maritus:
Igne fallaci nociturus Argis
Nauplios præceps cadit in profundum.
Crimini pœnas patrio pependit
Fulmine & ponto moriens Oileus.
Coniugis fatum redimens Pheræi
Vxor impendit animam marito.
Ipse qui prædam spoliumq; iussit
Aureum prima reuehi carina:
Vstus accenso Pelias aheno:
Arsit angustas vagus inter vndas.
Iam satis diui mare vindicastis
Parcite iusso.

ASCEN. ℂSerpens (Apollonius tñ aprū id fecisse dicit) condidit. i. causam dedit vt conderetur, quia interfecit: aut legatur a conscindo cōscidit arenis Libycis Idmonem vatem peritissimum cuius Ausonius meminit: q̄uis bene nosset fata. s. aliorū, aut fata. i. deorū decreta. Et verax oib⁹, q ipsum de futuris cōsuluerūt fals⁹ fuit sibi vni: q a pmisit sibi plixiorē vitā alioqui nō profectus fuisset in Libyam. Hoc tñ quidā sequēti astruunt: quia tñ illi additur ille si vere aut qui vere, placet huic addi. Est aūt cōtrouersia de Mopso: nam vt vult Strabo ad finē libri noni duo fuerūt, alter comes Argonautarū Thessal⁹: alter Thyresię vatis Thebani filius: qui cū Chalcante de peritia diuinandi certauit. videt autē poeta debere loqui de Thessalo: & tñ dicit caruitq; Thebis: sed & in Thessalia Thebę erant: credā tamen more Vergiliano noia confundere: q reuocato sanguine Teucri p Dardani dixit. & Domitus pollucis habenis p Castoris. Et manibus Progne pro philomele: vt Seruius cēset Solentq; poetę q ab vnius nois dijs aut hoib⁹ facta sunt vni ascribere: vt Herculi, Veneri, Ioui &c.. vnde Seneca aut Mopsum Thebanū accipit pro Thessalo, aut vni vtriusq; facta ascribit: cū non sit vero simile: quenq; Argonautarū apud Troiā sub Agamēnone pugnasse. nec contra videt Mopsus Ampicides vt vocatur ab Ouidio metam. xij. diuinādi peritus. Ordo est. Mopsus ille q vere cecinit futura, cū eēt vates peritus, concidit. s. i mortē: & caruit, siue in Bœotia siue in Thessalia, Thebis patria sua. Maritus Thetidis. s. Peleus, errauit exul. vñ Hora. in arte. Telephus & Peleus cum paup & exul vterq; exulauit autē ob homicidiū. Nauplios seu Naupli⁹ pater Palamedis fraude Vlyssis apd Troiā interfecti, nociturus. i. talis qui debuerat nocere (non eñ ē pticipiū futuri tēporis: nam nō cecidit nociturus sed iam nocuerat) Argis. i. græcis a Troiano bello redeuntibus, igne fallaci, quem in Caphareo monte extulit: quem visum græci secuti cum portum sperarent, in scopulos & saxa ceciderunt: cadit præceps in profundum. i. submergit. Oileus. s. filius nomine Aiax pependit pœnas crimini patrio. i. ob crimen patris Oilei q cum ceteris nauigauerat. vult eñ poeta ideo peccasse filium q patris crimen non esset expiatum: nā ipse filius ob proprium crimen punitus videtur: nā cū impatiēs amoris Cassandram in ęde Palladis stuprasset: ab irata dea & fulmine & aquis extinct⁹ est. sed eū amorē forte peccatum paternū meruerat. vñ Maro Furias Aiacis Oili appellat. erat autē hic versus inuersus sed restitui eum. pepēdit inquā: moriens fulmine & ponto: vñ Maro. Illum expirantem transfixo pectore flammis Turbine corripuit scopuloq; illisit acuto: & sicut Oileus patris crimen luit, ita Alcesta mariti: vnde dicit. Vxor. s. Alcesta redimens fatum. i. mortem, coniugis Pheræi. i. Admeti regis Thessaliæ in qua Pherę vrbs est, impendit marito animam. i. vitam non propter patrē Peliam nam formosissima filiarum Perelei regis Thessaliæ non Peliæ fuit authore Homero. Ipse Pelias patruus Iasonis, qui iussit (sperans tñ in expeditione periturum Iasonē) prædam & spoliū aureū. i. aurei velleris, reuehi. i. a redeuntibus vehi e Colchis, carina prima, saltem longa vt vult Plinius: astus aheno accenso. i. bullēte, arsit vagus. i. innatans, inter vndas angustas, quia vnius aheni: o diui vos vindicastis. i. vlti estis mare iam satis: parcite iusso. i. Iasoni: qui iussus a patruo nauigauit.

BERN. ℂIdmonē. Hic fatidicus erat: sed sua fata nesciuit: nā a serpēte morsus interijt. Serpēs cōscidit. fecit mori. Mopsus. hic Theban⁹ vates erat. Thetidis marit⁹. de quo Ouid. xj. meta. Igne fallaci. Nauplius Eubocę rex pr̄ Palamedis: q ad Troiā fraude Vlyssis interēptus fuerat. hu⁹ mortē vlcisci cupiēs Argiuorū classē perdidit: nā p⁹ Troianū excidiū nocte laborātib⁹ tēpestate grecis facē sup caphareū motē suscendit: q̄ illi portū pximū existimātes i asprimos scoplos delati naufragiū multi fecere. Argis. i. argiuis. Patrio cric. Aiax Oilei fili⁹ regis: Locrorū crie pris Oilei q a nauigauerat i Argo seu vt voluit Vir. li. i. ene. q a stuprauerat Cassādrā i tēplo Palladis submersus ē. Pallas ne exurere classē argiuū: atq; ipsos potuit submergere pōto Vni⁹ ob noxā. Alcesta. Cōiugis pherei. Admeti thessalici Alcesta vxor. hęc adeo virū suū amauit: vt cū ad mortē ille ęgrotaret & ab oraculo rñsū eēt ipm pxime moriturū: nisi aliqs ex ppinqa loco ei⁹ volūtaria morte moreret: ipsa auide mori voluit: qd ceteri ppinq penit⁹ spuerūt. vñ hęc q̄ fuit filia Pelię q Iasonē miserat in Colchos dedit poenas p pře. Pherei. Thessalici. Pherę ciuitas Thessalię. Ipe q. Pelias patru⁹ Iasonis q iusserat pria naui nauigare iuuenē dedit pœnas. nā suadēte Medea, a filiab⁹ dilaniat⁹ ē & aqua elix⁹. Aheno. vase cognario. Vag⁹. dū aq̄ bullit ipse lacerat⁹ natabat iter breues aq̄s aheni. Iusso. Iasoni q nō spōte nauigauit sed iussus a patruo Pelio.

¶Idmonē. Hic Seneca mutauit historiā. Nā Apolloni⁹ tradit ab apro pcussū fuisse i coxa vt sup paulo me morauí. Preterea nō i Libya cōdit⁹ est sed i portu bebrycis. oi ex parte defraudauit historiam gręcam Seneca. DANI.

ACTVS.IIII. Trimetri Iambici.

NVTRIX.



Pauet anim⁹: horret: magna pnicies adest.
Immane q̄tum augescit: & semet dolor
Accendit ipse: vimq; pręteritā integrat.
Vidi furentem sæpe: & aggressam deos
Cęlum trahentem: maius his maius parat
Medea monstrū. namq; vt attonito gradu
Euasit: & penetrale funestum attigit:
Totas opes effudit: & quicquid diu
Etiam ipsa timuit promit: atq; omnē explicat
Turbam malorum: arcana: secreta: abdita:
Et triste lęua complicans sacrum manu
Pestes vocat: quascunq; feruentis creat
Arena Libyæ: quasq; perpetua niue
Taurus coercet frigore arctoo rigens:
Et omne monstrum tractat magicis cātibus.
Squamea latebris turba desertis adest:
Hic sęua serpens corpus immensum trahit:
Trifidamq; lingam exertat: & quęrens qbus
Mortifera veniat: carmine audito stupet:
Tumidumq; nodis corpus aggestis plicat:
Cogitq; in orbes. parua sunt inquit mala:
Et vile telum est ima quod tellus creat:



Pauet &c. Quæ in alijs nuntius populo indicare solet indicat hic nutrix certissima curarū alumnęsuę interpres dicens. Anim⁹. s. meus, pauet, & quod plus est horret: magna pernicies adest. i. parata est a Medea: quantum. i. o quātum, immane. i. immaniter & in immensum, dolor. s. Medeę, augescit. i. crescit: & accendit ipse semet: & integrat. i. ex integro resumit, vim. i. violentiam præteritam. i. pristinam. Ego vidi. s. Medeam, sæpe furentē & aggressam. i. vi magica compulisse deos: & trahentem. s. ad se, cęlum: vt lunam: sed Medea parat. s. nunc, monstrū maius: maius inquam: his. s. iam dictis aut solitis. Namq; vt euasit gradu attonito. i. indicante ipsam attonitam & attigit penetrale. i. cōclaue suum secretum vbi magicam exercet: ipsa effudit id est prōpsit e pectore suo, totas opes. i. potentias suas veneficas & magicas: & promit quicquid etiam ipsa timuit diu: quia periculosa dicunt quędam incātamenta errantibus: atq; explicat omnem turbam malorum: ens sup. arcana, secreta, abdita, & complicans ne videatur manu lęua quæ inferis inseruit, sacrum triste id est magicum & tristitiam illaturū, vocat. s. ad se, quascunq; pestes id est pernicies venenatas arena Libyę feruētis creat: & quas Taurus. s. mons Scythicus rigēs frigore Arctoo id est septentrionali coercet ne alias regiones petant, niue perpetua: & tractat omne mōstrū cantib⁹ magicis id est incantamentis. Turba squamea. i. squamosorū serpētū adest latebris desertis. Hic. i. in vna parte, serpēs sæua, trahit corpus immēsum: & exertat. i. sępe extra os serit & emittit, linguam trifidam id est trisulcam: & quęrens quibus veniat mortifera, id est ad quorum perniciem sit accita, stupet audito carmine: quo coniurabatur regiā Creontis cum sponsa & liberos Medeæ flammis absumere: & plicat corpus tumidum. i. inflatum veneno, nodis id est spiris & annulis aggestis id est contractis, & cogit id est cōtrahit in orbes id est gyros. Et Medea: inquit: mala quæ sup. tellus ima creat sunt parua: & telum quod tellus creat est vile: & ideo. ASCEN.



Pauet anim⁹. Hic est quartus act⁹. Nutrix viderat Medeā iā accēsam ira instrui ad vindictā per incantationes suas: vnde ipsa horrens ea monstra hæc loquit. Vim pteritā. nā intelligendū est Medeā intermisisse artes magicas & iterū ad illas redire & violentiā suā integrare. Vidi. sępi⁹ illā incātationes facientē vidi: sed nūq̄ tā vehemētē & horridā aut maiora parātē. Attōito gradu. pcipiti passu. Penetrale funestū. i. locū secretiorē: vbi funestas icātationes facit. BERNA.

Totas opes. i. quicq̄d ipsa nouit artib⁹ suis effudit & dixit. Promit. extrahit e pectore suo q̄cq̄d ēt illi pōt terrorē icutere: & hucusq; nūq̄ ausa fuerat. Lęua manu. sinistra, sicut mod⁹ erat incantationū, sacrū cōplicabat. Feruētis Libyę. vbi nunq̄ descēdit pluuia & sunt serpentes venenosę & varia monstra. Taur⁹. mōs de quo supra diximi⁹, ad Scythiā tendēs: & ab indico mari surgit teste Pli. li. v. Arctoo. septētrionali frigore rigens. i. congelat⁹. Tractat. manib⁹ cōtrectat. Squamea turba. i. serpētes. Desertis. relictis suis cauernis. Hic. i. hoc veneficio. Sera. tarda: vel ad vocem vel maior alijs: ideo tardior. Excreat. euomit. Trifidā. pp̄ter motū celerē: ita vt lingua videat triplex. Mortifera. ad cuius mortem sit vocata. Stupet. ipsa serpens plicabat se in orbes audita incantatione. Aggestis. cōplicatis & cōgregatis nodis. Cogit. vertit in circulos. Inquit. Medea videns tantum serpentes terrestres non putabat illas idonea tela ad malum qd̄ parabat: ideo vult cogere celestes ad veneficium suum.

¶Pauet: Festiat Medea ad vindictā p̄patione veneni. id qd̄ idicat Nutrix igressu q̄rti act⁹ carmis septimi tri metro iābico hypcatalectico Euripideo. qd̄ recipit nōnūq̄ tribrachū & Pyrrhichiū loco iābi. Vi pręteritā. recru DAN.

deficit eñ dolor veteris recordatiōe iniurię. Deos.manes.in primis Hecatē magistrā suā: vt scribit Apollonꝰ. Fera serpens.immanis & noxia. Exerit.nudat,eiaculatur,eijcit. Trifidam.prę celeritate.

ASCEN. ℭ Cælo petā venena. Tēpus est iā nunc mouere.i.mouēdi,aut vt moueā & moliar,aliqd altius fraude vulgari.i.q̄ faciunt vulgares veneficę.inuocat ergo & incātat angues cęlestes dicens. Ille anguis.s. maximus,iacens.i.extēsus in cælo,more torrentis.i.amnis vasti,descendat.s.de cęlo:cuiꝰ immēsos nodos ,duæ ferę.s.vrsę,maior in quā Calisto versa, & minor in quā Arcas filius eiꝰ versus:maior.s. vrsa nomie Elice,apta sup.est pelasgis.i.gręcis nautis:minor q̄ Cynosura.i.canis cauda dicitur,est apta sydonijs.i.Phoenicibꝰ:vt Ouid. quē Bern.citat approbat: & Ophiucꝰ.i.serpētariꝰ soluat tādē manus pressas.i. compresse tenentes angues:& fundat virꝰ .i. venenum. Itē Phyton draco ille quē Iuno in perniciem Latonę produxit, ausus lacessere gemina numina.i.Latonā geminis dijs Phoebo & Diana grauidā,adsit ad cantus meos:& hydra & ois serpens succisa manu Herculea: vt q̄ Athlātidū hortos custodiebat(quod pauloante cōtigerit necesse est cū Hercules etiā inter Argonautas fuerit)redeat.s.in vitam aut in terram, reparans se cęde sua:quia serpentes cęsi si artꝰ coniungere possunt statim cōsolidantur & instaurātur. Tu quoq; o serpēs puigil.s. custos aurei velleris,sopite.i.obrute sōno primū cātibus meis,ades.i.adsis & aduenias Colchis relictis.Postq̄ inquit Nutrix, Medea euocauit.s.e sedibus & latebris suis,omne genꝰ serpentū:ipsa congerit in vnum.s.cumulū & cōgeriē,mala.s.semina aut venena frugis infaustę.i.malę herbę:q̄cunq; Eryx mons Sicilię inuius saxis.i.propter saxa generat, vel gñat saxis inuijs.i.inaccessis, vt aconitū:dictū q̄ inter cotes nascat̄:& q̄ Caucasus mons ad Scythas vergēs sparsus cruore.s.venenato Promethei.i.quē illic rostro venenato extrahit aqla de iecore Promethei:quē Medea veneficijs suis vt etiā Apollonꝰ sentit adhibuit:q̄ i quā Caucasus fert iugis opertis perpetua niue:q̄ q̄ et,quę sup.fert pharetra .i. i sagittis venenatis Medus pugnax aut Parthus leuis.i.agilis ad fugam:qui fugiendo nocet plurimū & fidit:vñ illud sępe citatū: Fidētemq; fuga Parthum.aut q̄ ferunt arabes diuites.i.felicē arabiā incolētes:q linunt sagittas.s.veneno.Est autē prolepsis meo iudicio nō minus vitiosa q̄ illa a Criticis notata: portusq; require velinos:qñ a Nutrice Medus nominatur.nā si vt Dionysius poeta sentit a Medea dicta est quę filio quē ex Aegeo concepat venēo sublato illuc cōfugerat:aut a Medo filio Medeę quē, vt Trogꝰ fetit, Iason recepta Medea pꝰ diuortiū, illis populis p̄fecit:qa nondū natꝰ erat,aut saltē nec mē nec ipe adhuc regionem illā adierat: quō Nutrix iā Medū vocat? Sed forte auctor cū Plinio sentit:q causam nois adfert q̄ interruptis sit angusto trāsitu iugis ita vt vix singula meent plaustra:quasi a medio.sed medium primam corripit. Aut sup.cōgerit in vnū succos.s.malorum graminū,quos Sueui populi Germanię nūc ab hercinia discreti, (Est autē vox trissyllaba) nobiles lucis hercinijs qui maximi & notissimi sunt,legunt.i. colli-

Cælo petam venena:iam nunc tempus est
Aliquid mouere fraude vulgari altius.
Huc ille vasti more torrentis iacens
Descendat anguis:cuius immensos duæ
Maior minorq; sentiunt nodos feræ.
Maior Pelasgis apta:Sydoniis minor.
Pressasq; tandem soluat Ophiucus manus:
Virusq; fundat : adsit ad cātus meos
Lacessere ausus gemina Phyton numina:
Et Hydra:& omnis redeat Herculea manu
Succisa serpens cæde se reparans sua.
Tu quoq; relictis peruigil Colchis ades
Sopite primum cātibus serpens meis.
Postq̄ euocauit omne serpentum genus:
Congerit in vnum frugis infaustæ mala.
Quęcunq; generat inuius saxis Eryx:
Quæ fert opertis hyeme perpetua iugis
Sparsus cruore Caucasus Promethei:
Pharetraq; pugnax Medus aut Parthus leuis:
Et qui sagittas diuites Arabes linunt.
Aut quos sub axe frigido succos legunt:
Lucis Suæui nobiles Herciniis.
Quodcūq; tellus vere nidifico creat:
Aut rigida cum iam bruma discussit decus
Nemorum: & niuali cuncta constrinxit gelu:
Quodcūq; gramen flore mortifero viret:
Dirus ve tortis succus in radicibus
Causas nocendi gignit:attrectat manu.
Hæmonius illas contulit pestes Athos:
Has Pindus ingens:illa Pangei iugis
Tenerā cruenta falce deposuit comam:
Has Tigris altum gurgitem alluit premens:
Danubius illas:has per arentes plagas
Tepidis Hydaspes gemmifer currens aquis:
Nomenq; terris qui dedit Bæthis suis:
Hesperia pulsans maria languenti vado:

Hęc passa ferrum est:dum parat Phœb⁹ diē.
Illius alta nocte succisus frutex:
At huius vngue secta cantato seges.
Mortifera carpit gramina:ac serpētium
Saniem exprimit: miscetq; obscœnas aues
Mœstiq; cor bubonis:& raucæ Strigis
Exectavivæ viscera.hæc scelerum artifex
Discreta ponit:his rapax vis ignium:
His gelida pigri frigoris glacies inest.
Addit venenis verba non ipsis minus
Metuenda.sonuit ecce vesano gradu:
Canitq;:mundus vocibus primis tremit.

gunt sub axe frigido,qa ad septētrionē vergente:& quodcūq;.s.virus tellus creat.i.producit vere nidifico.i.quo tpe aues nidificāt: aut qđ creat cū iā bruma rigida discussit aut decussit dec⁹ nemorꝝ.i.frondes:& cōstrinxit cūcta gelu niuali.i.cum niue orto: quodcūq; viret flore mortifero:ve pro vel, qcūq; sup. succus dirus.i.execrabilis gignit in radicib⁹ tortis.i.tritis & contusis aut intortis, causas nocendi,Medea attrectat manu:dicens sup. Athos Hęmonius ad Thracas protensus cōtulit illas pestes.i.venena illa pestifera:Pind⁹ ingens.s.mons Thessaliæ contulit has.s.pestes.Illa.s.pestis aut hærba pestifera, deposuit comam teneram falce cruenta.i.q̄ prius cędes commissa erat:iugis Pangęi mōtis Thracię. Tigris pmēs altū gurgitē alluit has:Danubius illas:Hydaspes fluuius Medię, gemmifer,currens aquis tepidis alluit has.i.hęrbas aut pestes,per plagas arentes.i.siccas:q; pro & has sup.alluit Bethis qui dedit nomen terris suis:qa Bethicæ dicuntur:pulsans vado languenti,id est leniter fluenti fluxu,maria Hesperia, id est Hispanica. hæc, scilicet hærba est passa ferrum id est falcē dū Phœbus.i.sol parat diem.i.mane.frutex illius succisus est alta.i.profunda nocte:at seges hui⁹.s.floris aut seminis,est secta vngue cantato.i magico carmine.Ipsa deinde carpit.s.ex hęrbis,gramina mortifera:ac exprimit saniem.i.corruptum sanguinem serpētium:miscetq;&.i.etiam aues obscœnas : vtpote cor bubonis mœsti:quia sinistri:& viscera.i.intestina,strigis auis nocturnæ raucæ.s clamando,execta viuę.i.adhuc viuenti:ipsa artifex scelerum,ponit hæc.s.viscera discreta.s.ab alijs,dicens: vis rapax igniū inest his:glacies gelida frigoris pigri,inest his:& addit venenis verba non metuenda minus ipsis.i.q̄ ipsa venena:ecce ipsa sonuit gradu vesano,& canit:& mundus tremit primis vocibus.

¶Alti⁹.Maius q̄ solita sum. More torrētis.itelligit serpētē q iter ambas arctos flexuoso corpore adiacet. de quo supra dixim⁹.hic videt̄ i modū flumis.in prio sinu ē vrsa maior:i sequēti minor. Duę feręs.s.vrsa maior & minor. Pelasgis.sicut Oui.iiij.de fast. Esse duas Arctos: q̄rū Cynosura petat̄ Sydonijs:Elicē graia caria notet. Immēsos nodos.sin⁹ipsi⁹serpētis. Ophiulch⁹.hic apđ nr̄os scriptores anguitenēs ē dict⁹.supra scorpionē cōstituit̄ tenēs manib⁹anguē mediū corp⁹ei⁹implicātē:caput i manu dextra & caudā in sinistra tenet: iō rogat vt eū dimittat venire Ophiulch⁹,deriuat̄ ab ophis q dr̄ apđ nos serpēs. Phythō.serpēs fuit horrēdę magnitudis ex calescēte terra p⁹diluuiū Deucaliōis pcreat⁹.hūc Phœb⁹iteremit. Gemia numina.duos deos.s. Phœbū & Dianā: quorꝝ matrē Latonā pgnātē isecut⁹ ē ipe Phytō vsq; i Delō insulā. Lacessere.iseq & iiuria puocare. Hydra.serpēs fuit aquatilis q̄ Lernam Arcadię paludē icolebat.hāc interfecit Hercules. Et oīs. intelligit etiā serpētē seruantē mala aurea Hesperidū quē iterfecit Hercules. Repans.nā succiso vno capite illi crescebāt tria. Sopite serpēs.itelligit serpētē seruantē aureū vell⁹Colchis:quē Medea suis carmib⁹ sopiuit vt seruaret Iasonē. Postq̄.postq̄ ad se coegit oēs serpētes,ascluit oia mala q̄ i terris nascūt̄. Infaustę frugis.ferētis ifelicitatē. Inui⁹Eryx.mōs Sicilię prupt⁹. Caucasus.mōs ē Indię ex eo latere:quo ad septētrionē ē cōtermia Scythię.ibi dr̄ Prometheus(vt i Hercule furēte vidim⁹)religat⁹eē. Hyeme.niuib⁹. Med⁹.popul⁹cōtermin⁹ Assyrię. Aut Parth⁹.popul⁹oriētalis Scythię. Leuis.siue vag⁹,siue celer fugiēdo. Arabs.ppl̄s in Asia Iudeā ab Aegypto disterminās. Linūt.tingūt veneno. Sueui.popl̄i Germanię. Hercinijs lucis.syluis.ē em̄ Hercinia sylua teste Pōponio Mella i Alemānia maxia:q̄ dierꝝ sexagita iter occupās, vt maior alijs syluis q̄ i Germania sūt ita notior. Qđcūq;.oēs hęrbę venenosę q̄ pducūt̄ tpe veris,aut ęstatis,aut autūni cōtrectant̄ a Medea. Vere nidifico.quo volucres solēt nidificare. Dec⁹.pl̄chritudinē:q̄s nūc in illa pte āni q̄ tūc dicebat̄ bruma cadūt folia ex arborib⁹. Gramē.hęrba. Athos.mōs inter Macedoniā & Thraciā.aliqn̄ Hęmonię, vt ibi dr̄. Pid⁹.mōs. Illa.s.pestifera hęrba. Comā.folia sua. Pāgei.ē teste Pli.iiij.li.Pāgeū Thracię pmontoriū Bessis cōterminū & Macedonię iūctū. Falce cruēta.cū qua cecidisset aliquē hoiem. Tigris. fluui⁹est Armenię. Danubi⁹.fluui⁹labēs p Germaniā & Pānoniā. Hydaspes.fluui⁹Medię noīatissim⁹. Bethis.regio est Hispanię:a fluuio p illā currente nomē assūpsit: vt ibi testat̄ auctor. Hespta.occidētalis & Hispana. Hæc passa.ponit aliā diuersitatē:nā aliqua hęrba est collecta ferro veniēte die:alia de nocte sine ferro euulsa. Frutex illi⁹.trunc⁹alteri⁹hærbę. Alta.media nocte. Secta vngue.resecata sine ferro. Gramina. hærbas venenosas. Obscœnas.quę dicebant̄ mali augurij. Bubonis & strigis. q̄ sunt aues nocturnę de qb⁹ diximus.

Raucæ.nā a stridore strix appellat̄:vnde raucam appellat. Artifex.Medea. Discreta.sepata:qa aliqb⁹ est vis concipiēdi ignē:aliquibus inferendi frigus. Pigri.quo torpescūt homies. Metuenda.quia tātum possunt ferre malū q̄tum venena. Sonuit.veniens Medea insana. Canit.incantat.

¶Maior pelasgis. Elice quā nauigando sequuntur Peloponnesij. Minor. Cynosura:quam obseruant Phœnices vt testatur Iginius:quoniā Aglasthones Phœnix prim⁹eam seruauit. Ophiulcus.serpētarius. Phytō. Homer⁹in cantico Apollinis aliter appellat.in fœminino genere. αγχου δε κρηνη καλλιρροοσ ενθα δρακαιναν. ζατρεφεα μεγαλην τερασ ακρθου.hanc peperit terra:quo tempore peperit Typhaona irata Ioui,& draconem custodem aurei velleris. Sparsus cruore.hoc idem canit Apollonius describendo venenum quo domuit tauros Medea.dicit īfectū fuisse sanguie quē rostro elicit aqla de iecore Promethei:& ideo dictū venenū προμηθειον.πρωτοφυεσ ολαυ εσχε κατασα ξαυτοσ εραζε αιετου ωμισε εν κνημοισ εν καυκασι &c. Sueui:Germani.

BERNA. Vrsæ.
Ophiuch⁹ scribetur.
Phyton.
Hydra.
Pangeum.
DANI. Elice.
Cynosura.

ASCEN.



Os precor. Medea, quā egressam significauit Nutrix, coniurat oēs deos i pnicië dom⁹ Creusę: pallāq; illi dono ferendā incātamētis inficit dices. Ego p̄cor vos vulg⁹ silentū. i. qui estis vulgus silentum: & vos deos ferales. i. q estis dij ferales. inusitata latinis constructio: nam latine dicas vos dei ferales. vt o dei ferales ego precor vos: & precor Chaos caecū. i. caliginosum, & domum opacam. i. vmbrosam, ditis vmbrosi id est nigri: & specus squalidę mortis id est quos incolit squalida mors, ligatos id est annexos ripis tartari: & vos animae infernae: currite ad nouos thalamos supplicijs remissis. i. ex quo vobis supplicia remissa sunt. Posset etiam legi animis: vt sit p̄cor vos quos iam nominauit: currite ad nouos thalamos, supplicijs remissis id est remittentes supplicia animis, aut aīmae pro animis: seu vt nunc dicunt animabus: & ita mihi videtur locutus ne si animis dicat sibilus nimius is syllabę fiat. Rota torquens membra. s. Ixionis, resistat id est requiescat: Ixion ad rotam suspensus, tangat humum: Tantalus securus. i. sine timore decipiendi seu ne decipiatur, hauriat vndas Pyrenidas. i. Pyrenes fontis Corinthiaci soli, quasi dicat veniat ad nuptias Creusae: nisi dicamus originem illius apud inferos esse. Grauior poena sedeat id est quiescat: & hoc socero coniugis mei scilicet Iasonis, vsto. de Creonte intelligit: & tamen verba non minus sonāt de Aeeta: nam socer coniugis Medeae, est pater Medeae: sed vult dicere qui coniunx fuit: aut qui se socerum esse putat. lapis lubric⁹ id est semper vt res lubrica & pinguis e manibus elabens, voluat Sisyphum progenitorem Creontis, per saxa retro id est retrorsum: vt fit dum quis supra vires quid iaculari nititur: & dum vt fortius iaculetur retrorsum ducit: nec sub pōdere pressus reducere quit. Et vos Danaides id est Danai filiae Beli neptes: vnde & Belides dicuntur: quas labor irritus ludit id est ludificat & decipit, vrnis perforatis: quia coguntur vas sine fundo implere aquis: quod quia nequeunt in perpetuo sunt cruciatu ob interfectos a se prima nocte maritos patrueles: coite id est simul venite ad nuptias. sed affectanter signato vtitur verbo: vt q̄ cum maritis coire recusauerint nunc coeant, sed in alia significatione, id est conueniant: sicut coitus lunę est eius cum sole cōiunctio id est directa suppositio licet plurimum sit interstitij. hic dies, scilicet nuptiarum, quaerit manus vestras. s. vt sponsum aut sponsam prima nocte perimatis. o sydus noctium id est luna quae praees noctib⁹, vocata id est inuocata, sacris meis id est ad sacra mea, veni scilicet ad nouos thalamos: induta vult⁹ pessimos: minax nō vna fronte id est triplici fronte tua: quia tria virginis ora Dianae: veni inquam soluens tibi comam vinculo id est fascia, more gentis scilicet sacrificantium inferis, aut Corinthiacae gentis in nuptijs. vt autem lubens veniat dicit se oia fecisse quae ad magicam artem p tineāt: nam inquit ego lustraui id est peragraui pede nudo, nemora secreta id est vbi non

Tettametri Trochaici catalectici: & alii.

MEDEA.



Os precor vulgus silentum: vosq; ferales deos:
Et chaos cęcū: atq; opacā ditis vmbrosi domū:
Tartari ripis ligatos: squalidae mortis specus
Suppliciis aīę r̄missl currite ad thalāos nouos
Rota resistat mēbra torq̄ns: tāgat Ixiō humū
Tantal⁹ securus vndas hauriat Pyrenidas.
Poena grauior sedeat vsto cōiugis socero mei.
Lubricus per saxa retro Sisyphū voluat lapis.
Vosq; quas vrnis foratis irritus ludit labor
Danaides coite: vestras hic dies q̄rit manus.
Nunc meis vocata sacris noctium sydus veni:
Pessimos induta vultus: fronte nō vna minax.

TRIMETRI IAMBICI.

Tibi more gentis vinculo soluens comam.
Secreta nudo nemora lustraui pede:
Et euocaui nubibus siccis aquas:
Egiq; ad imum maria: & oceanus graues
Interius vndas aestibus victis dedit.
Pariterq; mundus lege confusa aetheris
Et solem & astra vidit: & vetitum mare
Tetigistis vrsę. temporum flexi vices.
Aestiua tellus floruit cantu meo.
Messem coactam vidit hyberna Ceres.
Violenta Phasis vertit in fōtem vada.
Et Ister in tot ora diuisus truces
Compressit vndas: omnibus ripis piger.
Sonuere fluctus: tumuit insanum mare:
Tacente vento. nemoris antiqui domus
Amisit vmbram vocis imperio meae.
Die relicto Phoebus in medio stetit:
Hyadesq; nostris cantibus motae labant.
Adesto sacris tempus est Phoebe tuis.
Tibi hęc cruenta serta texuntur manu:

DIMETRI ET TRIMETRI IAMBICI.

Nouena quę serpens ligat.
Tibi hęc Tiphoeus mẽbra quæ discors tulit:
Qui regna concussit Iouis.
Vectoris istic perfidi sanguis inest.
Quem Nessus expirans dedit.
Oetheus isto cinere defecit rogus:
Qui virus Herculeum bibit.

erant arbitri aut conscij:& euocaui nubib⁹ siccis.i.quę videbantur siccæ,aquas:& egi.i.coegi,maria ad imũ.i. fundũ subsidere:& oceanus.i.mare magnum,dedit vndas graues interius.i. introrsum:& hoc æstib⁹.i. feruorib⁹ & ebullitionibus in superficie videri solitis, victis.i.domitis & oppressis:& mundus.i.incola mundi,vidit solem & astra pariter.i.eodem tẽpore: & hoc lege.i.ordine & vicissitudine a deo constituta,ætheris.i.cæli, cõfusa: & o vrsæ.s.maior & minor vos tetigistis mare vetitũ.s.vobis:qa Iuno impetrauit vt nũq̃ oceani abluerẽt aquis. Ego flexi.i.ab ordine suo moui, vices.i. vicissitudines tempo⁊ quia tellus æstiua.i.in æstate sicca,floruit.i.produxit flores,cãtu meo.i.ppter cantũ meũ.Ceres.i. semẽtis aut seges, hiberna.i.q̃ in hyeme est,vidit messem coactam.i.subito collectam.Phasis flu.ingens Colchorũ, versus.i.retrocedere fecit, vada.i.flumina vadere.i.procedere solita, violenta.i.impetuosa,in fontẽ.i.locum & scaturiginẽ primã vñ pcesserant:& Ister qui pri⁹ Danubi⁹ dicit per Pãnoniã fluens, diuisus in tot ora: videlicet i septem magna ostia,compressit vndas truces.i.impetuosas,piger.i.leniter fluens omnib⁹ ripis:qd est contra naturam:quia per naturam si vnius ostij cursus impediat alterius deberet intẽdi. fluctus.s.marini,sonuere:& mare insanum.i.immoderatum,tumuit.i.inflatum est. Domus.s. ferarũ, antiqui nemoris id est cacumen arborum frondiferarum,amisit vmbram,quia frondem quæ vmbram fecerit, vento tacente id est nullũ sonitũ dãte,qa nõ flãte:& hoc impio vocis.i.incãtationis meę. Phœbus.i.sol,stetit in medio.i. cæli ac hemisphærij huius, die relicto.i.& nõ adduxit secũ diẽ. Hyades.i.stellę illę quinq̨ pluuiam inducere solitæ, labãt.i. cadũt motę cãtib⁹ nñs.O Phœbe.i.Luna seu Diana veneficarũ pręses,tẽpus est sup.te adesse sacris tuis.i.tibi a me institutis:hęc serta q̃ serpẽs nouena.i.nouẽ numero,aut nouies circũdata,ligat.i.circũsepit,texuntur tibi.i.ad honorẽ tuũ:manu cruenta,quia vltionẽ postulante.Hæc mẽbra sup.texũtur tibi:q̃ Typhoeus gigas sub Inarimis sepultus & Iouis fulmie oppressus, tulit discors.i.dissentiens sibi & Ioui cæterisq̨ dijs:q̃ cõcussit.s.cum Titanib⁹ reliq̃s,regna Iouis. Sanguis pfidi vectoris.s. Nessi (q̃ Deianirã Herculis coniugẽ a se trãsuectã trãs Euenũ fluuiũ, erat enĩ Centaurus iterne equus, anq̃ Hercules traijcere posset rape constituit: sed Hercules eũ sagittis suis quib⁹ Hydrã interfecerat transfixit: vñ sanguis hydrino veneno infectus manauit: quo vestẽ quã camisiã vocamus fraude Nessi credula mulier in perniciẽ viri infecit) inest istic.i. istis sertis: quẽ.s. sanguinem Nessus expirãs.i.efflans animã dedit: rogus Oetheus.i.in quo Hercules in Oetha monte cõbustus est, defecit isto cinere.i.resolutus est in istũ cinerẽ quẽ adhibeo: q.s.cinis bibit virus Herculeũ.i.quo Hercules per camisiam vt dixi infectus fuerat.

Vos precor. Isti sunt versus Trochaici. habẽt trochęũ in prio:& sunt septẽ pedum: vocãturq̨ tetrametri acatalectici. Silentum.animarũ. Ferales. inferos.fera enĩ mors dicitur apud antiquos. Chaos cæcũ.tenebrę inferni. Specus.in tribus generibus reperit. vbi est habitatio mortis. vocat animas q̃ sunt apud inferos: vt veniant ad nouas nuptias: ferantq̨ secum malũ auguriũ. Rota.s. Ixionis: cuius pœnã declarauimus in Hercule. Pyrenidas. Corinthias. Pyrene fons est Acrocorinthi. Tantali pœnã retulimus. Socero. Creonti patri Creusę. Lubricus lapis. q̃ nõ potest firmari. Sysiphi pœna declarata est supra. Irritus. vanus: quia nõ possunt haurire aquas: vt supra dictũ est. Coite. simul venite. Pessimos. venias & tu Diana q̃ in inferno diceris Hecate: non læta, sed infelix istis nuptijs. Sidus. quæ luces de nocte. Soluens. secundum morem sacrificantium inferis & incantãtium spargebantur capilli per humeros. — BERN. — Pyrene.

Secreta. hic mutatur versus:& est Iambicus. Lustraui. circuiui faciendo sacra. Euocaui. pter naturam & cursum cælestem feci pluere: maria decrescere: totumq̨ ordinem cæli perturbaui. Aestibus. fluctibus. Vrsę. maior & minor, quæ nunq̃ dicuntur occidere, carminibus meis tractę sunt de cælo. Vetitum. negatũ. cũ alia sydera dicantur occidere in mare, solæ istæ vrsæ nunq̃ tendunt ad occasum. Vices. mutaui vices temporum: æstate feci pullulare flores:& hyeme fruges secari. Ceres. dea frugũ, coacta meis carminibus. Phasis. fluuius Colchorum. Vada violenta. impetuosas aquas. In fontem. versus originem suã contra naturã aquæ. Tot ora. ostia septẽ. Truces. impetuosas. vel dicit propter populos per quos fluit asperos. Piger. scilicet per me factus tardus. Nemoris. transtuli arbores ad alia loca vbi non erat prius. Vmbram. quia ibi nullæ relictæ sunt arbores. Stetit. vt neq̨ ad orientem neq̨ ad occasum tenderet. Hyades. septem stellæ in fronte tauri. Labant. tremunt & videntur cadere. Adesse. inuocat lunam ad sacra sua. Phœbe. luna.

Serta. quæ contexui de serpentibus nouem. Nouena. de nouem serpentibus. hic versus dimeter est habens quatuor pedes. Membra. ponit omnia monstra quibus ista contexuntur. Membra.i.manus. Typhoeus. gigas qui ausus est pugnare contra deos. Regna Iouis. cælum. Vectoris perfidi. Nessi Centauri q asportans Deianiram ab Hercule interfectus est: vt videbimus in vltima tragœdia: appono tibi hui⁹ sanguinem. Oetheus. adiũgo cinerẽ sup quẽ expirauit Hercules in Oetha mõte: vt videbim⁹ in eadem tragœdia. Virus. venenum quo confectus est Hercules.

¶Vos pręcor. Hic Medea inuocatis manibus & conceptis cantationibus pallam inficit & medicatur: quã dono mittat Creusæ in perniciem omnium familiarium & Creõtis. Carmen tetrametrum trochaicum acatalecticum. Typhoeus. gigas sub Inarimis sepult⁹. ειν αριμοισ οθι φασι τυφωεοσ εμμεναι ευνασ. ex quo exemplo potes etiam cognoscere dictionem trissyllabam:& habere ευ. diphthongum in vltima. Hesiodus dissentit ab Homero fingens sub Aetna non sub Inarimis conditum esse Typhoea. Sãguis. Nessus Cẽtaurus trãs Euenũ fluuium tulit Deianiram: cui volens vim offerre transfixus est ab Hercule sagitta. Sanguine & oleo veste infecta in sacris indutus Hercules lenta tabe consumptus est. — DANI. — Typhoeus — Nessus.

ASCEN. ¶ Pię sororis. Prolixis multisq; verbis prosequit Medea, indicatq; quib' venenis & pestibus infectũ sit donũ qđ Creusę missura est dicens. O Luna aut Hecate, tu vides. s. inter cętera perniciosa, facẽ. s. fatalẽ Alteæ matris Meleagri, vltricis. s. cędis fratrũ suorũ in Melagrũ filium: & ita sororis pię quia vlta est fratres proijciendo facẽ in qua fata filij pẽdebãt in ignẽ: cũ qua filius simul extinct' est: & ita matris impiæ: quia impie cum filio egit. historiã iam Daniel recitauit. Harpyia auis rapax & monstruosa vt æneí. tertio patet, dum fugit Zetum scilicet filium Borea, & Calaim fratrem eius, q Harpyias a mẽsa Phinei abegerũt, reliquit istaa plumas sup. in specu inuio id est ad quem nulla patet via: adijce his pennas ex alis detractas, Stymphalidos volucris immẽsę & perniciosę, sauciæ, quia passæ spicula lernea id est quibus Hercules hydram lerneam interfecerat: & ita non minus q̃ Nessi sanguis infectæ erant. O arę vos sonuistis id est crepitu quodam vota mea rata significastis: agnosco tripodas meos id est oracula mihi nota sic cõprobata: vtpote cõmotos scilicet focos ad sonitum faciendum dea scilicet Hecate fauente. vnde infert. Video currus agiles triuię: non quas ipsa lucida agitat pernox id est per noctem totam durans, vultu pleno: sed quos supple agitat lurida id est obscura cum obscœnitate, facie mœsta: cũ id est quando legit. i. transcurrit cęlum, fræno propiore id est contractiore non ausa diuagari: vexata minis Thessalicis id ẽ veneficarum Thessalicarum quarũ Carmina vel cęlo possunt deducere lunam. Daniel de thombis exponit O Triuia fac sic, id est vt cœpisti: tu pallida funde lucem tristem per auras: terre populos horrore nouo id est insolito & magno: & o Dictynna id est luna, æra pretiosa corinthi, quæ tñ postea ex conflagratione Corinthi muẽta sunt pretiosa ex commistione cum auro & argento, sonẽt in auxilium tuum: quia pelusium sonitu credebatur lunæ laboranti succurrere potuisse: quasi eo impedirẽtur incantamẽta: ne ad lunam vsq; peruenirent. Nos damus id est offerim' tibi sacrum solenne, cespite sanguineo id est sanguie perfuso. est autem cespes terra cum herbis & radicibus deuulsa. fax rapta tibi id est ad honorem tuũ de sepulcro medio, sustulit id est substraxit, ignes nocturnos: ad magiam aptos. Ego mota tibi id est ad honorẽ tuũ, caput, id est habẽs caput motũ, dedi voces ceruice flexa id est incuruata & supplice: cum superbi sint ceruice dura & inflexibili: & vitta id est fasciola caput ambiens, iacens tibi id est in honorem tuum, more funereo id est vt in funere fit, vincit id est innectit & ligat, capillos passos id est extensos & dilatatos prius: ramus tristis iactatur tibi ab vnda stygia, id est sumpta de styge lacu tristitię infernalis: & ego mænas id est sacro furore percita, nudato pectore id est habens in fidem furoris pectus nudatum, feriam id est percutiam, tibi id est in honorem tuum, brachia scilicet mea, vt emittam sanguinẽ, cultro sacro. i. cultro quo sacrificuli in victi-

Pię sororis impię matris facem
Vltricis Alteę vides.
Reliquit istas inuio plumas specu
Harpyia: dum Zetum fugit.
His adiice pennas saucię Stymphalidos
Lernea passę spicula.
Sonuistis aræ: Tripodas agnosco meos:
Fauente commotos dea.

ANAPAESTICI.

Video Triuię currus agiles:
Non quos pleno lucida vultu
Pernox agitat: sed quos facie
Lurida mœsta: cum Thessalicis
Vexata minis cęlum fręno
Propiore legit. sic fac: tristem
Pallida lucem funde per auras:
Horrore nouo terre populos:
Inq; auxilium Dictynna tuum:
Pretiosa sonent ęra Corinthi.
Tibi sanguineo cespite sacrum
Solenne damus: tibi de medio
Rapta sepulcro fax nocturnos
Sustulit ignes.
Tibi mota caput flexa voces
Ceruice dedi: tibi funereo
De more iacens passos vincit
Vita capillos.
Tibi iactatur tristis Stygia
Ramus ad vnda: tibi nudato
Pectore Mænas sacro feriam
Brachia cultro. manet noster
Sanguis ad aras: assuesce manus
Stringere ferrum: charosq; pati
Posse cruores.
Sacrum laticem percussa dedi.
Qz si nimium sępe vocari
Quereris: votis ignosce precor.

Causa vocandi Persei tuos
Sępius arcus: vna atq; eadem est
Semper Iason.
Tu nunc vestes tingue Creusæ:
Quas quum primum sumpserit: imas
Vrat serpens flamma medullas.
Ignis fuluo clausus in auro
Latet obscurus: quem mihi cęli
Qui furta luit viscere fœto
Dedit: & docuit condere vires
Arte Prometheus: dedit & tenui
Sulphure tectos Mulciber ignes.
Et viuacis fulgura flammę
De cognato Phaetonte tuli.
Habeo medię dona Chimærę.

ma humana vti solēt in taurica regione: sanguis noster manet .i. defluat (a mano) ad aras .s. Hecates. & cū id meticulose faceret: exhortat̃ manū suā dicens. O manus assuesce stringere .i. e vagina eximere, ferrum .i. ensem ferreū aut cultrū: & posse pati cruores charos quia nunc tuos aut meos & paulo post filiorū meorū: ego percussa .s. a me in brachio dedi .i. effudi, laticem sacrū .i. sanguinē, loco vini: q sanguis sacerē Dianę Fascelidi vt adnotat Seruius ad principiū secūdi æneí. de Iphigenia historiā enarrās. Qz si quereris .i. conqueris & moleste fers, vocari .s. a me, nimiū sæpe, precor ignosce votis .s. meis: quia o Persei (dactylus est in vocādi casu a nō Perseis perseidos) .i. o Luna Persei fratris Astrei ex Asterie scd̃m Hesiodū filia, Iasō est semper vna & eadē causa, vocandi .i. inuocandi sępius arcus tuos: qui radij sunt: quos lunā nocētes habere dicit̃: & quia soli & lunę radij sūt iō architenentes dicunt̃. Tu o Persei, tingue .i. imbue, nūc vestes Creusæ .i. pallā mittēdam Creusę: quas .s. vestes cū primum sumpserit flamma serpens aut repēs paulatim ad artus eius, vrat .s. tandē, medullas imas .i. in ossibꝰ latentes. Ignis .s. inextinguibilis (sunt q græcū vocēt) latet obscurus .i. incognitus, clausꝰ in auro fuluo .i. corona aurea: quē .s. ignē Prometheus q luit .i. psoluit viscere .i. iecore fœto .i. fœcundo in pœnas, q a quantū aquila decerpit assidue tātum nascit̃, furta cæli .i. ignē raptū in ferula de curru Iouis aut solis, dedit mihi: & docuit cōdere vires .s. ignis arte .i. quodā artificio: & Mulciber .i. Vulcanꝰ dedit ignes tectos .i. inclusos tenui sulphure: hoc est dedit fomitē quendā aspersum sulphure: q ignem vicinū attrahit: sicut puluis quo bombardę vtunt̃ facile incendit̃: neq; vero simile est ignē qui actu sit, sed qui in proxima potētia, sulphure tegi: & tuli .i. abstuli, de Phaetōte cognato: quia ex eode Sole cū Aceta patre meo nato, fulgura flammæ viuacis: qua fulminatꝰ in Erydanū decidit. Habeo .s. q̄ apponā, dona .s. flāmas vt vult Ber. aut sanguinē draconis vt vult Dani. Chimærę medię .i. sumptę de media parte Chimærę: in qua Chimęra .i. capra est: vñ Lucre. Prima leo, postrema draco, media ipa Chimęra. sūt qui hirta legant: sed omnis Chimęra .i. capra hirta est. videt̃ aūt potius de pedibus q̄ draconis sunt dona colligere debuisse: sed dracones etiā medium montem attingunt.

¶ Vides .i. o Phœbe. adiūgit vnā facē & dicit q̄ illa ē qua cōsumptꝰ est Meleager vt supra vidimꝰ. Pię sororis. quia vindicauit f̃res interēptos a filio. Impię mr̃is. q a filiū interfecit. Harpyia. de his mōstris in Hercule furēte dictū ē. Zetū q Harpyias cū f̃re Calai fugauit ad Strophadas insulas: & sic admiscet plumas harpyiarū & auiū stymphalidū de quibꝰ in prima vidimꝰ. eas Hercules sagittis interfecit. Saucię. vulneratę & passę sagittas quibꝰ hydra interfecta fuit. Sonuistis. dū hęc diceret sentit moueri aras: vñ lętat̃ aduētu Dianę q̄ turbido vultu veniebat. Tripodes meos. sic Phœbades in tēplo Apollinis supra tripodē recepturę spm̃ strepitus sentiebāt aduenientis dei. Vñ dicit tripodes meos p illā similitudinē. Agiles. veloces. q a vno mēse cōplet cursū suū. Lurida. pallida. nō video talē vt est in cælo qñ plena & rotūda est tota splēdēs: sed qualē mœstā & tristē: vt ē qñ minus .i. verbis incātatorijs Thessalorū versat̃ & obscurat̃. Legit. trāsit. Proptore freno. cursu viciniore. tractū est ab equis qbꝰ ipa ducit̃ in curru. Terre. Perturba. Dictynna. diana Dicta: ad ipis retibꝰ: Dictynna. na grece dictynō rete dicit̃: vt Solinꝰ & Lactātiꝰ ōndūt. Aera. q̄ pulsabant̃ ne luna audiret verba magica: cogeret q; descēdere in terrā: vt Virg. Carmina q̄ pñt lunā deducere cælo. Pretiosa. vasa corinthiaca miræ celaturę. Cespite. terra cū hęrba pfusa sanguine. Sepulcro. quā accepi ex sepulcro. Tibi mota. exultans Medea aduētu Dianę parat tale sacrificiū: dicitq; se facturā quēadmodū Corybantes. Mænas .s. ipa furiosa tāq̄ Męnas sacerdos Bacchi. Tibi. ad honorē tuū. Feriā. fundā sanguinē ex venis brachiorū. Manet. fluat. Assuesce. vertit sermonē ad manū suā: vt assuescat fundere sanguinē: vt deinde possit interficere filios. Stringere. nudare. Charos .s. filiorū. Dedi. effudi. postq̄ effudit sanguinē dicit erit hic tāq̄ latex hoc est vinū qđ solebat fundi in sacris. Qz si. si forte lamētaris q; te fatigo sępius, habe me excusatā: nā culpa ē Iasonis. Ordo ē i tertio versu. Persei. o Diana: q̄ scd̃m Hesiodū filia Asteries & Persei f̃ris Astrei p̃ris vētorū. & ē Perseis Perseis. patronymicū: & Persei vocatiui casus ē. Tu nūc. vestes q̄s missura sū ad Creusā venenis infice. Ignis .i. corona quā donare nouę nuptę cōstitui, ignē inclusi: quē mihi dedit Prometheus q illū furatꝰ fuerat a dijs supis: ppterea vt supra vidimꝰ i Caucaso mōte ligatꝰ pœnas luit. Obscurꝰ. q nō cernit̃: nā Prometheus docuit me occultare ignē eo mō. Furta cęli. ignē raptū de cęlo. Viscere. nā iecur eiꝰ ab aqla corrodit̃. Fœto. nā semp nascit̃ sicut corrodit̃. Vires .s. ignis. Mulciber. Vulcanꝰ. Tectos. qđ videt̃ impossibile q; ignis tegat̃ in sulphure. Cognato Phaetōte. ppinquo meo: nā sol p̃r Phaetōtis erat auus Medeę. ad miscuit etiā aliq̄s ptes fulguris quo Phaetō arsit. Chimærę. mōs ē in Lycia q fumū & flāmā ad modū Aetnę in sicilia: & Vesuuiū i Cāpania eructare videt̃. qđ vtiq; dedit cām fabulę q̄ illū dixit mōstrū esse Chimęrę: quā Hesiodꝰ i Theogonia designās habere tria capita dixit vnū leonis: aliud ipsius Chimærę: & aliud draconis. quin & anterius quidē leone: posterius vero draconē: medio aūt caprā. Dona. ignem.

BERN. Dictynna. Perseis. Chimæra.

DANI. ¶ Stymphalidos. Argonautę cũ attigissent Stymphalũ de quo supra dictũ est, armarunt se: & fustib⁹ fugarũt aues: qm̃ vna cecidit sup lęuũ humerũ Oilei tanta vi vt ceciderit rem⁹ de manib⁹. Eurybotes sanauit vulnus. Amphidamantis monitu argonautæ induerũt capita galeis & fustib⁹ manus: aliter increbrescẽte turba volucrũ nequaq̃ transissent. Currus agiles. quos fingunt trahi a mulis ppter sterilitatem. Pernox. i. nocte ipsa. Minis. rhombis trahunt lunã ad despumandũ hęrbas pro venenis Thessalæ. Martialis. q̃nũc Thessalico lunã deducere rhombo. & alibi idem. Quum secta Colcho luna vapulat rhombo. & Ouidius. Themeseaq; concutit æra. & Theocritus in Pharmaceutria. Χωσ Διμειθο Δε ρομβοσ ο Χαλκεοσ εξ αφροΔιτασ &c. Passos. perpessos: a pando. Semp Iason. Iason vnus est semp in causa quare te inuocẽ. Medię chimęræ. draconis Chimęra monstrũ spirans ignẽ Homerus Δειμον α ποπνειοσα πυροσ μενοσ αιθομενοο. Bellerophonte pernicie: iussu Heurię regis Lyciorũ: cuius postea filiã Achymenen vxorẽ duxit. historiã Homerus totã describit ꝫ. Iliados: & Plautus noster in Baechidibus perstringit. sanguinẽ huius mõstri Medea intulit venenis suis collectum de media parte qui est draco.

Stymphalides. Muli lunæ. Chimera.

ASCEN. ¶ Habeo flãmas raptas gutture. i. de gutture, tauri. s. Colchici flãmiuomi, vsto. i. absũpto incẽdio arte Medeę: quas. s. flãmas, felle Medusæ veneficæ q̃ solo visu hoies in saxa vertebat, pmisto aut pmixto, ego iussi seruare, malũ. i. vt sint malũ & pnicies, tacitũ. i. occultũ & ignotũ O Hercate adde venenis stimulos. i. acrimoniã & vires acres vt cito operenť: & serua semia. i. fomitẽ, flammę. i. ignis nondũ ignẽ, condita. i. abscondita sup. in donis meis. Et sup. dona mea fallãt visus: vt ea videntes nullã vim ignis subesse suspicẽtur: & ferant. i. patianť tactus. i. se tangi nõ percepto calore: q actu in eis nullus sit: sed calor q inest virtute, meet. i. trãseat in pectus. s. Creusæ & venas: artus. s. Creusę, stillent. s. pingui ab igne emisso: & ossa flagrãtia fumẽt: & noua nupta. s. Creusa, aut vt sæpe dixi Glauce, vincat. i. supet, faces suas. s. nuptiales, coma sua. s. ardente imposita corona abundantius q̃ tęda nuptialis. Vota sup. mea, tenẽtur. i. obtinẽť a me aut acceptanť a dea: qa Hecate audax. s. ad secundandũ tantum facinus, dedit ter latratus: aut qa Cerberũ Proserpina in potestate habet: aut quia venatrix est: & edidit ignes sacros, face luctifera. i. luctum allatura Ois vis. s. veneficij, est peracta. i. consummata: voca o Nutrix, natos. i. filios meos huc. i. ad me: p quos feras. i. ferre possis, nubenti. s. Creusę dona p̃tiosa. Cũ aũt filij acceptis donis irent, inquit: ite ite o nati, genus. i. generatio & ples matris infaustæ: placate vobis dominã & nouercã, munere & multa p̃ce: vadite: & referte domum gressus celeres: vt fruar amplexu vltimo. s. vestri. videtur admonere vt datis munerib⁹ cito redeant & seruenť: sed secus eueniet.

Habeo flammas vsto tauri
Gutture raptas: quas permixto
Felle Medusæ tacitum iussi
Seruare malum: adde venenis
Stimulos Hecate: donisq; meis
Semina flammæ condita serua.
Fallant visus: tactusq; ferant.
Meet in pectus venasq; calor:
Stillent artus: fument ossa:
Vincatq; suas flagrante coma
Noua nupta faces.
Vota tenentur: ter latratus
Audax Hecate dedit: & sacros
Edidit ignes face luctifera.

TRIMETRI Iambici.

Peracta vis est omnis: huc natos voca:
Pretiosa per quos dona nubenti feras.
Ite ite nati matris infaustę genus:
Placate vobis munere & multa prece
Dominã & nouercã: vadite: & celeres domũ
Referte gressus: vltimo amplexu vt fruar

BERN. ¶ Tauri. Qui erat in Colchis. Medusę. quę interfecta fuit a Perseo: vt plane scribit Oui. li. iiij. metamor. Tacitũ occultatũ in corona. Hecate. O Diana. Semina. fomenta ignis. Fallãt. cũ viderit coronam nõ credet intus esse ignẽ. Ferãt. patianť: vt cũ tangať non sit calida: ita decipiat & tactus & visus. Meet. eat in pectus & medullas Creusæ. Noua nupta. Creusa magis ardeat q̃ faces q̃ gestatę sunt in nuptijs suis. Vota. nũc sentit se exauditã. vñ mandat nutrici: vt filios aduocet qui munera ferant Creusæ. Ite. intelligendũ est filios venisse: quibus dat munera ferenda: mãdatq; vt statim reuertantur. Nouercam. Creusam.

DANI. ¶ Medusę. Medusam dormiẽtẽ vno ictu peremit Perseus volatũ auspicat⁹ ex Ampho sancto mõte Pelopõnesi. Igniũs. Hecate. imploratio ẽ ad Hecaten. Venas. amor tãq̃ venenũ irrepit paulatim p venas & caput.

Medusa.

ASCEN. Vonã &c. Chor⁹ q fere colligiť ex opp[o]sito patiente grauia mala detestatur Medeã dicẽs. Quonã Medææ, mænas. i. furẽs, cruẽta. i. cruoris & cędis suorũ appetẽs, rapitur præceps amore sęuo. i. vehemẽti. s. quo Iasonẽ amat; quod facinus parat id est molitur facere: furore impotenti. i. nequeũti frenos pati: hoc est indomito; Vultus. s. eius citat⁹. i. cõmot⁹ ira, riget

Dimetri Iambici Catalectici.

CHORVS.

Vonam cruenta mænas
Pręceps amore sæuo
Rapitur; quod impotenti

Facinus parat furore?
Vultus citatus ira
Riget:& caput feroci
Quatiens superba motu
Regi minatur vltro.
Quis credat exulem:cui
Flagrant genæ rubentes?
Pallor fugat ruborem.
Nullum vagante forma
Diu seruat colorem.
Huc fert pedes:& illuc:
Vt Tigris orba natis:
Cursu furente lustrat
Gangeticum nemus.nunc
Frenare nescit iras
Medea:nunc amores:
Nunc ira amorq; causam
Iunxere:quid sequetur?
Quando efferet pelasgis
Nefanda Colchis aruis
Gressum?metuq; soluet
Regnum:simulq; reges?
Nunc Phœbe mitte currus
Nullo morante loro:
Nox condat alma lucem.
Mergat diem timendum
Dux noster Hesperugo.

i.horret:& ipa superba quatiens caput motu feroci,minat vltro.i.vltra id q eū merito timeat,regi.i.Creonti.Quis credat sup.eā cui genę rubētes flagrāt.i.ardēt,exulē?q.d.null⁹ tantisper dum videat eā rubētem: sed pallor fugat ruborē:& nullū colorem seruat diu: & hoc forma.i.naturali colore q a foruo.i.calido inducit,variāte.i.se mutante. Ipa fert pedes huc & illuc.i.in diuersas ptes:inconstans & vaga:vt incerto est aio. vt.i. quēadmodū, tigris animal perniciosissimum & ferocissimū, orba.i.priuata,natis.i.catulis,lustrat.i. inuestigat & scrutat,cursu furente.i. furens inter currendum:nemus gangeticum.i. adiacens aut situm ad Gange fluuiū orientem versus. Medea nescit frenare.i.compescere,nunc.i. interdū iras:nūc.i.interdum amores.s. solos ira & amor iunxere nūc causam.i.simul cōtēdūt cōtra Creusam: in quā ira flagrat:& in Iasonē ira & amore:ira ob ingratitudinē: amore ob cōsuetudinē.quid sequet?q.d.cū amores & iras seorsum magna subsecuta sint facinora Medeę:nūc cōiunctos maiora sequent. Sunt qui dicant,quid.i.vtrū horū an iras,an amores sequetur Medea?sed malim dicere, quid.i.quæ res sequet amores & furores coniunctos?Quādo.i.o quando,Colchis.s. Medea Colchica:facto patronymico a patria, nefanda.i.detestāda,efferet.i.exportabit,aruis pelasgis.i.grecanicis,quia Corinthiacis, gressum.i. incessum,aut pedes quib⁹gradit? & quādo soluet.i. liberabit, regnū simulq;.i. simul & reges.s.Creontē socerū & Iasonem generū eius:metu.s. quē cōceperūt de ea? O Phoebe.i.sol,mitte.s.a nobis nō ad nos,quasi dicat amoue, currus.s.tuos,nullo loro.i.retinaculo:aut habena, morāte.i.tenēte in mora ac tardante,sup.currus.i.equos:sicut Maro dixit neq; audit currus habenas: veruntamen si equi tardant,tardātur & currus. Nox alma aut quia sopore nos alit, aut quia terrā purgatura videbatur,& ideo die pręstantior, cōdat.i.abscondat lucē.s.diurnam aut solis. Hesperugo.i.stella nocturna q Hesperus & Hesperugo,Vesperus & Vesperugo dicitur, dux noctis:mergat.i.occulat diem timendū propter pręsentiam Medeę.


Vonam.Inducitur Chorus:q viso furore Medeæ rogat vt cito eat ipa de regione. versus est Euripideus ab inuētore dictus:habēs quatuor pedes minus vna syllaba: vnde dimeter dicitur cum duo pedes ponuntur pro vno :Catalecticus: quia deficit. Mænas. Medea furiosa tanq̄ Baccha. Rapitur. violenter ducitur. Impotenti.qui nō potest moderari. Citatus.commotus. Riget.horret & asper est. Regi.s.Creonti. Quis.q.d. nemo crederet illam exulem cum sit ita superba & minabunda. Flagrant. ardent: interdum est rubicunda, interdū pallida: quod signum est magnæ iracundiæ & mutationis animi. Vagante.instabili: nam modo pallida, modo rubra. Tygris.animal horrendum Armeniæ.est tanq̄ Tygris truculenta amissis filijs. Gangeticum.a fluuio Indiæ Gange dicitur. Frænare translatum est ab equis. Colchis.ipsa Medea quādo discedet vt liberet nos metu? Nunc Phœbe.Chorus rogat solem vt cito vadat ad occasum: & fiat nox vt Medea quæ habebat terminum vnius diei discedat ab agris græcis. Loro.nullis habenis morantibus equos tuos. Timendum.qui nobis timendus est præsentia Medeæ. Hesperus dux. stella quæ ducit noctem. BERN.

❡Quonam. Carmine nono dimetro iambico catalectico Anacreontio Chorus Medeæ malitiam detestatur Mænas.appellatio est insanę. Rapitur.agitur. Impotenti.quo redditur impotens & sui nescia. Flagrantq; ge.hoc idem de eadem persona & in eadem re dixit Apollonius.φοιμαχον δαμεδιόκαλο χρυα. καδ δεμμαχλυσ ελεμιαμομεμη. DANI.

ASCEN. PEriere. In hac scęna diuersi loquũtur: & quasi i diuersis locis. primũ Nuntius & Chorus inter se conferunt de facinore Medeæ verba: dicit eñi Nuntius sic. Cuncta perierunt. de more famæ malæ quę vires acquirit eundo, pro parte magna regni dicit cuncta: status regni concidit quia nata scilicet Creusa, atq; genitor scilicet Creon rex, iacẽt scilicet combusti cinere permixto scilicet vtriusq; inter se & cũ cineribus aulæ. Cho. Qua fraude capti, supple iacent? Nun. Ea supple fraude, qua fraude reges solẽt capi: videlicet donis. Chorus. Quis dolus potuit esse in illis? scilicet donis. Nun. Et, id est etiã: ipse id est egomet, miror & vix credo potuisse fieri, malo iã facto. Chorus. Quis modus cladis, id est quõ contigit clades? Nunt. Vt.i. vbi, ignis iussus furit: si furit est pręteriti temporis, quo alij carere dicunt. Seruius autẽ furuit dixit: pro furijt: dicam: vt id est postq̃: sin pręsẽtis vt id est vbi: aut quo tẽpore: furit per omnem partem regię.s.domus, quę aula graece dicitur: furit dico auidus, quia ignis ẽ maxime actiuus: cresceret enim in infinitum donec esset combustibile: & sup. tota domus occidit iam: timetur scilicet ab omnibus vrbi scilicet Corithone cõburatur. Chorus. Vnda id est aqua opprimat flammas si timetur vrbi. Nũ. Et hoc accidit mirandum in ista clade scilicet incendij: q; vnda alit flammas: quoq;.i. & quanto ignis prohibetur magis supple eo pro tanto magis ardet. Nam occupat ipsa pręsidia id ẽ aquam & similia quæ obijciũtur ad defensionẽ. Nutrix id audiens, Effer inquit o Medea gradũ citatũ.i.acceleratũ, sede.i.mansione & vrbe Pelopeia id est quæ aliquãdo Pelopi cũ tota Peloponeso paruit: & pete p̃ceps quaslibet terras. Me. Ego ne supple ero iam molli animo, aut potero inducere animũ: aut hoc ne suades vt ego recedam? si ego profugissẽ prius ego redirem ad hoc scilicet spectaculũ: ego specto nuptias nouas scilicet Creusæ cũ patre commixto eorum, vt dictũ est, cinere. Deinde excitans seip̃am dicit: o anime quid cessas scilicet peragere quod semel concepisti? sequere impetum felicẽm.i. bene succedẽtem. Quota est ista pars vltionis.s. de Creusa duntaxat sumpta, qua gaudes? q.d. minima pręea quæ de Iasone restat accipiẽda. Tu furiosa.i. plusq̃ insana, amas.i. capta es amore Iasonis adhuc: si Iason cęlebs.i. carẽs vxore, hoc est q; spoliatus est vxore, est tibi satis. quęre genus poenarũ haud.i.non, vsitatum & para iam temet.s.ad hoc perpetrandũ: omne fas cedat scilicet ex animo: pudor supple omnis abeat expulsus. Vindicta quã manus paruæ aut puræ, vtpote puerorũ (malim paruæ legere) ferũt id est inferunt, est leuis id est modici momenti. Incumbe id est toto pectore indulge, in iras: & excita te languentem: & hauri violẽtus (loquitur enim ad animum. sunt tamen qui violentius legant) penitus veteres impetus ex pectore imo id est derelinque nihil otiosum veteris impetus. Quicqd admissũ.i. p̃etrat̃ ẽ adhuc, vocet.s.

Actus Quintus.
Trimetri Iambici.

NVNTIVS. CHORVS. NVTRIX. MEDEA. IASON.


Eriere cuncta: concidit regni status.
Nata: atq; genitor cinere permixto iacent. Cho.
Qua fraude capti? Nũ. qua solent reges capi:
Donis. Cho. in illis esse qs potuit dolus? Nun.
Et ipse miror: vixq; iam facto malo
Potuisse fieri credo. Ch. qs cladis modus? Nũ.
Auidus per omnem regiæ partem furit
Vt iussus ignis: tota iam domus occidit:
Vrbi timet̃. Ch. vnda flãmas opprimat. Nũ.
Et hoc in ista clade mirandum accidit:
Alit vnda flammas: quo q; prohibetur magis
Magis ardet ignis: ipsa pręsidia occupat. Nu.
Effer citatum sede Pelopeia gradum
Medea: præceps quaslibet terras pete. Me.
Ego ne vt recedam? si profugissem prius
Ad hoc redirem: nuptias specto nouas.
Quid anime cessas? sequere felicem impetũ:
Pars vltionis ista qua gaudes quota est?
Amas adhuc furiosa: si satis est tibi
Cælebs Iason. quęre poenarum genus
Haud vsitatum: iamq; sic temet para:
Fas omne cedat: abeat expulsus pudo,
Vindicta leuis est: quam ferũt paruæ manus.
Incumbe in iras: teq; languentem excita:
Penitusq; veteres pectore ex imo impetus
Violentus hauri: quicqd admissum est adhuc
Pietas vocetur: hoc age: & faxo sciant:
Quã leuia fuerint: q̃q; vulgaris notę:
Quę commodaui scelera. prolusit dolor
Per ista noster. quid manus poterant rudes
Audere magnum? quid puellaris furor?

Medea nunc sum: creuit ingenium malis.
Iuuat: iuuat rapuisse fraternum caput:
Artus iuuat secuisse: & arcano patrem
Spoliasse sacro: iuuat in exitium senis
Armasse natas: quęre materiam dolor:
Ad omne facinus nō rudem dextram afferes.
Quo te igitur ira mittis? aut quę perfido
Intendis hosti tela? nescio quid ferox
Decreuit animus intus: & nondum sibi
Audet fateri. stulta properaui nimis.
Ex pellice vtinam liberos hostis meus
Aliquos haberet. quicquid ex illo tuum est:
Creusa peperit. placuit hoc pœnæ genus:
Meritoq; placuit: vltimum magno scelus
Animo parandum est: liberi quondam mei
Vos pro paternis sceleribus pœnas date.

in comparatione admittendorū, pietas id est opus pium: hoc age, & faxo .i. fac (sicut cedo pro dic) aut faxo .i. ego .i. faciā aut fecero: vt sciāt .s. omnes, q̄ leuia fuerint & vulgaris no tę .i. maculę inurendę, fuerint scelera q̄ commodaui .i. celeriter admisi. & dolor noster plu sit .i. fecit pludiū & specimen quoddā dedit, per ista .s. supiora scelera: nā qd magnū .i. ex cellens, manus .s. meę, rudes .i. adhuc imperi tę ad scelera, poterant sup. facere? quasi dicat nihil: & qd furor puellaris? sup. magnū face re potuit? q.d. etiā nihil. Ego sū nunc Medea i. nobilis illa venefica qualis: ingenium creuit sup. mihi, malis .i. cū malis q̄ feci: qa fabricā do fabri fimus: aut q̄ passa sum: quia miseris sollertia reb⁹. Iuuat: iuuat rapuisse .s. olim ca put fraternum: & iuuat secuisse artus .s. frater nos: & spoliasse patrem sacro arcano .i. aureo vellere sacrato Marti: iuuat armasse, quia ari masse, & dando cultros quodāmodo armas se, natas .s. Peliæ, in exitiū .i. cędē, senis .s. Pe liæ patris earū. O dolor quære materiam id ē obiectum in quo me exerceam: tu afferes de xtrā .i. meā, non rudē .i. e ruditā iā ad oē faci n⁹. Igit̄ cū decreuisti maxima q̄q; admitterei o ira quo .i. ad qd facin⁹, mittis .i. destinas, te? aut quę tela intendis hosti perfido .s. Iasoni? nescio qd anim⁹ ferox decreuit, intus .s. apud se: & nōdū audax fateri .i. exprimi, sibi. Ego stulta properaui .i. acceleraui nimis vindictā, qa .s. nō distuli donec liberos ex Creusa sus ceperit: vtinā hostis meus .s. Iason, haberet aliquos liberos ex pellice .s. Creusa. Deinde volēs sibi psuadere eti am suos in odium patris posse interimere, dicit. quicqd tuum est ex illo .s. Iasone (Mici⁹ dicit, quicqd, quod generale est: q̄ dixisset quęcūq;) hoc sup. Creusa pepit .i. sic tractādū ac si pepererit. Hoc genus poenę .i. sumē dæ de liberis eius, placuit: & merito placuit: quia scelus vltimū .i. extremū & quo nullū vlterius .i. maius inue niri posset, est parandū aut patrandum animo magno .i. ingenti. O liberi quōdā mei, date vos pœnas pro sce leribus paternis.

Periere cūcta. Hic est quint⁹ actus: vbi ponit̄ vidicta in Iasonē & Creusam: vn̄ veniēs nuntius quid sequutū sit ex munerib⁹ Medeę narrat, domū totā flagrasse. Nutrix aūt hortat̄ Medeā vt discedat: ipa aūt parat occidere filios: vt Iason quoq; sentiat malum. Nata ac genitor. Creusa & eius pater Creō simul sunt cōbusti. Dolus. quæ fraus potuit esse in illis muneribus. Et ipe. miror etiā quis dolus potuit esse: & q vidi vix credere possum. Iussus. quasi de imperio alicuius. Vnda. qa nō extinguit̄ a quis. Et hoc. cū plus aquę ponit̄, tanto magis accēdit̄. Pręsidia .i. aquā: q̄ solet esse pręsidiū ad extinguēdū ignē. Effer. nutrix persuadet fugā Medeę. Pelopeia. Corinthia a Pelope. Gradū. pedē celerē. Redire. vt viderē hāc vindictā. Anime. animū suū exhortat̄ ad aliā vindictā cōtra Iasonē. Felicē. q habet qd̄ cupit. BERN.

Quota. minima: nisi facias aliā. Amas .s. Iasonē. tu videberis adhuc amare ipm si cōtenta fueris q ipe fa ctus sit cęlebs .i. priuatus vxore Creusa. Fas. nō putes aliqd illicitū. Vindicta. exhortat̄ se vt faciat maiora scelera. Paruæ man⁹. nō satis est vindicta quā fecerūt munera q̄ tulerūt paruæ manus puerorū meorū. In cumbe. insta cū diligētia. Languentē. deficientē & remittentē furorē. Hauri. assume violenti⁹ .s. q̄ solebas

Admissum. peccatum. faciamus q facta mea scelerata prius nunc possint appellari pia respectu horum quæ faciam. Notæ. sceleris. Commodaui .s. Iasoni: quæ non feci pro me: sed amore Iasonis vt vidi mus. Prolusit. fecit principium: & est verbum musicorum: qui in principio cantus proludium faciunt.

Nunc Medea. habet emphasim. nunc sum illa magna incantatrix. Malis. sum facta doctior exercēdo ma lis. Fraternum. fratris quem laniaui. Arcano sacro. vellere aureo: quod in luco Martis appensum arbori e rat. Senis. Peliæ: quem filiabus laniandum tradidi. Non rudem. id est expertam: etiam si oportet occide re filios. Quo. ad quid dirigis consilium. Audet fateri. non audeo dicere me velle interficere filios meos.

Hostis. Iason: vtinam haberet filios ex Creusa quos occiderem. Properaui. festinaui occidere Creusam: debebam expectare quoad haberet filios. Ex illo. Iasone. dicit putabo q isti sint filij eius: nam quicquid pe peristi ex ipso, puta illum genuisse ex Creusa: & ita deliberat filios occidere. Paternis. propter patrem ve strum.

¶ Periere cuncta. Iam vlta est omnem iniuriam Medea pestifero & crudeli munere pallæ nuptialis: qua Creō tis regia tota combusta est: restant filij trucidādi: ne Iasoni quicq̄ desit ad accessionē doloris. Actus quintus continet vltimū carmen iambicū trimetrū hypercatalecticū. Nūtius index mali: Chorus stupet: Medea exul tat incessu vltionis: Iason trepidat. Doris .s. qua arte decipiunt̄ reges. Vt .i. tanq̄ esset iussus ipe ignis ser peret per omnem regiam. Pars vltionis ista qua gaudes. gaudebat animus Medeæ ruina Creusæ sic vti ipsa antea ridebat malis Medeæ. id quod ostendit eo in loco conquerens ad Iasonem. Rideat & Tyrio iaceat sublimis in ostro. Flebit: & ardores vincet adusta meos. Si satis est tibi cælebs Iason. ac si diceret non sat DANI.

habeo priuatum iam eſſe Iaſona ſua cõiuge:niſi grauius etiã addať malum:ideo omne fas, omnem pudorẽ abrumpe. Admiſſum peccatum eſt.i.peccaui. Admittere.eñ peccare. Plaut⁹. Quid admiſi pater. Proluſit dolor: Iſthęc ſupiora mala oia ſunt proludij loco veniẽtib⁹malis q̃ longe futura ſunt grauiora. Eſt eñ pludere rei inchoandę aliquid praemittere:& caue pręludiũ dicas quod vulgare eſt verbũ. Proludiũ proprie faciũt citharoedi emerendi fauoris gratia. Vltimũ magno. vltimus omnium q̃ feci hactenum:aut vltimũ omniũ ſcelerũ nefãdiſſimũ, cruẽtiſſimũ, flagitioſiſſimũ in inſontes & filios graſſari, audituq; & dictu oppido q̃ horribile.

Admitto.
Proludo.
Proludiũ.

ASCEN.

Cor pepulit horror:membra torpeſcũt gelu:
Pectuſq; tremuit:ira diſceſſit loco:
Materq; tota:coniuge expulſa redit.
Ego ne vt meorum liberum ac prolis meæ
Fundam cruorem? melius ah demens furor
Incognitum iſtud facinus ac dirum nefas
A me quoq; abſit.quod ſcelus miſeri luent?
Scelus eſt Iaſon genitor:& maius ſcelus
Medea mater: occidant.non ſunt mei:
Pereant.mei ſunt:crimine & culpa carent.
Sunt innocentes fateor:& frater fuit.
Quid anime titubas? ora qd lachrymæ rigãt?
Variamq; nunc huc ira nũc illuc amor
Deducit? anceps ęſtus incertam rapit?
Vt ſęua rapidi bella cum venti gerunt:
Vtrinq; fluctus maria diſcordes agunt:
Dubiumq; pelagus feruet.haud aliter metu
Confluctuatur.ira pietatem fugat:
Iramq; pietas.cede pietati dolor.
Huc chara proles:vnicum afflictę domus
Solamen:huc vos ferte:& infuſos mihi
Coniungite artus:habeat incolumes pater:
Dum & mater habeat.vrget exilium:ac fuga.
Iamiam meo rapientur euulſi ſinu.
Flentes:gementes in oculis pereant patris:
Periere matris.rurſus increſcit dolor:
Et feruet odium:repetit inuiſam manum
Antiqua mentis ira.qua ducis ſequor.
Vtinam ſuperbę turba Tantalidos meo
Exiſſet vtero:biſq; ſeptenos parens
Natos tuliſſem.ſterilis in pœnas fui:
Fratri patriq;(quod ſat eſt)peperi duos.
Quonam iſta tẽdit turba furiarum impotẽs?
Quem quęrit? aut quo flammeos ictus parat?

Cor pepulit. Ne cõtra decorũ faceret matre ſine remorſu animi ſęuire in natos, inducit Medeã ſecũ diſceptantem nunc pro liberis nũc cõtra eos, dicit eñ. Horror.i. abominatio quędã, pepulit.i.pcuſſit, cor.ſ. maternum:membra torpeſcũt gelu.ſ. horroris:pectus tremuit.ſ.dũ diceret liberi quondã mei: ira diſceſſit loco.i.locum dedit amori materno,& mr.i.affectio materna, redit tota, cõiuge.i.ira ob violatũ cõiugiũ, expulſa.ſ. ex aio Ego ne ſup.ſim tã fera & immanis: aut i aim inducere poſſim, vt fundam cruorẽ liberum pro liberorũ meorũ, ac plis meæ.i. a me genitæ? Ah furor demens iſtud facinus incognitũ.i.inauditũ & in nullo æuo cõpertum, ac nefas dirũ.i.execrabile & non niſi diis iratis admittendũ, abſit meli⁹ quoq;.i.etiã a me q̃uis ſim peſſima. qđ ſcel⁹ luẽt.i.pſoluẽt & piabũt miſeri.ſ.pueri: q nullũ admiſerũt? Iaſonẽ ſcelus, qa cõmiſit ſcel⁹ pfidię & igratitudinis:& Medea mr.ſ.puerorũ (de ſe in tertia pſona de more loqť) ẽ ſcel⁹ mai⁹.i. magis ſceleſta. occidãt.ſ. Iaſo & Medea.i.moriãť q peccauerũt. deide rurſ⁹ cõtra pueros dicit. nõ ſũt mei: q̃ſi dicat nolo mihi liberos ex tã pfido hoie:& iõ pereãt. & rurſ⁹. mei ſũt.q.d.cũ ſim mater:& i matre non ſit error: nõ poſſum inficiari quin mei ſint:& inſup, vacãt.i. vacui ſunt crimine quia eos nemo criminať neq; accuſat, & culpa. Ad qđ rurſus ira. Fateor ſunt innocẽtes: &.i.etiã frater fuit ſup. inocẽs: & tñ nõ pepci fratri vt Iaſoni pdeſſem: q̃re nũc liberis parcã cũ illi poſſim obeſſe? Aie quid titubas id ẽ vacillas & dubitas? qd.i.ad quid, lachrymæ, rigãt.i.madefaciũt ora? & ad quid, ira deducit nũc.i.interdũ huc.i.in hanc ſniam de filiis trucidãdis in odiũ patris, & amor.ſ. matern⁹ in filios, deducit nunc illuc.i. in ſententiã eis parcendi: deducit inquã variam.i.variis affectionibus fluctuãtẽ? & quid æſtus.i.feruor animorũ, anceps.i. incertus in vtrã partẽ ferať rapit ſup. me incertã? vt.i.quẽadmodũ, cũ.i. qñ venti rapidi gerũt bella ſęua: & fluctus diſcordes.i. a diuerſis ventis in diuerſa acti, agunt maria vtrinq;.i.ab vtraq; parte:& pelagus feruet dubiũ.ſ. vtri parti cedat: haud aliter.i.ſic, cõfluctuať.i.confluctuatio fit in me metu.i. ob metũ. Sunt qui legãt: haud aliter meum Cor fluctuatur, pro fluctuat. Ira ſcilicet in Iaſonem, fugat pietatem.ſ.in liberos & pietas rurſus fugat irã. O dolor cede pietati.i.patere te vinci a pietate. O proles chara, vnicũ ſolamen.i.ſolatium, dom⁹ afflictæ, ferte vos huc.i.ad me: bis ponit ad affectionem exprimẽdã huc:& cõiũgite mihi art⁹ infuſos ſ.in ãplexũ meũ: habeat pater incolumes.ſ. vos & artus vros: dũ.i.dũmodo, &.i.etiã mater habeat. hoc ẽ dũ & ego eos habeã. Sed qd agis Medea? Exilium & fuga vrget.ſ.te: quia ante noctẽ ex cedẽdum eſt: liberi ſup. mei, rapientur iamiam, euulſi.i. vi extracti ſinu meo

Aut cui cruentas agmen infernum faces
Intentat? ingens anguis excuſſo ſonat
Tortus flagello. quem trabe infeſta petit
Megera? cuius vmbra diſperſis venit
Incerta membris? frater eſt: pœnas petit:
Dabimus: ſed omnes fige luminibus faces:
Lania: perure: pectus en furiis patet.
Diſcedere a me frater vltrices deas
Maneſq; ad imos ire ſecuras iube:
Mihi me relinque & vtere hac frater manu:
Quæ ſtrinxit enſem: victima manes tuos
Placamus iſta. quid repens affert ſonus?

rapientur inquā flentes, gementes. Pereāt igitur in oculis patris: quia periere in oculis matris: ex quo ab ea euellent. Dolor increſcit rurſus, & odiū feruet: antiqua. i. conſueta ira mētis reperit manū inuiſam. i. odibile: o ira ego ſequor qua. i. p quācūq; viā & rationē ducis. Vtinā turba. i. multitudo natorū, Tantalidos. i. Niobes Tantali filiæ ſuperbæ. ſ. ob multitudinē liberoꝝ ob quā ſe Latonæ præferendā cenſuit duoꝝ dūtaxat numinū Phœbi & Dianæ matri, exiſſet vtero meo. i. e me nata eſſet: & ego parens tuliſſem natos bis ſeptenos. i. vtriuſq; ſexus ſeptē. Au. Gellius in variatū dicit apud auctores in numero. Ego fui ſterilis in pœnas. i. non ſatis filiorū edidi: de quibus ſumerē pœnas. Ego peperi fratri. ſ. Abſyrto, & patri. ſ. Iaſoni duos. i. vtriq; vnum: qđ ſatis eſt. ſ. ad paria illis facienda. Deinde p phantaſiam viſa ſibi videre furias in ſe ruentes dicit. Quonā tendit iſta turba furiarum. ſ. infernalium, impotēs. i. ſupba & ſe reprimere nequiēs? quē quærit. i. petit? aut quo. i. in quē parat ictus flammeos? aut cui agmen infernum. i. furiarū infernalium intentat faces cruentas. i. incendia dirorum furorū? anguis ingens, tortus. i. implicatus, ſonat flagello excuſſo: more aurigarum. Quē petit Megæra vna triū furiarū trabe. i. tęda trabali & prægrandi, infeſta. i. vim illatura? Cuius vmbra incerta. i. nō bene agnoſcibilis, venit. ſ. ad me, membris diſperſis: vt Medea ipſa diſpſerat per viā? Rñdet: frater eſt: petit. ſ. ex me pœnas. dabimus. ſ. libenter pœnas: ſed fige oēs faces. i. incitamenta furoris, luminibus. ſ. meis: vt penitus cæcutiā: aut in oculis quib' peccaui Iaſonē conſpicata: per quę autē quia peccat: p ea & punietur. Lania. ſ. me: perure: en pectus ſup. meū, patet furijs. O frater Abſyrte, iube deas vltrices. i. pſecutrices imaniū ſcelerū, diſcedere a me: & ire ſecuras. i. ſine cura & anxietate ad manes imos: relinq̄ mihi me: & o frater vtere hac manu. ſ. mea: quæ ſtrinxit enſem. ſ. in te: nos placamus iſta victima. ſ. altero filioꝝ, manes tuos. Quid ſonus repens. i. repētinus (priore breui) affert. ſ. ad aures meas? audiuit aūt armatos in ſe irruentes: cum vnū filiorum occiderat. BERN.

¶ Gelu. Frigore: qđ ſequitur ex timore: nam horrebat interficere filios. Mater. pietas materna. Expulſa cōiuge. remota pſona crudelis cōiugis. hoc eſt pietas excluſit irā. Ego ne. redit ad affectum matris. A me. habet emphaſim: etiam a Medea crudeli. Luent. purgabunt. Genitor. pater illorum. loquitur ex ira: debēt mori: quia ſunt filij perfidi patris & ſceleratę Medeæ. Mei ſunt. reuocat ſe: non merenē mori. Frater. Abſyrtus fuit innocēs: & ita computat pietatem: interfeci alios ſine culpa. Titubas. vacillas. modo pietas reuocat: ſ. ira te impellit modo. Aeſtus. agitatio mentis. Vtrinq;. ex altera parte & alia. & ita facit comparationē. Cede. da locum pietati: non ſunt interficiendi filij mei. Iuſuſos. inſinuate in complexum meum. Habeat. potius volo q̄ Iaſon habeat vos vt aliquādo ſperare poſſim vobis frui. Vrget. inſtat: nam finita eſt dies mihi cō ceſſę. Euulſi. ſ. filij mei a me diuellentur cum ſit recedendū. Pereant. ex ira determinat illos occidere vt Iaſō etiā illos videre non poſſit quos mater non eſt viſura. Quo ducis. tu ad amorem & ſcelus faciendum ducis: & ſequar te vnum: tantum doleo q̄ non habeo tot filios quot habuit Niobe: quę ſeptem mares & totidem fœminas habuit: omnes occiderem. Tantalidos. Niobes filiæ Tantali: vt vidimus in Hercule furente. Tuliſſem. peperiſſem. Sterilis. peperi paucos. In pœnas. ad finē pœnarū. Fratri. ſatis tamen erunt ad vindictā fratris mei interempti & patris Aeetę aureo vellere ſpoliati. Quonam. dum tanto furore agitatur videtur illi adeſſe furias infernales & vmbras mortuorum: inter quas cognoſcit vmbrā fratris venientis ad ſe ad vindictam. Impotēs. furioſa. Intētat. porrigit. Anguis. qui loco erat ſcuticę. Tortus. vibratus & concuſſus.

Trabe. face. Megæra. vna ex tribus furijs. Cuius vmbra. video venire cōtra me animam diſperſis mēbris: & eam agnoſcit eſſe fratris ab ea lacerati. Incerta. quæ non poteſt bene cognoſci cum habeat membra diſperſa: nam vmbræ ſeruabant ſigna vulnerum: vt Virgi. ſcribit de Deiphobo. Sed fuge. ſi vis frater vt dē pœnas fac vt iſte furiæ immittant omnes faces ſuas. Diſcedere. fac eas recedere ad inferos cum ſim ſatis cōcitata furore: ſum de me furia. Vltrices deas. Eumenides, furias. Securas. vt non dubitent quin ſcelus faciam. Me. ſ. furiam quæ ſola ſatis ſum ad omnia ſcelera. Iſta victima. dicendo hæc verba vnum ex filijs occidit. Repens. repētinus dū ſic ſtaret audit ſtrepitum armoꝝ & erat Iaſon veniens cum militibus: ipſa vero capit conſilium aſcendendi tectum vt ibi perficiat vindictam ſuam.

¶ Cor pepulit. Altercātur in Medea ira & pietas: tandē pietatem ipſam ira peruincet: cui quidem cōtentioni quaſi de induſtria nōnullorum auctorum conſilio ſola Medea ſuppoſita eſt. hoc egit Apollonius: hoc Ouidius: hoc poſtremo Seneca: a quibus ſola Medea in ſuo ſcelere perpetrando eligitur: quæ modo pro appetitu modo pro ipſa ratione contendat. ſed tandem appetitui ſuccubuiſſe omnes ſcripſerunt pręallegati auctores. DANI.

Liberum. pro liberorum. Ah demens furor. cogita. apoſiopoſis. aut ſic: melius ſcilicet cogita Medæa vt hic alloquatur ſeipſam poſtea cōuertatur ad furorem. ah demens furor, incognitum iſtud facinus a me abſit.

Et frater fuit. a ſimili confirmat cauſam. Variā. me. Vt ſæua. Comparatio a rabido ventorum turbine ad procelloſum animum Medeę. venti inuicem ſe laceſſunt ex aduerſo flantes. id quod eleganter Ouidi. hoc tetraſticho deſcripſit: Nam mō purpureo vires capit eurus ab ortu. Nūc zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt. Nunc gelidus ſicca boreas bacchatur ab arcto. Nunc notus aduerſa pręlia fronte gerit. Confluctuatur. imperſonale. Biſſeptenos. Homerus duodecim tantum in ω. Iliados. τη περ δωδεκα παιδεσ ενι μεγαροισι

μολομ τοε ξ μεμ θυγατ τερεσ εξ Λωεεσ κβωορτεσ. Repens. succedens. Repere dicitur de animalibus quæ nō

Repere. habent pedes & ventre gradiūtur: vnde reptilia dicūtur. Messala. Repsit serpens in altiorem partem. hinc volunt repente per antiphrasim deduci.

ASCen. ¶ Paratur. Vidēs Medea Iasonē cū armatis ad se venire dicit. Arma paranł. s. i me: & petūt me in exitium. i. ad exterminiū: ego cōscē dā excelsa tecta domus nostræ. i. mihi & nutrici vsq; in noctem cōcessę: cædē inchoata. i. postq̄ inchoaui cædē, alterū occidendo: tu q superas adhuc perge mecum comes. s. fugæ meæ auehe ipse quoq; mecū, corpus tuū hinc s. ex tam hostili terra: hoc autem falsa mater dicit vt filius secum libenter in tectum aufugiat. Postq̄ autem ascendit tectum & in tuto sibi esse videbatur inquit: O anime, age nunc hoc: virtus. s. qua vsus es in occidendo filio non est perdenda tibi: quia illaudata virt⁹ perdita videtur ijs qui alibi ignorant remunerādi locum. approba. i. extolle, commenda, populo manum quæ scelera peregit: quia lętanł cum male fecerint: & impius cum venerit in profundū contemnet. Ia. Quicunq; es fidus dolēs cladib⁹ regū. i. regis & filius: cōcurre. s. mecū vt capiamus ipsam authorem sceleris horridi. i. horrēdi. O armigeri, appositorie co hors fortis, conferte huc tela: vertite. i. euertite domum ex imo. Medea exultans de impiis flagitijs dicit. Iamiam. i. maxime iam, recepi sceptra. s. Colchorū regni amissi. i. obtinui vindictam de eo ob quē amisi regnum: & recepi germanū. s. Absyrtū (si tamen ex eadē matre german⁹ semper sit non fuerit germanus: est aūt quia ex eiusdem patris germine) patrem. s. Aetā. & Colchi populi mei tenent spolium pecudis auratæ. i. arietis habētis vellus aureū. Sane q; Ouidius ouē dicat nō est cōtrariū ijs qui arietē vocant: nā appellatione ouis etiam aries venit: nam etiam in masculino genere auctore Gellio prisci vtebantur. regna redtere. vult dicere se vindictā recepisse: quā tanti facit vt omnia quæ amisit. virginitas rapta ab Iasone redit. i. perinde gaudeo ac si redierit. O numina placida. i. placentia mihi tandē: O diē festū, o diē nuptialē. Vade: scelus est perfectū: vindicta nondū. s. pfecta est: qa superest fili⁹ quo se Iason oblectare possit. page. s. vindictā, dū. i. donec man⁹ faciunt. i. facere possunt tam impiū facin⁹. Et cum manus labasceret, iquit o anime, quid. i. ad quid, moraris, id est differs & pigrescis nunc? quid dubitas? Potes, id ē nūquid potes: q̄si dicat: video q; nō: quia ira iam cecidit, id est sedata est: poenitet: pudet facti. quid ego misera fecisl: licet poeniteat: tamen sup. ego misera. i. q̄uis misera feci: magna voluptas subit. i. inuadit me inuisam. s. mihiipsi & dijs & hominibus: aut legamus inuitā. i. repugnantē morsu conscientiæ & affectione materiali: & ecce voluptas crescit quia causa voluptatis crescit: nam hoc vnum deerat mihi: videlicet ipsem cuius odium feci, spectator: ego nil reor factum adhuc: quicquid sceleris fecimus sine isto, scilicet Iasone spectatore, perit pro perijt. i. frustra factum est. Iason persequens eam & vidēs eam dicit. En ipsa. s. caput sceleris Medea, imminet, id est immoratur, parte præcipiti, id est decliui tecti: aliquis rapiat. i.

Parantur arma: meq; in exitium petunt.
Excelsa nostræ tecta conscendam domus
Cęde inchoata. perge tu mecum comes:
Tuum quoq; ipse corpus hinc mecum auehe.
Nunc hoc age anime: non in occulto tibi est
Perdenda virtus: approba populo manū. Ia.
Quicunq; regum es cladibus fidus dolens
Concurre: vt ipsam sceleris authorē horridi
Capiamus. huc huc fortis armigeri cohors
Conferte tela: vertite ex imo domum. Me.
Iam iam recepi sceptra: germanum: patrem:
Spoliumq; Colchi pecudis auratæ tenent:
Rediere regna: rapta virginitas redit.
O placida tandem numina: o festum diem:
O nuptialem. vade: perfectum est scelus:
Vindicta nondū: perage dum faciūt manus.
Quid nunc moraris aīe? quid dubitas? potes?
Iam cecidit ira: pœnitet: facti pudet.
Quid misera feci? misera pœniteat licet:
Feci: voluptas magna me inuisam subit:
Et ecce crescit. deerat hoc vnum mihi
Spectator ipse. nil adhuc factum reor:
Quicquid sine isto fecimus sceleris perit. Ia.
En ipsa tecti parte pręcipiti imminet:
Huc rapiat ignes aliquis: vt flammis cadat
Suis perusta. Me. cōgere extremum tuis
Natis Iason funus: ac tumulum strue.
Coniunx socerq; iusta iam functis habent
A me sepulti. natus hinc fatum tulit.
Hic te vidente dabitur exitio pari. Ia.
Per numen omne: perq; communes fugas:
Torosq;: quos non nostra violauit fides.
Iam parce nato: si quod est crimen: meum est.
Me dede morti: noxium macta caput. Me.
Hac qua recusas: qua doles: ferrum exigam,

Inunc superbe virginum thalamos pete:
Relinque matres. Ia. vn9 est pœnæ satis. Me.
Si posset vna cæde satiari manus
Nullam petisset: vt duos perimam tamen
Nimium est dolori numerus angustus meo.
In matre si quod pignus etiam nunc latet
Scrutabor ense: viscera & ferro extraham. Ia.
Iam perage cœptũ facin9: haud vltra precor:
Moramq; saltem suppliciis dona meis. Me.
Perfruere lento scelere: ne propera dolor:
Meus dies est: tempore accepto vtimur. Ia.
Infesta memet perime. Me. misereri iubes.
Bene est: peractum est: plura nõ habui dolor
Quæ tibi litarem: lumina huc tumida alleua
Ingrate Iason. coniugem agnoscis tuam?
Sic fugere soleo: patuit in cœlum via.
Squamosa gemini colla serpentes iugo
Summissa prębent: recipe iam natos parens:
Ego inter auras aliti curru vehar. Ia.
Per alta vade spatia sublimi ætheris.
Testare nullos esse qua veheris deos.

raptim afferat huc ignes: vt cadat perusta flã-mis suis: quas in regiam immittendas curauit. Me. O Iason congere. i. construe, natis. i. filijs tuis, extremũ funus ac strue tumulum. Coniunx. s. tua, Creusa, & socer. s. Creon habent iam iusta. i. debita functis. i. defunctis: quia rogum & sepulturã: vtpote sepulti sunt in cineribus regiæ: hic natus. i. alter filiorum, tulit fatum, id est mortem hic: hic. i. alter quẽ vides dabitur pari. i. consimili exitio, te vidẽte. Iason. Parce iam nato. i. filio: sup. obsecro aut orata, per omne numen. i. per omne id qđ diuinã habet potentiam: per communes fugas nostras. s. e Thessalia: per toros. i. thalamos nostros cõiugales: quos fides nostra nõ violauit: quia nondum attigit Creusam: aut quia coactus eam duxisset: si quod crimen est scilicet in te commissum, est meum non nati: dede me morti: macta caput noxium & non innocens. Me. Ego exigam, id est exercebo ferrum hac. s. parte: qua recusas: & qua doles: hoc est, in filium non in te. O superbe: i nunc, pete thalamoa virginũ scilicet meos & Creusæ: & relinque matres. i. postq̃ eas matres feci sti vt me. Ia. Vnus scilicet puerorum est satis pœnæ, id est ad vltionem. Me. Si manus supple mea, posset satiari vna. i. vnius cæde: nullam sup. cædem petisset: quia si aliquid pietatis habuisset non commisisset cædem nati: vt scilicet detur aut concesso, vt perimam duos tamen numer9 est nimium angustus. i. breuis & arctus dolori meo: ego scrutabor, id est rimabor viscera. s. mea, ense: & extrahã ferro: si quod pignus. s. fidei & amoris: hoc est si quis fœtus, latet etiam nũc in matre. s. me: hoc est si putarem me in vtero habere ex te cõceptũ dissecto eo extraham ipsum. Ia. Posteaq̃ eo animo es perage iam facinus cœptum: haud precor vltra: sed dona saltem supplicijs meis moram. i. dilationem abeundi. Venefica autem mulier aliter interpretatur, ac si dicat dabo moram: O dolor perfruere scelere lento, id est longo & exquisito cruciatu interfice filium: ne propera. i. noli properare: dies. s. iste est meus, id est mihi a Creonte ad fugã concessus: nos vtimur tempore accepto. i. impetrato precibus. Ia. O infesta. i. vim tuis inferens, perime memet. i. meipsum. Me. Iubes misereri. i. vt te miserans occiderem. videtur enim misericorditer agere qui vitam inuisã aufert petenti. Bene est. i. bene se habet incœptum meum: peractum est. s. quod facere volui: o dolor ego non habui plura quæ litarem, id est sacrificarem tibi. Iason ingrate, alleua. i. erige, huc. i. ad me, lumina tumida. i. oculos tuos superbos. Agnoscis coniugem tuam? q. d. si me nunc vides nondiu videbis. Ego soleo fugere sic scilicet post cædem innocentum: via patuit. s. mihi in cœlum, id est vt tollar in aerem: quia serpentes gemini . i. est duo & pares præbent colla squamosa summissa iugo. s. vehiculi quo me auehent: o parẽs. i. pater Iason, recipe iam natos. s. sepeliendos, ego vehar curru aliti. i. celeri & quasi alato, ab ales alitis adiectiue sumpto, inter auras. i. aerem & nubes. Ias. Vade per alta spatia ætheris sublimi: & testare nullos deos esse sup. ea parte & regione qua veheris: quia si essent vltionem de te sumerent.

¶ Comes. Tu qui nondũ es vulneratus veni mecum. Auehe. asporta pedibus tuis. Nunc anime. ascendens tectum dicit ista verba. Populo. vt omnes me intelligant habere fortem manũ ad cædem. Quicunq; vocat Iason milites suos ad capiendã Medeam. Ex imo. a fundamẽtis. Domũ. s. Medeæ. Iam iam. facta vindicta cõgratulatur sibi Medea, dicens: iam videor recuperasse oia q̃ amiserã. Vindicta nondũ. nã restat altus filius interficiendus. Scelus perfectum. nã ita homicida erat de vno queadmodũ de duob9. Licet. q̃uis me pœniteat tamen est factum. Subit. venit mihi magna voluptas dum video Iasonem spectatorem facinoris mei. Nil. vindictam putabo esse factam præsente Iasone: nam hucusq; nil factũ puto. Per ijt. factum est frustra. Sine isto. s. Iasone nõ vidente. Pręcipiti. sublimi. Cedat. vincatur. Suis flãmis. quibus ipsa vsa est ad comburendum Creusam. Congere. respondet Medea: melius esset Iason vt congeres hunc ignẽ ad rogum filiorum tuorum. Iusta. exequias & rogum quia sepulti sunt & cremati sub domo sua quæ corruit supra eos. Fatum. mortem: hic mortuus est, alter te spectante similiter interficietur. Per numen. conuertitur Iason ad preces: rogando eam ne velit interficere puerum. Hac qua. respondet Medea hac parte qua magis doles tibi faciam dolorem. Exigam. traijciam per viscera nũ filij. I nunc. insultat Iasoni: vade modo & quære aliam sponsam & relinque me matrẽ cũ filijs. Virginũ. Creusæ filiæ Creontis. Vnus. filius quẽ occidisti sufficit ad pœnam meam. Vna cæde. si habuissem aliquid misericordiæ: quo potuissem BERN.

parcere vni, potuissem & duobus parcere: sed vellem plures habere & omnes occiderem vt tibi maiorē dolorē facerem. Angustus. nimis paruus. In matre. si etiam sentirem me grauidā extraherem partum ad occidendum. Pignus. filius. Scrutabor. perquiram in ventre meo. Moram. Si tu vis occidere filium saltem da mihi spatiū vt fugiam: ne spectem tantum scelus. Lento scelere. nolo festinare: adhuc restat tempus. Dies. hic totus dies est mihi concessus vt possim recedere. Misereri. esset ubi gratia si te perimerem. Bene est. facta iam vindicta, res se bene habet. Litarem. sacrificarem. Litare dicimus facere sacrum: & p illud placare numen. Lumina. oculos. videns Iason filios interemptos nō poterat ferre tam dirum spectaculum: vnde Medea insultat vt videat eos ita trucidatos. Sic fugere. quēadmodū fugi a pře, occiso fratre: a Thessalia occiso Pelia: a te fugio occisis filijs tuis. & his dictis conscēdit currum iunctis draconibus & per aerem iuit Athenas vt diximus in principio. Testare. tu ostendis q̧ dei nullam curam rerum humanarum habent qui te sceleratam ire patiuntur per regiones suas. i. per aerem.

DANI. ¶ Cæde inchoata. Altero iā interfecto filio. Approba. affirmat se ad scelus stans pro tecto. Ruite. eruite, excindite ab ipsis fundamentis domum. Iam iam. gaudeo perinde ac si regnarem & recepissem vellus Colchi raptū iam ab Iasone. Auratæ pecudis. sic Ouidi⁹. Phryxeam petijt Pelias arbor ouem. Vindicta. ors⁹ tio tota conscissa & præceps & mulierculæ impotenti non incōueniens. Subit. ecce cū accusandi casu. Spectator. Iason: vt oculi in eo dolorem augeant. A me sepulti. quos in cinerem solui & cum ruina domus cōminui. Non nostra. quia compulsus fuis a Creonte iure hospitij. Me dede. meme ad sum qui feci in me ferrum conuerte. Relinque matres. in numero multitudinis ad stomachum & iram. Patuit in cœlum via. manete cum Iason: ne desint dolores comites tibi semper domestici: ego hinc Athenas vehor. Vade. Iason dolore percitus seipsum cōfecit. Ex hoc tragœdiam fecit Ennius. Ouidius Ennium secutus & ipse edidit Medeam de qua meminit Quintilianus. In græcia Euripides: quam valde desidero.

Ouis Phryxea

Iasonis exitus.

Tragœdiæ quæ inscribitur Agamemnon: Argumentum Per BENEDICTVM PHILOLOGVM.



AGamemnon Plisthenis seu Atrei ex Aerope vxore fili⁹ Mycenarum rex, fraterq̧ natu maior Menelai, cōgregato in Aulide omni bellorū apparatu, cōsensu omniū Græcorū imperator electus, in Troianam expeditionem perrexit: Clytemnestra coniuge ad regni gubernationem relicta: ex qua plures iam susceperat filios. Hic enim capto ac diruto Ilio, cū Cassandra que ei sorte obtigerat naues in patriam rediturus ascendens, tempestatum violentia actus per annum fere errauit: anteq̄ in Argos perueniret: vt refert Homerus. Cum autem Clytemnestra commisso iam cū Aegistho Thyestis filio adulterio, per Eurybatem Ithacēsem Vlyssis præconem intellexisset: telluris Argolicę decus Agamemnonē cū Cassandra & reliquis captiuis tandem ad patrios lares victorem remeare: maximo dolore agitata, seu q̧ Agamemnon secum pellicem Cassandram duceret: seu vt ne turpi adultero, cum quo iam de eius nece consilium inierat, priuaretur, has epulas & sanguinariam cędem, quę eleganter a Seneca his versibus describitur, infelici imperatori exhibere non abhorruit. inquit enim Cassandra.

Video & intersum: & fruor: Imago visus dubia non fallit meos:
Spectamus. epulæ regia instructæ domo, Quales fuerunt vltimæ Phrygibus dapes,
Celebrantur. ostro lectus Iliaco nitet: Merumq̧ in auro veteris Assaraci trahunt:
Et ipse picta veste sublimis iacet: Priami superbas corpore exuuias gerens.
Detrahere cultus vxor hostiles iubet: Induere potius coniugis fidę manu
Textos amictus. Mortifera vinctum perfide tradet neci.
Induta vestis exitum manibus negat: Caputq̧ laxi & inuij claudunt sinus.
Haurit trementi semiuir dextra latus. Nec penitus agit: vulnere in medio stupet:
At ille vt altis hispidus syluis aper Cupit fluentes vndiq̧ & cæcos sinus
Disijcere: & hostem quærit implicitus suum. Armat bipenni Tyndaris dextram furens:
Et huc & illuc impiam librat manum. Habet: peractum est: pendet exigua malę
Caput amputatum parte: & hinc trunco cruor Exundat: illinc ora cum fremitu iacent.
Nondum recedunt: ille iam exanimem petit: Laceratq̧ corpus: illa fodientem adiuuat.

Quod nefastum facinus videns Electra eius filia, Orestem fratrem adhuc puerum, qui ab eisdem etiam in mortem quęrebatur, Phocensi Strophilo Agamēnonis amicissimo commendauit: qui clam Mycenis asportatus est: & donec ad virilem ętatem creuisset seruatus. deinde ipse tempore & opportunitate capta, clam Mycenas intrans, sanguinarium adulterum interemit: matremq̧ q̄ crudelissimis pœnis affecit: cum iam illa simul cum Aegistho annis septem imperasset: vt elegantissime hæc omnia prosecutus est Sophocles in Electra: atq̧ in Oreste Euripides. In primo actu Thyestes ab inferis veniēs, Aegisthum ad vindictam prouocat. In secundo Clytemnæstra cum adultero de nece Agamemnonis consilium init. Tertius Eurybatem imperatoris aduentum enuntiantem habet. In quarto Agamemnonis aduentus in vrbē exprimitur: ac ei⁹ mora vaticinatur. In quinto mortem Agamemnonis, Orestis fugam, Cassandræ interitum, & Electrę vincula prosequitur poeta.

Actuum diuisio.

ARGVMENTVM PER BERNAR. MARMITAM.



OPaca linquēs. Hęc tragœdia inscribit̃ Agamēnon: a materia q̄ tractat̃ in ea. Vidim⁹ in Thyeste superius illū q̄siuisse ab Apolline quonā mō vindicaret se de Atreo fratre: q illi filios epulādos apposuit: rńdit Apollo posse alio scelere ei⁹ facinori vidicē nasci. s. si cū Pelopeia filia sua cōcūberet: quo facto nat⁹ ē Aegisth⁹ q Agamēnonē filiū Atrei interficeret: qđ factū fuit. nā dū Agamēnō esset in bello Troiano, Clytēnestra ei⁹ vxor amore Egysthi capta ei⁹ adulterio potiebat̃: vñ cū marit⁹ reuersus eēt: vt adulterū seq posset, de illi⁹ nece cōsiliū iniit: quo facto, deinde Orestes fili⁹ Agamemnonis in pŕis vindictā matrē Clytēnestrā occidit. Sūt vt i alijs tragœdijs ibi q̧nq̧ act⁹. In prio est aduēt⁹ Thyestis ab iferis icitãtis Aegisthū ad vidictā: dicitq̧ vbi velit poti⁹ eē nō certū habere an apđ iferos an apđ supos: nā vbiq̧ sibi malū est.

Aegisth⁹

ARGVMENTVM PER DANIELEM CAIETANVM.


Paca. Occiso Agamemnone insidijs Clytēnestræ coniugis ab Aegistho, pædagogus instructus ab Oreste & Pylade venit ad Electram sororem Orestis cum vrna aerea fingens Orestem in equestri pugna e curru deturbatū occubuisse & cinerea in vrna inclusos cum capillis eius aferre se vt, pa=retur. Hoc autem intellexisse a Phoceo quodam veniente a Phanoteo. & quidem celebratur in Græcia Delphici Apollinis agonale certamen curribus: ad quod multi conuenerant præstantes & egregia virtute procerea ab Aetolia & Lacedæmone, & vndecunq;. Electra conterrita inclusa thalamo dies cum noctibus iungit lachrymans: quam Clytēnestra intemperanter mortem fratris deplorantem interfici volebat. En adest Orestes in habitu hospitis ignotus: qui multas post ambages tandem ab Electra cognoscitur: hac duce clam domum ingressus ipsam Clytēnestram matrem cum adultero trucidat. fabulam Sophocles prim⁹ cōtexuit: licet velint nonnulli Euripidē prius. ab hoc latinū fecit Seneca: & loca ppe innumera mutuatus est a Grecis, diuerso tñ ordine, vt facile cernere est. Titulus autē in hac tragoedia opportune sumpt⁹ est de noie regia Agamēnonis: qm ipse sit nodus totius dramatis & in ei⁹ caput tota materia cōsumitur. Varius ac multiplex titulus vsurpat⁹ est in eadē materia. Euripides Orestem fecit. Sophocles Electrā. Aeschylus Clytemnestrā. Seneca noster Agamēnonem dixit. apte aūt Thyestis vmbra q̄sita est q̄ suscitet Aegisthū in necē nepotis ob antiquā iniuriā fratris sui Atrei. Actus in ea quinq; inserti: quorū prim⁹ scribit trimetro Archilochio. Tituli varij.

Tragœdiæ interlocutores.
Thyestes. Chorus Grecorum.
Chorus. Eurybates. Clytemnestra.
Cassandra. Nutrix. Agamemnon.
Aegisthus. Electra. Strophilus.

PRIMVS ACTVS.
Trimetri iambici.
THYESTES.


Paca linquens Ditis inferni loca:
Adsum profundo Tartari emissus specu:
Incertus vtras oderim sedes magis:
Fugio Thyestes inferos: superos fugo.
En horret animus: & pauor membra excutit:
Video paternos: immo fraternos lares.
Hoc est vetustum Pelopiæ limen domus:
Hinc auspicari regium capiti decus
Mos est Pelasgis: hoc sedent alti toro
Quibus superba sceptra gestantur manu.

ASCen. 
Paca &c. In hac prima scena inducitur Thyestes solus loquēs: quis enim cum laruis aut ab inferis reuersis loquatur? indicatq; quod sæpe diximus, defunctis manere affectionē in qua mortui sūt: vnde adhuc fraterno flagrat odio dicens. Ego linquens loca opaca. i. tenebrosa & quibus corpus opacum vtpote globus terre obiectum est, ne solem excipiant, Ditis, id est Plutonis, inferni, apud inferos regnantis, adsum, id est apud vos sum populi mei, emissus profundo specu tartari, id est loci horrendi apud inferos: incert⁹ vtras sedes scilicet an infernas quas dereliquit, an supernas quas odit, oderim, id est odisse debeā, magis. Ego Thyestes fugio inferos: vtpote horribiliores me: & ita mihi formidolosos: & fugo superos quibus horrorē incutio. En, causam affert quare incertus sit, quia animus horret & pauor excutit membra: quia video lares paternos: immo fraternos, id est quorum incubator fuit Atreus: est ergo correctio. non enī horret lares q̄ paternos, sed q̄ fraternos. Hoc est (demonstrat loca) vetustum limen, domus Pelopiæ, id est quā Pelops pater meus incoluit. Mos est pelasgis, scilicet regibus auspicari. i. primum aptare, capiti decus regium, id est diadema aut coronā hinc: & ij sup. quibus. i. a quibus sceptra gestātur manu superba. i. reges, sedent alti hoc toro scilicet discubitorio.

BERN. Opaca. Tenebrosa inferni loca. Incertus. nescio quæ sit magis inuisa. Fugo. facio fugere. En horret. dum venit, lares paternos videt: & scelerum suorum recordatur: & potius vult reuerti ad inferos q̄ ibi esse. Fraternos. Atrei quē habebam odio. Limen. ingrediens domum hæc dicit. Pelopeiæ. patris mei Pelopis. Hinc. ex hoc loco: in his atrijs vbi solebant coronari reges. Auspicari. est dare initium. Hoc. vlterius procedens venit ad tribunal vbi reges solebant dare iura populis. Gestantur. per circuitionem dicit reges. Toro. vbi sedebant. sic Virgilius. Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto.

DANI. ¶Opaca. Terra horrenda. Immo. correctio est. Hoc est vetustū. sic procedit pędagogus apud Sophoclē hoc est Argos: hoc nem⁹ inachidis œstropligę: hoc templum Iunonis gloriosum. το γαρ παλαιον αργοσ ου ποθεισ τοδε τησ οιστροπληγοσ αλσοσ ιναχου κορησ ουτοσ δε ηρασ ο κλεινοσ ναοσ.

Locus hic habendæ curiæ: hic epulis locus.
Libet reuerti. nonne vel tristes lacus

ASCen. ¶Locus hic sup. est, curiæ habendę. s. in quo consultationes fiebant: & ad quem seniores ephori & proceres conuocabātur. Hic locus id est cœnatio hęc. est epulis scilicet sumēdis.

quo dicto in mentem venit q illic filios epulatus sit: vnde addit: Libet.i. volupe est, reuerti ad inferos (sic tragici vt vehemēs odiū exprimāt comminiscuntur: cum tamen Maro longe sanctius dicat de inferis qui sibi mortē cōsciuerāt ne in seruitute, paupertate, aut alta miseria viuerēt: Q vellent ęthere in alto Nūc & pauperiē & duros pferre labores? Fata obstāt &c. Videretur tolerabile apud inferos malum si reuera illic esse malit q̄ fraterni meminisse odij). Nōne satius sup. sit, incolere vel. i. etiā lacua tristes? Nonne satius sit incolere aut videre, custodē stygia. s. Cerberū, iactātē colla trigemina. i. tria simul nata: quia tot habet capita iubis. i. villis nigris. Vbi ille. s. notissimus Ixion euinctus corpus, id est habēs corpus euinctum & alligatum, rotę celeri, refert id est reuoluitur in se. i. ad locum vnde abijt: & vbi labor. s. Sisyphi, irritus. i. inefficax, luditur. i. frustratur saxo, quod sursum voluit, redeunte toties per aduersum, id est cōtra mōtem. Vbi ales auida. s. vultur, tondet. s. rostro iecur. s. Tityi, foecundum. s. in poenam: quia quantū abroserit tantū ilico renascitur. quo significantur apud inferos semper mori & tn̄ mori nō posse: sunt eīn in perpetua morte & nunq̄ mortui. Et vbi. s. Tantalus pater Pelopis, exustus siti feruida inter vndas: appetit ore decepto. s. infinities, aquas fugaces: q vt dicit Hora. Tātalus a labris sitiēs fugiētia captat flumina, daturus. i. talis qui semper det, poenas graues dapibus. i. ob dapes, cęlitum id est quas cęlitibus eos tentans apposuit: vtpote Pelopem filium: a quo omnes abstinuerunt praeter Cererem quae humerum exedit: sed dij eburnum restituerūt. vnde Maro. Humeroq Pelopa insignis eburno. Sed ille senex. s. Tantalus, quota pars est culpae nostrę id est generis nostri? q. d. minima. Reputem' id est recēseam', oēs reos: quos quęsitor. i. inquisitor scelerum, Cnosius. i. Cretensis. s. Minos, vt ęnei. vj. Quaesitor Minos vrnam mouet, versat vrna in quā sortes coniecit iuxta quas ex ordine iudicat, ob manus infandas, id est facinora infanda: ego Thyestes vincā, id est excedam sceleribus meis cunctos, id est simul omnea: sed supple vincar a fratre scilicet Atreo qui me peior est: vincar dicit plen' tribus liberis sepultis i me: quia eos ab Atreo coctos, & mihi appositos comedi: ego exedi viscera mea. i. filios e lumbis meis genitos. Nec fortuna. s. aduersa, maculauit. i. contaminauit, hacten' patrē. i. vsq ad haec scelera inclusiue: aut ad haec vsq tempora: quia quod quis ignorās facit & nollet facere si sciret, nec est ignorantia ipsa peccans: nō peccat: sed fortuna ausa aliud scelus, maius. i. quod est censendum maius, cōmisso. s. prius scelere, iubet pro iussit monitu oraculi: vt sciam' q̄ sancta fuerint oracula & eorum authores, petere. i. inuadere, concubitus nefandos, gnatae. i. filiae Pelopeae: vt ex ea vltorem susciperet fraterni sceleris. Ego hausi scilicet auribus, id est accepi ab oraculo: non pauidus, sed audax, dicta, id est monita oraculi: sed cepi, id est acceptaui nefas. s. iussum: ergo vt ego parens. i. pater, irem per omnes liberos, id est commi-

Incolere satius? nonne custodem Stygis
Trigemina nigris colla iactantem iubis?
Vbi ille celeri corpus euinctus rotae
In se refertur: vbi per aduersum irritus
Redeunte toties luditur saxo labor:
Vbi tondet ales auida foecundum iecur:
Et inter vndas feruida exustus siti
Aquas fugaces ore decepto appetit:
Poenas daturus coelitum dapibus graues.
Sed ille nostrae pars quota est culpę senex?
Reputemus omnes: quos ob infandas man9
Quęsitor vrna Gnosius versat reos:
Vincam Thyestes sceleribus cunctos meis:
A fratre vincar: liberis p[illegible] nus tribus
In me sepultis: viscera exedi mea:
Nec hactenus fortuna maculauit patrem:
Sed maius aliud ausa commisso scelus
Gnatae nefandos petere concubitus iubet.
Non pauidus hausi dicta: sed cepi nefas.
Ergo vt per omnes liberos irem parens
Coacta fatis nata fert vterum grauem
Me patre dignum. versa natura est retro.
Auo parentem (proh nefas) patri virum
Natis nepotes miscuit: nocti diem.
Sed sera tandem respicit fessos malis
Post fata demum sortis incestae fides.
Rex ille regum: ductor Agamemnō ducum:
Cuius secutae mille vexillum rates
Iliaca velis maria texerunt suis:
Post dena phoebi lustra deuicto Ilio
Adest daturus coniugi iugulum suae.
Iamiam natabit sanguine alterno domus.
Enses: secures: tela: diuisum graui
Ictu bipennis regium video caput.
Iam scelera prope sunt: iā dolus: cędes: cruor.
Parantur epulae: causa natalis tui
Aegisthe venit: quid pudor vultus grauat?

Quid dextra dubio trepida consilio labat?
Quid ipse temet consulis? torques? rogas
An deceat hoc te? respice an matrem decet.
Sed cur repente noctis æstiuæ vices
Hyberna lõga spatia producunt mora?
Aut quid cadentes detinet stellas polo?
Phœbum moramur: redde iam mundo diem.

xtus illis, qs filios igessi in aluum meam: & me in vterum filiæ. gnata, id est filia, coacta fatis.i.responsis Apollinis, sic demum vltorem fore si cum filis concumberem, fert vterum grauẽ, scilicet ex fatu patris, portãs Aegisthum, dignum, id est qui vterus aut fœt⁹ dignus erat me patre. Natura est versa retro: quia tardata in successione: qui enim debebat esse in secundo gradu mansit in primo: quia fili⁹ cũ deberet esse solũ nepos, Ego miscui (Sũt qui legant miscuit.s. natura) parentem, id est patrem auo: quia ego vnus & idẽ & eiusdem sum pater & auus: scilicet Aegisthi: pater quia genui eum: auus quia ex filia: miscui (pro nefas) patri virum: quia factus sum filię meę maritus. miscui natis nepotes: quia filij sunt eo q a me geniti: nepotes, eo q ex filia mea nati. & si vnus est Aegisthus eiusmodi, inuidiose loquitur. & miscui nocti diem: quia Sol fugiens a cœna Thyestę diei noctem immisit: sed fides sortis incestæ, id est incesti oraculi talia suadentis fidelis executio (dicta enim est fides eo q fiat dictum) sera.i.tarda, respicit tandem.s. nos fessos malis ab Atreo illatis: vtpote demum post fata.i. mortẽ meam. Ille scilicet nobilissimus, rex, regum, quia imperator totius exercitus, & ductor ducum Agamemnon filius Atrei vt putabatur inquit Seruius: quod & Daniel asserit: cuius vexillum mille rates, id est naues, secutæ, texerunt, id est cooperuerunt velis suis maria Iliaca.i. Phrygia: adest Ilio.i. arce Troiana, deuicto post decem lustra Phœbi.i. solis circuitus integros: hoc est post decem annos (Sunt qui frustra velint legi, Post bina Phœbi lustra: quia licet lustrum censorum Romanorum condebatur quinto quoq anno: tũc enim lustrabãt id est circuibant & censebant ciues & censum eorum: tamen lustrum solis fit singulis annis: nam sol inspiciendo res dicitur eas lustrare: vt æneі.iiij. Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras.) adest dico, daturus coniugi suę scilicet Clytemnestræ, iugulum scilicet feriendum. domus scilicet Agamemnonis, natabit iam iam, id est propediem, sanguine alterno, id est prius Agamemnonis, deinde Clytemnestræ. Ego video enses scilicet in manibus Aegisthi & Orestis: secures in manu Clytemnestræ, tela, id est arma longe inferenda: & video caput regium, id est Agamemnonis regis, diuisum graui ictu Bipennis quam Clytemnestra incussit fortissima tyndaridarũ vt dicit flaccus. Scelera sunt iam prope: iam dolus, cædes, cruor prope sunt: epulę parantur: o Aegisthe causa natalis tui, id est vltio promissa de filijs Atrei venit.i. accessit. quid, id est ad quid pudor grauat vultus? quia turpe erat vxorem patruelis polluisse: quid dextra labat trepida consilio dubio? quia nefã dum erat patruelem & eundem regem dolo perimere. Quid, id est ad quid ipse consulis, id est cõsilium petis, temet, id est a conscientia tua & non Clytemnestra? quid torques, id est reprimis? rogas.i. interrogas te an hoc deceat te? respice an decet matrem. q.d. inuenies q sic: quia non potuit ex patre alium concipere q̃ scelestum. Sed cur vices noctis æstiuæ quæ breues esse debent, producunt spatia hyberna, id est noctium hyemaliũ mora longa: aut quid, id est quæ res: detinet stellas cadentes, id est alioqui casuras, polo.i. hemisphęrio isto? Respondet. Nos moramur, id est tenemus in mora Phœbum, id est solem qui timet nos aspicere: O Phœbe redde iam mundo diem: quia nos abscedimus: hoc autem dicto abscessit nõ amplius rediturus: qui ideo introductus est vt intelligamus moraliter maiorum scelera instigare minores ad paria aut maiora audenda.

¶ Hic locus. Venit ad alium locum vbi habebatur senatus. Hic epulis. ibi erat locus vbi comedebãt: & tũc ipsi succurrit ibi comedisse filios: propterea mauult redire ad inferos q̃ ibi esse. Lacus.s. Acherontis. Custodem Stygis. intelligit Cerberum. Vbi ille euinctus, id est ligatus. intelligit Ixionem. Irritus labor. intelligit Sysiphum. Iecur. intelligit Tityũ. Exustus siti. intelligit Tantalum. Dapibus. quas apposuit dijs scilicet Pelopẽ filium. Senex. Tantalus. Quota. minima: nam eius scelera meis comparata nihil fuerũt. BERN.

Infandas manus. si volumus considerare omnes qui puniuntur apud inferos propter scelera, vincã oẽs præter fratrem meum. Quæsitor Gnosius. Minos Cretensis iudex inferni. Plenus. quia comedi tres filios. Viscera. filios meos qui sunt viscera patris. Nec hactenus. sed tum illud ignorantia potuisset excusari: hoc autem est sceleratissimum: q cum filia Pelopea concubuerim vt ex ea nasceretur Aegisthus ad vindictam meã: vt prędictum erat ab oraculo. Patrem. scilicet me qui comederã filios insciẽter. Commisso. malo qđ commiseram per ignorantiam. Aliud. scilicet quod sequitur. Ausa.s. fortuna quæ iubet concubit⁹ natæ scilicet Pelopeę. Hausi. audiui. Cœpi. peregi quod dictũ fuerat. Per omnes liberos. nocens fui in oĩbus filijs: mares comedi: fœminam vitiaui. Fatis. oraculo ita monente. Grauem. plenum & grauidum.

Dignum. qui conuenit sceleribus meis. Versa natura. inquantũ erat pater Pelopeę Thyestes erat auus Aegisthi: inquãtũ erat marit⁹, pater illius erat. Diem. nam quando comedit filios sol obscuratus est. Sed sera. parat se ad vindictam vt incitet Aegisthum ad mortẽ Agamemnonis. Respicit. fauet: nam aspectus deorum est fauens & benignus: iam fata videntur mihi fauere licet sera, id est tarda: nam fiet vindicta de Agamemnone qui fuit filius Atrei. Fessos.s. nos. Incestę. quia cõcubui cum filia. Fides.s. oraculi: quo dictũ fuerat Aegisthum nasciturum qui me vlcisceretur post fata, id est post mortem meam: & hoc erit verũ: & probat. Rex ille. Agamemnon interficietur ab vxore. Lustra dena. decem annos, hoc est circuitionem solis per annũ, lustrum intellexit. alio modo dicitur spatium quinq annorum. Iugulum. nam ab ea iugulabitur.

Alterno. quia vicissim fient cædes: Aegisthus interficiet filium Atrei: quemadmodum ipse interfecit meos. Secures. nam Clytemnestra vna securi interfecit maritum. Bipennis. securis. Diuisum. dilaniatum caput regis. Dolus. nam Aegisthus simulauit cõuiuium quo Agamemnon interfectus fuit. Causa. propter quam tu es natus vt Agamemnonem perimeres. Aegisthe. dirigit sermonem ad filium qui hæc scelera videbatur abhorrere: dicens nihil noui facies: nam omnes tui assueti sunt malis. Labat. vacillat ad aggre

Lustrum. solis.

diendum cædem Agamemnonis. Torques. inflectis tanq̃ recusans. Respice ad matrem. vide quemodo conceptus es scelere: & te decet esse sceleratum. Sed cur. dum esset apud superos videbatur sol nõ ferre conspectũ eius: vñ dicit, vnde hoc est q̃ dies ita breues sunt: cũ sit ęstas? sol me fugit nec diem vult proferre. Hyberna. quæ fiunt tempore hyemis. Cadentes. occidentes: nam impediebat solem ne oriretur qui aspectum suum horrebat. Moramur. tardamus ne oriatur: & dum dicit hæc verba fugit ne impediat ortum solis.

DANI. ¶ Manus infan. Cædibus & stupris. Me patre dignũ. ecphonema est in seipsum: nam concubuit cum Pelopea filia suasu Apollinis vt suscitaret vltorem necis filiorum vt vidimus in Thyeste fabula. Nero princeps iussit Pelopeæ fabulam repręsentari. Hausi egi. impauidus quod iussit fortuna. Natura. naturalis cognationis lex confusa est. Auo. mihi. Virum. quia ego factus sum maritus filiæ. Natos. nepotes: qui sunt mihi nepotes ex filia, ijdem sunt mihi filij ex filia. Agamemnon rex regum. Homerus appellat ferme vbiq̧ κρειων modo αναξ ανδρων. fuit autem Agamemnon filius Plisthenis ex Europa si Duri Samio credimus in expositione Lycophronis: & idem in remedijs Ouidius videtur innuere. communis aũt opinio sustinet fuisse Atrei filium ex Aerope vt supra adnotauimus. Aegisthe. Aegisthus dictio scribitur in prima cũ diphthongo æ, & iota, th aspirato: vt docet vbiq̧ græca lectio.

Agamẽnonis parentes.

ASCENSIVS.

O Regnorum. Conqueritur Chor⁹ magnã fortunę instabilitatem: vt eius potentes moneat: dicens: O fortuna regnorum fallax magnis bonis, id est per magna bona quæ das aut ostendis verius, excelsa, id est sublimans in loco pręcipiti, id est facili ad casum & nimis dubio. Sceptra, id est regna & impia, nunq̃ tenuere quietem placidã, id est sine anxietate permixta: ve pro vel, diem. i. tempus certum sui (vbi pro tempore incerto in masculino genere ponitur) Alia cura fatigat ex alijs. i. post alias orta: & tempestas. i. aduersitas noua: vexat animos. Aequor. i. mare & potius fretum nõ furit. i. insane petit, voluere fluct⁹ alternos. i. fluctuãtes, sup. in syrtibus Libycis. i. Aphricanis: vbi duæ sunt vt alibi dictum est. Vnda Euxini. s. maris põtici maxime instabilis, cõmota ab imis vadis: non turget, id est inflatur sic. vicina, id est q̃uis sit vicina dum erigitur polo niuali, id est septentrionali: vbi Bootes immunis, id est non habens partem in aquis cæruleis, quia in eas nunq̃ descendit, versat plaustra lucida, quia stellata: non sic dico, vt fortuna rotat, id est versat pręcipites casus regum. Reges supple cupiunt metui scilicet a suis: & timent metui: quia malus diuturnitatis custos metus: quem metuunt omnes expedit perisse. Nox alma scilicet alijs profunde dormientibus, non præbet illis recessus tutos: quia sine custodijs non audent dormire: & somnus domitor curarum, vbi solidus est non soluit, id est non liberat curis pectora regum. Quas arces, id est vt dicũt fortalitia, scelus alternum, id est a regibus mutuo illatũ non dedit in præceps, id est in ruinam? quasi dicat nullas non dedit: hoc est omnes dedit. & quas artes arma impia, id est consanguineorum, non fatigant? quasi dicat nullas. Iura & pudor & fides sacrata coniugij, fugiunt aulas, id est regias: Bellona, id est dea belli, tristis ab effectu, sequitur scilicet reges manu sanguinolenta. Quæq̧, id est & quæ, & Erinnys, id est rabies bellica, quæ vrit, id est incendit superbos, comitata semper domos tumidas, id est inflatorum superbia, quas scilicet domos Erinnys tulit scilicet semper in planum, qualibet hora, siue cita siue tarda, ex alto, id est sublimi: licet arma vacent, id est cessent: & doli, essent: magna scilicet oĩa: sidunt, id est ad ima tendunt, ipso pondere, id est mole sua: & fortuna cedit. s. succũbens suo oneri

Dimetri Anapęstici.

CHORVS.



O Regnorum magnis fallax
Fortuna bonis: in præcipiti
Dubioq̧ nimis excelsa loco:
Nunq̃ placidam sceptra quietem
Certum ve sui tenuere diem.
Alia ex aliis cura fatigat:
Vexatq̧ animos noua tempestas.
Non sic Libycis Syrtibus æquor
Furit alternos voluere fluctus:
Non Euxini turget ab imis
Commota vadis vnda: niuali
Vicina polo: vbi cæruleis
Immunis aquis lucida versat
Plaustra Bootes:
Vt præcipites regum casus
Fortuna rotat. metui cupiunt
Metuiq̧ timent. non nox illis
Alma recessus præbet tutos:
Non curarum somnus domitor
Pectora soluit.
Quas non arces scelus alternum
Dedit in pręceps? impia quas non
Arma fatigant? iura pudorq̧
Et coniugii sacrata fides
Fugiunt aulas. sequitur tristis
Sanguinolenta Bellona manu:
Quęq̧ superbos vrit Erinnys.

Tumidas semper comitata domos:
Quas in planum qualibet hora
Tulit ex alto, licet arma vacent:
Cessentq; doli: sidunt ipso
Pondere magna: ceditq; oneri
Fortuna suo.
Vela secundis inflata notis:
Ventos nimium timuere suos.
Nubibus ipsis inserta caput
Turris pluuio vapulat austro.
Densasq; nemus spargens vmbras
Annosa videt robora frangi.
Feriunt cęlsos fulmina colles.
Corpora morbis maiora patent.
Et quum in pastus armenta vagos
Vilia currunt: placet in vulnus
Maxima ceruix. quicquid in altum
Fortuna tulit ruitura leuat.
Modicis rebus longius æuum est.
Felix mediæ quisquis turbæ
Parte quietus aura stringit
Littora tutat timidusq; mari
Credere cymbam remo terras
Propiore legit.

scilicet iniquo. Probat alio exẽplo. vela inflata notis. i. ventis illis humidis, secũdis. i. prosperis quia a tergo flantibus, timuere ventos suos. i. fauẽtes nimium: quia periculosi sunt. Turris inserta caput. i. habẽs caput insertum ipsis nubibus, vapulat. i. tũditur haustro pluuio: vnde ab hauriẽdis aquis hauster merito scribatur: & nemus spargens vmbras densas. i. lętũ & in solo pingui natũ, videt robora annosa frangi, eo q magno vento frustra resistunt. Fulmina feriũt colles celsos. Item corpora maiora patent, id ẽ magis obnoxia sunt morbis: & cũ armẽta vilia vt ibellia & alnilia, currũt in magnos pastus, ceruix maxima. i. pinguissima, placet. i. præ cęteris deligitur, in vulnus. i. vt mactetur. Quicquid fortuna tulit in altum, ipsa leuat. i. erigit illud, ruitura. i. vt mox diruat. æuum. i. spatium vitę, est longius, rebus modicis. quia modicis natura cõtenta est, & in modicitatem minus sęuit fortuna. Felix sup. est quisquis quietus. i. contẽtus, parte. i. conditione, mediæ turbę, stringit. i. radit littora aura tuta. i. se non cõmittit alto mari, hoc est ãplę fortunæ: & timidus. i. timẽs credere. i. confidere & committere, mari, cymbam. i. paruam nauiculam legit. i. adnauigat terras, remo propiore. i. non multum remoto ab illis: aut legit sup. maria, remo propiore terras.



O Regnorum. Introducitur Chorus audiens secũdam fortunam Agamẽnõis: dubitatq; ne illa diu sit: cũ cũcme regnũ sit mutabile & incertũ. demũ conditionem regum dãnat: qui tot curis periculisq; premuntur. Scribitur versu dimetro anapæstico: & habet quatuor pedes: q possunt esse omnes dactyli: oẽs spõdei: omnes anapęsti: & ex his mixti. Fallax. instabilis: vel q a exteri⁹ videnť læti: in pectore aũt multis curis crucianť. Alia. cũ vna recessit, alia succedit. Vexat. pturbat. Non sic. facit cõparationem de syrtibus de quibus diximus supra. Euxini. pontici maris. Vicina. vbi est Polus arctic⁹, septentrionalis, vrsa maior, & minor, & Bootes. de quib⁹ satis dixim⁹. Immunis. q a nũq̃ occidũt in mare: vt dictũ est. Nõ nox. qñ alij q escũt ipsi habẽt curas. Alma. q̃ alit: nam somnus nutrit vires nr̃as. Recessus. loca secreta: vt est cubiculũ. Domitor. q facit obliuisci curas. Soluit. liberat. Quas arces. tot scelera veniũt inter reges q arces habitãt. Bellona. q̃ grece Enyo diciť, soror Martis dea bellorũ. sẽmp cędes & arma sequunť reges & Erinnys furia inferni exagitat illos. Tumidas. superbas & magnas. Supuos. mortales hoies. In planũ. ecce instabilitatẽ regni q omni hora corruere põt. Vacẽt. cessent ad deijciendum: tñ hęc est natura rerũ: vt cũ omnia magna sint in sublimi, pondere suo corruũt: nã nihil diu potest esse mortalibus: vt dicit Lucan⁹ In se magna ruũt. Sidũt. deorsum se inclinãt. Cedit. vincitur quãdo nimiũ creuit. Vela. pbat p similitudinẽ nauis q pspero vento pduciť: & ex illo impetu periclitat. Nubib⁹. alia similitudo turris altæ, q̃ omnes ventos excipit. Inserta. immixta habẽs cacumẽ sublime inter nubes. Frangi. sicr arbores nimiũ altę sentiũt ruinã. Corpora. magna facili⁹ ęgrotãt. Patẽt. aperta sunt. In pastus. i. pascua: qñ leo est famelicus inuadit magna aialia, & non parua & vilia. Quicquid. cõcludit q illa quę sunt eleuata magis sunt pna ad casum & ruinã. Leuat. tollit. Modicis. mediocribus. tuti⁹ viuit, q est i mediocri statu. Aura. pbat p similitudinem. qui vadit prope litus securior vadit: q̃ qui petit alta. Mediæ. quicunq; cõtentus est habere vitam inter mediocres. Stringit. leniter percutit. Legit. transit. Propiore. viciniore nõ, recedit nimium a litore, vt tutior sit.

BERNA.

Bellona. Legẽdũ superbos.

¶ O regnorum. Carmen secũdũ dimetro Pindarico. Chorus deplorat miserũ statũ fortunæ regię. O regnorũ magnis fallax. Euxinus. mare põticũ: qđ nulli patet nauigationi: & proinde appellari solitũ est ἄξενος. i. inhospitale ppter hyemes, & immanitatem incolarũ & maxime scytharũ: q immolãt hospites, & hũanis vescunť carnibus & caluarias p pateris in mẽsa habẽt. nouissime aũt cũ Iones in litore vrbes cõdidissent, Euxinum. i. benignũ hospitiũ vocari cœptũ est. Hęc Strabo in. vij. Sequiť tristis Bellona. in regib⁹ nulla pax: nulla securitas: nullum denicq; otiũ. Ipsi licet metuantur a gregib⁹, & populis, plus tamẽ ipsi metuunt. Hinc illud Horat. regum timendorum in proprios. Reges in ipsos imperium Iouis clari giganteo triumpho & cuncta supercil

DANI.

Euxinus. Scytharũ feritas.

A.

lio mouentis. Erinnys.lis & contentio. Tulit.demolita eſt.oia fert ętas:animū quoq;. Sidunt. ſubſidunt. aphęreſis. Feriūt celſos.ſic Hora. Decidunt turres:feriūtq; ſummos fulgura mõtes: ad Liciniū Murenā ſcribens. Vapulat.tunditur. Placet in vulnus.ſaginoſi & toroſi iuuenci ſemper ab armento ſecernuntur ad carnificinam. Ruitura.vt ruat ideo ſublimat. μοιρα θυη τουσ αναφερουσ απταυει βαρ φτερυ.

ASCENSIVS.


Vid ſegnis.Clytemneſtra prius ſecum deinde cum Nutrice diſputat de ſcelere concepto perpetrãdo. ꝓpoſuerat enim maritum ſuū Agamẽnonẽ, vt primum redierit ab expeditione Troiana,interficere:quod etiã factura eſt. dicit igitur ſic. O aie,quid.i.ad quid tu ſegnis.i. piger & tardus,expetis conſilia tuta.i. quæ ſine periculo executioni mãdare poſſis? Quid fluctuaris.i.agitaris huc illuc in morẽ vndarū? via melior,q̄ erat honorifice & amanter ac ſine timore accipere maritū venientem,eſt iã clauſa:quia cõmiſiſti adulteriū:qđ vir tãdem reſciet:licuit ſup.tibi quondã.ſ. anteq̄ adulterū recepam,tutari toros coniugis pudicos.i. caſtos & inuiolatos, & ſceptra capta.i.nõ polluta mercede ſtupri:vt nũc:quia Aegiſtho ea ꝓmiſit:caſta dicit,fide.i.fidelitate iūcta.ſ. toro & ſceptris:nũc abit,mores.ſ. caſti, ius,dec⁹ pietas,fides,periere ſup. mihi:& pudor ſup. periit:q cū periit niſi ſit perit pro periit,neſcit redire. Da.o Clytemneſtra(ad ſeipſam loquitur)fræna.i.fac poteſtatẽ effręne peccãdi:& pna.i. ꝓcliuis & icūbẽs ad neqtiam,incita omnem nequitiã:iter ſemp eſt tutū ſceleribus ꝑ ſcelera.i.nunq̄ vnū crimẽ eſt tutum ab vltione niſi plura cõmittas.& eſt ſententia tyrãnorū qui quū per ſcel⁹ dominiū inuaſerint, quo tuti ſint multa ſcelera admittunt:nã oẽs quos ꝓcipue timent, de medio tollunt. Euolue ipſa nunc tecū doles fœmineos.i.conſidera,vt inde exemplum ſumas,oẽm fraudẽ admiſſam ꝑ mulierem. Euolue ſup.omne id: quod vlla coniunx perfida: atq; impos ſui.i.impotens neſciẽs animo ſuo moderari, amore cæco.i. exoęcanti ſup.auſa ſit:& qđ manus nouercales auſę ſup.ſunt:vt Phædræ in Hippolytū. vnde dicit Maro Hippomanes qđ ſępe malę legere nouercę:Miſcuerūtq; herbas & nõ innoxia verba.& quod virgo.ſ. Medea ardens face.ſ.amoris Iaſonis,impia.i.ob quã impietatem exercuit in patrẽ & fratrẽ,fugiens trabe Theſſalica.i.argo naue in Theſſalia fabricata & nata,regna phaſiaca.i.colchica, aut ęea. Euolue inquam ferrum, venena:quibus maritum de medio tollas:vel cõiuncta ſocio, ſcilicet lecti,hoc eſt Aegiſtho adultero, profuge rate furtiua,domo, id eſt a domo,Mycenæa,id eſt regia Agamemnonis. Arguit autem ſe puſillanimitatis, & meticuloſitatis dicens:Quid o timida,loqueris,id eſt commemoras furta & exilium & fugas? ſors, ſcilicet aduerſa fecit,ſcilicet multis,iſta,ſcilicet dicta furta, exilium, fugas,id eſt mihi iniqua ſorte coacti ſunt talia facere:ſed nefas maius decet te:quæ facultatem faciendi & tempus excogitandi habes. Nutrix ſciens nullum frenum efficacius a turpibus, q̄ ſit gloriæ & honoris amor,honorifice compellat eam:vt dignitatis eã ſuæ cõmoneat vtq;(qđ oratori frequẽs eſt)id illi aſſignet qđ in ea deſiderat: vñ auſpicatur dicẽs. O regina danaū ꝓ danaorum,&

Actus Secundus.

Trimetri Archilochii.

CLYTEMNESTRA. NVTRIX.


Quid ſegnis anime tuta conſilia expetis?
Quid fluctuaris? clauſa iã melior via eſt.
Licuit pudicos coniugis quondam toros:
Et ſcæptra caſta iuncta tutari fide.
Periere mores:ius:decus:pietas:fides:
Et qui redire cum periit neſcit pudor.
Da fræna:& omnem prona nequitiam incita.
Per ſcelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter.
Tecum ipſa nunc euolue fœmineos dolos.
Quod vlla coniunx perfida:atq; impos ſui
Amore cæco:quod nouercales manus
Auſæ:quod ardens impia virgo face:
Phaſiaca fugiens regna Theſſalica trabe:
Ferrum:venena:vel Mycenęa domo
Coniuncta ſocio profuge furtiua rate.
Quid timida loq̄ris? furta: & exiliū: & fugas?
Sors iſta fecit:te decet maius nefas. Nu.
Regina Danaum:& inclytum Ledę genus:
Quid tacita verſas? quidve conſilii impotens
Tumido feroces impetus animo geris?
Licet ipſa ſileas totus in vultu eſt dolor.
Quicquid proinde eſt:da ſpatiū ac tẽp⁹ tibi.
Quod ratio nequiit ſępe ſanauit mora. Cly.
Maiora cruciant:q̄ vt moras poſſim pati.
Flammæ medullas:& cor exurunt meum.
Mixtus dolori ſubdidit ſtimulos timor.
Inuidia pulſat pectus:hinc animum iugo
Premit Cupido turpis:& vinci vetat.
Et inter iſtas mentis obſeſſæ faces:

Fessus quidem & deuictus & pessundatus
Pudor rebellat: fluctibus variis agor:
Vt quũ hinc ꝓfundũ ventus: hinc ęstus rapit:
Incerta dubitat vnda cui cedat malo.
Proinde omisi regimen e manibus meis.
Quocunq; me ira: quo dolor: quo spes feret:
Huc ire pergam: fluctibus dedam ratem.
Vbi animus errat: optimũ est casum seq. Nu.
Cæca est temeritas: q̄ petit casum ducē. Cly.
Cui vltimà est fortuna: quid dubium timet?

inclytum genus Ledę, quæ vxor Tyndari & amica Iouis fuit, q̄d versas tacita. i. in animo tuo, nihil loquens? nam vt alibi dixi quandocunq; inducitur quis loqui ad animum suũ, significatur ea cum res gereretur cogitasse, q̄ nunc cum res agitur eloquitur: eo q᷑ popul⁹ non est cogitationum, sed verborũ interpres. ve pro vel, quid. i. ad quid tu impotens consilij, geris animo tumido impetus feroces? Licet ip̄a. i. tute sileas, dolor est totus in vultu. i. proditur per vultum. vnde ille. Heu q̄ difficile est animum non prodere vultu? Proinde. i. & ideo quicquid est, da tibi spatium & temp⁹ id est ne p̄cipitanter & inconsulte agas. Mora. i. dilatio, sanauit sæpe. i. ad sanum & optandum exitũ adduxit: quod ratio nequijt. s. sanare. Cly. Maiora sup. mala, cruciant, id ē torquent sup. me: q̄ vt possim pati moras. i. dilationem. Flãmæ. s. irarũ & zelotypiæ, exurũt medullas & cor meum: Timor. s. de adulterio dep̄hendendo, & culpę admissæ, subdidit dolori. s. de pellice illato, stimulos. i. vt dicunt instigationem ad perpetrãdam vltionem. Inuidia, q᷑ ancilla reginæ pellex facta est. s. Cassandra, pulsat pectus. s. meum. Cupido turpis. s. quo adulterum marito p̄fero, premit hinc. i. ex parte Aegisthi, animũ. s. meum, iugo. i. subiectione per amorem: & vetat. i. recusat vinci. s. ab honesto amore: & pudor rebellat inter istas faces. i. flammas, mentis obsessæ. i. occupatæ amore adulteri: rebellat quidem. i. certe, fessus & deiectus aut deuictus & pessundatus. Ego agor varijs fluctib⁹. s. affectionum: vt. i. quẽadmodum, cum vẽtus rapit profundum. i. altum mare, hinc. i. ex vna parte: & æstus. i. æstuans fluxus, rapit hinc. i. ex altera parte vnda incerta dubitat cui malo. i. vtri impetui violento cedat ꝓinde. i. ideoq;, omisi. i. abieci, regimẽ. i. gubernaculũ e manib⁹ meis. Pergã. i. p̄seuerabo ire huc, quocũq; ira, quo dolor, quo spes feret me: dedã. i. penit⁹ credã fluctibus ratẽ. i. rei summã, fortunæ: quia vbi animus. i. ratio errat, optimũ est sequi casum. i. euentum. Nu. Temeritas est cæca, quæ petit casum ducem. i. in ducẽ. Cly. Cui fortuna est vltima. i. pessima: cui non possit accidere peius: quid timet dubium? q. d. nihil.

Quid segnis. Hic est secundus actus: vbi Clytemnestra capit consilium de nece mariti, & secum loquitur diuersa volutans. Segnis. tarde. cito est deliberandum. Fluctuaris. versaris in dubitatione. Via. quæ erat viuere pudice: non opus est vt timeam pudorem quem iam amisi. Tutari. seruare. Toros. i. matrimonium. Sceptra. regnum Agamẽnonis: cum tu esses regina. Da fręna. loquitur per translationem equitãtis: q dat habenas equo currenti. Per scelera. quando quis commisit vnum scelus si debet tutari illud opus est vt faciat aliud. Tutum. qui vult tegere scelera vtatur alijs sceleri b⁹. Foemineos. emphasim habet: quasi magnos. Impos sui. quę non potest regere animũ suum insana amore. Impia virgo. maius q̄ illud q̄d fecit Medea: vt supra vidimus. Face. amore ardenti. Thessalica rate. naui Argo in Thessalia fabricata. Ferrum. vel ferro vel veneno occidas illum: vel saltem fuge Mycenis cum Aegistho. Quid timida. dicit si Medea fecit istud repente, & nõ habuit spatium deliberandi: tu vero quę habes tempus, potes maius facere q̄ fugam. Regina. nutrix non audiuit ista verba: sed ex p̄turbato vultu cognouit illam cõmotam esse: vnde hortatur ad æquitatem animi: dicẽs omnia tempore leniri. Genus Ledæ. nam fuit soror Helenæ, & filia Ledæ vxoris Tyndari. Impotens. quæ non potest capere certam deliberationem. BERNA.

Tumido. pleno furore. In vultu. scilicet perturbato, demonstratur. Mora. ipsum tempus sæpe sanauit q̄d ratio nõ potuit. Q; vt. vt non. Timor. propter adulterium. Dolori. quem habeo q᷑ maritus teneaẗ amore Cassandræ. Inuidia. q᷑ amet captiuam. Hinc cupido. ex alia parte amor incestus Aegisthi tangit me.

Vetat. s. cupido se vinci. vult potius q᷑ occidam maritum q̄ relinquã Aegisthum. Obsessæ. circundatæ tot passionibus. Pessundatus. deperditus pudor tangit me quem amisi: & nescio quid faciam. Profundũ. mare. facit similitudinem. Aestus. feruor, & motus aquæ. Cedat. an vento an æstui. ita facit mihi, quæ incerta sum an pudori, an dolori cedam. Regimen. sicut nauita in tantis fluctibus dimittit omnem gubernationem & tendit quo fortuna ducit: sic facio. Cedam. commendabo fortunæ. Vbi animus. quando incertus est animus & nescit deliberare, bonum est sequi fortunam. Cæca. nutrix respondet contrarium. Temeritas. q̄ est contraria consilio est cæca & ignara futuri. Cui dubia. nil possum habere peius: vnde non opus est vt timeã. Alij legunt vltima fortuna: & melius est.

¶ Quid segnis. Deliberatio Clytẽnestræ in cędẽ Agamẽnonis: actus secũd⁹: trimetro Archilochio Hypercatalectico. Clytẽnestra Tyndari filia ex Lede, vxor Agamẽnonis & Orestis mater, secũ loqᵉ deliberãs virũ fallere: cõtra nutrix dissuadet. Pudor. mulier q̄ semel p̄fricuit frõtẽ cõtineri ãplius non põt: foeda lupanaris tulit ad puluinar odorẽ. Foemineos dolos. ad p̄niciẽ & dolũ parãdũ semp igeniosa foemina. Hic Home. detestãs Clytẽnestrã, cõsilijs mulierũ affirmat multos p̄ijsse. εκ παγλωσ ηχθιρε γυναικεασ Διαβουλασ εξαρχησ ελευντ μευ ιπο μομιθευε κα πολλο. Socio. Aegistho. Sors ista. hoc fortune vitio vertẽdum est, furari, exulare. verum ęminentius malum reginam postulat. Sepe sanauit mora. Ouidius. Habẽt paruæ commoda magna moræ. & qui magna moliuntur semp cunctari solent. hinc eminẽtissimus. φιλει γαρ οκνειν πραγμα ανηρ πρασσουμ εγα. verba prudentissimæ nutricis suadentis omnia spacio & mora tractanda. Nam mora dat vires: teneras mora percoquit vuas. Et validas segetes q̄d fuit hęrba facit. Pudor. honestas & decorum matrimoniale. DANI. Clytemnestra.

Rebellat. pugnat & resistit. Aestus. translatio ab aquarum commotione ad anxietatem animi. Profundum. substantiue: sicut altum. Malo. vento.

Nu. Tuta es: latetq; culpa ſi pateris tua. Cly.
Perlucet omne regiæ vitium domus. Nu.
Piget prioris: & nouum crimen ſtruis. Cly.
Res eſt profecto ſtulta: nequitiæ modus. Nu.
Qđ metuit auget: q ſcel⁹ ſcelere obruit. Cly.
Et ferrũ: & ignis: ſæpe medicinę loco eſt. Nu.
Extrema primo nemo tentauit loco. Cly.
Capienda rebus in malis præceps via eſt. Nu.
At te reflectat coniugii nomen ſacrum. Cly.
Decem ꝑ annos vidua reſpiciam virum? Nu.
Meminiſſe debes ſobolis ex illo tuæ. Cly.
Equidem & iugales filiæ memini faces:
Et generũ Achillem: præſtitit matri fidẽ. Nu.
Redemit illa claſſis immotæ moras:
Et maria pigro fixa languore impulit. Cly.
Pudet pigetq;: Tyndaris cæli genus
Luſtrale claſſi Doricę peperit caput.
Reuoluit animus virginis thalamos meę:
Quos ille dignos Pelopia fecit domo.
Cum ſtetit ad aras ore ſacrilego pater
Quaſi nuptiales: horruit Chalcas ſuæ,
Reſponſa vocis: & recedentes focos.
O ſcelera ſemper ſceleribus vincens domus.
Cruore ventos emimus: bellum nece. Nu.
Sed vela pariter mille fecerunt rates. Cly.
Non eſt ſoluta proſpero claſſis deo:
Eiecit Aulis impias portu rates.
Sic auſpicatus bella: non melius gerit.
Amore captę captus: immotus prece:
Smynthea tenuit ſpolia Phœbęi ducis:
Ardore ſacræ virginis iam tum furens.
Non illum Achilles flexit, indomitus minis.

ASCEN. ¶ Tuta es. Nutrix conatur ſpem ſaltẽ latendi inducere dicẽs. Tu es tuta. i. extra periculũ & culpa tua latet ſi pateris. Cly. cõtra oſtendit nõ poſſe latere: quia omne vitiũ dom⁹ regiæ. i. qđ cõmittit in domo regia & a regibus ac reginis, pellucet. i. manifeſtũ eſt: vt quod pellucet. i. ꝑ cuius mediũ videm⁹: quia vt dicit Iuuenalis & citat Daniel, Omne animi vitiũ &c. Nut. Piget. i. diſtędet te prioris. i. cõmiſſi iam criminis. ſ. adulterij: & ſtruis. i. in animo paras nouum crimen. ſ. homicidiũ. Cly. Mod⁹ nequitiæ. i. ſtatuere modum. i. finem nequitię eſt profecto res ſtulta. tyrannica ſententia: cuius ſenſus eſt: quãdo quis cõmiſit ob qđ niſi in eo perſeuerauerit & plura cõmiſerit puniri poſſit, ſtultũ eſt crimini ſuo finẽ ſtatuere niſi puniri velit: vt ſiquis dominiũ tyrãnicum inuaſerit occiſo vero principe, niſi omnes eius hęredes & vltores occiderit, nõ poterit eẽ tut⁹ & mulier adultera ſi nõ ſit viricida (ſi ita dicã) nõ erit ab eo tuta. Cõtra dicit Nutrix: is q obruit. i. accumulat ſcelere ſcelus, auget qđ metuit. i. cauſam pœnæ. Cly. Et ferrum & ignis eſt ſępe loco medicinę. i. vt morbi quidã ſunt tam ſæui vt ſine ſectione, aut aduſtione non poſſint curari: ita crimina quędam tã magna vt ſine maioribus criminibus nõ poſſint manere tuta. Nu. Nemo, ſaltem ſapiens, tentauit primo loco extrẽa. i. acerbiſſima remedia: q̃ non deberent adhiberi, niſi vbi omnia mitiora comperta ſint inualida: tu aũt vt adulterium diluas homicidium quod extremum crimẽ eſt, paras. Ad hoc Cly. Via pręceps eſt capienda in rebus malis. i. vbi periculum eſt in mora, euadendum eſt ſine deliberatione quacunq; poſſis. Nu. At. i. ſaltem, ſacrum nomẽ coniugij: quod omnes nationes etiam barbaræ ſanctum habent, reflectat te. ſ. a tam immani facinore. Cly. negans ſibi eſſe maritum dicit: Ego vidua. i. derelicta per decem annos, reſpiciam virũ. i. beneuole aſpiciam tanq̃ virum? Nu. Debes meminiſſe ſobolis tuæ ex illo. q. d. perpetuorum pignorum. Cly. Equidem. i. ego certe, memini, &. i. etiam, faces cõiugales filiæ. ſ. Iphigenię ſeu Iphianaſſę: quã in Aulide ob interfectam ceruam Dianę ſub prętextu nuptiarum cum Achille occidi permiſit Agamemnon (vt æneid. ſecundo. Sanguine placaſtis ventos & virgine cæſa. Reuera cæſa: vt Horatius ſecundo ſermonum, & Seneca non ſemel & alij multi aſſerunt: licet Seruius eius loco ceruam cæſam & eã Dianæ ſiſcelidi in taurica regione ſacerdotem cõſtitutam dicat) & memini Achillem generum ſcilicet fictum: pręſtitit. ſ. Agamemnoni: matri. ſ. mihi fidem: quam ſancte promiſit illi nuptum tradendam, & eſt Ironia: aut filia præſtitit matri fidem. i. fiduciam ſimile patrandi in patrem. Nutrix autem volens purgare factum patris dicit. Illa. ſ. filia tua, redemit moras, id eſt morte ſua effecit, vt non deberentur moræ, claſſis, ſcilicet totius exercitus gręcorum, immotæ, id eſt nequeuntis moueri propter ventos contrarios: & impulit, id eſt nauigabilia fecit, maria fixa, id eſt hærentia, languore, id eſt torpore, pigro, id eſt qui rebus pigris & immotis ineſt. Cly. non recipiens illam purgationem, inquit. Pudet quia turpe eſt: & piget ſup. me: quia miſerum: ſcilicet ꝙ: Tyndaris, id eſt, Tyndari filia ſaltẽ putatiua, quia genus cæli, ab Ioue qui cum Leda matre mea cõſueuit, originem ducens, hoc eſt ego (de ſe enim in tertia perſona loquitur: eo ꝙ ſuperbe ſe cæli genus dicit; cum tamen ſola Helene ex Iouis ſatu puteť inter fœmellas) peperit. i. ꝙ ego peperi, claſſi doricæ. i. græcanicæ, caput luſtrale. i. expiatiuũ, hoc eſt filiam per quam claſ-

sis debebat lustrari anteq̃ prospere nauigaretur. Anim⁹.s.meus, reuoluit.i.secum versat & cogitat, thalamos virginis.i.filiæ meæ, videlicet mortiferos: quos ille.s.caput odij mei Agamemnon, fecit dignos domo Pelopia.i.a Pelope orta familia: quæ liberos mactare consueuit: vt Tantalus ipsum Pelopem, & Atreus tres Thyestæ liberos: cum.i.quãdo, pater.s.Agamẽnon stetit ad aras nuptiales.i.simulatarum nuptiarum Achillis cũ filia sua, ore sacrilego, id ẽ proferente verba mendacia & honori sacro derogantia: alij tamen sacrifico legunt: Chalcas qui præiuit ac pronuntiauit q̃ Agamẽnon subsequens diceret, verba, horruit responsa vocis suæ.i.id responderi a patre, quod prius pronuntiauerat: & focos recedentes: ne.s.tam nefanda sacra admitterent. O domus.s.Pelopia, vincens semper scelera.s.priora, sceleribus.s.posterioribus: quia maioribus. Nos emimus vẽtos cruore, & bellum nece.s.filiæ. Nu. Sed mille rates, fecerunt pariter.i.simul, aut simulac cæsa est, vela.i.extensis velis processerunt. Cly. Classis non est soluta deo prospero.i.propitio (etiam si de Diana intelligat bene in masculino dicit, sicut æneí.ij. Descendo ac ducẽte deo, de Venere.) sed Aulis.i.portus ille, eiecit portu.i.noluit amplius tenere rates impias.i.quarum imperator filiam necauerat: & Agamẽnon auspicatus.i. qui incoepit sic.i.per impium facinus, bella, gerit.s.bella, non melius.i.decentius: vtpote captus amore captę.i.captiuę scilicet Astimones: & immotus prece ducis Phoebi.s.Chrysę, tenuit spolia Smynthea.i.filiam sacerdotis Apollinis Smynthei a muribus dicti: furens iam tũ.q.d.cum tã parũ a me abfuisset, ardore virginis sacræ: quia a sacerdote genitæ: & ita illi quodammodo sacræ: quocirca eam restituendam curauit. Achilles non flexit illum.s.Agamẽnonem minis indomitis.i.immodicis: quę Iliados primo exprimuntur.

BERNA.

¶ Si pateris. Adhuc adulteriũ tuum est occultum: si aggrediare aliquid forte scietur. Perlucet.clarum est: vt Cice. Nullum factum aut dictum principis latere potest. sic Iuue. O Corydon, corydon secretum diuitis vllum Esse putas? taceant serui iumenta loquentur. Struis.paras: dicis commissum tuum te grauare, & paras aliud. Modus.mẽsura. est stultitia ponere modum nequitiæ.i.libidini: qđ nullo modo fieri potest. Quod metuit.qui vult tegere scelus scelere, auget qđ metuit. Ferrum & ignis.immo ne crescant mala solent cãdente ferro peruri. Extrema. dicis verum: sed prius adhibent malis alias medicinas anteq̃ vtanť ferro & igne. Præceps.fortuita & inconsiderata. Reflectas.consideres illum esse maritum tuum: nec esse violandum. Vidua.debeo cõsiderare q reliquit me per decem annos. Sobolis.filiorum qui sunt pignus amoris.

Equidẽ.decet meminisse. quando græci retinebantur in Aulide insula, vt plene supra diximus, misit Vlyssem ad me vt illi traderem filiam Iphigeniam: quam dicebat se daturum vxorem Achilli: & illam sacrificare voluit. Iugales.quę solent portare in nuptijs. Pręstitit.Ironice.decepit me. Redemit.pro illa græci habuerunt nauigationem & ventos. Languore.torpore: quem græci Malachian vocant: quando mare videť stare. Fixa.immota: sine ventis. Pudet.ad qđ deuenimus: vt ipsa quæ sum filia Iouis pepererim filiam immolandam pro ventis? Tyndaris.ego filia putatiua Tyndari. Lustrale.purgatorium. Caput.filiam. Reuoluit.recordatur, dicis me meminisse debere sobolis: ipsa memini quomodo maritauit filiam meã, sicut meretur domus Pelopidarum ex qua omnes fuerunt scelerati. Ore sacrifico.cum Agamẽnon ante aras diceret verba depcantia, & teneret filiam immolandã, ipse Chalcas qui fuit auctor illius sacrificij horruit. Recedentes.qui videbantur recedere propter scelus. O domus.s.Pelopidarum quæ semp auget scelera. Emim⁹ vẽtos cruore.tragice dicit rem non factam pro facta: Iphigenia nõ fuit sacrificata: sed loco illius Diana ceruam posuit. Sed vela.habuerunt prosperam nauigationem ppter hoc. Non est.non habuerunt cursum ppter hoc: sed Aulidenses non patiẽtes illos, ex portu eiecerunt. Aulis.teste Strabone regiuncula est Boeotiæ petrosa & ciuitas eiusdem nominis: iuxta quã portus est quingentarum nauium capax Euripo Chalcidico pximus: vbi fuit statio classis græcorum in Troiam coniurantium. Auspicatus.tali principio. Amore.fecit & mihi alias iniuriam. cum ante captam Troiam diuersæ ex varijs Troianorum locis raptarentur puellę duæ inter alias formosissimæ captę sunt Chryseis & Briseis: quarũ Briseis in pdę distributiõe cõtigit Achilli: Chryseis vero Agamẽnoni: & quisq; suã ardenter amabat: sed cũ Chryses Chryseidos pater pro filia redimẽda, vt scribit Homerus in initio Iliados, veniret ad græcos, non solum multa deferens munera, sed ornatus infulis, & alijs sacerdotalibus ornamentis, orabat eos: vt Apollinis reuerẽtia cuius sacerdos in Chrysa insula erat, filiam sibi restituerẽt: & ptiosa acciperẽt munera: cui cum cæteri græci assentirent, Agamẽnon qui illã amabat cũ iniuriosis, & minacibus verbis repulit: Apollo sui antistitis contumelia percitus nouem diebus, vt Homer⁹ scribit, & iumenta & homines sagittis confodit. cadebat hac peste quotidie miserãda multitudo: Palladis monitu vocata concione Achilles de placanda deorum ira deliberat: Chalcas Thestoris fili⁹ qui cum Mopso de vaticinio certauit, nisi Astimone patri redderet placari Apollinẽ non posse in medium protulit. Acclamantibus vniuersis Agamemnon per Vlyssem ad patrem puellam remittit: Achilli vero quem reddendæ Astimones authorem credebat apparitorib⁹ Thaltybio & Eurybate missis Hippodamiam abstulit. Smynthea. Apollinis Smynthei qui colebatur in Chrysa.

Malachia.

Aulis.

Briseis.

Chryseis.

Astimone

Chryseis.

¶ Si pateris. Dura mollescunt patientia. Pellucet. Omne animi vitiũ tanto conspectius in se Crimen habet q̃to maior qui pèccat habetur. Piget.arguẽtis sermo. frustra dolemus de pręteritis malis animati ad futura. Et ferrũ. το μισσ μακκαιγοσ ιατρευειθανατοσ. Scelus medicať mors. Phalaridis sententia. At te reflectat.scelus omne ab animo propellat maritalis & pudicus timor. Præstitit. Agamẽnon. O domus. exclamatio I domũ Pelopiam: quã flebilẽ & infelicẽ Sophocleus pædagogus his verbis cõmemorat. πολυφθορουτε δωμα πελοπιδωντοδε οθεμσε πατροσ εκ φονων εγω ποτε λαβων &c. Aulis. nobilis ẽ port⁹ quẽ Boeotij Hyamas dixerũt: Agamẽnonię classis statio. Pli. & Põpo. auctores: & Naso.xij. Boeotia tell⁹ Aulide piscosa puppes tenuisset ituras. Impias.qa imolatur⁹ erat filiã Agamẽnon rex. Smynthea.murũ maxia vis iuxta Chrysam Cilicię oppidũ: ibi extat tẽplũ Apollinis cognomẽto Smynthei a mure q erat insculpt⁹ simulacro ipsi⁹ Apollinis: teste Eustathio in prio Iliados. Extat supplicatio sacerdotis Chrysę ad Apollinẽ Smyntheũ in pscripto loco apđ Home. κλυειμευ αγυροτοξοσ Χρυσηναμφιβεβηκασ κιλλαντεζαθεην τενεδοιοτε ιφιανασσεισ σμινθευ &c. Indomitis minis. nã teterrimis iurgijs & cõtumelijs Agamẽnona lacessit Achilles apđ Homerũ cũ vellet puellam sacerdoti restituere nec moueretur pestilenti græcorum strage. ω μοιαμοι δειν επιειμενε κερδαλεοφροσ. & alibi auaritiæ insimulat. φιλοκτεανωτατε παντων.

DANI.

Aulis.

Smynthe.

Apollo.

ASCEN. ¶Nō.s.illū flexit ille.s.Chalcas, q̄ sol⁹ videt fata mūdi:videt id p irrisionē dictū:irridētis videlicet q̄ ad illius iudiciū omnia retulerunt græci principes: vn̄ addit augur fidelis.i. seuerus & rigid⁹ in nullo flexibilis, in nos.i. dū oracula in nos erāt apienda: vt in Iphigeniā: sed leuis.i.facilis & eleuatę fidei, vt cui credere noluerit Agamēnon,in captas.i. dicendo captas restituendas.Male legit Daniel lenis: obijciēs q̄ nō fuerit lenis in Polyxenā: quia lenis priorē pducit:nec vult pcax mulier dicere q̄ fuerit benignus in captas: sed leuis.i. paruę fidei æstimatus:cum Agamemnon q ob eius sententiam filiam immolauerat, censens eum fidelem augurem, Chrysę filiam restituere noluerit, censens iam leuem.i.nō grauem nec constantem augurem,sed (vti dixi) eleuatæ fidei.Non sup.flexit illum, populus scilicet grecus,æger.i.laborās peste ab Apolline immissa:& rogi relucentes dum cadauera illis imponebantur inter vltimam stragem græcię ruentis:quia nisi vi tādē illi ablata fuisset,& ita pestis cessasset,actum fuisset de grecorum exercitu.Marcet.s.Agamemnō in venerem putris,vict⁹, scilicet a libidine,sine hoste,scilicet externo:ac vacat.i.totus indulget veneri.i.rei venerę:& reparat amores,scilicet deperditos propter ablatā Chryseida.Neue, pro et ne,foret desertus vnq̄ a pellice,id ē cōcubina quæ mihi pellixesset, vel ne torus suus foret cælebs.i. sine muliere, diligit Briseida.i.Brisei filiam Hippodamiam, ablatam Achilli cui in sortē acciderat: nec puduit rapere,scilicet Briseida,vulsam e sinu.i. cōplexu,viri.i. virilis animi ducis Achillis: aut q eam iam maritali tenebat amore: quod libentius dicam propter irrisionem sequētem. En aut hem,hostem Paridis.i.qui ob raptā Helenam eum persequitur:cum Achilli suam rapiat: Et ipse gerens nunc nouum vulnus,scilicet amoris,furit incensus,amore vatis.i.vaticinio pditæ,Phrygiæ.s.Cassandræ:& remeat, scilicet domum post trophæa troica.i. de Troia capta fixa:ac post Ilium versum,id est euersum.maritus captæ.s. Cassandræ, & gener Priami suo ductu interempti.quæ quia mulieri intolerabilia videntur decernit vltionem sumendam dicēs: O anime, accingere, id est præpara te & instrue ad pugnam: quia apparas bella non leuia:quia in eum qui Troiam deleuit. Scelus,scilicet quod concepisti, est occupandum,id est prius q̄ obicem posuerit,aut de me vltionem sumpserit,maturandum: O pigra,scilicet Clytemnestra, ad se id dicit, quem diem expectas? quasi dicat non esse expectandum:quia nocuit semper differre paratis:& Frōte capillata: posthac occasio calua est.More aūt suo de die nō certo nec nocti cōdistincto, masculino gn̄e dicit quē diē. Ver̄ & p certo & icerto tpe dubij repit gn̄is:licet rari⁹ p certo foemini An sup.expectas,dū .s.donec,nur⁹ Phrygię (iucūdiose de vna Cassādra pluraliter loqt.) teneāt sceptra Pelopia .s. domus Pelopiæ. nec leges Pelopeia, nisi anapæstum cum proceleusmatico, q̄ duos tribrachos ponere mauis. An vigines viduæ,id est innuptæ adhuc domi, id est quæ

Non ille solus fata qui mundi videt:
In nos fidelis augur:in captas leuis.
Non populus æger:& relucentes rogi:
Inter ruentis Græciæ stragem vltimam.
Sine hoste victus marcet:ac veneri vacat:
Reparatq; amores:ne ve desertus foret
A pellice vnq̃:vel suus cęlebs torus:
Ablatam Achilli diligit Briseida.
Nec rapere puduit e sinu vulsam viri.
En Paridis hostem.nunc nouum vulnus gerēs
Amore Phrygiæ vatis incensus furit:
Et post trophæa troica:ac versum Ilium:
Captę maritus remeat:& Priami gener.
Accingere anime:bella non leuia apparas:
Scelus occupādū est:pigra quē expectas diē?
Pelopia Phrygiæ sceptra dum teneant nur?
An te morantur virgines viduæ domi:
Patriq; Orestes similis?horum te mala
Ventura moueant.turbo quis rerū imminet?
Quid misera cessas?en adest natis tuis
Furens nouerca:per tuum si aliud nequit
Latus exigatur ensis:& perimat duos.
Misce cruorem:perde pereundo virum.
Mors misera nō est:cōmori cū quo velis. Nu.
Regina fræna temet:& siste impetus:
Et quanta tentas cogita.victor venit
Asiæ ferocis:vltor Europę trahit
Captiua Pergama:& diu victos Phrygas.
Hunc fraude nunc conaris insana aggredi:
Quem non Achilles ense violauit fero:
Quis procacem toruus armasset manum:
Non melior Aiax morte decreta furens:
Non sola Danais Hector:& bello moras:
Non tela Paridis certa: non Memnon niger:
Non Xanthus armis corpora imixtis gerens,
Fluctusq; Simois cæde purpureos agens:
Non niuea proles Cycnus æquorei dei:

Non bellicoso Thressa cum Rheso phalanx.
Non picta pharetras: & securigera manu
Peltata Amazon. hunc domi reducem paras
Mactare? & aras cęde maculare impia?
Vltrix inultum græcia hoc facinus feret?
Equos & arma classibusq; horrens fretum
Propone: & alto sanguine exundans solum:
Et tota captę fata Dardaniæ domus
Regesta Danais. comprime affectus truces:
Mentemq; tibimet ipsa pacifica tuam.

domi tuæ sunt: & Orestes similis patri. i. ipsꝰ in te futurus (quod præsagio quodam dicit: forte q vt vero simile erat, iam tum adulterum iniquis viderat & minacibꝰ oculis) morantur. i. detinent in mora te, scilicet ab occidendo Agamemnone, patre eorum: vnde pꝫ ter Iphigeniam Electram habuit filiam adhuc innuptam. Mala ventura horum, scilicet liberorum tuorum qui ancillis seruient, moueant, scilicet potius te ad maturandum scelus. quis turbo. i. perturbatio rerum imminet si scilicet sciuerit me ab adultero pollutam? q. d. me occidet haud dubie & meos exiget. Et ideo o misera quid cessas? En nouerca furens non vaticinio solum sed & tantum incendio, cū me pellicem sibi censeat, Cassandra coniunx vera futura nisi obstarem, adest, scilicet persecutrix, natis tuis. ensis exigatur, id est transigatur in Agamemnonem per latus tuum o Clytemnestra (nam ad se loquitur) si ensis nequit aliud, scilicet facere aut aliter: & perimat, scilicet vno ictu, duos, scilicet virū & me. misce cruorem, scilicet tuum & viri: perde. i. interfice virum, pereundo, scilicet cum eo. Commori. s. cum eo cum quo velis, non est mors misera. sic inuido animo visum: sed nō minus patitur qui cū alio, q̄ qui solus patit̄: nec vt dicit beatꝰ Aug. minꝰ vrit̄ qui cum multis &c. Nu. O regina, cum nequeam te frenare, frena. i. cohibe temet: & siste. i. fac stare, impetus. s. animi irati: & cogita quanta tentes. i. coneris. Nam is in quem ista paras, venit victor Asiæ ferocis. s. quondam: & vltor Europę. i. iniuriæ illatæ græciæ q̄ in Europa est, trahit quasi in catenis, Pergama captiua. i. reliquias Troiæ captæ, & Phrygas victos diu. i. diuturno bello: tu insana conaris nunc aggredi. i. inuadere, fraude. i. dolo & insidijs, hūc. i. talem tā cautū & fortunatū imperatorē: quē Achilles nō violauit, quia nō est ausus, ense fero: quem ipse acer & indomitꝰ minatꝰ est: q̄uis ipse toruus. i. truculētus & ferox ob abductam Briseida, armasset. s. in Agamēnonē manū pcacē. i. proteruā & improbe amicā repetētē. Nō. i. & quē Aiax melior. i. fortior, & aīosior q̄ ipse Agamēnō (nisi sit melior Aiacū qui duo erāt alter Telamonis filiꝰ de quo intelligitur: alter Oilei) furēs. i. insaniēs morte decreta. i. vbi decreuit sibi mortē inferre (Sicut enī est apud Horatiū secūdo sermonū: postq̄ cōtendētibꝰ Aiace & Vlysse pro armis Achillis, plus facūdia potuit q̄ fortitudo: quia Vlyssi adiudicata sunt: Aiax id iudiciū tā impatiēter tulit: vt furore manifesto pcitus in stabulū ingressus sit: & fortissimū quęq; taurū occidēs exclamarit: hoc Agamemnō habe: hoc Menelae: hoc Nestor pro iudicio tuo hoc Vlysses pro calliditate tua. quam rem vbi per interuallum ad se rediens agnouit, præ pudore sibi gladium intulit. Quem igitur Aiax melior q̄ Agamemnon quia cum Hectore congredi ausus, aut melior q̄ Oilei filius, furens, id est licet furens, decreta morte, id est vbi decreuit mori, & ita nihil timuit, non sup. violauit: & quē Hector mora sola. i. qui solus fuit mora Danais & bello. i. bello Danaorum protrahendo causam præbens, nō sup. violauit: & quem tela Paridis certa, quia ab Apolline directa, nō sup. violarunt vt Achillem: & quem Mēnon niger, quia Indus & filius Auroræ, non sup. violauit: & quem Xanthus flu. Troianus gerens corpora, scilicet occisorum, amnis immistis, scilicet corporibus, nō sup. tulit, aut rapuit vt alios plurimos: & quem nō violauit aut egit, Simois etiam Troianus flu. (de quo æneid. ij. Vbi tot Simois correpta sub vndis Scuta virū galeasq; & fortia corpora voluit) agens fluctus purpureos cæde, id est sanguine cæsorum: & quem non violauit Cygnus proles niuea, quia in olorem tandem versa, dei ęquorei. i. marini, scilicet Neptuni: & quem non violauit phalanx Cressa. i. Cretēsi. (Atqui Rhesus Thracum erat rex: vt attestatur Seruius in primum æneidos dicens fatales equos e Thracia nimirum nō e Creta adduxisse: quo circa legam hic Thraca aut Thressa pro Thressa: nam quod Horatius de moribus Thracum loquens cressa nota dixit, intelligit̄ de creta terra alba non de regione: necesse tamen est duos tunc Thraciæ reges fuisse: nam eadem tempestate vixit Polymnestor cui Priamus Polydorum crediderat: sed non est id inconueniens: cum singularum vrbium reges legamus.) nō sup. violauit: & Amazon, scilicet Pēthesilea, picta pharetras. i. habēs pharetras pictas, & peltata. i. munita peltis. i. scutis lunatis, manu securigera. i. gerente securim pro telo. Paras tu mactare domi, hunc. s. talem & tam fortunatum (vt dixi) imperatorem, reducem. i. reuertentem, aut prospere reductum? & maculare aras, scilicet penatium aut larium, cæde impia: quia mariti: cui a coniuge magna debetur pietas (Videtur in contextu poetę suboriri quæstio: quomodo illud cōsilium sciuerit nutrix: nam in hoc textu id non explicat Clytemnęstra: & se id alias non audisse indicat eo loco nutrix: Quid tacita versas: quid ve consilij &c. Verum sicut Gnatho Terentianus quod millies audiuerat dissimulat se audisse: ita potest nutrix, licet dissimularit in principio, donec hera id satis aperte iterum significauerit se facturum, prius audiuisse) Et si fortassis domina dicat: quando interfectus iacebit Agamemnon nulli erit metuendus: quia vt postea dixit nobis Iuuenalis nulli grauis est pcussus Achilles: dicit nutrix ad deterrendum. Græcia vltrix. s. adulterij, & raptus Paridis, feret, id est putasne q ferat, hoc facinus, scilicet quod audio. i. cum adulterio homicidium, inultum? q. d. nequaq̄. Vnde propone scilicet ante oculos mentis tuę, equos & arma, scilicet a Troia reducta: & fretum horrens classibus: & solum exundans alto sanguine. s. Troiano: & tota fata. i. omnia mala transacta, domus dardaniæ. i. Priami a Dardano orti, captæ. s. a græcis ob simile facinus, regesta. i. reportata Danais. i. græcis: hoc est tibi & tuis: si hoc facinus peregeris. Et ideo comprime affectus truces: & pacifica ipsa. i. quod dicunt in propria persona, quasi nullo te iuuante, tibimet mentem tuam. s. commotam.

BERNA. ¶ Qui videt.s.Calchas augur. In nos.quia dicit filiā meā eē imolandā. sed in captas lenis.i.benign⁹:quia iubet illas restitui. Nō populus.q moriebaẽ peste:& rogi mortuorū nō potuerūt flectere Agamēnonē. Sine hoste.quia captiua vincebat illū. Briseida.quā diximus raptā fuisse ab Achille. Viri. Achillis. En.ironica indignatio:vide illum acerrimū hostē Paridis qui illius sororē captā sinu fouet. Nouū vulnus.nouū amorē. Phrygię vatis.Cassandrę. Accingere.para te ad vindictam. Occupandū.puniēdū. Pigra.tarda ad necē mariti.an expectas illas captiuas Troianas:vt regnēt? Nur⁹.mulieres alias vxores filij. Ante.ad seipam loquiẽ:resistis ne ,ppter filias quas relictura es,aut ,ppter Orestē qui similis futurus est patri.i.sceleratus? Virgines viduę.filię orbatę matre. Moranẽ.tardāt. Hos.si tardas ,ppter istos:imo potius deberes accelerare:nā passuri sunt multa mala ab illis captiuis. Turbo.nō vides ,pcellā,q̄ immet eis. Furens.Cassandra:vel odio cōtra filios:vel quia vates erat. Per tuū.si nō est alia via interficiēdi maritū,nisi te cū eo interficias:etiā hoc debes aggredi:vt cū eo moriaris. Cōmori.simul mori.nō misera mors erit:quia contēta morieris. Regina.nutrix dehortaẽ Clytēnestrā ne tantū scelus aggrediatur. Procacē.audacē:nā procari est audaciter petere.nam

Procax. Achilles posuit manū ad ensem:vt interficeret Agamēnonē. Aiax.tot reges & viri fortissimi nō potuerunt occidere illū,quē insidijs ,pdere conaris. Hector.de his oib⁹ supius dixim⁹. Purpureos.aquas infectas sanguine.

Cygnus. Cygnus.filius Neptuni:de quo dixim⁹ in Troade. Nō.vbiq ad non supple violauit. Feret.q.d. nō:etiā si interfeceris illū gręcia nō patieẽ illū inultū. Equos.pone ante oculos potentiā Agamēnonis,& facinora quae ipse fecit. Re gesta.facta ab eo tanta virtute.ideo pacifica animum tuum:& coepto desine.

DANI. ¶ In captas lenis.atq in Polyxenā non valde lenis. Rogi.,p defunctis pestilētia. Marcet.potat:bacchatur. Briseida.i.Hippodamiā Brisei filiam sacerdotis. Moranẽ.impediūt:tetrahūt. Turbo.violētia. Frena cohibe. Europae.graeciae.

Trimetri Iambici.

AEGISTHVS. CLYTEMNAESTRA.


Vod tēpus aīo semp ac mēte horrui
Adest profecto reb⁹ extremum meis.
Quid terga vertis aie?quid primo impetu
Deponis arma?crede perniciem tibi:
Et dira sęuos fata moliri deos:
Oppone cunctis vile supplicijs caput:
Ferrūq & ignes pectore aduerso excipe. Cly.
Aegisthe non est poena sic nato mori. Ae.
Tu nos pericli socia:tu Laeda sata
Comitare:tantum sanguinem reddet tibi
Ignauus iste ductor:ac fortis pater.
Sed quid trementes circuit pallor genas?
Iacensq vultu languido obtutus stupet? Cly.
Amor iugalis vincit:ac flectit retro.
Remeemus illuc:vnde non decuit prius
Abire:sed nunc casta repetatur fides.
Nam sera nunq̄ est ad bonos mores via.
Quē poenitet peccasse pene est innocēs. Ae.
Quo raperis amens?credis:aut speras tibi
Agamemnonis fidele coniugium?vt nihil
Subesset animo:quod graues faceret metus:
Tamen superba & impotens flatu nimis
Fortuna magno spiritus tumidos daret.
Grauis ille socijs stante adhuc Troia fuit:
Quid rere ad animum suapte natura trucem

ASCEN. 
Vod tēpus &c. In hac scaena liq̄do ōndiẽ peccati semp comitē poenitētiā:sed peccatorē cū venerit in ,pfūdū vitiorū cōtēnere:& ob desparatione venię grauī⁹ peccare. ōndiẽ etiā astutia mulieris q̄ saepe q̄d maxie vult, minime velle se indicat:vt q̄d vltro factura erat rogeẽ:nā Clytēnestra decreuerat maritū occidere: & nūc vt rogeẽ socia facinoris, Aegisthū ab ei⁹ cęde dehortaẽ. Loqẽ pri⁹ secū Aegisth⁹ dicēs. Tēp⁹ q̄d semp horrui aio quo audem⁹,& mēte,qua meminimus,adest.i.appetit,,pfecto.i.reuera extremū.i.vltimū reb⁹ meis:q.d.perij plane: vbi rescierit scel⁹ meū Agamēnō q aduētat. Deiñ castigās pusillanimitatē suā dicit. O aie q̄d vertis terga.i.cur fugis ab incoepto?quid deponis arma.i.abijcis clypeū:hoc est te victū fateris,primo ipetu.i.cōgressu?Crede.i.psuade tibi:deos sęuos.i.crudeles & infensos: moliri.i.cū molimine apparare,tibi, pnicię.i. interitum:& fata dira.i.execrabilē mortē: q̄d tū postea?oppone cūctis supplicijs caput.s. tuū,vile:& excipe pectore aduerso.i.obiecto ferrū & ignes.i.q̄cunq tela. Cly.o Aegisthe: mori nato sic:vt tu nat⁹ es ex filia & patre: nō est poena:sed solatium:quia triste est in tali cōtumelia viuere. Aeg. Tu socia pericli ,p picu=li,tu o sata Leda,q̄ Ioui placuit,comitare nos .i.casum nostrum & consilia nostra. Iste.s. Agamēnon ignauus ductor,quia vt dux nihil fortiter gessit:ac pater fortis:quia filiam constanter immolauit:reddet tibi tantum sanguinem.s.quantum fudit in occisione filiae tantum hic fundet. Sed quid.i.ad quid,cum me horteris ad fortiter ferenda aduersa,pallor circuit genas trementes? & obtutus .i. aspectus tuus stupet.i.hebetatur,iacens vultu languido? Cly. dissimulanter respondet. Amor iugalis,id est maritalis, vicit.s.adulterinum: ac flectit retro.i.retrahit ad se. Remeemus illuc id est ad honestam & legitimam vitam: vnde prius non decuit abire,id est discedere: sed licet abiuim⁹,fides casta.i.inuiolata,repetatur nunc:nam via nunq̄ est sera.i.nimis tarda ad bonos mores:quod sic admitto: vt meli⁹ sit tarde q̄ nunq̄ reuerti: semperq paratam conuertenti veniam:dūmodo conuertatur vere.

Troiam addidisse?rex Mycenarum fuit:
Veniet tyrannus. prospera animos efferũt.
Effusa circa pellicũ quanto venit
Turba a pparatu?sola sed longe eminet:
Tenetq; regem famula veridici dei.
Feres ne thalami victa cõsortem tui?
At illa nolet. vltimum est nuptæ malum:
Palam mariti possidens pellex domum.
Nec regna sociũ ferre: nec tædę sciunt. Cly.
Aegisthe quid me rursus in pręceps rapis?
Iramq; flammis iam residentem incitas:
Permisit aliquid victor in captam sibi:
Nec cõiugẽ hoc respicere: nec dominã decet.
Lex alia solio est: alia priuato in toro.
Quid q; seueras ferre me leges viro
Non patitur animus: turpis admissi memor?
Det ille veniam facile: cui venia est opus.

is sup. quem pœnitet peccasse est pene innocens: immo quia plerũq; feruentius amat pœnitens q̃ de innocentia sua cõfidens, sæpe plꝰ amat, & maius gaudiũ excitat. Aeg. O amẽs quo raperis? Credis aut speras coniugium Agamẽnonis fidele tibi? q. d. si id facis insaniam demus: vt nihil subesset aĩo. i. in conscientia lateat: quod faceret graues metus: tñ fortuna. i. prosperitas superba. i. superbum faciẽs, & ĩpotens. i. insolens & nescia moderari: flatu nimis magno. i. ob ventũ & successum nimis magnum, daret. s. Agamẽnoni, spiritus tumidos. i. supbos aĩmos. Ille. s. de quo loquor Agamemnon, fuit grauis. i. molestus & rigidus, socijs. s. belli Achilli & alijs, Troia stante adhuc: quid rere. i. opinaris Troiam. i. casum Troię, addidisse ad animũ trucẽ. i. truculentũ natura suapte. i. propria & spõtanea? Suapte hic vox est dissyllaba: vt suauis suasi suetus sæpe. Agamẽnon fuit. s. priusq̃ vinceret Troiam, rex Mycenarũ: veniet tyrannus. s. eam: quia prospera. i. res secundę efferunt. i. extollũt animos. Quãto. i. o quãto apparatu turba pellicũ. s. tuarum & cõcubinarum eius, venit circa. i. in circuitu eius? Sola. s. Cassandra, famula dei veridici. s. Apollinis eminet: sed longe. s. eminet inter pellices: & tenet. s. irretitum amore sui, regem. s. Agamemnonẽ. feres ne. i. tolerabis ne victa consortem thalami. i. tori tui Cassãdram? At si forte volueris: illa nolet. vltimum. i. summum & maximum malum nuptę, est pellex possidens palam domũ mariti: quia nec re gna, nec tædę. i. matrimonia sciũt ferre sociũ. Cly. O Aegisthe, quid rapis me rursus in præceps. i. pręcipitium vnde ruã in vitia: & incitas flammis. i. stimulis, iram residentem. i. sedatam iam? Permisit. s. Agamemnon. q. d. fateor: sibi aliquid. i. indulsit & peccauit in captam. i. illam plus æquo amauit: sed nec decet coniugem nec dominã. i. etiam si dña sit, quomodo gręci & plurimi adhuc alij vxores suas vocãt, respicere hoc. i. ad hoc: alia lex est solio. i. in regno aut regali toro: alia in priuato toro: quia regibus quicquid libet licet: nõ ita priuatis. hæc autẽ oĩa dicit contra mentẽ suam tentans aĩm Aegisthi. Quid sup. dices de hoc q; animꝰ turpis. i. conscIꝰ adulterij, memor admissi, nõ patitur me ferre viro leges seueras. i. castitatis seruandæ in decem annos? Ille cui opus est venia. i. qui itidem peccauit, det facile. i. faciliter veniam.

Quod tẽpꝰ. Aegisthus Agamẽnonẽ veniẽtẽ timet: & Clytẽnestra exhortaꝛ eũ ne timeat mortẽ: dicitq; se velle debitã reuerẽtiam marito præstare. Aegisthus aũt illã dehortaꝛ q; ex supbia Agamẽnonis & cũ illis captiuis nũq̃ bene viuere poterit: Clytẽnestra respõdet pp cõcubinas nõ esse irascẽdum marito: quemadmodũ ipsa peccaui debeo peccãtem ferre. demũ Aegisthus deliberat exulare: qđ vidẽs Clytẽnestra statuit cũ eo Agamẽnonẽ interficere. Extremũ. quia putat se moriturũ. Quid terga. hortatur seipsum: vt sit fortis animi. Impetu. p metaphorã: quid statim abijcis oẽm rationẽ? nã si moriẽdum esset: etiam illud fortiter ferendũ esset. Aduerso. nõ fugiẽte. Sic nato. infami: sicut tu qui patre & filia natꝰ es: nam vt inquit Cice. Melius est mori q̃ turpiter viuere. Tu nos. si veneris mecũ interficiã Agamemnonẽ. Ledęa. casus ablatiui. i. tua: tua hasta. Ignauꝰ ductor. Agamẽnõ: q semper marcet amoribus. Fortis pater. s. ad imolãdũ filiã Iphigeniã. Reddet sãguinẽ. i. filię. Obtutus. aspectus. Amor iugalis. maritalis. quare effecta sit pallida. Abire prius. non violare torũ mariti vt feci. Fortuna impotens. potentia eius nullis frænis se cohibens. Flatu. magno successu victoriæ suę. metaphora est a vẽtis. Grauis. molestus etiam quando indigebat ope: nunc autem quid faciet solus victor. Efferũt. insolentes faciunt. Turba pellicum. cõcubinaꝝ quas secũ ducit. Lõge. s. dñatur vltra alias. Famula. Cassandra vates veridici dei. i. Apollinis. Victa. subiecta. Cõsortẽ. participem. s. Cassandrã. Illa nolet. s. te pati: etiam si velles: nã te expellet. Vltimum. s. habere pellicem. Regna. pulchra sententia. vt regnum non patitur socium, nec capit duos: sic tædę. i. matrimonium non vult ferre parem. Victor. s. Agamẽnon aliquid sibi permiserit: qđ minus liceat: in Cassandram raptam illi est concedendum propter victoriam: nec decet vxorem respicere. Solio. i. regi: nam solium sedes regalis ẽ aliud concediꝛ regibus: quod non liceret priuatis toris. i. matrimonijs: in quibus decet seruare fidẽ. Admissi. adulterij: nam & ipsa peccaui in eũ quemadmodũ ipse in me. Det ille. qui est in crimie parcat alijs similiter delinquentibus. BERNA.

¶Quod tẽpus. Scđa est ps pepithasim Aegisthi suadẽtis Clytẽnestræ mortẽ Agamẽnonis. Caput. tuum. Nõ est pœna mors est solatiũ male natis. Comitare. sequere cõsiliũ nostrũ. Tãtum. q̃tum fudit filia immolata. id qđ ipsa Clytẽnestra valde q̃ritur apđ Sophoclẽ his verbis. επειχ ατηρουτοσ ου θρηνεσ αι την σου σχαιμου μουνοσ εμ λανων ετανθυσ οιπεισνουνισου καμαν εμ αι λυτηδοτε σπειρωσ τσερησ η τουτεγω &c. DANI.

Flectis. omnem meum impetum. Amoris quippe maritalis imago ardentissima est nec sine maxĩa venera tione cõtemplãda: inquit Valeriꝰ lib. iiij. & diuus Hierony. affirmat magnum arctioris indulgentiæ vinculum Matrimonij vinculũ.

Pœnitētiæ cōmēdatio.
Oīsq; potestas impatiēs cōsortis

esse vnico viro fœminā applicari: adductꝗ; in mediū exēplū Porcię vxoris Bruti. Quē pœnitet. aurea & magnifica sentētia & christianissimo cuiq; plane seruanda. Angelicū siqdē est pœnitere maloꝝ. hinc illud Ouidianū ad Brutū. Pœnitet o si quid miseroꝝ credit̃ vlli Pœnitet: & facto tor. ip̄e. μετανοέω grece pœnitentiam ago: & μετανοια ab Ausonio Gallo: Nēpe vt pœniteat sic Metanœa vocor. Vt nihil subesset. vt nihil reliquū sit ad superbiā Agamemnonis. q. d. reuertet̃ insolētior ex superbia: victoria siquidem inflat. Tenet. amorę sui. Vltimum. maximum. Nec regna. Non capiunt dominos regna Venusq; duos.

ASCENSIVS.

¶ Ita est &c. Respondet Aegisthus p ironiā dicens. Ita est vt dicis: licet pacisci. i. ex pacto stipulare, veniā mutuam: dicendo. s. si mihi ignoscis adulteriū meum, ignosco tibi tuū. quod pactū dico ironicos censeri licitum, qa contra bonos mores est. & iura regnoꝝ. i. regū, haud noua. i. vetera, sūt ignota tibi: iteꝝ p ironiā: acsi dicat quasi vero ignores q̄ iura sibi vsurpent reges: iudices. i. qui sunt iudices maligni. i. seueri nihil remittentes nobis immo vltra culpam plectentes: aequi. i. indulgentes, sibi: putant id esse maximum pignꝰ. i. stabilimētum & approbamentū regni: hoc est tūc se vere regnare: si licet solis. s. ipsis aut sibi, quicquid alijs non licet. longe ergo erras si veniā mutuā cum rege pacisci paras. Cly. Immo inquit aliquando ignoscunt: qa Agamēnō penes quē eo q; ipator erat, ius erat puniendae Helenę vxoris fratris, ignouit Helenae: & sup. ipsa redit iuncta. i. recepta in cōiugē, Menelao: quae afflixit Europam & Asiā paribus. i. fere aequalibus malis: quia ex graecis pauci in patriā salui reuersi sunt. Aeg. Recepit quidē Menelaus Helenā. Sed nulla. s. mulier aut puella, abstulit. s. Helenae Atriden. s. Menelaon venere furtiua. i. occulto quia illegitimo coitu: vt tibi plurimę Agamemnonē: nec. s. vlla cepit. i. irretiuit aium. s. Menelai obstrictū cōiugi suae: ideoq; licet Menelaus suā recepit, non continuo Agamemnō te recipiet: nam ille. s. quē timemꝰ Agamemnon, q̄rit iā crimē. s. i. te vt te de medio tolleř possit: & parat causas. s. cur te exigat aut necet. Crede. i. persuade aut pone, nil turpe esse cōmissū tibi. i. a te: quid prodest. s. coram tyranno, vita honesta, carens flagitio: vbi dñs. i. tyrānꝰ odit? q. d. nihil: qa fit nocens cui ille nocere vult licet nihil cōmiserit: qa nō quęrit̃. i. nō fit quęstio aut iquisitio legitima: sed dicit tyrannꝰ: sic volo sic iubeo sic pro ratione volūtas: (& ideo si nulla esset vita ꝑter hanc parū prodesset innocenter viuere: non tñ nihil: quia ipsa sibi virtus merces est. vñ. ęnei. ix. Pulcherrima primum Dij moresq; dabunt vestri. Sed vltra conscientię bona sunt innocentibꝰ propter nomen dei iniuriam patientibus immensa reposita ōmia: ob quae prudentius elegit Susāna casta perire cum ifamia: q̄ Lucretia violata vlcisci iiuriam & purgare ifamiā) Addit aliā causam cędis accelerandae dicēs. Ne ꝓnū, tu spreta. i. si spreta fueris, vt haud dubie eris, & profuga a tanto viro cui tota iam graecia paruit, repetes Sparten. i. Lacedęmona: & sedes patrias. i. domum paternā? Si hoc speras tu leuas. i. diminuis metū: spe falsa: nam repudia regum non dant. i. nō cōcedunt exitum. i. facultatē exeundi: sed quascunq; reges repudiant necandas curāt ne minoribꝰ nubāt. Cly. Nemo nouit delicta mea nisi fidꝰ. q. d. cur igitur fugiam? Aeg. Fides

Aeg. Ita est: pacisci mutuam veniam licet.
Ignota sunt tibi iura regnorum haud noua,
Nobis maligni iudices: aequi sibi.
Id esse regni maximum pignus putant:
Si quicquid aliis non licet: solis licet. Cly.
Ignouit Helenae: iuncta Menelao redit:
Quę Europā & Asiā ꝑibus afflixit malis. Aeg.
Sed nulla Atriden venere furtiua abstulit.
Nec cepit animum coniugi obstrictum suae.
Iam crimen ille quaerit: & causas parat.
Nil esse crede turpe commissum tibi:
Quid honesta prodest vita flagitio carens:
Vbi dominus odit? fit nocens: non quaeritur.
Sparten ne repetes spreta? & a tanto viro
Patriasq; sedes profuga? Non dant exitum
Repudia regum. spe metum falsa leuas. Cly.
Delicta nouit nemo nisi fidus mea. Aeg.
Non intrat vnq̄ regium limen fides. Cly.
Opibus merebor: vt fidem pretio obligē. Ae.
Pretio parata vincitur pretio fides. Cly.
Surgit residuus pristinae mentis pudor,
Quid obstrepis? quid voce blandiloqua mala
Consilia dictas? scilicet nubet tibi
Regum relicto rege generosa exul? Ae.
Et cur Atrida videor inferior tibi
Gnatꝰ Thyestę? C. si parū ē adde & nepos. A.
Authore Phœbo gignor: haud gñis pudet. C.
Phœbum nefandae stirpis authorem vocas?
Quem nocte subita fraena reuocantem sua
Cęlo expulistis? quid deos probro aduocas?
Surripere doctus fraude geniales toros:
Quem Venere tantum scimus illicita virum?

Secede propere: dedecus claræ domus
Asporta ab oculis: regia hæc vacat viro. Ae.
Exilia mihi sūt haud noua: assueui malis.
Si tu imperas regina: non tantum domo
Argis ve cedo: nil moror iussu tuo
Aperire ferro pectus: ærumnis graue. Cly.
Siquidem hoc cruenta Tyndaris fieri sinam?
Quæ inuita peccat: debet & culpæ fidem.
Secede mecum potius: vt rerum statum
Dubium ac minacem iuncta cōsilia explicēt.

.i.fidelitas non intrat vnq̄ limē regium. Cly. Merebor opibus.i.diuitijs & muneribus: vt obligem.i.astrigam fidem p̄tio. Aeg. Fides parata.i.cōparata & acquisita p̄tio, vincit̄ pretio.s.maiore.& ideo proditori mercede conq̄sito nemo confidere debet. Cly. grauissimum telum in quo animum Aegisthi erga se noscat vltimo loco iaciens dicit. Pudor pristinæ mentis.i.qui fuit mihi ante pollutionē p te factam, surgit.i.crescit & auget̄ mihi residuus.i.ex illa scintilla q̄ mihi residua est: qd obstrepis.s.mihi? quid dictas.i.pronūtias vt sequar, consilia mala.i.praua, voce blandiloqua? Scilicet, ironiæ apta vox.i.scire licet cur id recte facias: quasi vero: generosa.s.Ledæ filia (de se loquit̄) nubet tibi exuli: & hoc rege regū.s. Agamēnone relicto? Ae. Et cur ego gnatus.i.filius Thyestæ videor tibi iferior Atrida.s. Agamēnone filio Atrei patrui mei?

Cly. deridens q̄ dixit se gnatum.i.filium Thyestæ, dicit: Si parū est q̄ gnatus Thyestæ es: adde &.i.etiam, nepos.i.q̄ nepos Thyestæ es. Aeg. sentiens irrisionē dicit. Ego gignor, hoc est quia genitus sum ex Pelopia filia Thyestæ, vt sim illi & filius & nepos, Phœbo authore.i.id consulēte: haud pudet sup. me, generis. Cly. Vocas tu Phœbū authorē stirpis.i.prosapiæ nefandæ: quē reuocantē subita nocte.i.caligine, fræna sua.i.equorum suorum, expulistis cælo: ne videret cœnam patris tui? quid aduocas deos probro.i.ad dedecus tui generis: doctus.i.cum sis doctus surripe fraude, toros geniales.i.generandæ legitimæ proli deditos: vt meos: quē scim⁹ tantū virū venere illicita.i.hoc solū viriliter egisse q̄ adulter es? Secede.i.abi in exiliū propere, dedecus.i. probrū domus claræ. asporta sup. te.i.tolle, ab oculis: regia hæc vacat.i.vacua est, aut sit viro: vt recipiat virum. Aeg. Exilia sunt mihi haud noua: ego assueui malis.i.aduersitatib⁹: o regina si tu impas, non tm̄ cedo domo Argis ve: sed sup. nil moror.i.dubito aut differo iussu tuo aperire pectus ferro, pectus graue.i.grauatū erumnis. Cly. hoc qđ maxime cupiebat audiens aperit se dicens. Siquidē.i.certe, vt sit ironia, ego Tyndaris.i.Tyndari filia cruenta, sinam.i.patiar hoc? q.d. nequaq̄. Vident̄ duæ particulæ licet prima corripiatur: nā sic quoq̄ authore Valla apud Ouidiū ponitur: quo modo si ausim ponere dicā: quidē.i.certe si sinam &c. dic me insanam aut crudelē: sicut illic si introibunt in requiē meā &c. Quia quæ peccat inuita.i.coacta, debet &.i. etiā fidē.i. approbationē culpæ.i.probare q̄ inuita peccauerit: alioqui non habebit̄ immunis culpæ. Aut sic. quæ peccat inuita.i.q̄ coacta est peccare ad euitandū magnum malum, vt ipsa videbat̄ cogi ad necem mariti ne ab eo necet̄ debet etiā culpæ fidem.i.seruare eam occultam: aut si patefacta sit protegere. Et ideo secede potius q̄ te interficias mecū: vt consilia.s.nostra iuncta, explicent.i.expediant statū.s.nostrum, dubium ac minacem: hoc est eamus intro vt illic occulte consultemus de facinore perpetrando: ne culpæ fidem frangamus.

¶ Ita est.s.q̄ habebis veniam. legēdum est ironice. Ignota. scis reges putare peccata sua nulla esse: & aliorū grauia. Aequi. quia putant se bene facere nec in se vlla esse peccata. Pignus. scilicet facere oia pro libidine. Ignouit. quemadmodum Menelaus pepcit Helenæ, ita & mihi parcere poterit. Atriden. Menelaum. nulla fuit pellex Menelao quemadmodū Agamemnoni: quæ animū eius impelleret. Crimē. quod possit obijcere tibi. Crede. pone q̄ nihil peccaueris: ipse iueniet causam qua te perdat. Quid honesta. pulchra sētētia. nō prodest innocētia vbi tyrannus vult aliquē perdere. Non quærit̄.s. vtrū sit innocēs: qa omnino vult pdere. Spem. remouet aliam spem. nā tibi nulla erit fuga a tāto viro. nā repudia regū fiunt morte vxoris. Repudiū ē separatio tori. Leuas. delinis falsa spe fugæ. Fidus. fidelis. nullus scit adulteriū meū nisi fidelis: vnde celari potest. Fides. quæ nulla est aduersus reges: quorū facta nūq̄ possunt esse secreta. Merebor. donabo munera vt seruēt secretū. Vincitur. vbi mai⁹ mun⁹ habet ab alijs. Surgit. quid op⁹ est vt tot ratiōib⁹ me adhorteris? cōsti tui seruare pristinā fidē marito meo. Dictas. proponis. Scilicet. ironice. linquā maritū regē regū pro te exule quia ibis in exiliū. Nat⁹ Thyestæ respondet ad illud q̄ dicit generosa: nā & ipse filius Thyestis. Si parum. scilicet q̄ sis filius: adde etiā tu es nepos illi: nā ex filia te suscepit. Auctore phœbo. si me generauit ex filia, id fecit suadente Apolline. Reuocantem. reducentem currus suos: nam sol obscuratus est quando pater tuus comedit filios. Aduocas. scilicet ad excusationē sceleris vestri. Geniales. coniugium: nam proprium est vestrum vti semper inconcessa venere: propterea discede cito. Vacat viro. seruit marito. Aperire pectua. non solum discedam si iubes: etiam me interficiam si volueris. Tyndaris. ego filia Tyndari: non hoc patiar vt te interficias: sed potius mecum secede vt rebus nostris consulere possimus. Culpæ fidem. quæ debet haberi etiam cum peccante. BERNA. Repudiū.

¶ Ita est. Ita esse oporteret vt narras. Paciscī. quasi ex conuentione & pacto concedere. Est enim proprie pacisci conuenire conuentione & consensu duorum vel plurium. vnde pactus mercedem qui de mercede conuenit. inde pactum. vt finit Vlpianus. Nobis maligni iudices. aliena maleficia solent constanti indignatione reges vindicare: qui si quam acceperint iniuriam quo tempore non arbitrere grauiter reminiscuntur. id quod sapientissimus Homerus ex persona Chalcantis pulchre meminit. κρεασσων γαρ βασιλευσ οτε χωσεται αν δρι χερηι επεργαι τεχολουγε και αυτη μαρ κατα μεχη αλλα γε και μετ . πιασευ εχει κοτου οφρα τελεασηεσ συθεασιν εοισι συδε φρεσσαι ει μεσα ιωσεισ. Si quicquid. quod in alijs licentiosum videtur id sibi conueniens existimant esse & par. Et causas. quibus agas & inueharis in ipsum: aut quibus te ipse destituat. Leuas. si speras fugere. An nescis longas regibus esse manus. Precio. geminatio ad maiorem con- DANI. pacisci.

firmationem. Dictas. astruis. Dictare proprie illud est dicere quod alter scribendo excipiat. Cicero ad Atticum. Se illa non scripsisse sed reparandi lateris gratia dictasse. Sappho. At mihi Pegasides blandissima carmina dictant. Scilicet. Scilicet. cum ironia. vt Scilicet is superis labor est. & Id populus curat scilicet. Auctore. monente oraculo Phoebi. Siquidem. immutat consilium ventosa & vana muliercula leuior q̄ pluma & versutior q̄ rota figularis.

ASCEN. Canite. Quo plausibilior sit actio, post tristia & despatiõis plena Aegisthi & Clytemnestrae verba, inducitur Chorus laetus inuitans Argiuos & Boeotios ad cantilenas letitiae Peanasq; canẽdos praesertim Phoebo: q̄ q̄ & Iunoni & Mineruae & Ioui suas laudes interserant. Sane non placet quod Daniel dicit Eurybatem victoriam denuntiasse anteq̄ canerẽt: quũ cõtra peracto hymno primũ sit visus Eurybates: verum in pricipio Chorus seipsũ excitat: deide canit. Ordo est. O pubes. i. pubescentium concio, inclyta. i. clara & nobilis canite. i. canendo laudate Phoebum. i. Apollinem. hactenus preficus seu vt dicunt p̄centor: subsequitur Chorus: O phoebe, turba festa. i. festiua & feriata, coronat tibi. i. ad honorem tuum, caput. s. suum: & stirps Inachia. i. argiua ab Inacho filio Iouis & argiuorum rege orta, quatiẽs laurum quam manu tenet, fundit, tibi innuba. i. cum sit innupta, comas scilicet suas virgineas: virgines enim sunt: de more. s. te canentium. Deinde praecentor subdit. Tu quoq; o manus. i. quasi ad manũ parata multitudo, Thebana, comitare. i. subsequere Choros nostros: quaeq;. i. & quae aut quaecunq; bibis vt accola, fontes gelidos Erasini fluuij p̄ Nemeam labentis: quaeq;. i. & quae bibis Eurotam fluuium Laconię Apollini gratum quia in ripa eius plurimę nascuntur laurus: vt i bucoli. indicat Maro. Audijt Eurotas, iussitq; ediscere laurus. & quę bibis Ismenon flu. Thebanum, tacitum. i. leniter fluentem, ripa virenti: quia adiacẽt prata: quã. s. manum Thebanã, Manto sata. i. generata Tiresia. s. vate Thebano, & ideo & ipsa, p̄scia fatorum, monuit celebrare sacris, deos Latonigenas. i. Apollinẽ & Dianã a Latona genitos, sup. comitare Choros nostros. Subsequitur itaq; Chor⁹. O Phoebe victor (Dubitari potest quorum velit Phoebum victorem nam vt Troianorum, non placet: propter illũ aenei. vj. Phoebe graues Troiae semp miserate labores Dardana qui Paridis direxti tela manusq; Corpus in Aeacidę. Ideoq; Augustus se pro Apolline gessit: vnde est Casta faue lucina, tuus iam regnat Apollo: quocirca sunt qui malint antiquae laudis esse particulam vt dicatur victor Phytonis serpentis: sed quia moris est etiam iratos deos inuocare & laudare: vt moniti erant profugi Troes aenea duce, Iunonem venerari: & quia etiam Apollo Troianis infensus ob defraudatam mercedem moeniũ: placet vt Troianorum victorem innuat Chorus). i. voti compos, cũ perfidiam Laomedontis vltus sis, relaxa arcus. s. tuos: quos iratus tendit: laetus autem & placatus citharam recipit: pace relata. s. nobis a Troia deuicta: & põe. i. depõe, exue, humero, pharetras graues id ẽ foetas & plenas, telis leuibus: vt citius volẽt: sed quaeras quomodo graues dicat pharetras? dixi plẽas: vt

Anapaestici: & in fine iambici.

CHORVS.



Canite o pubes inclyta Phoebum.
Tibi festa caput turba coronat:
Tibi virgineas laurum quatiẽs
De more comas innuba fundit
Stirps Inachia. Tu quoq; nostros
Thebana manus comitare choros,
Quaeq; Erasini gelidos fontes:
Quęq; Eurotam: quęq; virenti
Tacitum ripa bibis Ismenon.
Quam fatorum pręscia Manto
Sata Tiresia Latonigenas
Monuit sacris celebrare deos,
Arcus victor pace relata
Phoebe relaxa: humeroq; graues
Leuibus telis pone pharetras:
Resonetq; manu pulsa citata
Vocale Chelys, nil acre velim:
Magnumq; modis intonet altis:
Sed quale soles leuiore lyra
Flectere carmen: simplex lusus
Cum docta tuos musa recenset.
Licet & chorda grauiore sones:
Quale canebas cum Titanas
Fulmine misso fregere dei.
Vel cum mõtes montibus altis
Super impositi struxere gradus
Trucibus monstris: stetit imposita
Pelion ossa: pinifer ambos
Pressit Olympus. ades o magni
Soror & coniunx: consors sceptri
Regina Iuno: tua te colimus
Turba Mycenae: tu sollicitum

Supplexq; tui numinis Argos
Sola tueris.tu bella manu
Pacemq; regis.tu nunc claros
Agamemnonios accipe victrix.
Tibi multifora tibia buxo
Solenne canit:tibi fila mouent
Docta puellæ carmine molli.
Tibi votiuam matres Graiæ
Lampada iactant:ad tua cõiunx
Candida tauri delubra cadit
Nescia aratri:nullo collum
Signata iugo.tuq; o magni

Marte grauis:aut quia multę leues,graues facere possunt. & Chelys id est cithara a Chelone id est limace dicta,pulsa manu citata id est properante & veloci, resonet vocale.i.sonore & vocaliter. Nil id est non aliquid, non velim vt intonet aliquid acre & magnum quasi dicat bellicum,aut seuerum,modis id est versibus altis:vt heroicis aut tragicis: sed intonet tale carmen:quale soles flectere.i.sæpe variando modulari,lyra leuiore:cum musa tua docta recenset simplex id est sine contracinẽte, lusus tuos & molliculos & lasciuiusculos versiculos: licet.i.q̃uis sonas scilicet iterdum,&.i.etiã,chorda grauiore:quale.i.qualiter,aut quale carmen,canebas:cũ dei fregere id est fregerunt, Titanes.i.gigantes illos filios terrę,fulmine misso:pręsertim ab Ioue:vel cum montes superimpositi altis montibus struxere monstris trucibus.i.gigãtibus, gradus.s.ascendendi in cælum: Pelion stetit.s.tunc,ossa imposito.i. habens ossam, montem itidem Thessaliæ sibi impositũ:& olympus pinife r.s.nunc,pressit ambos:quia tertius erat duobus dictis impositus.inuocat etiam Iunonem dicens.o Iuno regia,quia regia soror & coniunx,consors.i.particeps,magni sceptri.s.quod Ioui cessit,ades.i.auxilio sis:nos Mycenę.i.Mycenęi,turba tua.i.tui clientes,colim^ste.s.pcipue:tu sola.i. præcipua,tueris.i.protegis Argos sollicitum & supplex tui numinis.tu geris manu bella & pacem:quia regnorum ob quæ bella fiunt dea est: vnde Aeolus ad eam æne.primo. Tu sceptra Iouemq; Concilias.tu victrix(vnde ęne.j.Veterisq; memor Saturnia belli: Prima qđ ad Troiã pro charis gesserat Argis) accipe Agamemnonios id est omnes sub Agamemnonis signis redeuntes,claros quia victores. Tibia canit tibi id est in honorem tuum,solenne.s.canticum,buxo multifora.i.facta e buxo habente multa foramina:puellæ mouent.i.plectẽdo resonare faciunt,tibi,fila docta.i.chordas scitas & artificiose tensas,carmine molli.i.delitioso:matres Graię iactant tibi lampada.i.facem,votiuam.i.ex voto debitam pro reditu filiorum. Coniunx candida tauri.i.iuuenca alba,nescia aratri,id est quæ non arauit,nullo id est non vllo,non signata collum id est non habens collum signatum, vllo iugo,quia intacta,cadit.s.mactata,ad delubra.i.templa,tua.

BERNARDINVS.

Canite. Inducitur Chorus audiens Agamemnonem redeuntem cum victoria:exhortaturq; populum ad gaudendum & agendum gratias dijs. Innuba.innupta. Manus.multitudo.inuitat alium populum. Erasini. fluuij in agro Argiuo.de his diximus superius. Manto.vates filia Tiresiæ:q̃ pcepit Thebanis vt colerẽt Apollinẽ & Dianã. Latonigenas.Apollinẽ & Dianã filios Latonę. Arc^s.inuitat Phœbũ vt veniat sine arcu:sed cũ sola cithara:qua canat laudes. Titanas.gigãtes:nã deorum laudes cecinit post bellum giganteum. Monstris.gigãtibus volentibus ascendere cœlum: vt tota historia supra fuit declarata. Ades.adsis.modo inuocat Iunonem. Tibia.quæ canit tibi,in laudem tuam. Multifora.quæ habet multa foramina. Fila.chordas citharæ. Lampada.faces.nam lampas quicquid ardet dicitur a lampo luceo. Coniunx tauri iuuenca. Lampas.

¶Canite. Carmen quartum metro pindarico. Eurybates Nuntius Agamemnonis narrat populo victoriam DANI.
herilem: ad quam statim elatis vocibus applaudit populus canens Pęana. Festa.læta & feriata. Virgi
nes.quales decent virginem chrysoplocamum. Inachia.Argiua: ab Inacho Iouis filio qui primus Argis Inachus.
regnauit:cui postea successit Phoroneus. Erasini.Erasinus p Nemeã labitur profusus a stymphali:vt refert Erasinus.
Herodotus in sexto. Eurotas in Laconia: de quo meminit Theocritus: & Lacedæmona præterfluit ob- Eurotas.
situs lauris ab vtraq; ripa. Ismenus fluuius in Bœotia ab Ismeno filio Pelasgi dictus. Chelys.cithara dicta Ismenus.
απο τησ χελωνησ:quam pro limine vagantem deprehendit Mercurius rediens a rapina Phœbęi armenti. Chelys.
Lusus.lasciuia, & voluptates. Stetit imposita.eodem ordine Homerus superstruxit hos montes.Oui Montium
dius ordinem confundit. Sic petitur cœlum:non vt ferat ossan olympus: Summaq; Peliacus sidera tangat accumula
apex.est autem olympus mons Thessaliæ & Macedoniæ altissimus. Lucanus in secundo.Nubes excessit torq; series
olympus lege deum. Sola tueris Argos. Iunonem omnibus notum est argis honore præcipuo venerari. Olympus.
Horatius. Plurimus in Iunonis honorem Aptum dicet equis Argos.& in tertio volumine carminum. Ter p Argos Iu-
eat meis excisus Argiuis.& poeta Mantuanus. Prima quod ad, Troiam pro charis gesserat Argis.Argos nonium.
neutrum numero vnitatis.multitudinis vero virile est. Tu bella.tibi in manu est bellum & item pax. Buxo Buxus &
multifora.& lignum & arbor tam muliebre q̃ neutrale est. Et torno rasile buxum.& Buxusq; vocat Berecyn- Buxum.
thia.tibia Phrygia habebat duntaxat duo foramina: quam Mida rex primus inuenit. Varro refert huic tibiæ Tibia
dextra vnum fuisse foramen sinistra duo. Monaulon inuenit Mercurius. Geminam tibiam inuenit Marsya. Phrygia.
Troezenius Dardaneus prim^s tibijs cecinit. Varro & Plinius authores. Coniũx tauri. iuuẽca grata victima Monaulos
Iunoni. Meminit Iuuenalis. Et auratam Iunoni cæde iuuencam. Gemina.

ASCENSIVS.

Nata tonantis inclyta Pallas:

¶Tuq; inclyta Pallas o magna nata tonantis id est Iouis sine mulieris congressu,ex cerebro eius nata:quæ petisti sæpe cuspide tur

Quæ Dardanias sæpe petisti
Cuspide turres: te permixto
Matrona minor maiorq; choro
Colit: & referat veniente dea
Templa sacerdos: tibi nexilibus
Turba coronis redimita venit:
Tibi grandæui lassiq; senes
Compote voto reddunt grates:
Libantq; manu vina trementi.
Et te Triuia grata memores
Voce precamur. tu maternam
Sistere Delon Lucina iubes:
Huc atq; illuc prius errantem
Cyclada ventis: quæ iam stabilis
Fixa terras radice tenet:
Respuit auras: religatq; rates:
Assueta sequi. tu Tantalidos
Funera matris victrix numeras.
Stat nunc Sypili vertice summo
Flebile saxum: & adhuc lachrymas
Marmora fundunt antiqua nouas.
Colit impense fœmina virq;
Numen geminum. teq; ante omnes
Pater: ac rector fulmine pollens:
Cuius nutu simul extremi
Tremuere poli: generis nostri
Iuppiter author: cape dona libens:
Abauusq; tuam non degenerem
Respice prolem.

TRIMETRI IAMBICI.

Sed ecce vasto concitus miles gradu
Manifesta properat signa lætitiæ gerens:
Nanq; hasta summo lauream ferro gerit:
Fidusq; tegi semper Eurybates adest.

res Dardanias id est Troianas a Dardanidis structas: quia vt ęneidos secundo dicit̃, Omnis spes Danaum & coepti fiducia belli Palladis auxilio semp̃ stetit. matrona minor & maior. i. omnis ætatis, colit te choro permixto: & sacerdos referat templa veniente dea. s. te. Turba venit tibi id est ad honorem tuum, redimita. i. vincta & ornata, coronis nexilibus id est sertis. Senes grandæui & lassi. s. ætate, reddunt tibi grates, voto compote. i. ipsi cõpotes voti: quia Pallade id est sapientia & arte vicerunt græci, quos vi non poterant: & libant vina manu trementi scilicet præ senio. ideo senes: quia in senibus est sapientia. Et o Triuia id est Diana, nos memores. s. beneficij, quia capta Troia est per amica silentia lunæ, precamur te voce grata. i. gratiarum actiua. Tu Lucina (sic Maro. Casta faue lucia: cũ in Andria Terentij dicatur Iuno lucina). i. p̃fecta venientibus in lucem: eo q. Latonę parienti obstetricis munus exhibuit: cum sit p̃petua virgo: iubes Delon maternã. i. in quã Latona mater tua cõfugit & in qua Phoebũ teq; peperit, cyclada id est insulam vnam ex cycladibus, errantem prius id est antea, huc atq; illuc (vt æneí. iij. Quã pius arcitenens oras & littora circa Errãtem Mycone celsa Gyaroq; reuinxit) sistere id est stabilem manere. cum Maro id Apollini tribuat: sed vterq; potuit simul facere. quæ iã stabilis tenet terras. s. vicinas, Myconen & Gyaron, radice fixa: & respuit auras. i. contemnit vẽtos: & religat rates. s. ad se, assueta sequi. s. rates vna cum ventis. Tu o Triuia, victrix (quod etiam Apollini ascribitur: vt saty. vj. Iuuena. Parce precor Pæan &c. quia quum Niobe ob multitudinem natorũ se Latonę præferendam censeret, Apollo & (vt hic dicitur) Diana omnes sagittis confixerunt: ob quem dolorem Niobe i saxum diriguit) numeras funera matris. i. filiorum & filiarum quæ simul fleuit, tantalidos. s. Niobes. Niobe sup. stat nunc saxum flebile id ẽ marmor subinde lachrymãs, sup. in, summo vertice Sypili montis ac oppidi Mœoniæ: patriæ Niobes: & marmora antiqua scilicet in quæ Niobe conuersa est, fundunt adhuc lachrymas nouas. i. semper recẽtes. Hoc autem dicitur in laudem Latonæ & eius prolis. Addit. fœmina & vir id est vterq; sexus, colit impense. i. diligenter impensa opera & ope, geminum numẽ. s. Apollinẽ & Dianã, aut Apollinis & Dianæ. Et o Iuppiter p̃r. s. hominũ & deorũ, ac rector cæli & terræ, pollens. i. potens, fulmine (vt ęnei. j. O qui res hoim̃q; deorũq; Aeterno regis imperio & fulmine terres) cuius nutu. i. solo indicio voluntatis, extremi poli. s. ambo tã antarctic⁹ q̃ arctic⁹. i. axes cæli, sil' tremuere, fœmia virq; colit te añ oẽs. & ideo cape dona. s. nr̃a libẽs author. i. quia author es generis nostri: & abauus. s. nr̃, respice prolẽ tuã nõ degenerẽ. Non ergo precat̃ p̃ Aegistho, aut Clytẽnestra, aut Agamemnone qui degeneres sunt: eo q̃ prauis moribus: oẽs tñ maiores famosos habuerunt. Nã Aegisthus & Agamemnon quinti sunt ab Ioue: nam Iuppiter Tantalum, Tantalus Pelopem, Pelops Thyestẽ & Atreum genuit: Thyestes Aegisthum, & Atreus vt creditur Agamemnonem. omnes autem i celesti fuerũt. Quum etiam Iuppiter ipse impietate in patrem & adulterijs ac stupris plurimis notatus est: sed non is cuius nutu cæli tremunt. Si igitur omnes maiores turpes fuerunt sicut & Clytemnestrę mater & ipsa Clytemnestra, licet tuę

pes sint, possint dici nō degeneres: possit tñ precari pro Argiuis probis qui ab Acrisio descenderūt. Hoc autē dicto vidit Eurybatē properantem vnde mutato metro in sequentis scœnę genus dicit: Sed ecce miles, conscitus vasto.i.spatioso gradu.i.passu: properat gerens manifesta signa lętitiæ: namq3 hasta.s.eius (caue dicas ipse gerit hasta propter metrum) gerit lauream.s.coronam in signum victoriæ: summo ferro: Et Eurybates fidus semper regi.s.Agamemnoni adest. Si idem est quem militem priꝰ & deinde Eurybatem dicit: exprimit processum cognitionis nostræ: sed potest totus miles longe videri laurum in cuspide præferens: & solus Eurybates accedere: quod potius sequar.

¶Tuq3. Inuocat Palladem quæ amica semper fuit græcis contra Troianos. Nexilibus. intextis floribus. Grandæui.annosi. Compote.nam habuerunt quicquid petiuerunt. Trementi.propter senium. Triuia.inuocat Dianam quæ fecit stare Delon quæ (vt supra diximus) est vna ex cycladibus in mari Aegeo. Sequi.cum esset instabilis. Tantalidos.Niobes filiæ tantali cuius filias septem sagittis confecit vt vidimus in Hercule furente. Sypili.saxi de quo eodem loco diximus. Impense.vehementer. Numen gemi num.Apollinem & Dianam. Pater.inuocat Iouem. Abauus.nam pater Tātali fuit Iuppiter ex quo descendit Agamemnon. Lauream.dum loquitur videt Nuntium Eurybatem accelerantem, militesq3 laureatos, vt moris erat in victoria: & sic dat locum sequenti scenæ. BERNA.

¶Nata tonantis. Iupiter peperit Palladem cerebro: & quæ de patrio vertice nata dea. Vergilius siue alius quis extiterit in priapo. at Homerus auctor certior in cantico ad ipsam confirmat aperte: τὴν αὐτὸς ἐγείνατο μητίετα Ζεὺς σεμνῆς ἐκ κεφαλῆς πολεμήια τεύχε᾽ ἔχουσαν χρύσεα παμφανόωντα. &c. σέβας δ᾽ ἔχε πάντας ὁρῶντας ἀθανάτους· ἡ δὲ πρόσθεν Διὸς αἰγιόχοιο ἐσσυμένως ὤρουσεν ἀπ᾽ ἀθανάτοιο καρήνου. Cyclada. Cyclas vestis genus vel limbus. hic intelligit Delon vnam e cycladibus: de qua diximus in Hercule furente Homerum imitari. Iam stabilis. antea mobilis & erratica mox Gyaro & Mycone complexa stetit & firma radice fideliq3 fundamento innixa est. Flebile saxum. Niobe lapidea ex qua adhuc fluunt lachrymæ. Plinius auctor est Sypilum esse nomen montis & oppidi quod fuit caput Mæoniæ: alio nomine Tantalis dicitur: patria Niobes. Marmora fundunt. Ouidius. Et lachrymis etiamnum marmora manant. Abauus. nam fuit Agamemnon ab Ioue quintus. Prolem.i.Agamemnonem. DANI. Cyclas Sypilum.

Actus Tertius. Trimetri Iambici.

EVRYBATES. CLYTEMNESTRA.

Delubra: & aras cœlitum: & patrios lares
Post lōga fessus spatia vix credens mihi
Supplex adoro: vota superis soluite.
Telluris altum remeat Argolicę decus
Tādē ad penates victor Agamēnō suos. Cl.
Felix ad aures nuntius venit meas:
Vbinam petitus per decem cōiunx mihi
Annos moratͬ: pelagus: an terras premit? Eu.
Incolumis: auctus gloria: laude inclytus:
Reducē expetito littori impressit pedē. Cly.
Sacris colamus prosperum tādem diem,
Et si propitios attamen lentos deos.
Tu pande: viuat coniugis frater mei:
Et pande: teneat quas soror sedes mea.

Delubra &c. Licet Eurybates visus sit a Choro in præcedenti scena: tñ quia nō est ingressus proscenium donec Chorus abscesserat: est hic principium tertij actus in quo Eurybates læta vt putabat nūtiat q̄ Clytēnestra ficto & doloso vultu approbat: vt incautum perimat. Ordo est. Ego vix credēs mihi.s.q3 redierim adoro supplex delubra.i.templa: & aras cœlitum & lares patrios: fessus post longa spatia .s.decē annorum: o populares soluite superis vota: quia Agamemnon altum decus telluris Argolicæ: remeat tandem victor ad penates suos. Cly. Felix Nuntius id est res nuntiata, venit ad aures meas: vbinam coniunx petitus id est expetitus mihi (deus scit quomodo) per decem annos, moratur scilicet ad huc? premit Pelagus.s.naue: an terras pedeꝰ Eur. Ip se incolumis, auctus gloria, inclytus laude impressit littore expetito.i. multū desiderato, pedem reducem.i. reuertentem cum salute. Cly. Colamus sup. igitur: tandem diem p̄sperum, sacris.i.sacrificijs & deos etsi.s.q̄q3 propitios, attamen lētos.i.tardos in collatione beneficij. Tu pande sup. an frater cōiugis mei scilicet Menelaus viuat: & pande quas sedes id est mansiones soror mea.s.Helena teneat. ASCEN.

Delubra. Hic est tertius acꝰ vbi Eurybates nuntiat Agamemnonem venientem, eumq3 interrogat Clytemnestra vbi sit maritus. Decus. Agamemnon appositiue. Expetito. desiderato diu. Lentos. tardos: nam p decem annos abfuit maritus. frater.s.Menelaus. Soror. scilicet Helena. BERNA.

¶Delubra. Eurybates minister fuit Agamemnonis vir Ithacus & præco Vlyssis: de quo meminit Homerus in primo Iliados. Is vna cum Thaltybio erant latrones Agamemnonis. τώ οἱ ἔσαν κήρυκε καὶ ὀτρηρὼ θεράποντε. Narrat Eurybates reditum Agamemnonis a Troia in Argos subactis hostibus: quæ quidem narratio iam aperit tertium huius fabulæ actum metro Archilochio. Collocutores Eurybates & Clytemnestra. Tandem. a decennio. Felix. victoria parta a viro Clytemnestræ. vox est congratulantis nuntio. Petitus. desideratus. DANI. Eurybates

ASCEN. ¶Meliora. Respondet Eurybates ad interrogatum de Menelao an viuat: se id certo non posse affirmare: optare tamen votis & obtestari deos vt ita sit: dicens. Ego posco votis id est desiderijs: & obtestor deos .i. in testimonium voco q; id syncere faciã, meliora .s. oia contigisse Menelao (non dicit meliora votis: sed posco votis meliora .q.d. optima quæq;) nã sors maris dubij .i. periculosi vetat fari .i. pronuntiare & pmittere de Menelaij vita, certa .i. indubitata. quia Vt .i. postq̃, classis .i. collectio nauium gręcarũ, sparsa .s. per ventos excepit .i. intrauit mare tumidum .i. iflatum ventis & procellosum, ratis socia .s. paulo añ non potuit videre ratem .s. sociam sibi: quin immo ipse .s. impator oim, Atrides .s. Agamemnon, vagus .i. agitatus, immenso ęquore, tulit .i. passus est, grauiora damna pelago q̃ bello .s. apud Troiam gesto: & remeat .s. in patriam, similis victo: trahens victor .i. cum sit victor, exiguas & laceras rates .i. naues, de tanta .s. mille nauium, classe. Cly. Fare .i. eloquere, quis casus hauserit .i. absumpserit rates nostras .i. gręcanicas? aut quę fortuna maris dispulerit .i. in diuersa pepulerit duces? vt Menealaon, Diomedem, Vlyssem. Eur. Tu poscis acerba fatu .i. dum fentur aut ad fandum: tu iubes miscere nuntium infaustum, læto .i. felici nuntio: mens ægra .s. mœrore, refugit loqui: atq; inhorrescit tãtis malis. Cly. Exprome .s. e pectore quæ latent secreta: qa qui refugit scire clades suas, grauat .i. auget timorem: quia mala dubia .i. incognita torquent plus: eo q; timentur semper grauiora q̃ sint. Incipit ergo Eurybates narrare dicens. Vt id est postq̃ omne Pergamum id est Ilium, aut omnis murus Troian⁹ (dicitur & hęc pergamos) cecidit .s. in cinerem, face dorica id est igne a græcis iniecto, pręda diuisa est .s. inter duces: petunt .s. victores, maria pparantes .i. festinantes patriæ desiderio: & miles iam securus propter excidium Troiæ, exonerat lat⁹ fessũ ense .i. abijcit ensẽ: scuta iacẽt neglecta p summas puppes: q̃ postremę nauiũ ptes sũt: rem⁹ quo nauis ipellatur, aptat̃ ad man⁹ militares .i. p hypallagẽ, man⁹ militũ aptant̃ ad remos: & omnis mora est nimium longa, properanti .i. festinãti redire in patriam. vt id est postq̃, signum recursus .i. celeris reditus, fulsit sup. in rate pro naue, regia .s. Agamemnonis: & tuba clara .i. clarisona, emouit .i. abstulit, regimẽ lentum id est tardũ, hoc est properandum indixit: prora aurata .s. impatoris, signauit primas vias (Daniel deceptus codice legit contra legem metri Aurora primas proræ. sed quid facias q̃tumuis doct⁹ & ingeniosus, codicẽ mendosũ nact⁹? Ego me Hercules facile ignosco: vt q simi'em sæpe sensi cladem. hunc autẽ scopulũ Versellani mei diligentia pmonitus caui) & aperit cursus quos mille puppes secẽt .i. prima abit imperatoris nauis. Hinc .i. post pfectionem aura lenis .i. tranquilla, primo impellit rates: allapsa velis: vnda tranquilla, vix leuis .i. facilis tactu id est vt tangeretur, quia subsidit & longe a transtris fuit, tremit afflatu Zephyri, illius venti ab occidente flantis, mollis

Eu. Meliora votis posco & obtestor deos:
Nam certa fari sors maris dubii vetat.
Vt sparsa tumidum classis excepit mare:
Ratis videre socia non potuit ratem.
Quin ipse Atrides æquore immenso vagus:
Grauiora pelago damna q̃ bello tulit:
Remeatq; victo similis: exiguas trahens
Lacerasq; victor classe de tanta rates. Cly.
Quis (fare) nostras hauserit casus rates?
Aut quæ maris fortuna dispulerit duces? Eu.
Acerba fatu poscis: infaustum iubes
Miscere læto nuntium: refugit loqui
Mens ægra: tantis atq; inhorrescit malis. Cly.
Exprome. clades scire qui refugit suas
Grauat timorẽ. dubia plus torquẽt mala. Eu.
Vt Pergamum omne Dorica cecidit face:
Diuisa præda est: maria properantes petunt:
Iamq; ense fessum miles exonerat latus.
Neglecta summas scuta per puppes iacent.
Ad militares remus aptatur manus:
Omnisq; nimium longa properanti mora est.
Signum recursus regia vt fulsit rate:
Et clara lentum regimen emouit tuba:
Aurata primas prora signauit vias:
Aperitq; cursus mille quos puppes secent.
Hinc aura primo lenis impellit rates
Allapsa velis: vnda vix tactu leuis
Tranquilla Zephyri mollis afflatu tremit:
Splendetq; classe pelagus: & pariter latet.
Iuuat videre nuda Troiæ littora:
Iuuat relicti sola Sigæi loca.
Properat iuuentus omnis abductos simul
Lentare remos: adiuuat ventos manu:
Et valida nixu brachia alterno mouet.
Sulcata vibrant æquora: & latera increpant:
Dirimuntq; canæ cæruleum spumæ mare.
Vt aura plenos fortior tendit sinus:

Posuere tonsas:credita est vento ratis.
Fusisq; transtris nauita aut terras procul
Quantum recedunt vela fugientes notat:
Aut bella narrat: Hectoris fortis minas:
Currusq;: & emptore redditum corpus rogo
Sparsum cruore regis Herceum Iouem.

.f.non duri sed sedati:& pelagus splendet pariter & latet classe: splendet propter inauratas partes refulgentes:latet quia cooperitur multitudine. iuuat,id est delectat abeuntes,videre littora Troiæ nuda, id est sine territorijs & ædificijs:& iuuat sup.videre, loca Sigei.f.promontorij Troiani relicti.f.a nobis: sola.i.sine milite,omnis iuuentus properat simul, lentare,id est flectere, remos abductos.f.a pectore & reductos dum remigatur:& adiuuat vētos manu,id est opere manuū,id est remis & velis nauigat:& mouet brachia valida.i.robusta nixu,id est remigio alterno.i.vicissim obito. æquora sulcata.i.quasi in sulcos rostris nauiū scissa, vibrant.i.suspēdunt:& latera.f.nauiū increpant.f.impetu remigantium: & spumæ canæ.i.albicantes dirimunt.i.intersecant,mare cæruleum.f.per naturam: cū canescat vi agitatum. Vt.i. vbi,aura.i.ventus,fortior tendit.id est intendit,sinus.f.velorum & antemnas: plenos, remiges sup.posuere.i.deposuerunt,tonsas.f.palmulas.i.remos dictas non a tundendo:q; tundant aquas, vt Bernar. sentit:q sic tunsæ aut tuditea dicerētur: sed q; tōdeant vt Daniel vult:auferuntur enī ab ea parte quæ in manū accipitur frondes:& ab ea q̄ in aquā immittit cortex cū bona parte ligni vt palmula fiat: vt pars q̄ tenet proprie tonsa:q̄ aquas ferit palmula dicat. ratis.id est nauis cum proprie sint colligatæ trabes:est credita.i. cōmissa vento:& nauita.i.remex fusus.i.prostratus transtris.i.per transtra:quæ sunt sedilia remigantium:& lymbi nautum:aut notat procul terras fugientes.i.fugere visas ,sup.tantū:quantū vela recedunt:quia motus qui est in naui videtur nauigantibus in terris & littorib' earū,aut narrat bella.f.transacta: vtpote minas Hectoris fortis:& currus.f.quibus tractus erat:aut depugnare solebat:& corp'.f. eius redditum.f. ab Achille Priamo: rogo.i.ad cremandum & sepeliendum: & narrat Iouē Herceū.i.qui erat in penetralibus Priami ad cuius aras Priamus cæsus est a Pyrrho: sparsum cruore regis.f. Priami.de quo vide Seruium super secundum Aeneidos: vt agnoscas recte a Daniele & alijs repositum Herceum: vbi legebatur Herculeum. Quod vero Græci exultabant de impietate sua,futuræ calamitatis est præsagium.

¶Meliora.dicit Euribates:meliora opto narrare:nā si dico ista opus est enarrē tēpestatē. Votis. cum votis, non est cōparatiuū. Obtestor rogo deos.posse dicere meliora: sors dubia maris vetat me dicere certa: sed tamen dicit cū primū recesserunt a Troia cursum prosperum habuerunt : postea orta tempestas in mari: ita vt oēs naues separatæ sint nec fratrem videre potuerit Agamēnon: qui tanq̄ victus nunc redit cum paucis nauibus. Tanta.nam mille naues habebat. Fatu.ad fandum. Grauat.quia deteriora credit. Torquēt. cruciant. Vt pergamum.incipit narrare Euribates. Exonerat.quia omnes deponunt arma & se nauigationi parant. Recursus.reditus in patriam:quando datum est signū a naue regis vt omnes discederent. Hinc aura. primo habuerunt secundū ventum. A lapsa.veniens. Tremit.desuper crispabatur:propter lenem afflatū. BERN.

Splendet.propter arma & aurum. Latet.propter multitudinem nauiū. Nuda.sine ædificijs. Lentare. flectere remigando. Nixu.a nitor niteris. Alterno.per vices nam a pectore remouent & rursus reducunt.

Sulcata.nam videtur nauis facere sulcum per mare. Increpant. vt faciunt læti in nauigando qui clamant in sponda nauis:ideo dicit increpant,id est resonant latera nauium. Dirimunt.diuidunt. Canæ. albicantis propter cōcitationē remorum. Vt aura.postq̄ habuerunt prosperum ventum cœperunt esse nautæ otiosi in transtris:hoc est sedibus nautum. Tonsas.remi tonsæ dicuntur a tondo:quia tondunt aquas.

¶Nam certa fari:euersa Troia principes Græci ditati præda, grauis & perq̄ aduersa perpessi sunt in reditu indignatione Palladis: Aiax Oilei Locrensium dux fulminatur in Euboea: Idomeneus eiectus e Creta fugit ad salentinos: Diomedem adultera vxor Italia procul absterminat. Menelaum in Aegyptū tulit desyderiū Helenes quā repeteret a rege Proteo: Vlyssem decēnales procellæ distraxerunt: Agamēnon vix lares salutat & incautus ab Aegistho percutitur securi.quæ oīa elegantissime venerandus Homerus per totā Odisseam prosequitur. Nuntium.tam qui nuntiant q̄ quod nuntiatur virili genere pronuntiatur. Mens ægra.admonitu & recordatione præteritæ cladis ægrescit animus meus: & artificiose occupat qualitatem futuræ narrationis quam totam commodato accepit ab Homero de secundo Odysseæ vbi Nestor Telemacho repetit calamitates quas passi sunt Græci a Troia diruta: vt superius paulo perstrinximus. Pergamum omne.nauigationē describit longiore pagina q̄ Nestor Homericus:qui Hemistichio illam absoluit: αυταρ επει πριαμοιο πολιν διεπερσαμεν αιπυν βημεν δεν νηεσσι. Militares.quæ hactenus lanceis occaluerant nunc aptantur remis. Remigem nauclerum qui agit remum. vnde remigo & eremigo. Plinius paruoq; breuius q̄ totus hinc aut illinc septētrio eremigatus. Aurora. mane impulsim' naues i ipsum mare. ηωθεν δ'οι μεν νεας ελκομεν εις αλα διαν. Iuuat redeuntes.inter nauigandum. Sola.deserta: vt At procul in sola desertæ Troades acta. Lentare. Virgilianum verbum quod adnotat Priscianus: vno tātū in loco vsus est poeta:a noīe sumptū est. vnde fiunt lenteo tea, & lentoras. Ante & Trinacria lentādus remus in vnda. Manu.manuum robore. Latera, nauium crepant a remorum verbere & pulsu. Tonsas. remos quia ferro tondeantur aliter palmulas appellat Pompeius. Herculeum Iouem.omnes codices tam manu exscriptos: & quidem archetypos: q̄ pressos ære itidem hic, vt alibi, sæpius fallaces & mendosos deprehendi: non enim poteram facile isto errore expediri nisi me adiuuisset lectio græca cuius adminiculo lector candide innixus hanc mendam ego notandam duxi asterisco. vt Herceum legas non Herculeum.nec pigeat pro tua humanitate repetere græcam historiam referentem Priamum ante aram Iouis Hercei fuisse interfectum. etiam remitto te ad Pompeium vnde discas qui sit Herceus. et ad Ouidiū. Cui nihil Hercei profuit ara Iouis. Piscis.tyrrhenus. periphrasis delphini allusione ad fabulam superius ex Homerico hymno per nos repetitam. Comes.delphinus. Millesimam ratē.i. millerates: vt referas ad numerum. non tamen singulas tangebat.

DANI. Grecorū dispersio. Nuntius. Nō aurora sed aurata legendum. Tonsæ. Herceus Iuppiter. Priscis Tyrrheu'

A S Cen. ¶ Tum qui iacēte &c. Docte (vt solet) adducit prognostica futurę tēpestatis: describitq̧ graphice tēpestatē ipsam: dicens. Tum, id est tunc aut insuper, piscis Tyrrhenus .i. delphin in quē pyratę Tyrrheni Bacchū capere parantes cōuersi sunt: qui ludit reciprocus .i. iens redi ensq̧, & se in eundem locum sæpe recipiēs, salo .i. mari, iacente .i. quieto: quo viso nautæ periti tēpestatē ingruere agnoscūt: & qui trāsilit dorso pando .i. recuruo, mare tumidum, id est quod ventos concepit, exultat .i. immodice salit, oīs .i. cunctus freto .i. mari mox feruido .i. feruido futuro: et agit gyros .i. circūactiones: & annatat comes lateri .s. nauium, lætus anteire naues, & rursus sequi. & chorus .s. delphinū quasi ad choreā iunctorū, lasciuit .i. petulanter salit, tangens nunc rostra prima .i. priorū nauium primas partes: & ambit ac lustrat .i. inspicit vt censor quidam, nunc ratem millesimā .i. vltimam e mille: quasi castigans moram aut inquirens causam morę. Iam q̄n altū tenuere rates: littus omne tegitur .s. fluctibus intermedijs .i. abscōditur: & campi latēt: & iuga montis Idei, qui in Troia est, parent .i. apparent dubia, id est incerta, an montes, an nubes sint: aut dubia, an videantur necne: & iam (quod vnum, id est quam solam rem, acies scilicet oculorū .i. acumen visus, peruicax id est peruicaciter intenta, videt) fumus Iliac⁹ id est ex Ilio cōbusto surgens, apparet nota atra .i. indicio nigro per quod a nube discernebatur ab aere. & Titā .i. sol, releuabat .i. relaxabat iam iugo, quo currus ei⁹ trahitur, colla .s. equorum suorū lassa .i. fatigata diurno labore .i. nox appropinquabat: & lux erat iam prona i astra .i. illuminatura astra: qđ noctu fit. dies sup. erat iam pręceps .i. proximus ad occasū. Nubes exigua, id est modica, sed crescēs globo .i. cumulo, sordido, id est exhalatione pingui & fœda, quæ incensa fulmina creat, inquinat, id est contaminat: iubar nitidum Phœbi id est solis, cadētis .i. occidentis: & sol occidēs varius .i. diuersi coloris, fecit freta suspecta .s. de tempestate futura. Nox prima .i. in principio sui sparserat cœlum stellis: vela iacent deserta vento: tum, id est mox, murmur graue minitans maiora .s. murmura ventorum futura, cadit summis collibus. Atqui colles lōge erant: poterant tamen inde venti demitti, littus ac petrę .i. scopuli saxosi, gemūt longo tractu: ita vt a longe possent audiri gemitus. vnda agitata vētis futuris: q̄a nō sūt vēti nisi vētent .i. moueāt: iā aūt erūt in aq̄s eluctātes, tumet .i. inflat̄ & erigit̄: q̄ oīa inflātia tēpestatis certissima indicia sunt: pōtus tollit̄ .i. leuat̄ in astra: cœlū perit .s. obtectū caligine (Sūt q̄ legant perit .s. pōtus cęlū: sed placet perit ob id qđ sequit̄) nec nox est vna .i. vni⁹ solis absentia: sed caligo dēsa obruit tenebras .i. cœlū & terrā tenebris: & miscet fretū & cœlū: oī luce subducta: q̄a neq̧ cęlū neq̧ mare videri poterat. Zephyr⁹ vēt⁹ occidētal̄ i austrū vers⁹ aduers⁹ Euro q̄ oriētalis ē: meridiē vers⁹: & not⁹ a meridie oriētē vers⁹ flās, aduers⁹ Borę septētrionali, q̄ q̄tuor pricipales vēti sūt, icūbūt .s. mari, vndiq̧: & rapiūt sit̄ pelagus, euersū solo imo .i. a fūdo. Mittūt .s. dicti vēti, tela q̄sq̧ sua

Tum qui tacente reciprocus ludit salo:
Tumidumq̧ pando transilit dorso mare:
Tyrrhenus omnis piscis exultat freto:
Agitq̧ gyros: & comes lateri annatat:
Anteire naues lætus & rursus sequi.
Nunc prima tangens rostra lasciuit chorus:
Millesimam nunc ambit & lustrat ratem.
Iam littus omne tegitur: & campi latent.
Et dubia parent montis Idæi iuga.
Et iam (quod vnum peruicax acies videt)
Iliacus atra fumus apparet nota.
Iam lassa Titan colla releuabat iugo:
In astra iam lux prona: iam præceps dies.
Exigua nubes sordido crescens globo
Nitidum cadentis inquinat Phœbi iubar:
Suspecta varius occidens fecit freta.
Nox prima cœlum sparserat stellis: iacent
Deserta vento vela: tum murmur graue
Maiora minitans collibus summis cadit:
Tractuq̧ longo littus ac petræ gemunt:
Agitata ventis vnda venturis tumet:
Cum subito luna conditur: stellæ cadunt:
In astra pontus tollitur: cœlum perit.
Nec vna nox est: densa tenebras obruit
Caligo: & omni luce subducta fretum
Cœlumq̧ miscet. vndiq̧ incumbunt simul:
Rapiuntq̧ pelagus infimo euersum solo:
Aduersus Euro Zephyrus: & Borey Notus.
Sua quisq̧ mittunt tela: & infesti fretum
Emoliuntur: turbo conuoluit mare.
Strimonius altas Aquilo contorquet niues:
Libycusq̧ arenas Auster ac Syrtes agit:
Nec manet i austro. fit grauis nymbis Not⁹
Imbre auget vndas. Eurus orientem mouet:
Nabatæa quatiēs regna: & Eoos sinus.
Quid rapidus ora Corus oceano exerens?
Mundum reuelli sedibus totum suis:

Ipsosq; rupto crederes cœlo deos
Decidere:& atrum rebus induci chaos.
Vento resistit æstus:& ventus retro
Aestum reuoluit:non capit sese mare.
Vndasq; miscent imber & fluctus suas.
Nec hoc leuamen deniq; erumnis datum est:
Videre saltem:& nosse quo pereant malo.
Premunt tenebræ lumina:& diræ Stygis
Inferna nox est:excidunt ignes tamen:
Et nube dirum fulmen elisa micat.
Miserisq; lucis tanta dulcedo est malę:
Hoc lumen optant.ipsa se classis premit:
Et prora prorę nocuit:& lateri latus.
Illam dehiscens pontus in præceps rapit:
Hauritq;:& alto redditam reuomit mare.

et infesti.i.violenti,emoliuntur fretum.i.molem eius loco mouent:turbo.s.ventorum cōtrariorum,cōuoluit.i.circumagit mare: aquilo vēt⁹ s latere borec, Strymonius,id est thracicus,contorquet.i.perflando impellit niues altas:hauster Libycus agit.i.cōmouet arenas .s.Libyę,& syrtes.i.loca breuia & iam arenosa iam vadosa maris Libyci:nec manet in haustro.i.haustrali & meridionali parte: fit notus .i.declinat ad orientē vbi humidior est:& ideo grauis.i.foetus aut molestus nymbis.i.nubibus pluuiis quas impellit,auget vndas imbre .i.pluuia: Eurus mouet orientem:quatiēs regna Nabatæa q̄ in oriente sunt:& sinus coos .i.maris orientalis.,Quid sup. dicā quid fecerit Corus ventus septētrionalis ab occasu latus boreæ cingens,rapidus.i.impetuosus,exerēs,id est emittēs, ab extra & fero,ora.s.sua, oceano: Respondet. Tu crederes si illic eēs, id ē quilibet credere posset,totū mūdū reuelli sedib⁹ suis:& ipsos deos decidere cœlo rupto: & chaos.i.confusionem omniū rerum, atrū, in quo nihil discernitur,induci rebus.s. omnibus. Aestus.i.feruens impetus maris,resistit vento:& ventus reuoluit æstū,retro.i. retrorsū:mare nō capit se.i.cōtinet intra alueū suū sed aerem occupat:& imber & fluctus miscēt vndas suas.Nec hoc deniq; leuamen.i. lenimen.s.videre saltem & nosse quo malo pereant,est datum erumnis.i.erumnosis Græcis. Tenebræ premunt omnia.i.oculos omnium:& nox inferna stygis diræ est.s.in mari.i.talis qualis apud infernum: tn̄.i.nihilominus, ignes.i.fulgura,excidūt.s.e nubib⁹:& fulmen dirum.i.formidabile,micat.i. splendet cum motu subito more digitorum micantium,nube elisa:& tanta dulcedo.i.oblectatio lucis malę.i. incommodę & pnciosę vt pote fulgetrę,est miseris.s.Græcis,q̄ sup.optāt hoc lumē.s.iā formidabile. Ipsa classis p̄mit se.i.collidunt naues se mutuo:& prora nocuit proræ:quia aduersis frontibus a diuersis ventis actę icurrūt:& lat⁹ lateri sup. nocuit. Pōtus dehiscens.i. se apertens inter duas vndas,rapit illā.i.vnā quālibet nauem,in pręceps.i.profundū & haurit.i.absorbet:& mare se recipiens reuomit redditam alto.s.aeri cū fluctu surgentem.

¶Reciprocus.Qui vadit & redit per eandem viam. tunc vidimus delphinas:qui tempestatem futuram demonstrant ludentes per maria. Iacente.æquali, sine fluctibus. Pando. recuruo & magno. Agit.moue- BERN. tur in rotunditatem. Comes.aliquando sequebatur nos ęqualiter:aliquādo præibat. Chorus. multitudo Delphinum. Lasciuit.ludit & exultat. Prima rostra.primas naues classis. Millesimam. vltimā:quia erāt mille. Iam littus. eramus elōgati a litore vt nihil appareret nisi fumus:& tunc cessauit ventus:apparuerunt nobis signa tempestatis. Dubia.quæ vix poterant videri. Peruicax.perseuerans oculus. Iam lassa.defatigatos equos sol soluebat iugo,id est tendebat ad occasum. Prona.inclinata in noctem. Præceps.cadens. Globo. dēsitate obscura. Inclinat.obtenebrat. Iubar cadentis.solis occidentis:quod signū est futurę tempestatis. Varius.quia non erat vnius coloris. Graue.raucū. Petræ. quæ sunt vicinæ litoribus. Tumet. crescit. Luna.absconditur propter nubes. Tollitur.eleuatur.poetica est hyperbole. Vna nox.non ē simplex vt naturalis:sed obscurior: propter tenebras nubium. Obruit.tenet. Miscet.turbat. Sua. isti venti mittunt quisq; sua:vnusquisq; mittit.ita exponitur quasi prolepsis implicita. Emoliuntur.euertunt. Turbo.reuolutio ventorū. Strimonius.thracius boreas. Contorquet.cū impetu portat. Auster.notus a meridie:vbi est Libya. In austro.non contentus regno suo ibat vsq; in septētrionem. Grauis. plenus nimbis & pluuia. Nabatęa.orientalia:a Nabata rege. Corus. ventus collateralis Zephyri. Oceano.scilicet orientali. Exerens.ducens & extrahens ora sua. Chaos.confusionem elementorum. Aestus. impetus maris. Non capit.non est capax suijpsius:ita intumebāt vndę. Nec hoc.nō poteram⁹ cognoscere quomodo periremus ob densas tenebras. Premunt.occultāt. Lumina.stellas. Stygis.talis ē nox qualis in inferno. Elisa.fracta:nam nubibus fractis emittuntur fulmina. Miseris.tanta est dulcedo videndi lucem:vt optarent fulmina. Malæ.aduersæ. Ipsa classis. nam cū nō viderent, frequētes naues seipsas collidebant. In præceps.talem tempestatem describit Virgilius in primo æneidos. Dehiscens.aperiens. Haurit.absorbet. Reuomit.reddit. DANI.

¶Stellæ cadunt. Fulgura & crebræ coruscationes. Aduersus zephyrus.quatuor principes vētorū mira breuitate cōprehēdit: quos Oui.superiori tetrasticho pnūtiauit. Emoliuntur.ab imis sedibus tollunt. Turbo. Procella. Procellosum mare dicit æstuosum:Procella si ignē cōceperit dicitur fulmen:si arctius venti fuerint rotari dicitur Typhon:si cū fragore & maiore specu descenderit,turbo est proxima quæq; euertens atq; demoliēs:idē ardentior atq; accensus vocatur prester: quas oēs differētias Aristoteles & Ptolemæus apposuere. Aquilo. idē & boreas aliter αιθρηγενετησ i. serentific⁹. αλλα βορεασ λεγεται αποτησ βοησ. est eīn violēti & sonori flatus:quēadmodum supra ostensum est fusius & vberius. Notus.idem auster. νοτοσ. humor est enim humectus & nebulosus. Nabatęa. ναβετα: non recipit aspiratione:regio Arabię cōtermina mari rubro:a Nabaot primogenito Ismaelis dicta.olim mittebat elephantes:vt testatur Iuuenalis in Atticus.

Fulmen. Typhō. Turbo. Prester. Aquilo. Boreas. Notus. Nabata.

A SCen. ¶ Hęc.i.alia quęlibet nauis, sidit a sido.i.sub
sidit, onere, id est propter onus: illa.i.alia sub
mittit vndis, latus cōuulsum.s.ex concussio
ne: fluctus decimus.i. maximus & sęuissim⁹,
tegit.i.inuoluit & cooperit, hanc.i. aliam: hęc
.i.alia fluitat lacera, & leuis: quia omni decore
.i.ornamēto, populato. i.rapto. Nec vela nec
tōsæ.i.remi, manēt illi.s.naui collisæ: nec ma-
lus.s.arbor ferens antēnas.i. vela transuersa,
altas.i.sublimes, sup.manet rectus: quia de-
cutit: sed puppis trunca.i.ablata a reliquo cor
pore natat.i.fluitat, toto Ionio.s.mari. Ratio
.i.sciētia & iudiciū ratiōis, & vsus.i. experiētia
nil audet in malis .i. aduersitatibus magnis.
scilicet vehementer: quia horror tenet.i.occu-
pat, artus.i.membra corporis: omnis nauita
stupet.i.fit stupidus & amisso sensu, officio.s.
gubernandę nauis, relicto. remus effugit ma
nus: timor vltimus, id est summus, cogit mi-
seros in vota.s.nuncupanda: & Troes.i.Tro
iani capti, & Danai captores ac victores ro-
gant superos eadem.s.euadere s submersiōe.
Quid.i. vides quid fata.i.deorū ordinatiōes
sut genera mortis possunt? Pyrrhus inuidet
patri.s.suo Achilli: q felicior genere mortis
apud Troiā occubuerit. Vlysses inuidet Aia-
ci.scilicet Thelamonio: qui sibi manū intule-
rat: Atrides minor, id est iunior.s.Menelaus,
inuidet Hectori, q pro patria pugnans cęsus
sit: & ipse iam submergatur: Agamemnō in-
uidet Priamo, ob similem causam. inuidet eni
alteri quisquis meliorem aut saltem parem cō
ditionem meruerit & deteriorem sortitus sit:
vnde cum submersio sit animę tristissima: qa
maxime contraria: nā si (vt Maro ænei.vj.di
cit) Igneus est ollis vigor & cœlestis origo:
cum nihil sit igni magis contrarium q̄ aqua,
anima indignissime fert aquis extigui. Quis
quis, id est quicunq, iacet.s. prostratus & cæ-
sus ad, id est apud, Troiam, vocatur.s.a peri-
clitantibus, felix: vtpote, qui meruit cadere
manu.i. vulnere illato alterius manu: & is quē
fama seruat scilicet in perpetua memoria: eo
q pro patria ceciderit: & quem tellus victa
scilicet Troiana tegit, id est qui legitime sepul
tus est: repete vocatur felix. pontus atq vn-
dæ, id est fluctus marini, ferent, id est auferēt
& absument supple nos, nil ausos nobile, id
est nullum egregium, quo famam meruisse-
mus, facin⁹. Fata ignaua, qualia sunt submer
sorum, consument viros fortes, id est strenu-
os. Mors scilicet in aquis, est pudenda: & ideo
quisquis, id est quicunq es cœlitum nōdum
satiate, id est qui nondum satiatus es, malis
tantis: quāta passi sumus (Noua locutio quis
quis es satiate tū q quisquis in vocatiuo po-
nitur: tum q vocatiuus satiate etiam verbo
apponitur. Nam participio frequenter. vt
apud Catullū Lectule delitijs facte beate me-
is) serena, id est serenum & placatum effice,
tandem numen tuum scilicet offensum: quia
vel, id est etiam Troia daret lachrymas cladi-
bus nostris, id est fleret si videret clades istas:
si odia tua in nos durant, id est perseuerant:
& placet genus Doricum, id est Græcum no-
men, mitti exitio.i.penitus extingui & deleri:
quid iuuat, hos scilicet captiuos Troianos:

Vocatiu⁹ apposit⁹ verbo.

Hæc onere sidit: illa conuulsum latus
Summittit vndis: fluctus hāc decimus tegit.
Hæc lacera: & omni decore populato leuis
Fluitat: nec illi vela: nec tonsę manent:
Nec rectus altas malus antennas ferens.
Sed trunca toto puppis Ionio natat.
Nil ratio & vsus audet in magnis malis.
Tenet horror artus: omnis officio stupet
Nauita relicto: remus effugit manus:
In vota miseros vltimus cogit timor.
Eademq superos Troes & Danai rogant.
Quid fata possunt? inuidet Pyrrhus patri:
Aiaci Vlysses: Hectori Atrides minor.
Priamo Agamēnon. quisquis ad Troiā iacet
Felix vocatur: cadere qui meruit manu:
Quem fama seruat: victa quem tellus tegit.
Nil nobile ausos pontus atq vndæ ferent.
Ignaua fortes fata consument viros.
Pudenda mors est. quisquis es nondum malis
Satiate tantis cœlitum tandem tuum
Numen serena: cladibus nostris daret
Vel Troia lachrymas. odia si durant tua:
Placetq mitti Doricum exitio genus:
Quid hos simul perire nobiscum iuuat
Quibus perimus? sistite infestum mare.
Vehit ista Danaos classis: & Troas simul.
Nec plura possunt. occupat vocem mare.
Ecce alia clades: fulmine irati Iouis
Armata Pallas: quicquid aut hasta minax
Aut Aegide: aut furore Gorgoneo potest:
Aut igne patrio tentat: & cœlo nouæ
Spirant procellæ: solus inuictus malis
Luctatur Aiax: vela cogentem hunc sua
Tenso rudente flamma perstrinxit cadens.
Libratur aliud fulmen. hoc toto impetu
Certum reducta Pallas excussit manu:
Imitata patrem: transit Aiacem: & ratem

Ratisq; partem secum: & Aiacis tulit.
Nil ille motus: ardua vt cautes salo
Ambustus extat: dirimit insanum mare:
Fluctusq; rumpit pectore: & nauem manu
Complexus in se traxit: & cæco mari
Collucet Aiax: omne resplendet fretum.
Tandem occupata rupe furibundũ intonat:
Superasse nunc se pelagus: atq; ignes. iuuat
Vicisse cœlum: Palladem: fulmen: mare.

quibus, id est ad quorum vltionem nos perimus, perire nobiscum? quasi dicat si Troianis faues cur nobiscum pereunt? O cœlites, sistite. i. facite stare & tranquillum efficite, mare infestum scilicet nobis: quia ista classis vehit simul Danaos & Troas, id est Troianos: nec sup. nautę possunt scilicet precari, plura: quia mare, id est tempestas, occupat, id est pcidit vocem. Ecce. q. d. repẽte, orta alia clades id est calamitas: Pallas armata fulmine Iouis irati, tentat scilicet in Aiacem Oilei, quicquid potest, minax aut hasta: a qua cõcutienda Pallas est dicta, aut ægide, id est scuto in quo est caput Medusę, aut furore Gorgoneo id est quem immittit aspectus Medusæ, aut igne patrio, id est paterno, hoc est Iouis: vt æenei. j. Ipsa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem Disiecitq; rates: euertitq; æquora ponto: & nouæ procellæ præter marinas spirant, id est conspirant in nos, cœlo, id est cœlitus, aut in aere. Solus Aiax scilicet Oilei filius luctatur, id est concertat inuictus malis. Flamma scilicet fulguris, cadens scilicet demissa a Pallade, perstrinxit, id est fulmine afflauit, hunc scilicet Aiacẽ, cogentem, id est contrahentem, vela sua. & hoc rudente, id est fune tenso: aliud, id est alterum fulmen libratur, id est disponitur ad iaculandũ. Pallas excussit, id est vt emisit: hoc scilicet fulmen certum id est ineuitabile, toto impetu: & hoc manu reducta. i. retrorsum ducta, vt fortius iacularetur imitata patrẽ. s. Iouẽ in iaciendis fulminibus: trãsit. s. fulmẽ, Aiacẽ. & ratem. s. eius: & tulit secum partem ratis & partem Aiacis, id est de corpore eius. ille nil motus salo extat, id est extra aquas stat, ambustus, id est circumustus: vt cautes ardua: dirimit, id ẽ interrumpit mare insanum, id est impetuosum, & ægre patiens obicẽ: & rũpit pectore scilicet suo fluct⁹: adhuc inuictus: licet ambustus: & cõplexus manu nauem scilicet suam, trahit in se: & Aiax scilicet flumine ardens, collucet mari cęco, id est caliginoso: omne fretum resplendet ex incendio eius: & ipse occupata tandem rupe, id est vbi nactus est scopulum in quo staret, intonat furibundum. i. furibunde, se superasse nunc pelagus atq; ignes: iuuat, id est oblectat eum, vicisse cœlum, Palladem, fulmen, mare. i. quęcunq; sibi habuerat infesta.

Decimus fluctus. Magnus. poetę ponunt de tempestate scribentes decimum pro magno: nam decimus est maior numerus: quia post decem semper reincipimus. inde decumana porta dicitur. Leuis. facta leuior. BERN.
Malus. arbor nauis. Rectus. quia iaciebatur ventis. Vsus. experientia potest præstare spem. Officio. videlicet gubernandi. Effugit. non poterant tenere in manu remum. Troes. Troiani captiui. Quid fata, id est dij. Inuidet. quia vellet esse mortuus: quemadmodum patet. eo modo Vlysses & Atrides minor, id est Menelaus. Seruat. de quibus est fama & sepulti sunt apud Troiam victam. Ferent. auferent. Nobile. facinus forte. Facta ignaua. mors sine honore. Pudenda. de qua pudorem habere possumus. Quisquis. conuertunt preces ad deos. Serena. fac numen tuum nobis fauens. Vel Troia. etiam illa quæ nobis est inimica. Doricum. Græcum. Exitio. ad perditionem. Quibus. propter quos perimus: si vultis nos perdere propter Troianos saltem deberetis illos seruare qui nobiscum sunt in periculo. Sistite. sedate. Nec plura. non poterant loqui: cum fluctus occuparet vocem. Ecce. nunc venit ad particularem tempestatem Aiacis Oilei qui fulminatus fuit a Pallade: vt vidimus: & scribitur a Virg. in. j. æneι. Hasta. nam armata hęc dea scribitur. Aegide. Clypeo suo in quo erat caput Medusæ Gorgoniæ. vt scribitur ab Ouidio. Igne patrio. fulmine Iouis: nam ipsa filia Iouis fuit. Nouæ. renouabantur procellæ: & solus Aiax resistebat. Luctatur. contra nititur. Tenso rudente. fune quo vela trahuntur. Perstrinxit. leuiter percussit. Aliud libratur. secundum mittitur in Aiacem. Certum. quis non fefellit. Reducta. retro ducta: nam qui vult iacere retrahit manum ad maiorem impetum. Extat. eminet. Collucet. splendet propter ignem fulminis. Tandem. ipse furibundus ingenti voce clamat dum esset in scopulo. Iuuat. dicit ipse Aiax: vicisse delectat mare natando, fulmina, & Palladem.

Fluctus decimus. Sic Ouidius. Decimæ ruit impetus vndæ. & alibi. Posterior nono est vndecimoq; prior. Decimum vt mea fert opinio fluctum acceperunt pro violẽtissimo & maximo. denarius siquidem numerus omnium perfectissimus. quippe qui summus est numerus: a quo ad vnitatem reuertitur: & vnde reliqui formant numeri. & Decumana porta in castris maxima: vnde in extremo cõflictu totus puolubat exercit⁹. & decumana oua perfectissima. & maxima: & decima quæq; dijs suis offerebant veteres. & decumanus limes ab astronomis ab ortu ad occasum solis nuncupatur. ergo decimus fluctus maximus & violentissimus. Nil ratio. consilium & ars nil prosunt in arduis casibus. Ferent. dabunt vulgare & sordidum genus mortis est naufragium. hinc magnanimus & sapientissimus Aeneas ingemit & tristatur valde. hinc Ouidius in tristibus quocunq; leti genere petit mori præterq̃ naufragio. Tolle naufragium mors mihi munus erit. hinc Homericus Vlysses digressus ab Aeolo solutis ventis temeritate sociorum aurum inclusum existimantium inuidet mortuis ad Troiam Grę cis: vbi & ipse interijsse exoptat. τρισ μακαρεσ Δαναοι και τετρακισ οι τολοντο τροιη εμ ευρειη χαριν ατρειδησι φεροντεσ ωσ δη εγω δ οφελον θανεειν και ποτμον επισπειν &c. Serena. Hortati⁹ est modus vt tradit Diomedes: non imperatiuus semper. Vel. pro etiam. Vel priamo miseranda manus. DANI. Decuma n⁹ fluct⁹. Decumana porta. Aquis pire triste. Vel.
Quid hos. artificiosa translatio: non enim potuissent seruari Troes: quin & ipse in eadem naui seruaretur.
Nec plura possunt. παλιρροθοσ est. Aut igne patrio. Iouiali. suas iniurias vlcisci Palladi licentia est commodato fulmine. testatur Virgil. Aiax. Oileus. Trãsit. transadigit costas: scopuloq; infigit acuto. quod sequitur Senecæ commentum est. Rupe. Capharea. Furibundum. grauiter.

ASCen. ¶ Nō me fugauit. Repete intonat hoc est vt p̄misi, q̄ si tonitrua vincere aut ęq̄parare moliēs Aiax: dicit. Terror dei bellici. i. Martia nō fugauit me: & ego sol⁹ tuli vna. s. opa aut hora, Hectorē fil' & Martē. hoc Aiaci Thelamonio magis cōgrueret: sed licet motis sit poetici, q̄ a diuersis sed cognominib⁹ gestę sūt vni ascribere poeta p̄struxit purgationē huius dicēs furibūdū intonat: nā furētis nō est sobrie & verelo q: nec tela Phoebæa q̄ a Troianis sæpe steterē, pepulerūt me gradu. i. statiōe mea. nos vicim⁹ istos. s. deos fortissimos: cū Phrygibus: horreā. i. cū horrore formidē tandē. s. post tot victorias, tela aliena. s. Iouis fulmina mitti. s. in me, dextera inerti. i. fœmineas q. d. nequaq̄. Quid si ipse. s. cuius sunt Iuppiter, mittat. s. in me fulmia q. d. adhuc nō timerē. Cum Aiax furens (vnde Maro & furias Aiacis Oilei: sed de furijs amorū id interpretant̄ grāmatici) auderet plura: Neptunus pater. s. maris, exerēs. i. efferens, caput. s. suum vndis imis, subruit rupē cui inhærebat Aiax, pulsum tridēte. s. fuscina (quē pro sceptro tenet: & quo maxima quæq̄ facit: vt ęnei. ij. Neptunus muros magnoq̄ emota tridēti Fundamenta quatit) & soluit. s. a fundamentis q̄ Neptuno sacra sunt, montem. i. rupem: quē Aiax cadens tulit secum: & ita ipse iacet vict⁹ terra: quia obrutus monte: & igne: quia fulmine ictus, & pelago. i. aquis immersus: quam rem satis amplo luxu descripsit poeta. Alia pestis maior: quia sua cuiq̄ cladea maxima visa: aut maior: q̄a numerosior: aut quia magis inglorīa vocat. i. petit nos naufragos. Describit autem periclitationem ad Capharea montem Euboeæ Nauplij patris Palamedis in vltionem filij apud Troiam dolo Vlyssis interempti fraude factam: dicens. Est vnda humilis, id est non profunda, mendax, id est dolosa, vadis scrupeis, id est habētibus multos lapillos nauem atterētes: vbi Caphareus scilicet mons, fallax, quia ignem qualem in portubus bonis exponi solent, Nauplius in eo extulit, tegit quia altior est, saxa clausa vorticibus, id est globis aquarum se crebro vertētibus, rapidis, id est raptim ad se omnia trahētibus. fretum ęstuat scopulis: ad quos collidi tur: & fluctus feruet semper alterna vice, aut affluendo aut refluendo: arx in qua facem vt dixi Nauplius extulit, præcupta scilicet vi imbrium & ventorum, imminet scilicet in mare: quæ spectat vtrinq̄ mare geminum: vt Bernard⁹. dicit Ionium & Aegæum: & spectat hinc, id est ex vna parte oras, id est regionem Pelopis tui scilicit affinis: nam Agamemnonis fuit auus: & spectat Isthmon: qui recuruatus, id est in se reflexus, arcto, id est stricto solo, id est parte terræ angusta inter duo maria, in qua Corinthus est, vetat maria Ionia iungi Phryxeis, id est Hellespontiacis: quia in medio ponitur. Et arx Capharei spectat hinc, id est ex altera parte, Lemnon nobilem scelere, scilicet in maritos commisso: quos vxores vna nocte interemerunt: & hinc, id est ex alio latere Chalcedona vrbem in litore Hellespontico: & Aulida vrbem & portum, tardā ratibus: quia bis immorata iam fuerat clas-

Non me fugauit bellici terror dei:
Et Hectorem vna solus: & Martem tuli.
Phœbęa nec me tela pepulerunt gradu.
Cum Phrygibus istos vicimus: tādē horreā
Aliena inerti tela mitti dextera?
Quid si ipse mittat? Plura cū auderet furens
Tridente rupem subruit pulsam pater
Neptunus imis exerens vndis caput:
Soluitq̄ montem: quem cadens secum tulit:
Terraq̄ & igne victus & pelago iacet.
Nos alia maior naufragos pestis vocat.
Est humilis vnda scrupeis mendax vadis:
Vbi saxa rapidis clausa vorticibus tegit
Fallax Caphareus. æstuat scopulis fretum:
Feruetq̄ semper fluctus alterna vice.
Arx imminet prærupta: quæ spectat mare
Vtrinq̄ geminum: Pelopis hinc oras tui:
Et Isthmon: arcto qui recuruatus solo
Ionia iungi maria Phryxeis vetat.
Hinc scelere Lēnon nobilē: hic Chalcedona:
Tardamq̄ ratibus Aulida. hanc arcē occupat
Palamedis ille genitor: & clarum manu
Lumen nefanda vertice ex summo efferens
In saxa ducit perfida classem face.
Hærent acutis rupibus fixæ rates:
Has inopis vndæ breuia cōminuunt vada:
Pars vehitur hui⁹ prima pars scopulo sedet.
Hanc alia retro spatia relegentem ferit:
Et fracta frangit. iam timent terram rates:
Voluntq̄ maria. cecidit in lucem furor.
Postq̄ litatum est: Phœbus in lucem redit:
Et damna noctis tristis ostendit dies. Cly.
Vtrum ne doleam: læter an reducem virum
Remeasse lætor: vulnus at regni graue
Lugere cogor. redde iam Graiis pater:
Altisona quatiens regna: placatos deos.
Nunc omne læta fronde veletur caput:

Sacrifica dulces tibia effundat modos:
Et niuea magnas victima ante aras cadat.
Sed ecce turba tristis incomptæ comas
Iliades adsunt: quas super celso gradu
Effręna phœbas entheas laurus quatit.

sem Græcā euntē & redeuntē. Ille.s.sęuus genitor Palamedis Nauplius, occupat.i. priusq̄ accederemus tenet, hanc arcem: & efferens ex summo vertice lumē clarū.i. ignē largum, manu nefanda. qa in pniciē tam innocentum q̄ nocentū, ducit.i. attrahit face pfida, qa portu simulante, classem.s. nostrā in saxa: rates.i. naues hęrēt fixæ rupibus acutis: & vada breuia qa iter scopulos, vndę inopis.i. imodicę & parū profundæ cōminuūt has.s. naues: pars huius.s. nauis posterior vehitur.i. est sup aquas: & pars prima, id est prora, sedet scopulo, id est super scopulum: alia.s. nauis ferit, id est concutit, hanc.i. aliam relegentem.i. repetentem spatia.s. maiora retro.i. quæ reliquerat: & fracta.s. a naui in quam impingit, frangit sup. eam. Rates.i. qui erāt in nauibus timent tam terras: quas paulo ante tantopere optauerant: & volunt.i. optāt maris: furor.s. ventorū & fulminū, cecidit in lucem.i. diem vsq;: postq̄ litatū est.i. satis de sanguine nostrum haustū: ita vt dij contenti essent: Phœbus.i. sol redit in lucē.i. more solito lucere incipit: & dies ostendit damna noctis tristis.i. aduersæ: aut dies tristis ex aspectu. Cly. Vtrum.s. faciā, ne.i. an doleā.s. de clade Græcorum, an lętet virū remeasse, reducē.i. saluū: lętor.s. virum remeasse: at cogor lugere graue vulnus regni. hoc dicere pōt ad tegendū timorē de commisso adulterio. O pater.s. Iuppiter, quatiens regna altisona.i. regionē in qua tonitrua fiūt, redde.i. effice, deos placatos. Omne caput veletur nūc fronde lęta: tibia sacrifica.i. qua in sacrificijs vti solebāt, effundat.i. ampliter emittat, modos dulces.i. melos: & victima niuea.i. iuuēcus albus, cadat ante magnas aras.s. Iouis. Potest hoc pcata esse simulanter & ex animo vero: sed mutato visa pellice. vñ sequitur. Sed ecce Iliades.i. mulieres Troianę incōptę comas.i. hñtes comas incōptas & passas, appositorie, turba tristis.i. quæ sunt turba tristis, adsunt: super quas gradu celso, id est cęteris altior, Phœbas.i. Apollinis vates Cassandra, effręna, id est furore sacro rapta, quatit laurus entheas.i. decentes phanaticas.

¶ Bellici dei. Martis: vt scribit Homerus. Phœbęs. Apollinis: qui semper cum Marte fauit Troianis. Pepulerant. fecerūt me retrocedere. Istos.s. deos. Tandem. si non timui illos deos, timebo ne Palladem quę viribus alienis vtitur scilicet fulmine Iouis. Inerti. fœminea. Ipse. scilicet Iuppiter: etiam illum non timerem. Tridente. sceptro suo triū cuspidum. cum audiret iactantem Aiacem Neptunus subruit scopulum in quo erat. Exerens. eleuans ipse Neptunus. Soluit. impulit & diruit. Montem. Scopulum. Cadens. scilicet Aiax. Nos alia. descriptionem cladis facit quā habuerunt prope montem Caphareum, vt supra diximus, de Nauplio patre Palamedis: qui signum dederat ex illo promontorio: vt illuc venientes Græci periclitarent. Humilis. non profunda. describit locum vbi passi sunt cladem. Vadis. vbi non sunt aquæ altæ. BERN.

Scrupeis. vbi sunt saxa. Scrupus inde diminutiuum scrupulus lapis dicitur. Mendax. quia sub aquis latent saxa. Vorticibus. circumuolutionibus aquę. Fallax Caphareus. de hoc supra diximus. Alterna vice. propter Euripum qui mare est angustum: vbi est incertus refluxus: modo fluit in vnā partem modo in altā. Scrupus.

Geminum. Ionium & Aegęum. Arcto. stricto & breui: vt descripsimus superius. Pelopis tui.s. aui.

Phryxeis. Hellesponto: vt declaratum est eam partē Aegęi vbi Helle mersa fuit appellatam fuisse Hellespōtum. Lemnos. insula Aegæi nobilis scelere ppter mulieres quæ ibi maritos occiderunt. Chalcedona. ciuitatem in litore Hellesponti: quis longe sit a Caphareo tamen describitur ibi. Aulida. ciuitatē Bœotiæ vbi portus famosissimus in quo naues Græcorum retentę sunt: vt supra dictum est: ideo ibi tardam appellat. Chalcedō.

Hanc arcem.s. Caphareum. Ille. habet emphasim: ille sceleratus Nauplius. Efferens. eleuans ignem: qđ signum nobis datum est. Comminuunt. frangunt: quia non erat aqua profunda. Sedet. hæret supra scopulum. Ferit. alia nauis percusserat saxum & frangebat alium sequentem retrocedendo: licet & ipsa esset fracta. Timent terram. nos antea cupidi eramus venire in terram quam nunc timebamus. Volunt maria. potius q̄ terram. Cecidit. cessauit in lucem: vel durauit vsq; ad lucē. Furor. id est tempestas. Litatum. sacrificatum ad pœnas nostras. Damna. quæ nocte passi sumus, nec videbamus: orta luce vidimus classem perditam. Vulnus. magnum damnum amissa classe. Redde. leuat manus ad cœlum rogando Iouem. Sacrifica. sacris adhibita. Cadat. immoletur. Sed ecce. dat locum sequenti scænę: nam veniebat Agamemnon cum turba captiuorum: & ante erat Cassandra. Iliades. Troianę. Effręna Phœbas. furens spiritu Cassandra. Entheas. phœbęas: quasi diuinas: nam laurus dicata est Phœbo.

¶ Aliena tela. Iouis fulmina. Arx imminet. in vertice Capharei in Eubœa stat templum Iouis Oenei. ad radices vero, Nauplij fraude periclitatus est Aiax. Phryxeis. Hellespontū etenim prospectat: vt testatur in vltima tragœdia. Pulsatur omni parte Phryxeum mare. Scelere. occidione maritorum. vt canit Apollonius in primo. Chalcedona. & Chalcedon & Chalcis ciuitas in EubϾ circuitu qua pte abest ab Hellespōto parte Capharei. ccxxv. Mil. pas. prius vocabatur Aechalia: cuiꝰ ex aduerso est Aulis. auctores Plinius, & Strabo. Relegentem. remetientem. Frangit. sequentem. Vtrum ne. ambigit Clytemnestra vtrum potius faciat: doleat an rideat redeūte Agamemnone. & est parasceue sequentis chori. Entheas. aptas furentibꝰ in vaticinio. DANI. Chalcedō

Varię metrorū species ex Dactylicis: Sapphicis: Anapęsticis: Iambicis: Adoniis.

CHORVS. CASSANDRA.

Heu q̄ dulce malū mortalibus additum
Vitæ durus amor: cum pateat malis

Heu q̄ dulce malum. Conqueritur chorus mulierū Troianarū q dulcedine vitæ illecta mortē seruituti non prætulerit: recitatq; prolixius deinde casum Troiæ, dicēs. Heu q̄.i. q̄tū dulce malum, additum sup. est.i. a natura insitum, mortalibus.s. hominibus, durus.i. obstinatus amor vitę: etiam in rebus duris: cum.i. q̄uis, effugium.i. euasio pateat malis.i. a ma- ASCen.

jis:& mors libera.i.liberans ab omni præsentis (salte) vitę malo, vocet.i.inuitet eos: ens sup. aut q̃ mors est port⁹ placid⁹ qete ęterna, hoc ex eoꝝ errore q defūctis nullā putant vitam: alioqui sūt multi q a tolerabili & tēporali cruciatu ad ęternū migrēt. Nullus terror, nec procella.i.ipetuositas fortunæ, ipotēs.i.supba & se cohibere neqēs, mouet hūc.s. portū mortis aut flāma tonantis iniqui.i. ferientis interdū innocentes: qđ nequaq̃ faceret verus Iuppiter.i.iuuans pater: nisi pro tēporali malo æternum reponeret bonū. Pax alta, id est diuturna, nullos coetus.i.cōspirationes ciuiū, timet aut iras minaces victoris.s.alterius partis ciuium aut hostis externi: non timet maria insana, id est præter morem æstuantis, coris vētis illis, asperis.i.rigide flantibus. Non timet acies feras: & nubem puluereā, motam.i. excitatam in aere, cateruis.i.turmis equitū, Barbaricis.i.barbarorum. Et perrumpet.i. euincet sicut qui per medios hostes victoriosus transit, omne bellum indomitum, populo cadente.i.q̄uis populus cadat cum tota vrbe: & flamma hostica.i.hostili, populante, q deuorante muros (Scriptum Iueni: Nō vrbe cum tota populos cadentes: vt sit non timet populos cadentes: sed quis timeat cadentes?) Solus est tēptor.i.cōtemptor deorum leuium.i. inaniter minantiū: nā si non sit (vt male præsupponit) alia præter hanc, vita: cum dij nihil grauius morte inferre posse videātur: cur deos timeat paratus mori? Male legit Bern. lenium) supple is: qui videt non tristis vult⁹ acherontis atri: & styga paludem infernam, tristem: & audet ponere finē vitæ. Ille erit par regi, & par.i.ęqualis supis: quia neq; mala diu patieē: neq; queq̃ metuet. Stāte errore Epicuri aias cū corporib⁹ interire: aut nihil posse pati: O q̄ miserū est nescire mori.i.nō habere p̄suasum potius esse moriendū q̄ seruiēdum: miserius tñ multo velle & non posse mori: qđ dānatis in iferno cōtingit. Nos vidim⁹ (ingreditur narrationē de excidio Troię) patriam.s. Troiā, ruētē nocte funesta.i.ferali: cū o ignes Dorici.i. Græci, raperetis tecta Dardana.i. Troiana: illa.s.patria, non cecidit victa bello nec armis, sed arte dolisq;: vt cecidit quōdā victa pharetra.i.sagittis ieuitabilib⁹ & fatidicis, Herculea.i.Herculis: & quā nat⁹ Pelei & Thetidis.s. Achilles, nō vicit: & quā nō vicit char⁹ nimiū Pelidę.i. Pelei filio Achilli.s. Patrocl⁹: quo iterēpto Achilles noctē insōnē duxit (vt Homer⁹ scribit. & Iuuēalis inuit. Patiē lugētis amicū Noctē Pelidæ) cū.i. qñ Patrocl⁹ fulsit armis.s. Achillis accepti.s.ab Achille pugnare recusāte: ob raptā Briseida: & cū fudit Troas Achilles falsus.i.simulat⁹: oēs ei Troiani a facie ei⁹ fugerūt p̄ter Hectorē: q eū secū cōgressū vicit & spoliauit: vñ illđ enei.ij. Hei mihi q̄lis erat: quātū mutatus ab illo Hectore q exuuias redijt idut⁹ Achillis: aut, q redit exuuias &c. aut cū ipse Pelides.s. Achilles, sustulit.i.excitauit, animos feroces luctu.i. ob dolorem & iram Patrocli interēpti: & Troades timuere supple eum celerem saltu quia leuib⁹ pedibus preditus erat: ita vt Statius dicat super glaciem vni⁹ noctis currere solitū, muris

Effugium: & miseros libera mors vocet:
Portus æterna placidus quiete.
Nullus hunc terror: nec impotens
Procella fortunę mouet:
Aut iniqui flamma tonantis.
Pax alta nullos ciuium coetus
Timet: aut minaces victoris iras.
Non maria asperis insana coris.
Non acies feras: puluereamq; nubem
Motam Barbaricis equitum cateruis.
Vrbe cum tota populo cadente:
Hostica muros populante flamma:
Indomitum bellum perrumpet omne.
Solus est temptor leuium deorum
Qui vultus Acherontis atri:
Qui Styga tristem non tristis videt:
Audetq; vitæ ponere finem.
Par ille regi: par superis erit.
O q̃ miserum est nescire mori.
Vidimus patriam ruentem nocte funesta
Cum Dardana tecta Dorici raperetis ignes:
Non illa bello victa: nec armis
Quondam vt Herculea cecidit pharetra.
Pelei quam non Thetidisq; natus:
Charusq; Pelidæ nimium feroci
Vicit: acceptis cum fulsit armis:
Fuditq; Troas falsus Achilles.
Aut cum ipse Pelides animos feroces
Sustulit luctu: celeremq; saltu
Troades summis timuere muris.
Perdidit in malis extremum decus
Fortiter vinci restitit annis
Troia bisquinis: vnius noctis peritura fato.
Vidimus simulata dona molis immensæ:
Danaumq; fatale munus duximus nostra
Creduli dextra: tremuitq; sæpe
Limine in primo sonipes: cauernis

Conditos reges:bellumq; gestans:
Et licuit versare dolos:vt ipsi
Fraude sua capti caderent Pelasgi.
Sæpe commotę sonuęre parmæ:
Tacitumq; murmur percussit aures:
Et fremuit male subdolo parens
Pyrrhus Vlyssi.
Secura metus Troica pubes:
Sacros gaudet tangere funes.
Hinc æquęui gregis Astyanax:
Hinc Aemonio desponsa rogo
Ducunt turmas:hęc fœmineas:
Ille viriles.

summis.i.licet altissimis. Patria sup.aut Troia: perdidit extremū dec⁹ in malis.i.qđ cōtingere pōt in malis.s.vinci fortiter.i.vi fortioris cū animose obstaret: Troia restitit.s. græcis,bis quinis.i.decem annis,peritura fato.i. infortunio,vnius noctis. Nos vidim⁹ dona simulata.s.vota Mineruę,molis immensę.i. equū tantę magnitudinis vt portis excipi nequiret. Daniel interp̄tatur machinā bellicam immēsā q̄ nūc aries dicit̄.& nos creduli.i. Sinoni credētes,duxim⁹ manu nostra,donum fatale.i.exitiale nobis, Danaū.i.gręcoꝝ:& sonipes.i.equus ligneus,gestans reges & bellū i.bellatores,conditos.i.absconditos, cauernis.i.latebris vteri sui, tremuit sępe:qa vt dicit Maro,ter in primo limine:& licuit.i. datū fuit & in nostra potestate,si mens non lęua fuisset,versare.i.i authores vertere,dolos.s.Danaū (res & verba fere ex Vergilij secundo deprōpta) vt ipsi pelasgi caderent capti fraude sua.Quia parmę.i.breuia scuta,cōmotæ sonuer̄ sæpe:& murmur tacitū.i.ignotū vn̄ pcederet pcussit aures sup.nr̄as:& Pyrrhus male i.non satis,parens.i.obediens Vlyssi subdolo,qui immotū se cōtinere & penitus tacere iubebat,fremuit.s.prae ferocis aī q̄ tā diu inclusus lateret. Pubes Troica.i.Troiana,secura.i.expers metus,gaudet tangere funes sacros:quib⁹ equus traheret̄. Astyanax fili⁹ Hectoris,& desponsa.s.postmodū,rogo Aemonio.i. Achilleo,ducūt turmas:hæc.s.posterius dicta fœmineas,ille.s.prius dictus, viriles, gregis ęquæui id est puerorum.

Heu q̄. Introducit̄ Chorus deplorās miseriā suā q̄ sibi euenit:cū nō sint ausę sese occidere:nā mors ē finis miseriarū: & ip̄am cōmendat. Durus.inflexibilis. volūt etiā hoies in miserijs viuere. Libera.q̄ oēm seruitutē fugit.hoc est secūdū institutū stoicorū: qui in extremis malis mortē accersendā putabant.qđ Cicero in Catone dānat:dicēs nō esse egrediendū a custodia iniussu imperatoris: nec esse moriendū priusq̄ deus nos euocet. Effugiū.qua possumus fugere mala. Nullus.cōmedat hūc portū mortis in quo nulla est pcella. Impotens.amara. Flāma.versus est Iambicus. Cœtus.cōgregationes.nō timet cōspiratiōes ciuiū:quia nihil possunt facere. Coris.vēti. Insana.turbata. Non acies.non timet hostes nec arma. Perrūpet.i.iste portus.ip̄a mors supat oia. Solus.q nō curat mori cōtemnit supplicationes deorum leniū.i.fauentiū & benignorū. Non tristis.non dolens neq; inuitus. Ponere.seip̄m occidere.
BERN.

Par regi.qui audet se occidere est similis regi & dijs:q possunt dare & tollere vitā. O q̄.magna miseria est hominis calamito si qui nescit finire illam morte. Munus.equum.in equo erāt armati:vt scribit Virg.in.ij. æneì. Fatale.qđ tulit nobis fatū & excidiū. Dorici.græci. Raperetis.cōsumeretis. Bello.imo insidijs: nō capta fuit vi queādmodū prius ab Hercule. Nat⁹ Pelei. Achilles. Charus Pelidę.i. Achilli. Patroclum intelligit: q susceptis armis Achillis pugnauit cū Hectore & ab eo interfect⁹ est. Falsus Achilles.ip̄e Patrocl⁹ indutus armis Achillis. Feroces.fortes & iratos. Sustulit.leuauit. Luctu.morte amici Patrocli.nā prius rapta sibi Briseide otiosus in castris nolebat pugnare. Saltū .s. Achillis timebāt Troiani ex muris ne ipse ascenderet. Perdidit.hucusq; pendet Hyperbatō.ista patris q̄ nunq̄ victa fuit a Patroclo nec Achillem,nūc perdidit extremū decus. s.fortiter vinci:nā turpiter est victa per insidias. Troia.ibi constructio incipit.

Vidimus.s.equū ligneū maximū:de quo supra. Molis.equi maximi. Fatale.qđ nobis ferebat fatum & mortem.hoc est sumptū a Virgilio. Conditos.occultatos. Dolos.i.dolosos. licebat eos obruere cū equo.

Caderent.morerentur:nam potuimus versare.i.intelligere:nam parmæ.i.clypei sæpe strepitum fecerūt intus. Pyrrhus.filius Achillis audax. Male parēs.id est iobediens Vlyssi fraudulento.sæpe clamare voluit p̄hibente Vlysse. Pubes.iuuentus sine metu gaudebat tangere funes sacros quibus trahebat̄ equus ille cōsecratus Mineruæ. Astyanax.filius Hectoris:cum grege æquæuo.i.cum turba puerorum eiusdē ætatis ibat ad videndū illū equū:ex alia parte despōsa.i.Polyxena ducta,rogo Aemonio.i.ad sepulcrū Achillis Aemonij.i. Thessalici: vt vidimus in Troade,ducebat turmas puellarum.

¶Vidimus patriam.Ex opportunitate quadam habita extendit se in longiori narratione Troiani excidij: cuius causam fraudulōso illi sonipedi durateo cum Virgilio sentiens ascribit: quem Epeus Panopei filius vir Bœotius architectatus est.& Plynius tradit Epeum primum inuenisse equum qui nunc vocatur aries, in muralib⁹ machinis: vt meminit in Odyssea Homerus & Strabo: tantæ magnitudinis vt propior sit fabulæ q̄ historiæ. Falsus Achilles.cum iam combussisset naues græcorū Hector,dedit arma Patroclo Achilles: & iussit ilico armari:primū itaq; induit ocreas argēteas ferreū thoraca variū & fulgidū,inde humeros circūdedit ense argēteo, mox sustulit scutū æreū: capiti p̄terea iposuit galeā cristatā: oia sūpsit deniq; arma p̄ter lāceā quā nemo extra Achillē poterat vibrare:ascēditq; in currū aurigāte Automedōte.hūc ordinē sequitur Home. π. Iliados. Fuit Patrocl⁹ fili⁹ Menœti.q cū pemisset Opūte puerū Euanē aufugit ad Peleū:is Achilli filio sociū dedit. Dona simulata.equum durateū fœtum armatis. Nostra dextra. Papinius in prima sylua. Hūc neq; discissis cœpissent Pergama muris:Nec grege permixto pueri innuptęq; puellæ. & cætera. Et licuit.& nobis erat integrum deprehendere dolos græcorū nisi omnino fuissemus insanæ. Vt ipsi. vt iā quoq; pœnas luerent fallaciæ suæ ipsi græci.

DANI.
Equus Troianus.
Epeus.
Aries.
Patrocli armatura.
Patroclus.
Equus durateus.

ASCEN. ¶ Festæ.i.festiuæ matres.i.matronę ducunt diuis munera votiua.i. votiua, q̄ vouerant si Troia obsidione solueretur:patres festi.i.festiui, adeunt aras,etiam rei votorū:& q̄d nū q̄ vidimus,post ignes.i.rogos funebres,Hectoreos.i.Hectoris filij eius,Hecube est læta s.tūc visa.O dolor infelix,quid paras nūc flere primū, quid ve extremū? An sup.mœnia nostra fabricata manu diuum.s.Apollinis & Neptuni,diruta.i.solo ęq̄ta? An templa vsta super deos suos? Non vacat.i.non satis est otij, lachrymare istis malis.i. ob ista mala in quibus dijs facta contumelia:quia nimis magna sūt.O parēs magne. s. phrygū,Priame. Iliades.i.mulieres Troianę,flent.i.modo,te. & hoc dicto incipiūt Nęniā Priami. Vidi vidi telum Pyrrhi idē ensem,in iugulo senis.s. Priami,vix tīgui exiguo sāguine: q̄a senib⁹ imminuit sanguis. vñ æneì.ij. Vos quib⁹ integer æui sanguis &c. Ad hæc Cassandra inquit. O Troades cohibete.i. cōtinete lachrymas.s.de excidio Priami: quas oē tēpus petit.q.d.quas non potestis digne satis fundere:& ipsę lugete funera vestra.i. parentū & necessariorū vestrorū,gemitu lamentabili:ęrūnę meę,quia maximę sunt,recusant socium.i.volūt seorsum defleri,remouete questus.i. querimonias,cladibus meis:ipsa.i. ego sola, sufficiā malis nostris.i.generis mei.Cho.Iuuat.i.delectat & pdest,miscere lachrymas lachrymis: quia quos curę lacerāt secretæ.i.occultæ, vrunt magis q̄ apertę.Iuuat deflere suos in mediū.i.in cōe:nec enim tu q̄uis.i. licet aut q̄tumuis dura & patiens mali.i.aduersitatis, virago.i.virilis fœmina,poteris.s.sola,flere.s.condigne:tantas ruinas.Nō aedonis idē philomela seu luscinia, querula ob abscissā linguā & vitiū a Tereo oblatū (Sūt q legant per Dieresin tristis Aedon:& in Marone cantat Aedon) q̄ cantat ramo verno.i.densante fronde, carmē nobile,cuius artificium artificiose describit Plinius,modulata Ityn.i. cæsū ei⁹ pri appositi & post in Phasianum versi in sonos varios,mirifice variatos, non poterit lugere digne tuā domū:nō ales bistonis.i. hirūdo, i quā Progne in Bistonia.i. Thracia versa est: vñ Maro,Et manibus Progne pectus signata cruentis:quę residēs summis tectis vbi luteos suspēdit nidos,deflet garrula impia furta.i.adulteria cū sorore Philomela: mariti diri.s. Terei:q violatæ linguā excidit poterit lugere digne, conquesta.i.licet fuerit cōquesta,domū tuā.& licet ipse Cignus filius Neptuni clarus iter olores niueos, q̄a postq̄ in olorem versus est omnes ab eo cigni aut cicni cœperūt vocari,colens istrū & Tanaim i.maximos quosq; septētrionis fluuios,licet dico velit loqui extrema.i. qualia canit moribundus q̄ suauissima & modulatissima sunt sup.non poterit &c. Et licet Alcyones aues q̄ in mari tpe brumali nidificant summāq; trāquillitate illi inducūt, in quas Ceix submersus & Alcyone vxor eius se mergere parans conuersi finguntur,sonent Ceica suum.s.maritum,fluctu plangente.s. per sonū echus,leniter.i.modulate: cum ipsæ male confisæ pelago tranquillo, quia trāquillitatem magnam

Festæ matres votiua ferunt
Munera diuis.
Festi patres adeunt aras.
Vnus tota est vultus in vrbe.
Et quod nunq̄ post Hectoreos
Vidimus ignes:
Lęta est Hecube.Quid nunc primum
Dolor infelix:
Quid ve extremum deflere paras?
Mœnia diuum fabricata manu
Diruta nostra?
An templa deos super vsta suos?
Non vacat istis lachrymare malis.
Te magne parens flent Iliades.
Vidi vidi senis in iugulo
Telum Pyrrhi vix exiguo
Sanguine tingui. IAMBICI. Cas.
Cohibete lachrymas:omne quas tēpus petit
Troades:& ipsę vestra lamentabili
Lugete gemitu funera:erumnæ meę
Sociū recusant:cladib⁹ questus meis ANA.
Remouete:nostris ipsa sufficiam malis. Ch.
Lachrymas lachrymis miscere iuuat.
Magis exurunt quos secretę
Lacerant curę.iuuat in medium
Deflere suos.nec enim q̄uis
Dura virago:patiensq; malis
Poteris tantas flere ruinas.
Non quę verno nobile carmen
Ramo cantat querula Aedonis
Ityn in varios modulata sonos:
Non quę tectis Bistonis ales
Residens summis impia diri
Furta mariti garrula deflet:
Lugere tuam poterit digne
Conquesta domum.licet ipse velit
Clarus niueos inter olores

Istrum Cicnus Tanaimq; colens
Extrema loqui. licet Alcyones
Cæica suum fluctu leniter
Plangente sonent: cum tranquillo
Male confisæ credunt se iterum
Pelago audaces: fœtusq; suos
Nido pauidæ titubante fouent.
Non si molles imitata viros:
Tristis laceret brachia tecum:
Quę turritę turba parenti
Pectore rauco concita buxum
Ferit: vt Phrygium lugeat Atym.
Non est lachrymis Cassandra modus:
Quia quę patimur vicere modum.

tempestas magna subsequi solet. vt Palinurus ad finem quinti æneidos docet: credunt audaces, quia audaces, iterum se pelago & fouent pauidæ non sibi sed pullis suis timētes, fœtus suos: & hoc nido titubante. i. vacillante cum sit in mari: nō poterit &c. Si turba s. Phrygia, quę concita pectore rauco, ꝓpter clamorem frequētē, ferit parenti turritæ. i. in honorem Cybelis matris deorum, buxū. i. e buxo tympanum: vñ Maro Tympana vos buxusq; vocat Berecynthia: vt lugeat Atym puerum Cybeli dilectū vt Bern. enarrat, imitata viros molles id ē gallos sacerdotes se castrantes cultro lapideo, laceret tristis brachia tecum: non poterit digne &c. Nam o Cassandra, modus. i. mensura, nō est lachrymis: qa ea quæ patimur vicere. i. excesserunt modu.

¶ Votiua. Quibus agerent gr̃as dijs. Vulgusq;. s. letitiæ: similiter omnes erant leti. BERN.

Ignes. rogos Hectoris. Hecube. nomina tiui casus. Quid nunc. ideo cum habet tot calamitates, rogat quid prio lugere debeat: aut vltimū. Non vacat. non est otiū & tempus. Magne parens. Priame. Iugulo. gutture. Exiguo. quia modicus sanguis erat.

Cohibete. subsequitur Cassandra dicēs ne mulieres Troianę fleant Priamū patrē suum sed potius suos. illę autem respondent se velle communicare dolorem suum: quia ipsa non posset sufficere tāto luctui etiam si haberet socias aues quę semper plorant. Questus. lamentationes. Sufficiam. per me potero lugere. Secretę. inclusę. Exurunt. affligunt. Dura virago. licet sis fortis non poteris sola flere tantas ruinas. Tristis Aedonis. Philomena Thracensis filiū Ithim interfectū in auē cōuersa plorat: vt plene scribit Ouidius. Pendet textus vsq; Lugere. illę nō possent digne lugere casum tuū. Verno. tpe veris. sic Catullus. Qualis subdēsis ramorū cōcinit vmbris Daulias: ablumpti fata gemens Ithili. Aedonis. Thracensis. nonq; ipsa esset de Thraciæ: sed ibi mutata in auem. Aedonis mons Thraciæ declinat & Aedon teste Lucano. Bistonijs. Thracēsib9 Prognē. ipam intelligit in auē cōuersam: q̄ impia mater filium Itym Tereo marito comedēdū apposuit. Furta. adulteriū cū Philomena sorore. vt scribit Oui. lib. vij. meta. Cygnus. auis flebiliter canens: de qua superius vidimus. Histrū. & Tanaim. fluuios Thraciæ. Extrema. nā vt testatur Pli. cū sentit mortem suauius & flebilius cantat. Alcyones. aues flebiles. Alcyone vxor Cæicis vidēs cadauer mariti mersi in mare ad littus ꝓperans in auē cōuersa est: & ibi flebibiliter nidificat de hac scribit Propertius & Oui. & Plaut9 in penulo: ipsamq; alcedinē appellauit his verbis. Qz mare dulce est cū ibi alcedo pullos educit suos. Cæica. accusatiu9 est græcus. Male cōfisę. s. trāquillitati maris. Audaces. scribit idē Pli. lib. v. Alcyones aues paulo minores passerib9: habētq; maiori ex parte pennas purpureas cādidis admixtas: collo gracili ac ꝓcero: q̄s videri contingit raro: qa nunq̄ nisi circa solstitia & in bruma in qua oua deponūt apparēt. Nam tūc quoq; medio fere hyemis in mari nidificāt: quo tpe si pontus vndosus fuerit, ipsis ouis mālucscit: caduntq; ꝓcellæ oēs donec alcyones posita oua foueāt. & cū septē dies sint quib9 educūt pullos, septē alios adiūgūt quib9 part9 enutriant. de quib9 Oui. lib. xj. meta. dicit. Perq; dies placidos hiberno tpe septē Incubat alcyone pendētib9 ęquore nidis: Tum via tuta maris: ventos custodit & arcet Aeolus egressu: præstatq; nepotibus æquor. Fœtus. oua sua. Titubante. tremente vel ex scopulo, vel in littore. Non si. hāc fabulā scribit Oui. lib. iiij. fastorum Athym puerū Phrygiū Cybele deorū mater casto sibi amore deuinxit: iussitq; vt purus ꝑseueraret: & sua tēpla tueret. & subdit Oui. Ille fidem iussis dedit: & si mentiar inqt, Vltima qua fallā sit Venus illa mihi. Sed deinde vel ꝓceptorū oblit9, vel libidine vel amore deuictus, fallit: & in nympha Sagarathide desinit esse qd̄ fuit Quia cū ea nympha pœnas dedisset ac perisset: puer in furias conuersus, putās domos ruere tectū omne diffugit: & per summa Dindymi mōtis Phrygię: q dea sacer est, furiose discurrens arrepto lapideo cultro seipsū excastrauit: dicēte Oui. Ille etiā saxo corp9 laniauit acuto: Lōgaq; nō mūdo puluere tracta coma ē. Voxq; fuit merui meritas do sanguie pœnas: Ah pereāt partes q̄ nocuere mihi. Ah pereant dicebat adhuc: onus inguinis aufert. Cum ergo Athys p eū modū se execuisset: venit in id exemplū: vt oēs q matri deū ministrare cupiunt, seipsos excastrare debeāt: dicēte Oui. in p̄fato libro. Venit in exemplū furor hic: mollesq; ministri Cędūt iactatis vilia mēbra comis. Verū hi cū matri deū sacra litabant, ꝓprio sibi sanguine crines inungebāt: & caput inde rotantes futura p̄sagire credebant. Non si. supple lugeat. Molles. castratos, corybantes, gallos. Turritę. Cybeli: quę habet coronā ex turribus. Rauco. ꝓpter clamorē. Buxum. tibiam ex buxo. Modus. terminus lachrymis non est. Alcyone. Alcyones. Atys.

¶ Magis exurunt. Tectæ & latentes curæ vrūt & decoquūt sim: iō euomendas excreādasq; a penitissimo corde carnifices curas mane surgentib9 cōsulit Plutarchus i quodā ioculari & perfaceto apophthegmate. ergo iuuat, expedit o Cassandra palā suos deflere. Tristis Aedonis. ales daulias luscinia, seu mauis hirundo. Aedonis forma patronymica. & ꝓducit naturaliter penultimam .i. Theocritus: εμοί αηδονιδων μελιζεν ουρεασι χειμαινεσθαι. vt superius etiam notaui. Solus Lucanus arbitror ex authoritate systolen fecit. Alcyones. Eustathius grammaticorum eruditissimus errat hanc dictionem aspirari: licet torqueatur ab ἁλὸς καὶ κύω. etenī α ante DANI. Aedonis. Alcyones.

Alcedo. ſequente.κ.aſpirationem perdit. Plautus appellat Alcedinẽ, vt meminit Plutarchus, in penulo. Q̃ mare dulce eſt cum ibi Alcedo pullos educit ſuos. quem locum quidam male expoſuit de Philomena ſentiens. huius volucris in Odyſſea meminit Homerus. & Plinius in. v. & Ouidius in cõſolatoria ad Liuiam: & in vndecimo mutationum. Turba. Cybeli qui initiabantur caſtrabantur hauſtu galli inſanietes. eſt Gallus fluuius in gaGallus fluuius. latia Phrygiæ: a quo nomen traxere matris deum ſacerdotes: auctor Plinius. v. cap. xxxij. Atym. Atys puAtys. er Cybelis promiſſam corporis integritatem in Sagaratide nympha rumpere coactus, ob idq; in inſaniã verſus ſibi acuta teſta truncauit cliterlinoa. id quod denotat ſemina non produci decuſſis floribus. Atys enim deſignat flores. cliterlini vero ſpermata. author Euſebius in euangelica præparatione. in libro tertio.

IAMBICI.

Sed cur ſacratas diripis capiti infulas?
Miſeris colendos maxime ſuperos teor. **Ca.**
Vicere noſtra iam metus omnes mala.
Equidem nec vlla cælites placo prece:
Nec ſi velint ſęuire: quo noceant habent.
Fortuna vires ipſa conſumpſit ſuas.
Quę patria reſtat? quis pater? quę iam ſoror?
Bibere tumuli ſanguinem atq; arę meum.
Quid illa felix turba fraterni gregis?
Exhauſta. nempe regiã miſeris ſenis
Vacuam relicti totq; per thalamos vident
Præter Lacenam cęteras viduas nurus.
Tot illa regum mater & regimen Phrygum
Fœcunda in ignes Hecuba: fatorum nouas
Experta leges: induit vultus feros:
Circa ruinas rabida latrauit ſuas
Troię ſuperſtes: Hectori: Priamo: ſibi. **Cho.**
Silet repente Phœbas: & pallor genas
Creberq; totum poſſidet corpus tremor:
Stetere vittę: mollis horreſcit coma:
Anhela corda murmure incluſo fremunt.
Incerta nutant lumina: & verſi retro
Torquentur oculi: rurſus immites rigent.
Nunc leuat in auras altior ſolito caput:
Graditurq; celſa: nunc reluctantes parat
Reſerare fauces: verba nunc clauſo male
Cuſtodit ore: Męnas impatiens dei. **Ca.**
Quid me furoris incitam ſtimulis noui
Quid mentis inopem ſacra Parnaſi iuga
Rapitis? recede Phœbe iam non ſum tua.
Extingue flammas pectori infixas meo.

ASCEN. ℭ Sed cur. Caſſandra ſentiens ſe vrgeri ſpiritu fatidico Apollinis: vt ad vicinandũ minus idonea ſit, depoſuit iſignia ſacerdotalia vnde Chorus quærit. Sed cur diripis capiti infulas. i. mitras ſacratas? Ego reor ſupos maxime colendos miſeris: quia vt ille dicit, Ad dominum cum tribularer clamaui &c. q. d. licet miſerrima ſis non debes propterea negligere cultum deorum. Caſ. Mala noſtra vicere. i. ſuperauerſit iam omnes metus: quaſi dicat nulla teneor amplius religione: quia vt dicit Papiniua, Prim⁹ i orbe deos fecit timor: vnde & religio a religandis animis dicta. Equidem. i. ego quidẽ, nec placo. i. placatos & placidos facio, deos vlla prece: nec ſi dij ſup. velint ſæuire. i. exercere ſęuitiam in me, habent quo noceant. ſ. mihi. hoc tragico furore dictum: alioqui impium & ſacrilegum eſſet dicere. Ipſa fortuna cõſumpſit vires ſuas. ſ. in me. Nam quæ patria reſtat, ſup. nobis? q. d. nulla. quis pater? etiam nul⁹. quæ ſoror iam? q. d. ſimiliter nulla. Tumuli, vt Achillis, bibere ſanguinem meum. i. ſororis meæ Polyxenæ, atq; aræ. ſ. Iouis Hercæi, bibere ſanguinem meum idẽ patris mei Priami & fratris Polytæ. Quid ſup. facit aut deuenit, illa turba felix gregis fraterni? qui quinquaginta fuiſſe perhibentur: vnde æneí. ij. Quinquaginta intus thalami, ſpes tãta nepotum. Sed etiam ſororum thalami nepotes procreãt. Reſpõdet. Exhauſta ſup. eſt. i. abſumpta. nempe. i. nã certe, aut ipſi, relicti. i. ſuperſtites, vident regiam ſenis miſeri. i. miſerãdi Priami, vacuam. ſ. prole: & vident præter lacenam. ſ. Helenã, cæteras nurus. i. filiorũ Priami vxores, viduas, per tot. i. quinquagita, thalamos Helena autem Deiphobo poſt Alexãdrum nupſerat. Illa. ſ. nobiliſſima mater, & regimẽ tot regum phrygum, fœcũda in ignes, quia tot filios regia imponẽdos & iam impoſitos genuerat: aut quę Parim dum in vtero portaret facem ſibi geſtare viſa eſt quæ Troiã tandem cremaret: quod etiam euenerat: experta nouas leges fatorum, quia vt in Hecuba dicit Euripides in canem verſa eſt, induit vult⁹ feros id ẽ canis rabidæ: latrauit rabida circa ruinas ſuas, ſuperſtes Troię, Hectori, Priamo, ſibi. quia extat non Hecuba ſed canis. Chor⁹ indicans Caſſandram furore ſacro rapi & reluctari ſi qua poſſet excuſſiſſe deum: nã plurimum vexabantur vaticinantes: dicit. Phœbas idẽ Phœbi ſacerdos Caſſandra, ſilet repente: & pallor poſſidet. i. occupat genas: & tremor creber poſſidet totũ corpus. Vittæ ſtetere. i. horruere cũ capillis ſtantib⁹: coma mollis. ſ. per naturam, horreſcit. i. fit aſpera p horrorem quẽ concipit de deo: corda anhela id eſt crebro reſpirantia, fremunt murmure incluſo: lumina id eſt oculi aut pupillæ oculo-

Cui nunc vagor vesana? cui bacchor furens?
Iam Troia cecidit: falsa quid vates ago?
Vbi sum? fugit lux alma: & obscurat genas
Nox alta: & æther abditus tenebris latet.
Sed ecce gemino sole præfulget dies:
Geminumq; duplices Argos attollit domos.
Idæa cerno nemora: fatalis sedet
Inter potentes arbiter pastor deas.
Timete reges moneo: furtiuum genus:
Agrestis ille alumnus euertet domum.
Quid ista vecors tela fœminea manu
Districta præfert? quem petit dextra virum?
Lacena cultu ferrũ Amazonium gerens?

rum, nutant incerta: & oculi torquentur versi retro. i. retrorsum: & ipsi oculi immites. i. feroces & austeri, rigent id ẽ sunt rigidi rursus. Et ipsa Cassandra, altior solito, leuat nũc. i. interdum caput in auras: graditur celsa. i. erecta fronte: & parat nunc. i. interdum, reserare. i. aperire fauces reluctantes. i. nolentes emittere vaticinia: & custodit nũc. i. interdum male verba ore male clauso. i. inuita loquit: mænas. i. furens mulier, impatiens dei. i. recusãs recipere Apollinem. Vbi vero domita fuit & victa ab Apolline, sic fari cœpit. O sacra iuga Parnasi montis Phœbo sacri, quid rapitis me incitam stimulis furoris noui? quid rapitis me inopem. i. impotẽ mentis? O Phœbe recede. s. de pectore meo: q̃a nõ sum tua: extingue flammas infixas pectori meo. Cui. i. ad cuius imperium vagor nũc vesana? cui bacchor. i. bacchãtium more feror, furẽs? visa enĩ sibi est discurrere licet quiesceret. Troia iam cecidit: quid ego vates falsa. i. vt falsa nunq̃ credita, ago? vbi sum? lux alma fugit sup. me: & obscurat genas. s. meas. i. sin⁹ oculorum. Nox sup. est alta id ẽ profunda: & æther. i. cælum, latet abditus tenebris. Sed ecce dies (inconstans & insanus sermo furentem indicat) præfulget. i. p̃ter morem fulget, sole gemino: quia furẽtibus & ebriosis oĩa videnť gemia: & Argos vrbs ad quã accedebat, geminũ. i. geminatũ, attollit domos duplices. Ego cerno nemora Idæa: pastor fatalis. s. Paris, sedet arbiter. i. iudex formæ: inter deas potentes: Iunonẽ, Venerẽ, & Palladẽ. O reges. s. Phrygij: moneo timete gen⁹ furtiuũ. i. parim furtim alitum: ille allũnus agrestis. i. Paris seu Alexander inter agrestes educatus (nõ loquiť de Aegistho) euertet domũ. s. Priami. Quid. i. ad quid, ista vecors. s. Clytẽnestra, præfert tela districta. i. nudata, manu fœminea? quẽ virũ petit dextra. s. sua, ens sup. Lacena. i. e Laconica regione, cultu. i. in habitu vestiũ: sed gerens ferrũ Amazonium. i. securim more Amazonum.

¶ Sed cur. Dum loquitur, videt Chorus Cassandram deponentem ornamẽta sacerdotalia cũ maxime eo tẽpore misero deos colere deberet. Vicere. respõdet se nõ curare deos: cũ nihil peius possint sibi dare. Oẽs metus. nihil timeo amplius: cũ oĩa mihi sint erepta. Quo. non habent aliquod malũ quo nocere possint mihi. BERN.

Quę patria. q. d. nulla: vnde declarat q̃ sibi nihil restet. Bibere tumuli. hoc dicit p̃pter Polixenã ad tumulum Achillis interfectam. Aræ. dicit p̃pter Priamũ ad Aram Iouis interfectũ. Gregis. nã Priamus quinquaginta filios habuit. Senis. s. Priami. Relicti. s. vident familiã vacuã. Pręter Lacenã. Helenã: quæ Menelaum habet & prius habuerat fratrem meũ Paridẽ. indignatiue loquiť. Nurus. vxores filiorum Priami.

Hecuba. appositiue regimen: nã fuit animo virili, pia, & benigna. Nouas leges. quia scribiť versa in canem teste Oui. xiiij. meta. In ignes. i. rogos. nã oẽs filios cremari vidit. Induit. suscepit: cum facta fuerit canis.

Supstes. q̃ vixit vltra alios. Sibi. nã post Hecubã mulierẽ, ipa quoq; vixit canis. Silet. viderat añ Chorus Cassandrã deponere vittas: nunc aũt pallidam & variantem colorem: nec verba exprimentem p̃pter spiritũ Apollinis vrgentem. Phœbas. vates Cassandra. Horrescit. erigitur. Torquentur. tanq̃ fugiant spiritum. Riget. stant firmi. Altior. videtur maior q̃ ante. In auras. in altum. Reluctantes. contranitẽtes. nollet loqui sed spiritus cogit: aliquando sciunt & non possunt dicere. Reserare. aperire. Impatiens. non valens pati deum. Mænas. proprie est Baccha. sed ibi pro vate furiosa ponitur. Quid. verba Cassandræ resistẽtis Phœbo. Stimulis. sicut solet incitari equus: nam poetæ de Phœbade loquuntur more equitãtis. Parnasi. vbi colebatur Apollo. Phœbe. non sum amplius tua: sed Agamemnonis. Flammas. quas ingeris ad diuinationem. Cui. ad vtilitatem cuius. nulla est causa cur debeam vaticinari. Furens. Vaticinans. Bacchor. insanio. Falsa. quia non creditur mihi. Vbi sum. ingreditur spiritus qui ipsi omnem mentem mutat. Abditus. occultatus, non videtur mihi. Gemino sole. furiatis & ebrijs omnia videntur geminari. Argos. patria Agamemnonis. Idæa. montis Idæ: vbi Paris tulit sententiam inter deas. Furtiuum. hoc dicit propter Aegisthum: sed ad similitudinem Paridis. Agrestis. Aegisthus nutritus in agris. nam cum natus esset ex Pelopea, ob pudorem proiectus est: & a capra nutritus. vnde nomen Aegisthi assumpsit: nam ægos capra dicitur. hic tandem ad regiam ductus Agamẽnonem a bello Troiano redeuntẽ interfecit, vna cũ Clytẽnestra: ipe aũt tandem & Clytemnestra ab Oreste interfecti sunt. Quid ista. videt etiam mulierẽ armatã securi more Amazonũ. Districta. euaginata. Lacena. habẽs cultũ Lacedæmonium. Ferrum. securim Amazoniam.

¶ Nec si velint. Iam sunt inermes dij: adeo crebra eorũ in nos pugna & colluctatio fuit. Relicti. supstites vi deãt vacuã regiã. In ignea. in exitium patriæ: q̃ pepit Paridẽ: vel q̃ filiorũ vidit tot funera & rogos. Stetere. inhorruere aut erectæ sunt. Nutant. tremũt mouenť quasi malũ minantes. & Chorus ad spectatores insanę vatis habitũ ex quadã occasione depingit. Mænas. insana & furibunda παρα το μαινομαι. Iuuenalis. Crinemq; rotant vlulante Priapo Mænades. Fatalis. capitalis patrię & nobis. Fœminea manu: ad Clytẽnestrã pertinet hoc vaticiniũ. Ferrũ. bipennẽ. armanť securib⁹ & peltis Amazones vt tradit Apollonius in ij. & Penthesilea Amazonum regina teste Pli. inuenit securim prima. DANI. Securis inuentio.

Quæ versat oculos alta nunc facies meos?
Victor ferarum colla vexatus iacet:
Ignobili sub dente Marmaricus leo:
Morsus cruentos passus audacis leę.
Quid me vocatis sospitem solam e meis
Vmbrę meorum?te sequor tota pater
Troia sepulte:frater auxilium Phrygum:
Terrorq; Danaum:non ego antiquum decus
Video:aut calentes ratibus exustis manus.
Sed lacera membra:& saucios vinclo graui
Fortes lacertos:te sequor nimium cito
Congresse Achilli Troile:incertos geris
Deiphobe vultus:coniugis munus nouę.
Iuuat per ipsos ingredi Stygios lacus:
Iuuat videre tartari sęuum canem:
Auidiq; regna Ditis:hæc hodie ratis
Phlegetontis atri regias animas vehet
Victamq; victricemq;:vos vmbrę precor:
Iurata superis vada te pariter precor:
Reserate paulum terga nigrantis poli:
Leuis vt Mycenas turba prospiciat Phrygū.
Spectate miseri:fata se vertunt retro.

IAMBICI Tetrametri Acatalectici.

Instāt sorores squalidę:sāguīea iactāt verbera
Fert lęua semustas faces:ardētq; pallētes gęnę:
Et vestis atri funeris exesa cingit ilia:
Strepūtq; nocturni met9:& ossa vasti corpis
Corrupta longinquo situ palude limosa iacēt.
Et ecce defessus senex ad ora ludentes aquas
Nō captat oblitus sitis:mœst9 futuro funere.
Exultat:& ponit grad9 pr decoros Dardan9.

TRIMETRI.

Cho. Iam peruagatus ipse se fregit furor:
Caditq;:flexo qualis ante aras gradu
Ceruice taurus vulnus incisa gerens.
Releuemus artus entheos.tandem suos
Victrice lauro cinctus Agamemnon adit:

ASCEN. Quæ facies alta versat nūc oculos meos. i.q̄ visio obuersatur tā mihi? victor ferarū.i. domitor hostium ferocium Agamemnon, vexatus colla.i.habēs colla vexata ab vxore & Aegistho:vt feræ solent a canibus:iacet s.prostratus:leo marmaricus.i. iubat9 & fortis vt in Marmarica regione esse solent,hoc ē idem Agamemnon,iacet sub dente ignobili.i.securi mulieris,passus a morsus cruētos leę audacis.s.vxoris suæ. Deinde visa est videre fata sua:& manes suorum se vocantes: vnde dicit. O vmbræ meorū.s.necessariorum, quid vocatis me solā e meis sospitem.i.superstitem & sanā corpore?o pater.s.Priame, sepulte troia tota.i. cum omnib9 tuis, aut tota vrbe,ego sequor te:o frater.s.Hector auxilium phrygū & terror Danaū.i.gręcoꝝ,ego sequor te:ego non video antiquū.i.pristinum, decus.i.ornamentū tuū:aut man9.s. tuas calētes ratibus.i.nauib9.s.græcorū exustis:sed video mēbra lacera: vt circū troiā tracta fuerant:& lacertos.i.toros brachiorū fortes, saucios vinclo graui:baltheo vt dicunt ab Aiace dono accepto. O Troile cōgresse nimium cito,qa adhuc fere puer (vt ęnei.j.Infelix puer atq; impar congressus achilli) Achilli.i. cū Achille,ego sequor te. O Deiphobe tu geris vultus incertos quia proditus ab Helena deformatus est ab hostib9 abscisso naso: vt. vj. ænei.habetur:mun9.i. quod est beneficium coniugis.s.Helenę,nouę.i.paulo ante ductę Iuuat.i. delectat me igredi.s. vobiscū,p lac9 stygios.i.infernos:iuuat videre sęuū canem tartari.s.Cerberū,& regna ditis auidi quia insatiabilis,nunq̄ dicētis sufficit. Hæc ratis (p fantasiam videt cymbā Charōtis) Phlegetōtis atri,qa inferni,licet sit ardoris fluuius, vehet hodie aias regias.s. Agamēnonis regis, & meā filię regis, victā.s.meam,& victricem Agamēnonis:quia oēs propamus eodē. O vmbræ ego precor vos & vnda.s.Styx iurata supis, vtpote Dij cui9 iurare timent & fallere numen(q̄ propositio est vt dicunt de copulato p̄dicato:quia non timēt iurare: sed iurare & fallere.i.falso iurare) ego p̄cor pariter te,reserate paulū terga poli nigrantis.i. axis quē sub pedibus Styx atra videt manesq; p̄fūdi:vt turba leuis.i.sine corporib9, phrygū s.occisorū,p̄spiciat Mycenas.i. cladē Agamēnoni imminentē:& scelus Clytēnestrę:ad cōsolationē.s. vltionis apternæ:O miseri scilicet Phryges spectate:fata se vertunt retro. i.q̄ vos psecuta sunt incipiūt vos vlcisci. Sorores.s.inter se,tres furiæ infernales, instant squalidę.i.squalentes:iactāt verbera id est flagella,sanguinea.i.sanguinolenta: læua sup. manus earū,fert faces semustas,pro semiustas:& genę pallētes ardēt.s.irarū flāmis:& vestis atri funeris.i. qualis est circum funera,cingit ilia exesa.i.macilenta & a vermibus erosa & metus nocturni.i.terrores,strepunt:& ossa vasti.i.valde ampli,corporis, vt gigantes, latent corrupta lōginquo.i.diuturno situ,supple in, palude limosa : & ecce senex defessus scilicet Tantalus,oblitus sitis , quia mœstus futuro funere scilicet Agamemnonis, non captat aquas ludentes .i. salientes ,ad ora.s.

Gallus fluuius.
Atys.

Coniunxq; pariter obuios illi tulit
Gressus:reditq; iuncta concordi gradu.

sua:Dardanus.s.auctor generis Troiani,exultat s.devictione prolis suæ:& ponit gradus decoros.i.ducit choreã prę gaudio ad numerum saltans. Cito. Furor.s.Cassandræ pertia gatus.s.per varia fata, fregit ipse se.i.extinct⁹ est:& cadit qualis taurus cadit ante aras,genu flexo,gerens vultus ceruice incisa. releuemus artus entheos.i.in quibus iam deus fuit. Agamemnon (est parasceue futuri actus) cinctus lauro victrice adit tandem suos.s.familiares & eates:& coniunx.s.Clytẽnestra,tulit pariter gressus obuios illi:& redit.s.in regiã: iuncta.s.illi, gradu concordi id est æquali & amico.

¶Quæ versat. Tertia imago offertur sibi: videt leonẽ victorẽ ferarum lacerari ab vna leena. Facies.apparentia. Marmaricus.magnus:vt sunt in Marmaria regione versus Aegyptũ,hic erit Agamemnon victor q a muliere occidetur. Ignobili.vili & fœmineo. Quid me.nunc accedit ad diuinationem de morte suorum & ipsiusmet. Vmbrę.animę,videbatur ita sibi videre suos. Pater. Priame. Solam.quia omnes mei mortui sunt excepta me. Troia sepulta.interemptis omnibus nostris. Frater.Hector.appositiue auxiliũ & terror.videbatur illi videre Hectorem. Exustis.nam Hector ignẽ tulit ad naues græcorũ. nõ video te nunc talem sed laceratum. Troile.frater:qui adolescentulus congressus cum Achille interemptus est. Incertos. qui non possunt cognosci.nam vt scribit Virgilius in.vj.æneí. truncis naribus & auribus vmbra Deiphobi apparuit Aeneæ. Munus.donũ nouæ coniugis Helenæ:quæ post mortem Paridis illi nupserat:& suprema nocte illum prodidit:dicente Virgili.Intra tecta vocat Danaos & limina pandit. Canẽ.Cerberum. Auidi.qui omnia deuorat. Hęc ratis.cymba Charõtis.quã videbat videre,hodie vehet animas regias: intelligit animam Agamemnonis actam.i.impulsam violenter ex corpore:nam occisus fuit ferro. Victam.s.meam & victricem Agamemnonis. Iurata vnda.stygiam paludem intelligit:rogat deos vt aperiant terram vt animæ Troianorum possint videre vindictã de morte Agamemnonis. Terga.superficiem terræ:nã ipsi sunt in centro. Poli nigrantis.cæli vestri infernalis obscuri. Leuis.sine corpore:nam animę incorporeę sunt. **BERN.**

Mycenas.vbi occidetur Agamemnon:nam vt inquit Iuuenalis, Vindicta bonũ vita iucũdius ipsa. Spectare.vertit sermonẽ ad animas troianorũ. Fata.dij qui nobis fuerant inimici,nunc se vertunt cõtra grecos Sorores.furię.de quibus diximus. Lęua.sinistra. Ilia.s.furiarum:apparẽt se cum habitu mortifero. Nocturni.quia solent errare in nocte. Vasti.gigantum: qui sunt in principio inferni. Senex. Tantalus:q adeo tristabatur vt sitis suæ nõ recordaret propter Agamemnonẽ nepotem suum. Futuro.morte Agamemnonis futura. Pater.auctor Troię.ecõtrario lętabatur Dardanus in vindictam suorum. Cadit.nam phœbades decedente spũ,vt scribit Virgi.exanimes relinquebant. Releuemus.dicũt mulieres Troianę. Entheos. concitatos spũ. Victrice.dat locum sequenti scenæ.

¶Ferarũ.Troianorũ. Marmaricus leo. Agamemnõ. Deiphobe.Deiphobus Priami ex Hecuba fili⁹:cui nupsit Helena post paridẽ quæ dictio cum græce sit Δηιφοβοσ nullo modo latine deiphœbus dici potest: vt docet passim lectio homerica.potest autẽ interpretari fuga vastatiõis:nã ὁ φοβοσ fuga & Δηιοω populor: sed prius dicebatur Deiphœbus. Victam & victricem.ibimus æqua sorte & necessitate victi pariter & victores in infernum hodie:Omnes enim vna manet mors Et calcãda semel via leti:vt recte meminit Horati⁹ numerosus & doctissimus in tertio carminũ Aequa lege necessitas sortit insignes & imos. Omne capax mouet vrna nomen. Iurata.passiue posuit participiũ p absoluto. Poli.improprie dictum. Futuro funere.nepotis Agamemnonis. Flexo gradu.cernuus & procũbẽs.quod græci dicunt οκλαξ. Apollonius in tertio de tauris quos domuit Iason. τορ Δερχο ομκα βαλλερ οκλαξ ρειφα πο Δι πο Δ ακρουσασ Χα λκεορ. **DANI. D:iphob⁹.**

Actus Quartus.
TRIMETRI IAMBICI.
AGAMEMNON. CASSANDRA.


Andem reuertor sospes ad patrios lares.
O chara salue terra: tibi tot barbarę
Dedere gentes spolia: tibi felix diu
Potentis Asię Troia summisit manus.
Cur ista vates corpus effusa ac tremens
Dubia labat ceruice?famuli attollite:

TAndem. Progrediendo in regiam suam dicit Agamemnõ. Ego reuertor tandẽ sospes ad lares patrios (sed fere extremum gaudij luct⁹ occupat: vt poetæ graphice depingũt) O terra chara,quia natalis cuiq; chara est,salue:tot gentes Barbarę dedere tibi id est tuis spolia: Troia diu felix id est florens, submisit tibi manus id est omnem potẽtiam & virtutem, Asiæ potentis. deinde videns Cassandram vacillantem dicit. Cur ista vates effusa ac tremens id est habens tremens corpus, labat ceruice dubia id est nequeũte se erectam tenere?O famuli attollite.i.erigite eã:& refouete id est refocillate latice gelido,id est aqua frigida in faciem respersa.ipsa recipit iam diem id est videt lucem, visu marcente id est languente. O Cassandra, suscita sensus tuos: hic portus optatus ęrumnis id est cum essem⁹ in ęrumnis & periculis maris, adest id est præsens est. dies festus & ita lęte agẽdus, est scilicet nũc. Cassan. dies fuit et,id est etiam Troię fest⁹ scilicet qñ periit. Ag. Veneremur aras Cassan. Pater supple meus Priamus, cecidit ante aras scilicet Iouis hercæi: id est penetra **ASCEN.**

lis quasi dicat nec te arce tuebuntur. Ag. precemur pariter Iouem. Cas. Iouem Hercęum supple vis pcemur? Ag. Credis te videre Ilium? vbi erat ara Iouis Hercęi. Cas. Et id est etiam, hoc est credo me videre aliquid instar Ilij: & simul Priamum id est te casurum domi tuæ vt cecidit Priamus. Ag. Troia nō est hic. Cas. Ego puto Troiam supple illic vbi Helena est: id est mulier mali causa Helenæ similis videlicet Clytēnestra soror eius: nā Helena i Aegypto erat. Ag. Ne metue famula .i. q̄uis sis famula, dominam scilicet Clytēnestram quam intellexit ab ea Helenam vocatam. Cas. Libertas scilicet per mortem adest scilicet mihi. Ag. Viue secura id est sine cura. Cas. Mors, nō vita est mihi securitas. Ag. nullum periculum est tibi. Cas. At magnum periculum est tibi qui viuere misere cupis: & ante me morieris. Ag. Quid potest victor timere? Cas. q̄ non timet. Graue responsum: quia cum dixerint pax & securitas: tunc repētin⁹ ingruit super eos interitus. Ag. O famulę, fida turba id ē qui estis fida turba: retinete hanc scilicet furentem adhuc, dum excutiat deum scilicet Apollinem: ne furor impotēs, id est nesciens se regere peccet quid .i. ne sibi per furorem manum inferat: quo dicto incipit precari Iouem sic. At o pater qui torquēs sæua fulmina, & pellens nubes, regis sidera & terras: ad quem victores ferunt spolia: vt ad Iouem feretrium postea Romæ: quod quia non dicit nominatim, nō est importuna prolepsis: quia potuerunt id græci ante Romanos fecisse vt pleraq; alia: ego colam te & te o Iuno argiua, sororē viri .i. mariti Iouis, Pollētis id est potentis cuncta: colā dicit libens pecore votiuo: vt iuuēco: & donis arabum id ē ture sabęo: & fibra supplice scilicet extorum oblatorum.

Refouete gelido latice. iam recipit diem
Marcente visu. suscita sensus tuos:
Optatus ille portus erumnis adest.
Festus dies est. Ca. festus & Troię fuit. Aga.
Veneremur aras. Ca. cecidit añ aras pater. A.
Ioue pcemur pariter. Ca. Hercęū Ioue? Aga.
Credis videre te Iliū? Ca. & Priamū simul. Ag.
Hic troia nō ē. Ca. vbi Helena ē: troiā puto. A.
Ne metue dñam famula. Ca. libertas adest. A.
Secura viue. Ca. mors mihi est securitas. Ag.
Nullū ē periculū tibi. Ca. at magnū tibi est. A.
Victor timere q̄d potest? Ca. q̄ nō timet. Ag.
Hanc fida famuli turba dum excutiat deum
Retinete nequid impotens peccet furor.
At te pater: qui sæua torquens fulmina
Pellensq; nubes sydera: & terras regis:
Ad quem triumphi spolia victores ferunt
Et te sororem cuncta pollentis viri
Argolica Iuno: pecore votiuo libens
Arabumq; donis: supplice & fibra colam.

BERN.  Andem. Hic est quartus actus in quo est reditus Agamemnonis in vrbem. Veniens autem Agamemnon vidit Cassandram exanimam: iubetq; eam refocillari aqua vt reuiuiscat: demum cum resipuisset: vaticinatur sine furore mortem Agamemnonis. Gelido latice. aqua frigida. Marcente. deficiente. iam incipit leuari. Festus & Troię. videtur dicere de vna re & intendit aliā: Troia habuit die festū & iō pdita fuit qñ missus est equus. Pater. etiā Priam⁹ occisus est añ aras. Hercęū. etiā pī me⁹ añ aras Iouis Hercęi interēptus est. Credis loco. cum sim Mycenis tu respondes tanq̄ sis Troię. Helena. quæ semper est causa ruinæ: sed intelligit a simili Clytemnestram. Libertas. vt inquit Cicero, Nescit seruire qui voluit mori. Non timet. quod non credis. Hanc. credit Agamemnon ipsam furiatam: vnde imperat famulis vt illam teneant donec cesserit furor. At te. vertit sermonem ad Iouem. Sororem. Iunonem. Pollentis. potentis omnia. Viri. mariti. Donis. thure. Fibra. pars pro toto .i. victima.

DANI. ¶ Tandem reuertor. Secunda pars Agamemnonis iam agitur & quartus actus in quo læt⁹ victoria & diues Troiana præda Agamemnon reuertitur Mycenas. Lassam autem Cassandram relicto spiritu Apollinico inuitat ad communem deorum cultū: id quod renuit Cassandra, ante aras Iouis Hercæi immisericorditer & turpiter patrem procubuisse recordata. Refouete gelido latice. aquā in faciē, insufflate donec redeat in se. Marcente. natante. languido. Hercæus Iuppiter. quemadmodum in nostra castigatione admonuim⁹ colebatur intra domestica septa quem alter deum penetralem appellabant. Pellisq; nubes. in manu est Iouis & cogere & pellere nubes: inde Homerus sepissime vocat Iouem Nepheligeretam παρα το αγειρω & νεφελη quasi cōgregans nubes aliter dici solet Iuppiter Nepholodes id est nubilus. Ad quem: Romæ erat templum Iouis feretrij cui Ioui ferebantur spolia hostilia, conditum a Romulo vt tradit Plutarchus. Hic autem Seneca videtur vt assolent poetæ locutus κατα την προληψιν ad tempora sua.

Feretrij Iouis plepsis.

ASCEN.  Rgos &c. Chorus græcorum & præsertim argiuorum laudat Argos a ciuibus & alumnis in deorum numerum relatis: potissimū Hercule: qui licet Thebanus esset: apud Argos tamen nutritus & ab Euristheo argiuorum rege ad varios labores obeundos missus. vnde dicit. O Argos nobile id est clarū



Asclepiadæi: Iambici. Trochaici & Sapphici.
CHORVS grecorum.

 Rgos nobilibus nobile ciuibus:
Argos iratæ charum nouercæ:

Semper ingentes educas alumnos:
Imparem æquasti numerum deorum.
Tuus ille bisseno meruit labore
Allegi cælo magnus Alcides:
Cui lege mundi Iuppiter rupta:
Rosidæ noctis geminauit horas:
Iussitq; Phœbum tardius celeres
Agitare currus:& tuas lente
Remeare bigas candida Phœbè.
Retulitq; pedem alternis nomen
Stella quæ mutat:seq; mirata est
Hesperum dici.aurora mouit
Ad solitas vices caput:& relabens
Imposuit senis humero mariti.
Sensit ortus:sensit occasus
Herculem nasci:violentus ille
Nocte non vna poterat creari:
Tibi concitatus substitit mundus.
O puer subiture cælum.
Te sensit Nemeęus arcto
Pressus lacerto fulmineus leo:
Ceruaq; Parrhasis.
Sensit Arcadii populator agri.
Gemuitq; taurus Dictæa linquens
Horridus arua.
Morte fœcundum domuit draconem:
Vetuitq; collo pereunte nasci.

& nobilitatū,ciuibus.i.incolis nobilibus, argos charū nouercę iratę.s.Iunoni offensę omnibus pellicib⁹ & liberis eaꝝ:& tñ Herculem argis coli patiens.tu educas:nō dicit gignis: semper alūnos ingētes:tu ęquasti imparē numerū.i.ternarium,deorum:qui tres sunt terno numine p̄diti:Iuppiter,Neptunus, Plutō cum vero prius ab argis duo tantū colerētur Iuppiter & Iuno,accessit Hercules terti⁹,sunt q geminis castore& polluce quib⁹ Hercules accesserint intelligi malint.Ille magnus Alcides.i.Hercules Alcę nepos:tuus.i. alumnus ab Euristheo in expeditionem missus: meruit allegi.i.ascribi,cælo.i. catalogo cælestium: bisseno labore.i.duodecim laboribus: Cui.i. ad cuius generationē,Iuppiter lege mundi.i. cursus cęlestis:rupta gemiauit:aut vt alij volunt triplicauit horas noctis,rosidę.i.rore perfusę:a noiatiuo ros dicit̃ rosidus:vt a gto roris roridus diceretur:quēadmodum a ius iussulentus pro iurulentus dicit̃:& iussit Phœbum.i.Apollinem, agitare tardius currus celeres quibus sol vehitur: qui Phœbi lampas est:& iussit o Phœbe.i.luna,candida:tuas bigas:cū quadrigę sint solis, remeare.s.p alteꝝ hemisphaeriū ad oriētē,lente:qa spatio duarū aut triū noctiū,& stella.s. veneris, q̄ mutat nomē alternis.s. vicibus:quia mane lucifer dicit̃ noctu vesper⁹,aut hesper⁹,retulit pedem.i. retrocessit:qđ si ē:etiā luna remeauit.i. retrocessit:& mirata est se dici hesperū : cū non intercesserit dies:aurora mouit caput,id ē parabat surgere ad solitas vices,& relabens imposuit .s.caput humero mariti senis .s. Titoni in cicadā obseniū versi.ort⁹ & occasus sensit Herculē nasci.ille violēt⁹.s.futur⁹:nō poterat creari vna nocte.R̄ndet altera pars chori.O puer subiture cælū.i.referēde in numerū deorū: mūd⁹ cōcitat⁹ad solitū cursū: substitit tibi.s. generando,leo Nemeęus fulmineus.i.in morē fulminis ardēs,pressus lacerto.s.tuo,arcto .i.nimis constringente:vt capiatur actiue ex casu:quia dū arctemus brachia id qđ in medio est arctant:& cerua Parrhasis.i. parrhasia sensit te.populator agri Arcadij.s.aper sensit te:& Taur⁹horridus linquens arua Dictæa.i. Cretensia,sensit te. Altera pars chori mutata p̄sona subsequit̃. Hercules domuit draconē .s.hydrā,fœcūdū morte:quia pro vno capite cęso bina renascebantur:& vetuit nasci collo pereunte per ignem iniectum.

ARgos. Introducit̃ Chor⁹ laudās Argos a nobilitate regū, qđ p̄bat p labores Herculis. Versus ē Asclepiadeus:sed iterdū mutat̃. Charū.qa ibi colit̃. Nouercę.Iunoni. Imparē.qa addidisti Herculē cælo. Bisseno.duodecim. Adlegi.ad supabundat. Rosidę.humidę: nā vt vidim⁹: Iuppiter geminauit noctē qñ generauit Herculē. Retulit.hesperus iussus est nō venire. Nomē.dū deberet vocari lucifer appellat⁹ est Hesper⁹. Alternis.aduerbiū est vicissim. Hesperū.nā bis stetit & bis hesperus appellat⁹ est:cū lucifer de mane appellari soleat. Aurora.eodē modo fecit aurora q̄ dormiebat apđ Titonum maritū. Vices.vt veniret more solito. Relabēs.iterū cadens cū capite redibat ad maritū: nā cū surgit aurora:vt scribit Virg.dicit̃ relinq̄re cubile Titoni:vñ scribit. Titoni croceū linquēs aurora cubile. Senis.Titoni mariti sui. Sēsit.qa geminata est nox. Substitit.firmauit se q semp moueri solet. Tibi.pro te. Nemeęus.leo in Nemea sylua:duodecim isti labores in Hercule furēte explicati fuerūt. Parrhasis.archadica. Populator.vastator aper. Dictęa Cretensia. Fœcundum.renascentem:hydram intelligit. BERNA.

℄ Argos.Octauū est carmen qđ Asclepiadeo, modo sapphico inscribit̃ metro: modo etiā Archilochio dimetro argos laudibus p̄sequitur voce cantantis Chori. Ciuibus.p̄sertim Hercule qui ab euicto orbe superis allegat⁹ est,& inuita Iunone Apotheosim cōsequutus. Rosidæ.roriferæ & humectæ. Geminauit.extendit triplicauit:Lucreti⁹ Thebis Alcmenę qua dū frueretur olympi Rector, luciferū ter iusserat hesperō eē.triplicauit noctē Iuppiter dū patraret magnū opus& vt suus daretur delitijs terminus non breuis.Nocte non vna.nā sicut breue opus cito perficitur ita magnum opus non nisi longo tempore perfici potest. DANI.

Geminosq; fratres pectore ab vno
Tria monstra natos stipite incusso
Fregit insultans: duxitq; ad ortus
Hesperiumq; pecus Gerionei
Spolium triformis.
Egit Threicium gregem:
Quem non Strimonii gramine fluminis
Hebri ve ripis pauit tyrannus:
Hospitum dirus stabulis cruorem
Prębuit ſęuis: tinxitq; crudos
Vltimus rictus sanguis aurigæ.
Vidit Hippolyte ferox
Pectore e medio rapi spolium & sagittas.
Nube percussa stymphalis alto
Decidit cęlo.
Arborq; pomis fertilis aureis
Extimuit manus: insueta carpi:
Fugit in auras leuiore ramo.
Audiuit sonitum crepitante lamna
Frigidus custos nescius somni:
Linqueret quum iam nemus omne fuluo
Plenus Alcides vacuum metallo.
Tractus ad cælum canis inferorum
Triplici catena tacuit: nec vllo
Latrauit ore: lucis ignotæ
Metuens colorem. te duce succidit
Mendax Dardanię domus:
Et sensit arcus iterum timendos:
Te duce concidit totidem diebus
Troia quot annis.

ASCEN. ¶ Geminosq;. Et domuit fratres .s. inter se, geminos ab uno pectore.i.centauros inferne equos, superne homines. sic quidam. Sed licet Daniel refragetur ego sic exponam: & fregit insultās stipite.s.clauę incusso, fratres geminos.i.trigeminos: vtpote natos: tria monstra.i.monstrosa & gigātea corpora: ab vno pectore.i.stirpe, aut ab vnanimitate: cū enim tres fratres vnum haberēt regnum in quo vicissim regnabant, dicti sunt habuisse corpus trigeminū: quod explicās poeta dicit ab vno pectore: quia cum tria essent corpora erat illis cor & pectus ac regnū vnum: & duxit pecus hesperiū.i.occidētale, vtpote hispanicum ad ortus.i.orientem versus: appositorie, spoliū gerionei, aut vt alij legunt gerionis triformis quia tricorporis. Hercules egit.i. abegit, gregem.s.equorum: quia grex genus est: Threicium.i.thracicum: quem tyrannus.s.Diomedes Thracius: non pauit gramine grimonij fluminis: ve pro vel ripis .i. fœno nato in ripis Hebri flu. sed ipse dirus præbuit stabulis ſęuis.i.equis ferocibus, cruorem hospitum: & sanguis aurigę.i. ipsius Diomedis, tinxit vltimus.i. vltimo loco: rict⁹.s.equorum: crudos.i.crudeles: quia appositus est illis epulandus. Hippolyte amazon ferox: quia bellicosa: vidit spolium.s. balteum & sagittas cum pharetra: rapi e pectore, medio.s.suo: Stymphalis.s. volucris, nube.i. ala quæ inumbrauit regionem, percussa, sagittis Herculis: decidit cælo.i.aere alto: & arbor.s.in hortis hesperidum: fertilis aureis pomis, qđ de ouibus interpretatur cum alijs Daniel: extimuit carpi manu.s.Herculea: insueta: quia pri⁹ ab Atlāte aut eius filiabus carpebantur eius poma: & fugit in auras.i.abduxit se sursum, ramo leuiore.i.celeriter exaltato: Custos frigidus .s. Draco, nescius somni: quia peruigil: audiuit sonitum.s.pomi aurei discerpti: & hoc lamna pro lamina (sicut apud Horat. car. ij. Nullus argento color est, auaris Abdito terris inimici lamnæ Crispe Salusti. Oēs tamē quos vidi flamma legunt: sed non est flamma vsus in discerpendis pomis) crepitante: qa verosimile est eiusdem metalli fuisse ramum: cū .i.quando Alcides.i.Hercules plenus.i. oneratus metallo fuluo.i.auro: linqueret iam omne nemus vacuum.i. spoliatum metallo fuluo. Canis inferorum.s. Cerberus tractus ad cælum.i.conspectum cæli, catena triplici: qa tot colla & capita habuit: tacuit, nec latrauit vllo ore, scilicet de tribus, metuens colorem, id est splendorem, lucis ignotę, id est nō prius visę. domus Dardaniæ.i. Troiæ a Dardano instauratæ: mendax, scilicet tibi & Apollini ac Neptuno, succidit.i. victa est: te duce, cum Argonautis: & sensit iterum.s.sub Priamo arcus.s. Herculis cum sagittis eius, timendos: quia fatales Troiæ: quas Philoctetes attulit. Troia concidit te duce.i.cum tu esses dux, totidem diebus.i.decem: quot annis cecidit.s.postea.

BERNA. ¶ Geminosq; fratres. Gerionem intelligit Hispanum. Stipite. claua incussa supra caput Gerionis & fratres quos geminos appellat: cum essent tres. sed proprie gemini sunt nati eodem partu. Threicium. intelligit Diomedem & equos eius quos pascebat carne humana. Vltimus. scilicet ipse Diomedes, qui ab Hercule equis suis appositus est ad comedendū. Rictus. ora equorum. Aurigæ. ibi aurigam ponit pro Diomede. Hippolyte. regina Amazonum. Spolium. balteum quo erat cincta. Stymphalis. aues stymphalides sagittis cōfecit Hercules. Arbor. intelligit hortos hesperidum aureis pomis spoliatos. Leuiore. spoliato pomis: nam prius pendebat propter onus. Frigidus custos. serpens peruigil ad custodiam horti audiuit Herculem cum ignibus: quando spoliauit ortum. Plenus. onustus illis pomis. Tractus. Cerberum intelligit ad superos tractum. Triplici. quia tria capita habebat Cerberus. Mendax.

fallax: nam pretium Feptuno & Apollini negauit qui pergama struxerant. Succidit.cecidit. Arcus iterum.nam fatatum erat Troiam non posse capi iterum sine sagittis Herculis: quod factum fuit vt supra narrauimus cum Philoctetes illas haberet.

DANI. ¶ Geminos fratres. Exponunt nõnulli per Geryonem: non placet. Vidit hippolyte. Hercules Menalippen amazona dilexit & dilecta est potit⁹. Hippolyte ei⁹ soror verita ne alio auferret infinita misit munera Herculi & zonam variam. auctor Apollonius Rhodius in secundo Argonauticon. ιππολυτη ζωςηρα παναιολον εγγυαλιξεν.αμφικασιγνητησ δ απημονα πεμπεψονπιασω &c. (Menalippe) Arborq; pomis. Atlas rex pascebat oues purpurea lana has rapuit Hercules inde occasio data fabulae est de aureis pomis, quae graece dicuntur ταμηλα.id quod est medium ouis & pomi vocabulum. (Poma atlãtica.) Fuluo metallo. periphrasis auri. Dardaniae. Troiae. Quot annis. scilicet nunc concidit. (Mela.)

Actus Quintus.

Trimetri Iambici.

CASSANDRA.

Res agitur intus magna: par annis decem.
Eheu quid hoc est? anime consurge: & cape
Pretium furoris: vicimus victi Phryges.
Bene est: resurgis Troia: traxisti iacens
Pares Mycenas: terga dat victor tuus.
Tam clara nunq̃ prouidae mentis furor
Ostendit oculis: video: & intersum: & fruor:
Imago visus dubia non fallit meos:
Spectamus: epulae regia instructae domo:
Quales fuerunt vltimę Phrygibus dapes:
Celebrantur. ostro lectus Iliaco nitet:
Merumq; in auro veteris Assaraci trahunt.
Et ipse picta veste sublimis iacet:
Priami superbas corpore exuuias gerens.

ASCEN. Res agitur. In hoc quinto & vltimo actu, narrat Cassandra, q̃ in domo regia in Agamẽnonem parari & tractigi vidit: nõ quidẽ furore pcita sed manifesto visu: quocirca cum in proscenio stet subito intro oculos dirigit, narratq; extẽplo q̃ vident. Ordo est. Res magna agit̃ intus. i. in regia Agamẽnonis. par. i. ęqualis, decem annis. i. gestis decẽ annorũ apud Troiã: quia sicut qui exercitum Alexãdri magni vicit, iactitauit se vicisse omnia quae eo milite Alexander vicerat: ita Agamemnonẽ necãs quodãmodo par facit omnib⁹ caedib⁹ auspicio eius factis. Eheu: exclamat p̃ stupore: qd hoc est. s. quod paratur? animae cor. surge. i. attentius considera, aut erige in spem vltionis Troiae: & cape p̃tium. i. remunerationem furoris. i. pro cruciatu quem vaticinando de interitu Troiae & nuper Agamẽnonis quẽ leonem marmaricũ vocaui: accepisti: accipe nũc oblectamentum in videnda caede tanti hostis: o Phryges nos victi. s. prius, vicimus. i. prope est vt vincamus. Bene est o Troia tu resurgis: tu iacens traxisti Mycenas pares. i. ad parem ex parte cladem: quia vt vos regem & reginam amisistis: ita & Mycenę amittent: victor tuus pro tui, dat terga. i. vincitur. furor mentis, prouidę. i. praeuidẽtis futura per diuinationem, nunq̃ ostẽdit oculis tam clara: qa vaticinantes fere obscuris vera inuoluũt: nec omnia q̃ dicunt ipsi agnoscunt. video. s. rem geri, & intersum, & fruor. i. capio voluptatem videndo: imago dubia non fallit visus meos sicut in vaticiniis interdum facit. Spectam⁹. i. vere cernimus: epulae instructę domo regia celebrantur sup. tales quales fuerunt Phrygibus vltimę dapes. i. splendidae & opiparę. Lectus. s. discubitorius (nã in lectis comedebãt triũ ordinũ: vñ tricliniũ dictũ: & Architriclin⁹ etiã in euãgelio: q magister dom⁹ vulgo dicit̃) nitet ostro Iliaco. s. purpura nõ Iliaci tincta: sed ilio ablata: & trahũt. s. e vase, aut Oenophoro, merum. i. vinũ in auro. i. patera aurea: Assaraci veteris. i. prisci regis Phrygũ: nã vt innuit̃ aenei. i. singularis quaedam patera p manus heredibus dabatur aut cõuiuii, aut sacrificii gratia. dicit̃ enĩ: Impleuitq; mero paterã: quã Belus & oẽs a Belo soliti &c. Et ipse. s. Agamẽnõ iacet sublimis sup. in veste picta. s. acu qd Phrygionũ opus est: gerens corpore superbas exuuias Priami.

BERNA. Res agitur. Hic est quint⁹ actus in quo habetur mors Agamẽnonis: q̃ nõ potest agi in scęna, sed tractatur per visionẽ & vaticiniũ Cassandrae. Magna. q: non fuit talis Troiae in decem annis. Pretium. quia vides vindictam hostis. Vicimus. quia hostis occidit. Traxisti. sicut corruisti: ita nũc corruit rex Mycenarum. Dat terga. quia fugit. Tam clara. nunq̃ vidi per vaticinium tam clarã rem. Prouidę. ante vidẽtis. Furor. vaticinium. Non fallit. quia intersum & video. Spectamus. describit ordinem rei: paratur conuiuium Agamemnoni quod erit tale sicut fuit Troianis, qui credentes graecos discessisse laetis conuiuiis vacabant: & illa nocte capti fuerunt. Ostro Iliaco. purpura quã ex praeda Troiana habuit. Auro. bibũt pateris quas olim habuit Assarac⁹ rex Troianorum. Sublimis. in sede alta sedet Agamemnon. Exuuias. ornatus veste quae fuit Priami regis.

DANI. ¶ Res agitur. Sanguis funditur Agamemnonis manu Aegisthi adulteri sceleris duce & magistra foemina, occiditur & Cassandra, vexatur minis maternis Electra filia, quaeritur ad caedem Orestes: caeterum per sororẽ occultatus est: vt maternae necis occasione paternã vlciscatur. Quintus est actus. Carmen vero nonum & vltimum: quod scribitur metro Archilochio. tota haec vltima pars de ηλεκτρα Sophoclis vsurpata. Par ãnis decem. non minoris ruinae, q̃ quae illata est Troiae spatio annorum decem. Pretium furoris. in pretium vaticinii sit caedes Agamemnonis.

Detrahere cultus vxor hostiles iubet:
Induere potius coniugis fidę manu
Textos amictus.horreo:atq; animo tremo.
Regem ne perimet exul:& adulter virum?
Venere fata:sanguinem extremæ dapes
Domini videbunt:& cruor Baccho incidet.
Mortifera vinctum perfidæ tradet neci.
Induta vestis exitum manibus negat:
Caputq; laxi & inuii claudunt sinus.
Haurit trementi semiuir dextra latus:
Nec penitus adigit:vulnere in medio stupet.
At ille:vt altis hispidus syluis aper:
Cum casse vinctus tentat egressus tamen:
Arctatq; motu vincla:& incassum furit:
Cupit fluentes vndiq; & cæcos sinus
Disiicere:& hostem quærit implicitus suum.
Armat bipenni Tyndaris dextram furens:
Qualisq; ad aras colla taurorum pius
Designat oculis:anteq̄ ferro petat:
Sic huc & illuc impiam librat manum.
Habet:peractum est:pendet exigua male
Caput amputatū parte:& hinc trūco cruor
Exundat:illinc ora cum fremitu iacent.
Nondum recedunt:ille iam exanimem petit:
Laceratq; corpus:illa fodientem adiuuat.
Vterq; tanto scelere respondet suis.
Hic est Thyeste natus:hæc Helenæ soror.
Stat ecce Titan dubius emerito die:
Sua ne currat an Thyestea via.

ASCEN. ¶ Detrahere &c. Prosequitur narrationē cœptam Cassandra. Vxor.s. Clytēnestra, iubet .s.famulis,detrahere.s. Agamēnoni, cultus hostiles.i.ex hoste raptos & in quibus dolus esse posset:& iubet induere potius amictus textos manu coniugis fidę:dicunt interulā aut subuculā aut camisiā: vt dicimus fuisse sine aptura capitis & manuū. Ego horreo,atq; tremo animo.s.ob hęc quæ video:ne.i.ānne exul .s. Aegisthus,pimet regem,& adulter virum .i.maritum legitimum? Fata.s. Agamēnonis venere.i. venerūt:dapes extremę videbūt sanguinem dñi.s.Agamēnonis:q̄ occidetur dū vltima apponent fercula:& cruor.s.ei⁹ incidit Baccho.i.mero in paterā fuso. Mortifera.s.vestis aut mulier, tradet neci pfidę.i.dolosæ,aut vinctū pfide.i.irretitū dolose:quia vestis induta negat manibus exitum:ne.s.repugnet ac se defendat:& sinus.i. plicæ & anguli laxi,& inuij.i.non peruij nec exitum habētes claudunt.i.includunt caput.s. Agamemnonis. Semiuir.s. Aegisthus meticulosus & minus audens q̄ mulier,haurit.i.ferit,latus.s.Agamēnonis,manu trementi:quia vix quisq̄ constanti animo scelus ingens peragit: nec adigit.i.infert telum,penitus.i.omnino intro: stupet.i. hæsitat in medio vulnere.s. inferendo. At ille.s. Agamēnon, vt.i. quēadmodū aper hispidus.i.setosus,syluis altis,cum.i.licet vinctus,casse.i.retibus,tamen tētat egressus.i.egrediendi locum: & arctat.i. constringit & fortius innodat, vincla,motu.i.agitando se,& furit in cassum.i. in vanum: sic sup. ille cupit disiicere vndiq; sinus.i. angulos vestis fluentes:& cæcos.i. in quibus non videbat exitum,aut obcæcantes eum: & implicitus.i.intricatus,quærit hostem suum.s.a quo vulnus acceperat. Tyndaris.s.Clytemnestra furens.s.per iram,aut demens, armat dextrā .s.suam,securi: vt vaticinans pdixerat Cassandra futuram. Et qualis.i.qualiter,pius,scilicet sacrificulus ac mactator hostiarum, designat.i.notat oculis, colla taurorum ad aras: anteq̄ petat sup.ea,ferro.i.cultro, aut securi: quia piaculum erat dum hostia icta aufugiebat:sic Clytemnestra, librat.i. ad feriendum disponit huc & illuc manum impiam. ergo lege iam pius nō prius:psertim cum sequatur ante &c. Habet.s. Agamēnon,letale vulnus. qđ tractum ē a spectaculo gladiatorū:in quo altero pri⁹ q̄ sentiat letaliter vulnerato,exclama populus,habet. facinus sup. aut letum regis est peractū:caput amputatū male.i.non integre, quia a fœmina,pendet exigua pte.s.colli: & cruor exundat.i. vndatim effluit,hinc.i.ex vna pte,trūco.i.truncato corpore:& ora iacēt illinc.i.ex alia pte,cū fremitu.s. indignatiōis. Clytēnestra sup.& Aegisthus,nōdū recedūt pacto scelere:ille.s. Aegisthus,petit.i.inuadit iā exanimē.i.mortuū:& lacerat corpus.s.ei⁹:illa.s. Clytēnestra,adiuuat fodientem.s.gladio:vterq; respondet suis .s.maioribus,tanto scelere.i.per tantum scelus.hic.s. Aegisthus est nat⁹ Thyeste:illa.s.Clytemnestra est soror Helenę:q̄ sic Deiphobū trucidandū dedit. Ecce titan.i.sol,stat,die emerito:aut sic:merito aut expleto:dubius an currat via sua.i.solita:an Thystea.i.qua cucurrit retrocedendo ne videret cœnam Thyestæ.

BERNA. ¶ Detrahere cultus. Vestem. Clytemnestra instabat: vt deponeret illam vestem: & sumeret aliam quam proprijs manibus texuerat. Hostiles. Troianos. Exul. Aegisth⁹.timeo referre q̄ video: Clytēnestram & Aegisthum parare mortem Agamemnoni. Fata.ipsa mors. Domini.Agamemnonis. Cruor.cum essent in mensa,sanguis miscebatur vino. Mortifera.Clytemnestra inferens mortem. Exitum.quia non poterat educere manus ex illa veste. Manibus.per manicas. Sinus laxi.largi: non permittunt exire caput. Semiuir. Aegisthus timidus haurit.i.aperit latus Agamemnonis:nec magnum vulnus facit: quia in medio vulnere stupebat:nec audebat perficere facinus. At ille.s. Agamemnon erat tanq̄ aper hispidus, id est setosus & horridus: qui captus laqueo quanto plus trahit tanto magis ligatur. Casse.laqueo. Arctat.string

git. In cassum. frustra: quia non potest. Disijcere. frangere. Cæcos. clausas vestes. Implicitus. implicatus in hac veste. Hostem. a quo percussus erat: sed non videt. Tyndaris. Clytemnestra. Qualis. facit quemadmodum is qui vult ferire taurum ante aras: primo notat locum in quem vult ferire. Librat. eleuat. Habet. percussus est: dum hæc dicit videt Clytemnestram percutientẽ. Antiqui dicebant absolute: habet id est percussus est. Pẽdet. quia in totum non potuit abscindere. Murmure. nam adhuc cadens murmurabat. Recedunt. nunc audet Aegisthus ipso Agamemnone perempto. Adiuuat. s. Clytemnestra. Respondet suis. conuenit & similis ẽ maioribus suis. Thyeste. scilicet perfido. Helenę. s. scelerate, quæ Deiphobũ maritũ lacerare fecit. Stat. sol ob scelus firmauit se dubius an debeat fugere & obscurari: quemadmodum fecit quãdo Thyestes comedit filios: vnde dicit Thyestea via. s. per quam fugit propter scelus Thyestis. Habet.

¶ Fidæ. Sarcasmos. Exul. auget in adultero malitiã. Induta. imposita. Vinctum. impeditum. Haurit. ferit. Poeta. Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum. Penitus. in altũ: pene intus. Inuij. consutiles sine exitu. Semiuir. insultatio in meticulosum mœchum. Armat bipenni. apud Sophoclem lamentãs Electra in hæc verba accedit ad hanc partem. O mihi misera multas clades lugens & multum pectus sanguinolentum feriens quantum miserum meum parentem defleo: quem ad barbaram terram cruentus mars non peremit, mater & mœchus Aegisthus cruẽta securi perimũt: vt solẽt calones quercum scindere. ο πρωσ Δρυυλοτομοσ Χε:ισικαραφοινιω πελεκει. &c. Habet. metaphora a venatore: qui habet in cassibus feram. Emerito. quasi iam perfecto. DANI.

Trimetri Iambici.
ELECTRA.

Fuge o paternæ mortis auxiliũ vnicũ.
Fuge: et scelestas hostiũ euita manꝰ.
Euersa domus est funditus: regna occidunt.
Quid iste celeres concitus currus agit?
Germane vultus veste furabor tuos.
Quos anime demens refugis? externos fugis?
Domus timenda est. pone iam trepidos metꝰ
Oresta: amici fida pręsidia intuor.

Fuge. Electra filia Agamemnonis suadet Oresti fratri suo fugã dicẽs. O vnicum auxilium, scilicet ad vltionem, mortis paternę, scilicet Agamemnoniæ, fuge. fuge inquit: & euita scelestas manus hostium: scilicet Aegisthi & matris: sed melius tacẽtur nomina: ne doceri velit cur matrem hostem censeat. domus, scilicet Agamemnonis, est euersa funditꝰ: regna occidunt. Deinde viso Strophilo aut vt alij scribunt Strophio, sed non statim agnito, dicit: Quis iste concitus. i. concitatus & velox, agit currꝰ celeres? o germane. i. frater, ego furabor. i. occultabo, veste, vultus tuos: nequis te videat. Deinde cum externum videret: dicit se corripiendo: O anime demẽs quos refugis? fugis externos, id est peregrios ac hospites? domus. i. familia & materfamilias est timẽda. Oresta frater (potest etiam dici Oreste sicut apud Ciceronẽ: O decꝰ argolicũ quin puppim flectis Vlysses) ego intuor fida p̃sidia amici. s. Strophili. ASCEN.

Fuge. Electra filia Agamẽnonis vidẽs patrem mortuũ fratri Oresti cõsulit: vt fugiat seruetq; se ab iniqua parẽte: vt possit vlcisci mortẽ parentis. Hostiũ. s. Aegisthi & Clytemnestræ. Quid iste. videt Strophiũ venientẽ: timetq; quo possit occultare fratrẽ cũ sibi om̃is fides dubia sit. Strophius aũt fuit rex Phocẽsis pater Pyladis amicus & cõsanguineus Agamẽnonis: q clam Mycenis Orestem seruandum subtraxit. Furabor. occultabo: ne videat. Domus. domestici & mater ipsa: vnde non sunt fugiendi externi. Intuor. video Strophium amicum nostrum. BERNA.

¶ Fuge. Apud Sophoclẽ subducit͂ cõscia Electra puer Orestes: & occultat͂ a fido pędagogo. O puer quẽ ex cæde patris a tua sorore recipiẽs seruaui & enutriui vsq; ad hoc ætatis: vt fores vltor cædis paternæ: nunc Oresta & tu charissime hospitum Pilade consulendum est quid fieri oporteat. &c. τιΧρηΔραυευτα ΧαβουλευΤεομ &c. Euita. caue. Hostium. matris & adulteri. Domus. pater tuꝰ columẽ domus. Quos anime. correctio est in seipsam. & est in hoc proscęnio præparatio sequentis scenæ apte quæsita. DANI.

Trimetri Iambici.
STROPHILVS. ELECTRA.

Phocide relicta Strophilꝰ: Elea inclytꝰ
Palma reuertor: causa veniendi fuit
Gratari amico: cuius impulsum manu
Cecidit decenni marte concussum Ilium.
Quænã ista lachrymis lugubrẽ vultũ rigat:
Pauetq; mœsta? regium agnosco genus.
Electra luctus causa quæ lęta in domo est? Ele.
Pater peremptus scelere materno iacet.
Comes paternæ quæritur natus neci.

Phocide relicta. Occurrit opportune Strophilꝰ aut Strophiꝰ Phocẽsis vetꝰ Agamẽnõis amicꝰ: q audito casu Agamẽnonis Orestẽ filiũ eiꝰ occultãdũ abducit: q postea matrẽ interemit. q̃ res nouę tragœdiæ multis argumento fuit: dicente Iuuenale saty. j. Scriptus & in tergo necdũ finitꝰ Orestes. Ordo est. Ego Strophilus, relicta Phocide regione mea, reuertor inclytꝰ, id est clarus & gloriosus, palma Elea, id est parta apud Elidem Arcadię vrbem in certamine curuli: vnde currum adhuc regebat. causa veniẽdi sup. Argos, fuit gratari, id est vt gratarer, amico, scilicet Agamemnoni: cuius manu impulsum Ilium, cecidit concussum marte, id est bello, decenni, id est decennali. nam decenne dicitur qđ habet decem annos: decennale quod durauit totidem annos. Quænam ista rigat lachrymis vultum lugu- DANI.

Aegisthus arces venere q̄sitas tenet. Stro.
O nulla longi temporis felicitas. Ele.
Te per parentis memoriam obtestor mei:
Per sceptra terris nota:per dubios deos:
Recipe hūc Orestā:ac piū furtū occule. Stro.
Etsi timendum cæsus Agamemnon docet:
Aggrediar:& te Oresta furabor libens.
Poscūt fidē secūda:at aduersa exigunt.
Cape hoc decorum ludicri certaminis
Insigne frontis:læua victricem tenens
Frondem virenti protegat ramo caput.
Et ista demum palma Pisæi Iouis
Velamen eadem præstet:atq; omen tibi.
Tuq; o paternis assidens frænis comes
Condisce Pilade patris exemplo fidem.
Vos græcia nunc teste veloces equi
Infida cursu fugite præcipiti loca. Ele.
Excessit:abiit:currus effręno impetu
Effugit aciem.tuta iam opperiar meos
Hostes:& vltro vulneri opponam caput.
Adest cruenta coniugis victrix sui:
Et signa cædis veste maculata gerit.
Manus recenti sanguine etiānum madent:
Vultusq; præ se scelera truculenti ferunt.
Concedam ad aras.patere me vittis tuis
Cassandra iungi:paria metuentem tibi.

brem:& pauet moesta? Ego agnosco gen⁹ regnū.i.filiam esse regis. O Electra quę causa luctus est in domo laeta.s.ob aduētum regis victoris? Ele. Pater iacet peremptus scelere materno:& natus.i.filius,scilicet Orestes, queritur comes neci paternæ. Aegisth⁹ tenet.i.occupat arces.s.regni, fortalitia vulgo dicunt, quęsitas.i.acquisitas, venere.i.stupro adulterino. Stro. O nulla felicitas tēporis longi.i.q̄ diu duret. El. Ego obtestor te per memoriam parētis mei:per sceptra nota terris.s.tuis, aut omnib⁹,ob ptam nuper victoriam:per deos dubios.s.regum custodes. q.d.per instabilē deorum fauorem:vt memineris tibi idē posse contingere: recipe hunc s. fratrem meum Orestan.i.nomine,a nominatiuo Oresta: ac occule furtum pium:quia filium amici regis innocētē. Stro. Etsi.i. q̄q̄ Agamēnon cęsus docet timendum etiam regibus, tamen sup. aggrediar:& O Oresta, ego furabor.i. furto abducā te libens.i.libēter. Quia secūda.i.res pspere,poscunt.i.modeste petunt, fidem.i. fidelitatem:at.i.sed,aduersa.i.res aduersæ,exigunt.i.exacte & violēter postulant fidem: id quod in lętis facias honeste, in aduersis necessario feceris. Cape o Oresta,hoc decorū.i.ornamentum datum in præmiū certaminis ludicri.i.iocularis & puerilis,insigne.i. venustamentum singulare,frontis.s. tuæ:læua.i. manus tua,tenens frondem victricem.i.datā mihi victori.s.palmam, ptegat caput .s.tuum a sole,ramo virenti: & demū.i. vt vno verbo qd opto dicā,hæc palma Iouis Pisæi.i.cuius certamini apud Pisam Elidis p̄mio dat̄, præstet eadem.i. cum sit vna & eadem, tibi velamen.i.occultamentum,& omen.s.victorię in hostem paternum. Tuq; o Pilade assidens comes frenis paternis.i.cum me patre tuo aurigans,condisce fidem.i. fidelitatem exemplo patris:quod postea fecit:nam Orestes & Pilades inter insignia amicorum paria numerāt̄. Conuersus autem ad equos hortatur eos ad accelerandam fugam dicens. Vos equi veloces nunc græcia teste,quæ vobis palmam decreuit,fugite cursu pręcipiti, loca infida: vbi vxor maritum occidit. Ele. Excessit, scilicet Strophilus cum Oreste:abijt,scilicet ex oculis:currus sup.eius, effugit aciem, id est acumen oculorum,impetu effręno,id est immodice celeri:ego opperiar iam hostes meos.s.matrem & Aegisthum,tuta.s.ab ea parte qua timui,hoc est quantum ad fratrem:& opponam vltro caput vulneri.i.cædi. Cruenta victrix coniugis sui, scilicet Clytemnestra, adest:& gerit signa cædis.s.mariti, veste maculata.s.cruore eius:manus sup.eius, madent, etiamnū.i. adhuc, sanguine recenti,id est paulo ante effuso:& vultus truculenti,scilicet eius, pręse ferunt.i.certis signis indicant, scelera.s.ab ea commissa & committenda. Concedam ad aras. O Cassandra patere me iungi vittis.i.ligamentis sacris,capitis tui:me inquit metuentem paria tibi.i. tecum,& ijs quae metuis.

BERNA. Hocide. Veniebat Strophius: vt Agamemnonem amicum suum viseret victorem ex bello Troiano redeuntem:ipseq; lętus erat quia palmam habuerat in ludis Olympicis. Elea.corona habita apud Elidem ciuitatē in certamine Iouis Olympici. Concussum.fractum. Quenam. sed cum appropinquaret vidit Electram virginem plorantem,rogatq; causam luctus sui. Natus Orestes queritur: vt interficiatur. Venere.adulterio matris. Longi temporis. vt inquit poeta Magni breuis est fortuna fauoris. Dubios.incertos:ita tibi posset accidere. Etsi.q̄uis videam q̄ isti potuerunt opprimere potentissimum regem, tamē accipiam puerum seruandum. Timendum.scilicet esse. Furabor. occultabo.
Fidē.notabilis sententia. Poscunt.quasi inuitant. Exigunt.quasi debitam:nam nullis calamitatibus debet mutari fides. Cape.dat puero insignia q̄ habuerat in certamie olympico ramū palmę & coronā. Lęua. man⁹ sinistra. Pisęi.q apd̄ Pisā colit̄. hoc erit ad tegēdum vultū ne qs cognoscat,& auguriū futurę victorię.
Cōdisce.o Pilade fili q mecū es in curru exēplo mei disce amicitiā colendam esse. Vos.vertit sermonem ad

equos suos: dicens equi qui fuistis citi ad palmã, nũc estote velociores: vt hinc fugiã. Teste. in conspectu omnium grecorum. Precipiti. veloci. Opperiar. expectabo: postq̃ abijt frater. Victrix. Clytemnestra. dicens hæc audit matrem egredientem: vt interficeret Orestem. Præ se ferunt. demonstrant. Concedã. ibo ad aras vbi est Cassandra: & eam alloquitur. Vittis. quibus ligabantur qui immolandi erant, & qui sacrificaturi dijs preces fundebant. Paria. similia vt tu: scilicet mortem.

DANI. ¶Phocide. Clytẽnestra Orestẽ insectabaẽ: vt occideret cũ patre. opportune: igiẽ pcedit Strophius cui⁹ fidei creditus puer occultetur. Electra vero ad Cassandrã confugiet. Est aũt secunda pars noui carminis. Loquitur Strophius secum veniens Phocide. Venere. adulterio capitali partas. Et si timendum. apte ostenditur fidi hospitis integritas atq; constãtia: q in aduersis nõ det terga: sed se vltro auxiliatorem offerat, & amicũ fidelẽ. Oresta. vocãdi casus a græca inflexione detortus eorum quę habẽt σ. in vltima. sic apud Sophoclem ωω ουν ορεσα και συφιατατε ξενων πυλαδη &c. Fidẽ secunda. prospera fortuna. n. facile amicos inuenit: aduersa piclitaẽ & pbat. Ludicri certamis. lusorij certamis qđ Hercules instituit, in funere Pelopis: & victorẽ in ipo ludicro apio coronari. Ludicr⁹ ludicra ludicrũ secũdæ iflexiõis. at Priscia. tertię eẽ innuit. a ludo deriuatũ. ẽ aũt qđ cunq; lusorium & ioculare. Pisei Iouis. Olympici Iouis: in cuius honorem olympia celebrabantur apud Pisam & Elidem: quæ quinto quoq; anno fieri solebant: vnde primum computari per lustrum coepta sunt tempora. Ab Hercule institutore certaminis vsq; ad primam olympiadẽ supputãtur. CCCCXXX. anni. Aciẽ. conspectum hostilem. Ludicrũ.

Trimetri Iambici.

CLYTEMNESTRA. ELECTRA. AEGISTHVS. CASSANDRA.

Hostis parentis impium atq; audax caput:
Quo more cœtus publicos virgo petis? Ele.
Adulterorum virgo deserui domum. Cly.
Quis esse credat virginẽ? Ele. gnatã tuã? Cly.
Modesti⁹ cũ mre. Ele. pietatẽ doces? Cly.
Animos viriles corde tumefacto geris.
Sed agere domita fœminam disces malo. Ele.
Ni forte fallor fœminas ferrum decet. Cly.
Et esse nobis te parem demens putas? Ele.
Nobis? quis iste est alter Agamẽnon tu⁹? Cly.
Indomita post hæc virginis verba impiæ
Regina frangam. Ele. mitius interea mihi
Tu vidua loquere: vir caret vita tuus.

ASCEN. Hostis. Callida in pnicię suã mulier castigat filiam: q in publicũ pdierit: eo aio vt expiscet ex ea vbinã frater sit: quẽ ad supplicũ petijt: ne aut vindex paternę cędis, aut regni hæres sit. dicit ergo: O hostis parentis. i. matris tuæ, caput impiũ atq; audax, quo more petis virgo. i. cũ sis virgo, coetus publicos? Ele. Ego virgo. i. eo q sum vt dicis virgo, deserui domũ adulterorũ. s. tuã & Aegisthi. Cly. Quis credat te esse virginem. s. cũ talia loquaris? Ele. Gnatã tuã. i. dicis q nemo dicat gnatã tuam virginem: sed quisq; putet matris similem? Cly. Modestius sup. loqui decet, aut merito loquaris cum matre: vt cui pietas debetur, & obseruantia a filia. Elect. doces pietatem. i. admones ne me pietatis: cum sis maxime impia? Cly. Tu geris aios viriles corde tumefacto, id est inflato spiritu superbię. Sed domita malo. i. cruciatu & supplicio, disces agere, id est te gerere, fœminam. i. humilem & modestam. Ele. Vis vt fœminam agam? nisi fallor forte: ferrum decet fœminas: quia eo vsa es cum sis fœmina. Cly. Et. i. etiam o demẽs putas te esse parẽ nobis: ita vt si ego vsa sim tu quoq; vtaris? El. Nobis sup. dicis cum sola sis? Quis est iste alter Agamemnon tuus, scilicet maritus? q. d. virum occidisti: quis est ergo alter: & scit Aegisthũ eẽ: sed matrẽ putat nõ audere eum noiare. Cly. Ego regina. i. cum sim regina, frãgam post. i. postmodum hæc verba indomita virginis impiæ. Ele. Interea. s. priusq̃ regina sis, tu vidua, quia vir tuus. s. verus, caret vita, loquere mihi mitius. i. min⁹ minaciter.

BERNA. Hostis parentis. Arguit Clytemnestra filiam Electram: q virgo audeat venire in turbam virorum. Parentis. mei: matris tuæ. Impium. appositio est. Gnatam. similem tibi. indignatiue loquitur. Modesti⁹. scilicet loq̃re. Doces. scilicet audaciam: nam audax nimium occidisti patrem. Agere fœminam. seruare morem fœminarum. s. esse mansuetam. Malo. supplicio. Ferrum. hęc obijcit matri. Nobis. quia tu loqueris in plurali, quis est iste alter tuus Agamemnon qui tecum rex sit, quibus par esse nõ possim? Tu vidua. tu loqueris tanq̃ regina, vbi est rex tu⁹? nam sunt correlatiua rex & regina: mortuo rege non est regina.

DANI. ¶Hostis. Apud Sophoclem Clytemnestra arguit Electram impudentis & duri oris. contra illa respondens ait. Disco a te mater quando quę vidi faciam indecentia; sed nempe ex te. infelicia opera cogunt me talia moliri. mala enim a malis discũtur. αισχροις γαρ πραγματ' εκ διδασκεται. &c. Quo quidem dialogo videtur de industria facta imitatio, ob multorum translationem, in hac scæna: quæ cõtinet Clytemnestræ insectationem & iurgia immanissima cõtra Electram: quæ confidentius matri respondeat, q̃ decet & filiam & virginem. Adest ab alia parte Aegisthus acrius insultans, & matris quã depudicauerat causam suscipiens in puellam. Quis esse credat. apud Sophoclem impudentiæ Electræ his verbis insultat Clytemnestra. ωφρεμμα αναιδες ηδ' εγω και ταμ' επη και ταργα τα μα πολλα γ' αυ λεγειν ποιει. Fœminas ferrum decet. vt iam cernere est ferrum cõuenit & concessum est fœminis non colus, non pensum. Nobis. correctio: q melius dixisset mihi. Inuiæ. quæ dictum est a principio, Quo more cœtus publicos virgo petis.

Trahite: vt sequatur cõiugẽ ereptũ mihi. Ca.
Ne trahite: vestros ipsa præcedam gradus.
Perferre prima nuntium Phrygibus meis
Propero: repletum ratibus euersis mare:
Captas Mycenas: mille ductorem ducum:
Vt patria fata Troicis tulerit malis:
Perisse dono fœminæ: stupro: dolo.
Nihil moramur: rapite: quin grates ago.
Iam iam iuuat vixisse: post Troiam iuuat. Cly.
Furibunda morere. Ca. veniet & vobis furor.

Cassandra, psoluat capite suo pœnas: eo ꝙ fuit cõiunx cum sit captiua: & pellex tori regij. i. pellens reginam e toro regis mariti sui: trahite. s. ad supplicium: vt sequatur cõiugẽ ereptum mihi. s. per eã. Cas. Ne trahite. i. nolite me trahere: ipsa. i. ego, præcedam gradus vestros: ego propero. i. festino pferre prima. i. vt sim prima perferentium, nuntium. i. rẽ lętam, Phrygibus meis. s. mare repletum ratibus scilicet gręcorum, euersis: Mycenas captas. s. a tyranno adultero & parricida: ductorem mille ducum. i. mille nauium Agamemnonem, vt tulerit. i. vt contingat ꝙ tulerit. i. passus sit, fata patria malis Troicis quæ ob fœminam cõtigerunt, perisse dono. i. munere nouę vestis, fœminę. s. tuo vxoris eius: & stupro & dolo fœmię. Nihil moramur. s. vos rapite. s. ad cædem: quin. i. insuper ago grates: iamiam iuuat vixisse: iuuat vixisse post Troiã. s. excisam: vt ista nũtiẽ. Cly. Furibũda morere. Ca. Furor veniet & vobis: qñ a filio furẽte occidemini.

¶ Edissere. Interrumpit verba Electræ: dic vbi sit frater tuus. Parentem. s. mortuum. Iustæ. si iusta es mater satis debet esse ꝙ est in tuto. Parum. s. ꝙ sit in tuto, est tibi parum si vis illum occidere: quia nõ potest adimplere animum tuum. Hac. s. matris: & tangit manum. Decedo. ne habeas respectum occidendi me ante aras. Iugulum. interfice me quouis modo. Obsoletam. maculatam eam. Ablue sanguine. meo. Cõsors. loquitur Aegistho. tu nihil dicis ꝙ ista scelerata nata tot iniurijs me prouocat: & fratrem abscondit. Aure materna. quæ non sunt digna vt audiantur a matre. Monebit. indignatur virgo qđ moneatur a scelerato Aegistho. Demetere obtruncare. deberes illam furibundam interficere Impiũ. impiæ filiæ. Aut animũ. scilicet reddat. Reddere animum est emittere spiritum & mori. Exigat æuum. traducat vitam. Pædore. sordibus fœtens propter carcerem diuturnum. Ante thalamos. ante coniugium. Aethere. aspectu cęli. Sero. qñ non erit locus pœnitentiæ. Rudis. ignarus: quia est aliud maius supplicium morte. Vita. s. est peius quando quis cupit mori. Arripite. imperat famulis: vt virginem ligatam ducant in carcerem. Septã. circundatã. At ista. s. Cassandra. iubet vt hanc interficiant. Captiua. quę voluit esse coniunx mariti mei. Sequar. s. ad inferos. Ne trahite. sponte veniam: nam libens morior: vt referam vindictam Troianis meis apud inferos. Repletum. hoc erat nũtium qũo græci tẽpestate perditi sunt. Captas. s. ab Aegistho. Ductorem. s. Agamemnonem interemptum. Mille. nam mille naues duxisse scribit. constructio est ad tertium versum. Dono. propter vestem datã a Clytemnestra. Stupro. propter adulterium Aegisthi. Rapite. cito me occidite. Iuuat. prius dolebam viuere postpatriam victam: nunc gaudeo vixisse cũ viderim vindictã meorum. Vobis furor. vaticinatur: nam post mortem matris Orestes furijs est agitatus. BERNA.

¶ Oculit. non patefacit. Per scelera natus. ex patre Thyeste & Pelopea filia & superius ostendit Thyestes ipse. Coacta fatis nata fert vterum grauem Me patre dignum: versa natura est retro. Vidua ante. separata ab omni viro & penitus deiecta a spe coniugij. Aethere negato. quasi cui interdictum sit aqua & igni. quod erat damnatis cõmune apud veteres exitium. Negato æthere. negata luce. Concedet. quasi quæ mihi sit instar muneris. Morte. per mortem: ꝙ mors sit breuis pœna. DANI.

Tragœdiæ octauæ quæ inscribitur Octauia
Argumentum per Benedictum Philologum.



Diuus Claudiꝰ Cęsar Drusi Tyberij fratris filiꝰ, Caligulę patruꝰ, post diuortiũ cũ Aemylia Lepida Augusti pronepte, & Plautia Herculanilla, ac cũ Elia Petina, Valeriã Messalinam Barbati Messalæ cõsobrini sui filiã i matrimoniũ accepit: ex qua Octauiã, & Germanicum, quẽ mox Britannicũ cognominauit, suscepit. postea cũ illã cõpisset (vt inqt Suetoniꝰ) sup cætera flagitia, atq; dedecora. C. Silio etiã nupsisse: dote inter auspices consignata supplicio affecit: deinde Agrippinã Germanici fratris sui filiã cõtra fas (nã cõiugia inter patruos, fratrũq; filias nefaria sunt) duxit vxorẽ: atq; Octauiã Syllano desponsauit: quo paulopost iterẽpto, illã Neroni priuigno suo, quẽ adoptauerat, Vitellio, & Pollione suasoribꝰ collocauit. Sed postea Octauię cõsuetudinẽ Nero aspnatꝰ, corripiẽtibꝰ amicis, sufficere illi debere respõdit vxoria ornamẽta. Eãdẽ mox sępe frustra strãgulare meditatꝰ dimisit vt sterilẽ: sed iprobãte diuortiũ pplo, nec pcẽte cõuitijs, etiã in Cãpaniã, addita militari custodia, relegauit. Cũ crebri q̃stus, nec occulti p vulgũ fierẽt, a Nerõe reuocata in insulã Pandathariã, q̃ est in Tyrrheno mari, seu Puteolano sinu, relegat. & (vt inqt Tacitus) nõ alia exul fœmina visentiũ oclos maiori misericordia affecit. Paucis dehinc interiectis diebꝰ, sub crimie adulterioꝶ adeo ipudẽti falsoq;, mori iussa est: vt in q̃stione pnegãtibꝰ cũctis, Anicetũ pędagogũ suũ indicẽ subiecerit: qui dolo stupratã a se fateret. Itaq; infelix Octauia restringit vinculis: venæq; eiꝰ p oẽs artꝰ exsoluunt: & q̃a p̃ssus pauore sanguis tardiꝰ labebat, p̃feruidi balnei vapore necata est. sed nõ feliciori fortuna duodecimo die post Octauiæ diuortiũ Popeã in matrimoniũ accepit: cũ eã ictu calcis sæuissimꝰ impator occidisset. quẽ. C. Pli. alterã humani gñis facẽ appellauit. quẽ etiã si dictator Cæsar oraculo aliquo prouidere potuisset sibi, & ad familiæ dedecꝰ, & ad impij exitiũ successuꝶ, aut eo dñatu, cuius semp cupidissimꝰ fuit, aut certe oĩ filioꝶ adoptiõe, ne ad id mõstrũ veniret, ptinaciter abstinuisset. In primo actu Octauia iniquam repudij causã ingemiscẽs expostulat. In scdo Seneca vir senatorius p̃ceptor Neronis suspectꝰ, in Cyrnũ insulam Actuum diuisio.

exulat. In tertio Agrippina mater Neronis ab inferis veniēs lachrymabūda infelix Poppeę coniugiū vaticinaē. Quart⁹ habet metū Poppeę: q̄ a nutrice interrogata quid mali habeat, respondet Agrippinæ socr⁹ fantasmate se consternatam esse: & dū esset in complexu Neronis vidisse mulieres Romanas flentes. In quinto Nero audito nuntio mandat suis præfectis omnes ciues qui seditionem parauerant perdere.

Argumentum per Gellium Bernardinum Marmitam.

IAm vaga. Claudius impator Roman⁹ post alias sponsas Valeriā Messalinā Barbari Messalę consobrini sui filiā ī matrimoniū accepit: ex qua Octauiā & Britānicū quū suscepit, postea quū illā cōperiet super cætera flagitia atq; dedecora Caio filio nupsisse, supplicio affecit, inde Agrippinā Germanici fratris sui filiā vxorē duxit. Octauiā filiā Syllano desponsauit: quē postea nō recusauit mō, sed & interemit. postea illā Neroni quē adoptauerat priuigno suo collocauit. mox illius consuetudinē Nero aspernatus corripiētibus amicis sufficere illi debere respondit vxoria ornamenta. Tandē mox sæpe frustra strāgulare meditat⁹ dimisit vt sterilē: sed improbāte diuortiū populo nec pcente cōuitijs etiā, relegauit: deniq; occidit sub crimie adulteriorū: adeo īpudēti falsoq;: vt in q̄stione pnegātib⁹ cūctis Anicetū pędadogū suū indicē subiecerit q dolo stupratā a se fateret. Poppeā duodecimo die post diuortiū Octauiæ in matrimoniū acceptā dilexit vnice: & tñ ipsa quoq; ictu calcis occidit: q; se ex aurigatione sero reuersum grauida & ęgra cōuitijs incesserat. Hic autē Octauia surgens iā appatēte luce lamentaē fortunā suā & mortē pr̄is sui veneno necati: postea veniens Nutrix eam consolari nititur.

Argumentum per Danielem Caietanum.

IAm vaga. Latina tota: impatorij supcilij petulātiā arguēs: dire cęde infecta: polluta īsidijs parēta lib⁹: fœdę libidinis irritamēta cōtinēs: & ob id i cęcā prūpēs: rabiē: & quodā velut indomito furore detonitās. Titul⁹ latia euphōia quę sit⁹ ē. Dramatis ptes pricipales tres. Prima Octauię repudium. Scđa Neronis ipietas. Tertia Popeę nuptialis pōpa. In q̄nq; act⁹ vt reliq̄ itē distributa. Argumentū ei⁹ tale. Nero Claudi⁹ Sexti Claudij priuign⁹ Senecæ discipul⁹ a pueritia vsq; hō inquinatissim⁹ ac vitiorū ppe oim labe & infamia notat⁹, Octauiæ Claudij ex Messalina filiæ cōnubio iā stomachat⁹, quā pri⁹ Syllano desponsatā iubēte Claudio vxorē duxerat (vt oia exeqēr hubertim & affatim Suetoni⁹ in gestis & vita vtriusq;) ad Popeæ nuptias ex intēperantia amoris aīm addixit: quare consuetudinē Octauiæ cito aspnat⁹ corripiētib⁹ amicis & populo diuortiū improbāte nec pcēte cōuitijs, Popeam in matrimoniū accepit dilexit q; vnice & efflicti Octauiā sæpi⁹ meditabaē strāgulare. tādē falso Aniceti pædagogi testimonio: vsus crimie adulterij in exiliū coegit & necauit. Popeā vero Antonia Claudij filia pempta ictu calcis occidit. Postea Aulū Plautinū iuuenē cōcubitu cōspurcauit. Senecā arguētē mori iussit. sed iā ad Octauiā reuertamur. Exit itaq; primū Octauia & soror & cōiunx Neronis ingemiscēs & inique repudij causam expostulās in primo crepusculo: quo Iā vaga cęlo sidera fulgens aurora &c. imitatio Homerica & Vergiliana. & qđ pene oblit⁹ fuerā. Carmē primū metro pindarico dimetro catalectico inscriptū. Est aūt periphrasis cā ornādę rei: q̄ pulchra est: vt & Iā pria nouo &c. & ī mille locis Home. ημοσ Δηριγενεια φανη ροδοδακτυλοσ ηοσ Τιτωνοιο εκαλεκτροισι &c.

IAm vaga. Quia argumētum qđ Romanū est, & ita togata quodam mō dici posset tragœdia, satis explicatū est: iuxta institutū nostrum verba authoris sub līaria sere paucis explicem⁹. Primū matutinū describit Octauia tēp⁹ dicens. Aurora fulgēs fugat iam sydera vaga. i. erratica, quātum ad visū nostrū, cęlo. i. e cōspectu nostro licet in cęlo maneāt: Titan. i. sol, surgit, coma radiāte. i. i multos radios diffissa: & reddit mūdo diē clarū: & ita reliqua aiāntia lęta fere sunt: tu vero Octauia onerata malis tot tantisq;. i. tā magnis (sic reponandū putaui) age repete iā questus assuetos tibi .i. querimoniā solitā: atq; vince. i. excede & supa querendo, Alcyones aues in quas Ceix & Alcyone versi sunt: vt in Agamemnonē dictū est: æquoreas. i. marinas: & vince volucres Pandionias. i. luscinia & hirūdinem i quas Philomela & Progne mutatæ sunt: nā q; fortuna tua est grauior ijs. i. q̄ fortuna eaꝝ fuit. Incipiens ergo flere dicit: O genitrix. s. Messalina deflenda mihi semper, prima. i. vt prima causa maloꝝ meoꝝ: quia liberi vt tēporaliter gaudent de bona vita parētum: ita affligūē de mala: exaudi questus. i. querelas tristes, natæ. i. filiæ tuæ, hoc ē meos exaudi i quit si quis sensus remanet in vmbris. i. in defunctis hac vita. Vtinam Clotho, q̄ est parcarum vna, grandęua, q; a prouidentia dei ęterna est, rupisset manu sua stamina mea. i. vitæ meę telā abscidisset, hoc est mortua fuissē

Tragœdiæ interlocutores.

OCTAVIA. NVNTIVS.
NVTRIX. AGRIPPINA.
CHORVS ROMANORVM
POPPEA. SENECA.
NERO. PRAEFECTVS.

Primus. Actus Anapæstici.

OCTAVIA.



Am vaga cælo sydera fulgens
Aurora fugat: surgit titan
Radiante coma: mundoq; diem
Reddit clarū, age tot tantisq;
Onerata malis. repete assuetos
Iam tibi questus:
Atq; æ quoreas vince Alcyones:
Vince & volucres Pandionias.

Grauior namq; his fortuna tua est.
Semper genitrix deflenda mihi
Prima meorum causa malorum:
Tristes questus natę exaudi:
Si quis remanet sensus in vmbris.
Vtinam ante manu grandæua sua
Mea rupisset stamina Clotho:
Tua q̄ mœrens vulnera vidi:
Oraq; fœdo sparsa cruore.
O lux semper funesta mihi.
Tempore ab illo lux est tenebris
Inuisa magis.
Tulimus sæuæ iussa nouercę:
Hostilem animum: vultusq; truces.
Illa illa meis tristis Erinnys
Thalamis Stygios prętulit ignes:
Teq; extinxit miserande pater:
Modo cui totus paruit orbis
Vltra Oceanum.
Cuiq; Britanni terga dedere:
Ducibus nostris ante ignoti.
Iurisq; sui.
Coniugis (heu me) pater insidiis
Oppresse iaces: seruitq; domus
Cum prole tua capta tyranno.

anteq̄ ego mœrēs.i.dolēs, vidi vulnera tua.i.cædē tuā: iussu Claudij Cæsaris pris mei: & vidi ora tua spsa cruore fœdo.i.fœde fuso. o lux.i.dies funesta.i.perniciosa semp mihi. quia lux est mihi ab illo tēpore magis inuisa tenebris. Nos tulimus.s.deinde, iussa nouercæ sæuæ.s.Agrippinę: aium.s.eius hostilem & vult⁹ truces. illa.s. nouerca, erinnys tristis.i.quæ est vt furia infernalis tristitiæ causa, p̄tulit thalamis.i.nuptijs meis cum Nerone tyranno, ignes stygios.i.tædas infernales: & extinxit te o pater miserande.s.Claudi: cui totus orbis paruit modo.i.paulo ante mortem vltra oceanū: quia. Et penit⁹ toto diuisos orbe Britānos vicit. Cuiq;.i.& cui, Britāni quorum regnum nunc tenent Angli, dedere terga.i.se victos fassi sunt: ignoti añ.i. prius q̄ a te vincerentur, ducibus nostris: & iuris sui.i.proprij. At quia Iulio Cæsare prius victi fuerant? Sed dabitur hoc mulieri, quæ est historię ignara: & rerum suarum ostentatrix fere est: sicut prius adnotatum est de alijs. Heu me o pater Claudi, iaces oppresse (iterum verbum vocatiuum apponit) insidijs coniugis.s.Agrippiæ: qa boleto: p⁹ quē nil vltra Claudius edit: & domus tua.i.imperialis, capta cū prole.i.me filia tua, seruit tyranno.s.Neroni.

BERNA.

IAm vaga. Quæ non stant. monstrat principium lucis. Alcyões. de his dictum est in superiori tragœdia. Pandionias. Prognen, & Philomenā olim filias Pandionis regis Athenarum. Vince.s.questu. Grauior. peior est conditio tua. Semper genitrix. s. Messalina mortua: vt est apud Tacitum. Prima. quę existis causa omnium malorum meorum. Sensus. si est anima alicubi. Vtinam. scilicet essem mortua anteq̄ esses obtrūcata. Grandęua. quæ habet multos annos ideo dicitur immortalis. Lux. ille dies quo interempta fuisti. Tulimus. explicat miserias suas. Nouercę. Agrippinæ. Illa. nouerca fuit tanq̄ furia quæ stygios ignes portauit in nuptijs meis: quando Neroni filio eius cōiuncta fui. Pater. Claudi: te quoq; boleto venenato extinxit: vt scribit Tranquillus & Iuuenalis. Modo. pauloante. Britanni. vt scribit Suetonius Claudius Britannnos sub ditione Romana redegit. Iuris sui. quia legibus suis viuebant. Tyranno. Neroni: qui imperium tuum suscepit violentus: cuiq; ipsa proles tua seruio.

DANIEL.

Messalina.

¶Iam tibi. Adonicus est. Prima causa. Messalina scortorum illud pileatum ac spectabile simulacrum: quā Claudius reiectis Herculanilla & Elia Petina duxit vxorem: & ex qua suscepit Octauiam & Germanicum vt indicāt Tacitus & Tranquillus. fuit autem Valeria Messalina Barbari Messalę consobrini Claudij Neronis filia. Nate. in quæstione est locus quomodo inuocet natum si dimissa sterilis a Nerone? non placet mihi. Sed constitue ordinem sic o Messalina prima causa meorum malorum audi tristes questus natæ tuæ Octauiæ si quis inest sensus &c. cuius rei contentiosa est apud Platonem disputatio, & Ciceronem in Catone. Tua q̄ mœrens vulnera vidi. Messalina dum cum matre esset in horto a tribuno confossa est: iubente Narcisso nuntio Claudij. Messalina inquā q̄ teste Plinio in. x. inter diē & noctem quinq; & viginti cōcubitibus nobilissimā prostitutis meretricem superauit. Nouercæ. Agrippina per ius osculi sumpta est vxor a Claudio: cum iā vouisset cœlibatum tot reiectis & occisis antea vxoribus. inimica semper Octauiæ priuignæ. Teq; extinxit miserande pater. Claudio cœnanti in arce cum sacerdotibus obtulit Agrippina boletum medicatum artifice Locusta auidissimo ciborum per Halotum spadonem prægustatorem. Ignoti. falsum: nam Iulius domuit: sed nostris intelligit fortasse familiatibus.

Trimetri Iambici.
NVTRIX.

ASCEN.

VIgore. Detestaẽ nutrix propter calamitatem alumnæ suæ Octauiæ strepitum regalis fortunę & aulæ splendorem dicens. Quisqs ca

ptus.i.sic affectus vt abstinere nequeat,primo.i.primario fulgore,& attonitus bono facili.i.leui & inconstanti:aut facili, acquisitu: quia citra virtutem:cum etiam malis contingat:aulæ fallacis:quia voluptatem promittẽtis & gloriam:cum multis & tristitiam & necẽ pariat:stupet.i.præ admiratiõe in stuporem trahitur: cernat domum & stirpẽ.i.progeniem & pręcipue filiam Claudij ꝑ Claudij imperatoris,labãtis ecce.i.ex iopinato,subito impetu fortunæ:domũ dico & stirpem,prepotentem modo.i.pauloante,euersam.i.funditus destructam.Cuius.s.Claudij imperio, orbis.s.terrarum subiectus fuit:& oceanus.s.britãnicꝰ liber diu,paruit:& recepit iuitꝰ.i.licet fuitꝰ rates.i.Romanas.En sup.is.s.Claudiꝰ Cæsar,q̃ primꝰ imposuit iugo.i.domuit & in seruitutem redegit,ora.i.ostia & accolas Tanais flu.in põto clari:& q̃ texit freta ignota.s.Romanis,prius,tot classibus:& qui fuit tutus inter gentes barbaras:& sęua maria:occidit.i.cecidit moriens,scelere coniugis.s.Agrippinæ veneno dato in boleto: & illa sup.cecidit mox.i.paulopost,scelerẽ nati.i.filij sui Neronis:cuius.s.nati,hoc est Neronis,venenis,frater.s.Britãnicus,iacet extinctus:& cuius soror(ꝑ adoptionẽ)& eadẽ coniũx.s.Octauia,mœret:q̃a illi infeliciter nupta est:nec coacta.i.licet coacta,ira viri crudelis.s.Neronis,valet tegere.i.occultare,luctus graues:& quę refugit semper.s.virum:secreta.s.ab eo: atq; ardens odio pari,flagrat id est ardet mutua face.s.irarũ,mariti.i.mariti : q̃a quãto odio eã maritꝰ,tãto ea maritũ ꝓsequit̃.nr̃a fides.i.fidelitas & pietas,solat̃ frustra aĩum dolẽtis:q̃s dolor immitis mutat cõsilia nr̃a.s.q̃ ildamus:nec ardor generosus,mentis scilicet Octauiæ,potest regi:sed capit vires,malis id est ex malis.heu q̃ profundum scelus prospicit timor noster(quod scilicet scelus vtinã numẽ deũ.i.deorũ,auertat.timuit autem ne sibi manũ iferat:aut a viro mori cogatur.

Fulgore primo captus & facili bono
Fallacis aulæ quisquis attonitus stupet:
Subito labantis ecce fortunæ impetu
Modo præpotentem cernat euersam domũ
Stirpemq; Claudi:cuius imperio fuit
Subiectus orbis:paruit liber diu
Oceanus:& recepit inuitus rates.
En qui ora Tanais primus imposuit iugo:
Ignota tantis classibus texit freta:
Interq; gentes barbaras tutus fuit:
Et sæua maria:coniugis scelere occidit:
Mox illa gnati:cuius extinctus iacet
Frater venenis:mœret infelix soror:
Eademq; coniunx:nec graues luctus valet
Ira coacta tegere crudelis viri.
Secreta refugit semper:atq; odio pari
Ardens mariti mutua flagrat face.
Animum dolentis nostra solatur fides
Pietasq; frustra:mutat immitis dolor
Consilia nostra:nec regi mentis potest
Generosus ardor:sed malis vires capit.
Heu q̃ nefandum prospicit noster timor
Scelus:quod vtinam numẽ auertat deum.

BERNA. Fulgore. Conquestio nutricis de Octauia.ꝓponẽtis speculum vitæ humanę:vt si quis confidat rebus humanis,videat domum Claudij patris Octauię:quam consolari vellem:nec voces meas accipit. Fulgore.splẽdore regni:q̃d videtur pulcherrimũ. Fallaci. videtur habere multa commoda: cũ habeat tot insidias,& mala. Latentis fortunę.incognitã non præuisa nocet. Liber.propter Britannos quos vicit. Rates.scilicet Claudij. Ora tanais.regiones septentrionales. Iugo.seruituti Romanę. Coniugis scelere.veneno Agrippinæ. Mox illa.i.Octauia soror & coniunx gnati.s.Neronis cuius venenis frater scilicet Octauiæ Britannicus occidit. Soror.Octauia: quoniã Nero maritus eius factus erat filius Claudij per adoptionem. Viri.mariti Neronis.sualis Octauię tegere iram:sed ipsa non potest. Quem.scilicet virum. Secreta.ipsa solitaria. Flagrat.ardet. Dolentis.scilicet Octauiæ. Pietas.amor meus. Frustra.quia non vult consolari. Dolor.quãdo recordatur mortis suorum,mutantur omnia consilia quæ ei dederam. Generosus ardor.inflammatio mentis Octauię generosæ. Regi.moderari. Malis.videns se omnia amisisse,non timet perdere plura. Heu q̃.timet ne maritꝰ interficiat aut eam repudiet. Prospicit.a longe videt.

DANI. ❡Fulgore.Carmen secundum metro Archilochio trimetro catalectico.Dolet vicem Octauię Nutrix:quam arbitror esse Lepidam amitam ipsius Octauiæ & Neronis:apud quã vero ipse ab infantia fuit educatus sub duobus pædagogis Tonsore & Saltatore. Fallacis aulæ.Surgit in mentem ad hunc locum distichon elegãtissimum:quod scripsit Ioãnes Salis Bariẽsis ad policratũ.Si mihi credideris,liguam cohibebis:& aulę Limina non intret pes tuꝰ:esto domi.extrema nãq; miseria est colere aulas:ambitiosu seruitutẽ seruare:inter domesticos insidiatores versari:& q̃d omniũ pessimũ est flagitiosis officijs mãcipari.de qua re elegãtissimũ compendium restat Pij põtificis maximi: & præclarus liber Polycratis:qui pulcherrime omnis nugas & miserias curiales prosequutus est,hortans ad philosophiam & virtutum cultum capessendum. Ora Tanais.Eutropius qui eleganti compendio Romanam tradit historiam scribit in sexto:& Tranquillus in vita eius, Tacitꝰ Cornelius,Aegesippus confirmant:Claudium primum post.C.Cæsarem bellum intulisse Britannis super-

Aula vitanda.

Britannia Claudio victa.

biſſimis & ſæuiſſimis gentibus: & deuiciſſe. Cnę. Sentium,& Aulum Plautium illuſtres & nobiles viros.& in de filio ſuo Britannici nomen impoſuit. Mox illa gnati. Nero ſimulata reconciliatione cum matre eam re uocauit a Baulis Baias ad quinquatria: inde machinoſa naui redire iuſſit: qua ſoluta in aquas concidit & enata uit incolumis. Ligerinum nunciantem incolumem matrem iuſſit occidi: miſſo ſtatim ſpiculatore q matrem omnino necaret eo ſpatio maris: quod eſt inter Baulas & Baias: vt in quodã tetraſticho epigrãmaticus vates pulchre teſtificatur. Nero mãiſ ſidtantur.

Anapęſtici.

OCTAVIA. NVTRIX.



O Mea nullis æquanda malis
Fortuna. licet repetam luctus
Electra tuos: tibi mœrenti
Cæſum licuit flere parentem:
Scelus vlciſci vindice fratre:
Tua quem pietas hoſti rapuit:
Texitq; fides.me crudeli
Sorte parentes raptos prohibet
Lugere timor:fratriſq; necem
Deflere vetat:in quo fuerat
Spes vna mihi:totq; malorum
Breue ſolamen.nũc in luctus
Seruata meos magni reſto
Hominis vmbra.Nu.vox en noſtras
Perculit aures triſtis alumnę:
Ceſſat thalamis inferre gradus
Tarda ſenectus.Oct.excipe noſtras
Lachrymas Nutrix teſtis noſtri
Fida doloris.Nu.quis te tantis
Soluet curis miſeranda dies?

BERNA

O Mea. Conqueritur Octauia inconſolabiliter: tametſi Nutrix eam cõſolari nitit: docetq; ſe miſerrimis quibuſq;(vt fit)miſeriorem: dicẽs O fortuna mea æquanda. i. ex æquo conferẽda nullis malis: quia maior omnibus aut oĩum malis. licet o Electra filia Agamemnonis, repetam. i. ad memoriam reducam, luct9 tuos. ſ. de iterfecto patre: quia licuit tibi mœrenti. ſ. in corde, flere. ſ. oculis & aperte, parentem. ſ. Agamemnonem cęſum a matre & Aegiſtho: & licuit tibi vlciſci ſcelus. ſ. in patrem commiſſum: fratre ſcilicet Oreſte, vindice id eſt vltore: quem ſcilicet fratrem, tua pietas rapuit hoſti. ſ. matri & Aegiſtho: & texit. i. abſcõdit donec eum Strophilo occulendũ & abducendũ commiſerat. Timor. ſ. mariti prohibet me lugere parentes raptos. ſ. ad cædem: matrem a patre: & patrem a nouerca: & vetat deflere necem fratris. ſ. Britannici: quẽ Nero ſuſtulit veneno: in quo. ſ. fratre, fuerat mihi poſt cædem parentũ, vna. i. vnica ſpes & ſolamen breue tot malorum. Ego nunc ſeruata in luctus meos. i. ea de cauſa vt diutius lugeam, reſto. i. ſuperſtes ſum & relicta ſum vmbra magni nominis. ſ. vxoris imperialis & Auguſtæ: quia licet Neronis ſim vxor nõ tamẽ tractor ab eo vt vxor ſed vt venefica. Nutrix audita querimõia Octauiæ dicit. En vox alumnæ. ſ. Octauiæ quã alui, triſtis: q querula, perculit aures noſtras. Ceſſat. i. nunquid aut cur ſenectus. ſ. mea: tarda. i. lente ſe mouens, ceſſat inferre thalamis. ſ. Octauiæ (quia vxores Romanæ & totius ferme Italię plurimam i thalamis vitam tranſigunt) gra d9. ſ. meos. i. eos ingredi? Octauia autem viſa nutrice dicit. O Nutrix fida teſtis doloris noſtri, quia palam lugere non audebat, excipe. i. auerte, cape, lachrymas noſtras. Nut. O miſeranda. i. digna miſeratione (nã miſeri & miſerandi non ſunt cenſendi qui iuſte q̃tum uis grauiter puniuntur: vt in inferno non ſunt miſeri aut miſerandi: ſed iniqui & ſceleſti licet infelices) quis dies ſoluet te tantis curis. i. quando erit tibi finis curarum & dolorum?

DANIEL.

O Mea. Nunc exit Octauia cõparans ſua mala malis electræ filiæ Agamemnonis interẽpti: vt paulo ante vidimus. Licuit flere. q: pars eſt leuamẽti doloris aperte flere ſuos: id ipſa facere nõ poſſũ metu mariti. Fratre. ſcilicet oreſte qui matrẽ clitẽneſtram & aegiſthum interfecit in vltionẽ patris Rapuit. nã vt ſupra vidimus electra occiſo patre Oreſtem fecit fugere committens illum ſtrophio phocẽſi. Texit. ideſt occultauit. Crudeli ſorte. nã meſſalia mater iuſſu parentis interempta eſt: & ipſe pater veneno nouercę perijt. Timor. ſcilicet mariti. Fratris. ſcilicet Britannici veneno interempti. Magni nominis. Claudij imperatoris. Vox. audiuit vocem Octauiæ ſecum conquerentis. Alumne. Octauiæ. Senectus. mea ceſſat ire in thalamum eius. Excipe. veni ad me vt audias luctus meos. Soluet. depones nullo tempore lachrymas?

DANI.

¶ O mea nullis. Carmen tertium metro pindarico. introducitur alternatim Octauia plangens & Nutrix conſolans ſimul & vindictam diſſuadens quam parabat in virum Octauia. Ex comparatione alienæ calamitatis artificioſe ſuam exaggerat. Parentes. Claudium & Meſſalinam. Claudium Agrippina vxor & nouerca Octauiæ medicato boleto conſilio Locuſtæ peremit per Halotum Spadonem: Meſſalinam tribun9 iuſſu Narciſſi confodit in orto cum matre. Vmbra magni nominis. parentibus & germano ampliſſimis nominibus ego ſola relicta ſum parum veluti veſtigium & vmbra inanis. Alumnæ. licet Lepida nunq̃ nutrierit Octauiam: tamen abſolute poſſumus ipſam adductam a Seneca de induſtria coniectare. Ceſſat thalamis. qd moror ad eam celerare greſſus meos?

ASCEN. ¶Qui me. Respondet Octauia Is sup. dies qui mittet me ad vndas stygias .i. qui erit vltimus vitae. nam aethnici putabant omnes pterq̄ in deorum numerum relatos ad inferos descendere: illicq; esse elisios .i. beatorum cāpos & hortos. Nu. Quęso sup. deos: vt ista omina .i. mali euentus indicia sint procul scilicet a te. Oct. Vota .i., desideria tua: non regant iam casus meos: sed fata .i. deorum violentiae. Nut. Deus mitis .i. pacatus: dabit afflictae .s. tibi tempora meliora .s. q̄ hactenus dedit. Tu placata modo .i. solummodo vince, .i. mitiga virum .i. maritum, obsequio blando .i. illi blande obsequendo. Oct. Ego vincam .i. vincere possim leones sęuos: & Tygres truces .i. truculentas ante .i. prius q̄ vincam corda fera: tyranni .s. Neronis saeui. Nā ipse odit .i. odio prosequitur. (Est tamen vince praeteriti temporis) genitos sanguie claro. spernit superos .i. deos aut supereminentes homines siml' & humiles .i. abiectos. nec ipse capit .s. sustinere potest, fortunā suam .i. dignitatem imperialem. quam .s. fortunam, parens .s. ipsi⁹ Agrippina: dedit illi per ingens scelus: quia per caedem Claudij mariti, & Britannici priuigni ei⁹ ex Messalina geniti: de qua dicit Iuuenalis. Ostēditq; tuū generose Britānice vētrem, tuum .i. quo te genuit: ostendit in lupanari prostās licet pudeat .s. Neronem ingratum .s. in matrem quā occidit: cepisse .i. accepisse hoc imperium, munere .i. dono & opere matris dirę .s. in maritū & priuignū: & licet repēdat .i. cōpenset & persoluat: tandē mun⁹ morte .s. matris a qua id acceperat: tn̄ foemina .s. Agrippina feret .i. portabit hunc titulū elogiū semp in longo aeuo post fata .i. mortem .s. q; per eam regnauerit Nero. Nu. O Alumne aut Octauia: retine aut retice verba ai furentis & comprime vocem emissam id ē emissibilem, aut emittendam temere .i. inconsiderate: non autem posset emissam comprimere: quia nescit vox missa reuerti. Et semel emissum volat irreuocabile verbum: sed facere ne emittaē. Respondet Octauia nō mutata scena sed genere carminis. Quis ego patiar toleranda: vt sunt diuortia aut minae repudij & contemptiones viri, tamen mala nostra, haud .i. non queāt finiri vnq̄ nisi morte tristi. quia fruor luce .s. vitae huius aut caeli: nō grata .i. accepta mihi: Genitrice .s. Messalina caesa: a patre: patre rapto .i. sublato per scelus .s. Agripinae nouercae. orbata .i. quę orbata & priuata cū fratre .s. Britannico per eandem: obruta luctu .s. proximorum consanguineorum: pressa moerore .s. occulto quem prodere non audet: inuisa coniugi .s. Neroni: ac subiecta famulae meę .s. Poppeę quā Nero afflictim amat: & postea ductur⁹ est: fruor dicit luce non grata: corde trepidante semper. id est quia cor meum semper anxietate trepidat: non metu mortis id est non q; formidem mori: sed metu sceleris id est eo q; meo aliquod scelus committere prius q̄ moriar magna profecto, & meliore ore digna sētentia: q̄ q̄ haec ipsa innocens caedenda est. Crimen absit .i. est detur mihi a deo: vt crimen absit a fatis meis id operibus mihi de-

Octa. Qui me stygias mittet ad vndas, Nut.
Omina quaeso sint ista procul. Oct.
Non vota meos tua nunc casus:
Sed fata regunt. Nu. Dabit afflictae
Meliora deus tempora mitis.
Tu modo blando vince obsequio
Placata virum. Oct. vincam saeuos
Ante leones: Tygresq; truces:
Fera q̄ saeui corda tyranni.
Odit genitos sanguine claros:
Spernit superos: humilesq; simul.
Nec fortunam capit ipse suam:
Quam dedit illi per scelus ingens
Infanda parens. licet ingratum
Dirę pudeat munere matris.
Hoc imperium cepisse: licet
Tantum munus morte rependat
Feret hunc titulum post fata tamen
Foemina longo semper in aeuo. Nut.
Animi retine verba furentis:
Temere emissam comprime vocem.

TRIMETRI Iambici. Oct.

Toleranda q̄uis patiar: haud vnq̄ queant
Nisi morte tristi nostra finiri mala.
Genitrice caesa: per scelus rapto patre:
Orbata fratre miseriis luctu obruta.
Moerore pressa: coniugi inuisa: ac meae
Subiecta famulae: luce non grata fruor:
Trepidante semper corde: non mortis metu
Sed sceleris. absit crimen a fatis meis:
Mori iuuabit: poena nam grauior nece est
Videre tumidos & truces miserae mihi
Vultus tyranni: iūgere atq; hosti oscula:
Timere nutus: cuius obsequium meus,
Haud ferre posset: fata post fratris dolor
Scelere interempti: cuius imperium tenet,
Et morte gaudet author infandę necis.

Q; sæpe tristis vmbra germani meis
Offertur oculis: membra quum soluit quies;
Et fessa fletu lumina oppressit sopor?
Modo facibus atris armat infirmas manus
Oculosq;: & ora fratris infestus petit.
Modo trepid⁹ idé refugit in thalamos meos:
Persequitur hostis: atq; inhærenti mihi
Violentus ensem per latus nostrum rapit.
Tunc tremor & ingés excutit somnos pauor;
Renouatq; luctus: & metus miseræ mihi.

cretis, aut quæ vt fata norunt faciam: & sup. iuuabit id est delectabit me mori, vtinam id vere: sed meliore ratione nos Christiani dicamus omnes, optemusq; innocentes mori vt simus cum Christo. Causam cur mori optet adducit: nam poena. s. quam do aut patior viuẽdo, est grauior nece: videlicet videre vult⁹ tyranni. i. Neronis, tumidos id est supbos, & truces id est truculentos & diros mihi miseræ atq; iungere hosti scilicet cuius ergo pater & frater occisi sint, & qui mihi omnib⁹ modis cædem intentat, oscula: eo q; maritus est: & timere nutus, supple eius: cuius dolor meus nõ posset ferre id est pati obsequiũ id est obseruantiam seruilem: post fata id est necem, fratris scilicet Britannici, interempti scelere, scilicet interimentis Agrippinæ: qui eũ interemit non quia meruit, sed vt fili⁹ eius regnet cuius imperium. i. ius imperandi & principatum Romanũ, tenet & gaudet morte auctor infandæ cædis. s. Nero: cuius ergo & ratione Agrippina maritũ & priuignum sustulit. q̃. i. o q̃ sæpe vmbra tristis, germani. i. fratris mei, qui prius Germanicus deinde Britannicus dict⁹ est, offertur. i. obuersatur oculis meis (quum id est quando, hoc est) nocte: quando quies soluit mẽbra: & sopor oppressit lumina fessa fletu? Sup. frater armat modo. i. interdum manus infirmas scilicet suas: quia vmbratiles: facibus atris. i. furialibus & vltricibus: & petit. i. videtur petere infestus oculos & ora, per quæ peccauit placens impiæ Agrippinæ, fratris scilicet per adoptionem Neronis: modo. i. interdum, idem trepidus fugit in thalamos meos. i. per insomnium videtur fugere: hostis. s. Nero persequitur. s. per visionem, fratrem: atq; violentus rapit id est celeriter agit inhẽrenti mihi. s. fratri, ensem per latus nostrum: tunc tremor & pauor ingens excutit somnos & renouat mihi miseræ luctus & metus. legi posset rapit ẽnse inhẽrentem mihi &c.

BERNARDINVS.

¶ Qui. Scilicet dies quo moriar. Non vota. non vt optas euenit nobis: sed vt volunt fata. Nec capit fortunam. elatus fortuna seipsum moderare nequit. Infanda parens. scelerata Agrippina quæ Claudium maritum & Britannicum priuignum sustulit de medio: vt Nero filius regnaret. Licet pudeat. quia matrem habet odio. Rependat. retribuat meritum illi morte: nam matrem fecit mori. vt scribunt Tacitus & Tranquillus. Hunc titulum. scilicet dedisse imperium filio per scelus.

Toleranda. Dicit Octauia sua mala nunq̃ posse finiri nisi morte enumerans illa flebiliter. Meæ famulæ. s. Poppeę quã superduxit mihi marit⁹. Luce. vita: q̃a vellẽ mori. Sed sceleris. ne crimine falso. Absit. si occidar sine noie crimis, accipiã mortẽ ꝑ beneficio. Poena. nã video duriora morte. lũgere. vbiq; sup. ꝑ poena grauior. Hosti. Nerõi: osculari illũ q̃ iterfecit patrẽ & fratrẽ meũ p Agrippinã suã matrẽ. Nut⁹. signa eius volũtatis. Cu⁹ imperiũ. scilicet fratris Britannici qui patri debebat succedere. Q; sępe. additur alia poena: nunq̃ habeo quietem trãquillam: semper mihi obuersatur imago ante oculos fratris interempti. Fratris ora. scilicet Neronis qui frater erat per adoptionem. Petit. inuadit. Modo. interdum. Hostis. Nero. ita videtur mihi. Inhęrenti. iuncto mihi: dum vult vulnerare illum mihi inhęrentem, etiam me percutit: vt videtur mihi in somno. Rapit. celeriter agit. Excutit. tunc excutior somno & incipio dolore.

¶ O miseranda. Octauia quando dabitur vnq̃ tibi ocium a tot luctib⁹. Nec fortunam capit. nescit mentem temperare ab insolenti lætitia. Parens. Neronis: vt imperaret. Nec fortunam capit ipse suam. vide q̃ cæcum & insanum reddidit Neronem fortuna. teste namq; Orosio: cuius verbis & sensu eo libentius vtor q; scio Christianum & magni discipulum Augustini. Omnia prope Italię & Gręciæ theatra perlustrauit assumpto varij vestit⁹ dedecore: citharistas, tragoedos, aurigas, visus est superare: virum in vxorem duxit: ipse a viro vt vxor acceptus est: & rectas nuptias celebrauit retibus aureis piscabatur, purpureis funibus. nullam vestem bis induit. nec vnq̃ minus mille carrucis iter traditur confecisse. Deniq; vrbis Romæ incendium voluptatis suę spectaculum fecit. per sex dies, septemq; noctes ardens ciuitas regios pauit aspectus. Auarissimus centies centena milia sestertium annua a senatu cõferri sibi imperauit: plurimos senatorum nulla causa bonis priuauit. Crudelissimus, plurimam partem senatus interfecit: equestrem ordinem prope destruxit: matrem, fratrem, sororem, vxorem prostrauit. Impijssimus: nam primus Romæ Christi sectatores mortibus affecit: beatissimos apostolos Petrum cruce, Paulum gladio interfecit. nefandissimus deniq; omnium qui sunt qui fuerunt aut qui futuri sunt sceleratorum. Senecam præceptorem sanctissimum ad mortem compulit: q̃uis ꝑ sancte iuraret frustra se esse suspectũ & potius periturum q̃ nociturum ei. Toleranda. annectitur cum superiori: namq; Octauia persistit in gemitibus & lamentis. Cæterum sola discrepat metri qualitate quod est Archilochium trimetrum catalecticum. Collocutrices, Octauia, Nutrix. Sola mors finiet nostra mala. Meæ famulæ. Poppeæ quam mihi par esset seruam dari. A fatis meis. ne moriar criminose. Infirmas. quia vmbra est: interemit veneno Britannicum accepto a Locusta venenariorum indica dum secum coenaret: veritus ne quandoq; apud hominum gratiam paterna memoria præualeret. Infandæ necis. veneni quod coenanti dari imperauit. Infestus. inimicus. Atq; inhærenti &c. videor neronem videre Britãnico insultantem meo lateri admitenti: & inter meum latus ensem rapere. Tunc. excutior & surgo attonita.

DANT.

Orosius de Nerone.

Roma flagrat.

Adice his superbam pellicem: nostræ domus
Spolijs nitentem: cuius in munus suam
Stygiæ parentem natus imposuit rati:
Quam dira post naufragia superato mari
Ferro interemit sæuior pelagi fretis:
Quæ spes salutis post nefas tãtum mihi?
Inimica: victrix: imminet thalamis meis:
Odioq; nostri flagrat: & pretium stupri
Iustæ maritum coniugis captat caput.
Emergere vndis: & fer auxilium tuæ
Natæ inuocanti genitor: aut stygios sinus
Tellure rupta pande quo præceps ferar. Nu.
Frustra parentis inuocas manes tui
Miseranda frustra: nulla cui prolis suæ
Manet inter vmbras cura: qui nato suo
Præferre potuit sanguine alieno satum:
Genitamq; fratris coniugem captus sibi
Toris nefandis flebili iunxit face.
Hinc orta series facinorum: cædes: dolis
Regni cupido: dira sanguinis sitis:
Mactata soceri concidit thalamis gener
Victima: tuis ne fieret Hymenæis potens
Pro facinus ingens: fœminę munus datus
Syllanus & cruore fœdauit suo
Patrios penates: criminis factus reus.
Intrauit hostis (hei mihi) captam domum
Dolis nouercæ principis factus gener.
Idemq; natus: iuuenis nefandi ingenij:
Capaxq; scelerum: dira cui genitrix facem
Accendit: & te iunxit inuitam metu.
Tantoq; victrix facta successu ferox:
Ausa imminere est orbis imperio sacri.
Quis tot referre facinorum formas potest?
Et spes nefandas fœminę: & blandos dolos?
Regnum petẽtis per gradum scelerum oĩm.
Tunc sancta pietas extulit trepidos gradus
Vacuamq; Erynnis sæua funesto pede

ASCEN. ¶ Adice his. s. iam dictis malis (tollitur alterũ i vt fiat anapæstus: posset legi adde: vt sit spondeus in pellicem superbam. s. Poppeã: nitentem spolijs id est insignibus augustis & imperialibus domus nostræ. s. paternę: an cuius munus. i. præmium, hoc est obtinendæ gratia, ipse natus id est filius Nero: imposuit rati stygiæ. i. transmisit ad inferos: parentem. i. matrem suam: quam mari superato. i. euicto: quia eam mergere non potuit: post naufragia dira id est fraude parricidali a filio excogitata, qui nauem consutilem vt in aquis solueretur illi assignauerat: ipse filius interemit id est interimere iussit ferro, ens supple sęuior fretis id est æstibus pelagi: nam pepercerant illi. Quæ spes salutis, supple esse potest mihi post tantum nefas? quasi dicat nulla. nam qui matri in se tam benemeritæ non pepercit, quomodo vxori inuisæ parceret? Inimica scilicet Poppea: victrix id est voti compos: imminet id est incubat, thalamis meis: & flagrat id est ardet: odio nostri id est in me concepto: & captat id est captiose poscit, maritum, caput coniugis iustę id est meum quę sum legitima coniunx (Caue dicas cũ BER. s. mei) pretium id est vt mercedem stupri: o genitor scilicet Claudi Cæsar, emergere scilicet ab inferis (est imperatiuus modi passiuus supplicatiue positi & fer natæ. s. mihi filiæ tuę inuocãti scilicet te auxiliũ: aut pãde id est aperi patefac, sinus stygios: tellure rupta, quo id ẽ ad quos ferar. Nut. Tuo miserãda frustra inuocas manes. i. spiritum parentis tui: cui nulla cura prolis tuæ manet inter vmbras: quod probat verisimili argumento: nõ q; lethe patris oblitus sit: sed q; nolit: vtpote, qui scilicet dum vixit: potuit præferre nato suo scilicet Britannico: satum sanguie alieno. s. Neronem filium Domitij: & qui iunxit sibi face flebili. i. tristi auspicio: & tæda infausta prælucente dum noctu duceretur coniunx. captus toris nefandis id est amore illicito, genitam id est filiam fratris sui scilicet Germanici Agrippinã, coniugem. i. vxorem, hic. i. ex hoc incesto, & infausto coniugio: series facinorũ orta sup. est, cædes. s. mariti & priuigni: doli, cupido regni: sitis dira: sitis sanguinis: nam gener. s. Syllanus: qui erat aut futurus erat maritus Octauiæ: concidit victima id est vt victima, mactata thalamis soceri id est iussu Claudij patris tui. Syllanꝰ enim ne fieret potens Hymenæis tuis id est matrimonio tecũ contracto: datus sup. est fœminæ scilicet Agrippinæ: munus. i. pro munere occisus est: pro facinus id est flagitium ingens: & fœdauit penates patrios, cruore suo: factꝰ reus criminis scilicet affectati imperij, aut cædis soceri. hostis scilicet Nero cuius gratia omnia fiebant: hei mihi, dolẽtis interiectio: intrauit domũ captã: dolis nouercę scilicet Agrippię: factꝰ gener pricipis. s. Claudij: pricipes enim ipatores, nõ dños aut reges se dici volebant: q̃si prios patrũ aut senatꝰ. factꝰ ẽ aũt gener p Octauiã: & idẽ q; gener fit: natꝰ sup. erat pricipis p adoptionẽ: iuuenis igeni p igenij nefãdi. i. tã abominabilis vt de eo fãdũ nõ sit: & capax. i. docilis valde scelerũ scilicet multorũ: cui ge

Intrauit aulam:polluit stygia face
Sacros penates:iura naturę furens
Fasq; omne rupit:miscuit coniunx viro
Venena sęua cecidit atq; eadem:sui
Mox scelere nati:tu quoq; extinctus iaces
Deflende nobis semper infelix puer:
Modo sidus orbis:columen Augustę domus:
Britannice (heu me) nunc leuis tātum cinis
Et tristis vmbra:sęua cui lachrymas dedit
Etiam nouerca:cum rogis artus tuos
Dedit cremandos:membraq; & vultus deo
Similes volanti flamma feruens abstulit.

nitrix dira.s. Agrippina tanq̄ furiarū sit vna accendit facem.s.furoris & irarū: & iunxit te s.Neroni,matrimonio,inuitā,sed metu.i.ob metū:q̄a non ausa es recusare. Et ip̄a victrix i. voti effectrix, facta ferox tacito successu, ausa est imminere.i.appropinquare:imperio orbis sacri.i.deo conditori. Quis pōt referre i.recitare & enarrare,tot formas.i.spēs & modos: vt ęnei. vj. Oēs scelerꝫ comprendere formas facinorū:& spes nefandas foeminæ. s. Agrippinę:& dolos blandos.i. vultu blādo factos,petentis.s.foeminæ: regnū.i.monarchiā orbis,per gradū.i. patrationē gradatim factam:scelerū omniū. Tunc.s. cū Agrippina sic grassata est:pietas sancta,extulit.s. aula:gradus trepidos:& Erynnis .i. furia: sæua intrauit pede funesto,aulā vacuam.s.expulsa pietate,polluit.s. Erynnis, penates sacros face stygia.i. furore infernali:& ip̄a furens,rupit iura naturę & omne fas, quia cōiunx sęua miscuit viro.i.Claudio,venena,in boleto,atq; eadē cecidit mox scelere nati sui.s. Neronis:tu quoq; o Britannice infelix puer, deflē de nobis,semp̄ iaces extinctus ob ęmulationem vocis,modo.i. qui paulo ante fueras:sidus orbis & columen domus Augustę.i.imperialis:nūc (heu me) tantū cinis leuis & vmbra tristis:quia puluis & vmbra sumus. cui etiam nouerca sęua dedit lachrymas cū dedit rogo.i.igni artus tuos cremandos: & cum flamma feruēs abstulit,membra & vultus similes deo volanti.i. Cupidini alato.

¶ Pellicē. Popeā. Nitentē.ornatā. Cuius in munus.in gratiam eius Popeę ip̄e Nero interfecit matrē. Imposuit stygiæ rati. Nero imposuit matrē naui solutili: vt cū illa esset in mari solueret: materq; periret in vndis quod cū esset apd̄ Baias,effecit.illa imposita naui eademq; fracta natauit in lacum lucrinū & exiuit ad lit⁹.qd̄ audiens Nero misit libertū qui eam interficeret: vnde dicit stygiæ rati:q̄ misit illam ad mortem. Sęuior.nam mare pepercerat:& filius interemit. Quę spes.qn̄ interfecit matrē, q̄ spes potest esse mihi? Inimica. Popea. Victrix.cōpos voti. Iustę cōiugis.s.mei q̄ sum iusta vxor Neronis. Emergere.emergans,rogat patrem Claudiū vt veniat ab inferis ad auxiliū gnatę:aut aperiat terram: vt ip̄a possit descēdere ad inferos. Frustra. Octauia frustra inuocas parentē mortuū qui etiam dū viueret nullam curā habebat propiorum filiorū. nam pater ex eo,q̄ Neronē adoptauerat in imperiū,satū alieno sanguine. Nato suo.s. Britannico. Genitam fratris. Agrippinā. Captus.s.amore. Flebili.quia postea ab ea est interfectus. Hinc.ex hoc illicito matrimonio. Gener. Lucius Stllan⁹, appositiue, victima,huic desponsata fuerat Octauia:accusatusq; fuerat q̄ volebat interficere imperatorem. Tuis hymeneis.tuo coniugio. Fœminę munus.nā gratia mulieris occisus ē scilicet Agrippinæ. Criminis.nam accusatus fuerat velle interficere imperatorē. Intrauit hostis.s. Nero. Gener.qui postea te accepit in vxorē. Et natus.s.per adoptionem. Nefandi ingenij. Crudelis naturæ. Capax. plenus omnibus sceleribus. Faces.propter matrimonium:nā ip̄a Agrippina voluit Neronem habere Octauiam vxorem. Tanto successu.tanta prosperitate facta ferox:& insolens ausa est aggredi imperium orbis:nam veneno sublato Claudio tradidit imperium filio Neroni. Formas.diuersitates. Fœminæ. scilicet Agrippinæ. Per gradum.nam seriatim multa scelera fecit.dum tenderet ad regnū. Tūc. quando Agrippina intrauit domum vestram,pietas exiuit & intrarūt furię infernales. Extulit.portauit gradus,id est gressus suos. Trepidos.festinos. Vacuam.sine pietate. Erynnis.furia. Polluit. contaminauit. Furens.ipsa Agrippina furia dissoluit omnia iura naturæ. Coniunx.ipsa Agrippina. Infelix puer. Britannice. Columen.sustentaculū. Augustę domus.imperatoriæ: nam Imperatores omnes Augusti erant. Nouerca.s. Agrippina nō potuit tenere lachrymas in funere tuo. Deo volanti. Cupidini aligero:nā forma similis eras deo amoris. BERN.

¶ Pellicem.mihi,Popeam. In cuius munus. natus id est Nerō. Stygiæ rati machinosæ & solutili: matrem redeuntem a baulis dolosa nauicula mandauit necari: vt supra visum est in gratiam Poppeæ:sed liberam a naufragio percussor interemit gladio iussu Neronio. Stupri.scilicet sui:est autem stuprum in viduam proprie: etiam in puerum, lex Iulia statuit poenam decem milium stupratorib⁹ puerorum, nostris temporibus poena est amputatio colli & rogus. Inimica victrix. Codex vetustissimus habet:nutrix. vt sit vocandi casus. Iustę maritum coniugis captat caput. Sensum,est per Ironiam iustę sibi captat & allicit maritum meum in pretium stupri. Frustra parentis.ne quicq̄ parentem inuocas,qui viuens nedū mortu⁹ nullā suæ plis habuit curam. Sāguine alieno satum. Neronē quē peperit Agrippina Germanici filia de familia Domitia, Neroni filio Antoniæ qui decessit pyrgis morbo intercutaneo. Principis factus gener.te ducta. Quia tot.auget per αμαφωρμα.turpitudinem Agrippinæ cuius immania ac sine exemplo teterrima facinora nulla est tam potens lingua quę valeat explicare:quæ quo die Claudiorum familiam subijt.ilico emigrauit pietas. in cuius locum subijt lis & discordia.fas omne abscissum & iura naturæ peruersa. Miscuit.composuit. Puer.quē iussit mori æmulatione vocis (vt̄ Tranquillus.) Britannice. vocabat antea Germanicus, mox deuictis Britānijs vocatus est Britannicus vt Tranquil.& Eutropius scriptū reliquere. Heu me.pathos ab inani,quippe in tantillum cinerem vita hominis:per transitum laudat admirabilē speciē Britannici, quę vel ip̄am nouercā flexit ad lachrymas in funerea pompa.

DANI.

Stuprum.

Oc.Extinguat & me:ne manu nr̃a cadat. Nu.
Natura vires non dedit tantas tibi. Oc.
Dolor:ira:mœror:miserię:luct⁹:dabunt.Nu.
Vince obsequēdo potius immitē virum. Oc.
Vt fratrē adēptū scelere restituat mihi? Nu.
Incolumis vt sis ipsa:labentem vt domum
Genitoris olim sobole restituas tua. Oc.
Expectat aliam principis sobolem domus:
Me dira miseri fata germani trahunt. Nu.
Confirmet animū ciuium tantus fauor. Oc.
Solatur iste:nostra non leuat mala. Nu.
Vis magna ppłi ē.Oc.pricipis maior tñ. Nu.
Respiciet ipse coniugē.Oc.pellex vetat. Nu.
Inuisa cunctis nempe.Oc.sed chara ē viro.N.
Nōdū vxor ē.Oc.iā flet:& genitrix simul. N.
Iuuenilis ardor impetu primo furit:
Languescit idem facile:nec durat diu
In venere turpi.ceu leuis flammę vapor:
Amor perennis coniugis castæ manet.
Violare prima quæ toros ausa est tuos:
Animumq; domini famula possedit diu:
Iam metuet eadem:nempe pręlatam sibi.
Subiecta:& humilis:atq; monumēta extruit:
Quibus timorem fassa testatur suum:
Et hanc leuis:fallaxq; destituet deus
Volucer Cupido:sit licet forma eminens:
Opib⁹ supba gaudiū capiet breue: ANAP.
Passa est similes ipsa dolores
Regina deum:quum se formas
Vertit in omnes dominus cęli:
Diuumq; pater.& modo pennas
Sumpsit oloris:modo Sidonii
Cornua tauri:ac aureus idem
Fulsit in imbri.fulgent cęlo
Sidera Ledę.patrio residet
Bacchus olympo.deus Alcides
Possidet Heben:nec Iunonis

ASCEN. ¶Extinguat. Dicit Octauia cōformiter ad prius ab ea dicta. Extinguat.s.Nero,&.i.etiā me:ne cadat manu nostra: vnde prius optauit sine scelere mori. Nu. Natura non dedit tibi tantas vires:cū sis mitis & benigna. Octa. Dolor,ira,mœror,miserię,luctus,dabunt.s. vires mihi. Nu. Vince.i.mitiga potius obsequendo.i.morigerando,virum.i.maritū,immitem. Octa. Vis sup. vt superem ideo,vt restituat mihi fratrem ademptū scelere? Nu. Id sup. id volo: vt ipsa.i.tute,sis icolumis: & vt restituas.i.repares & in pristinum statū inducas: sobole.i.prole,tua:domū genitoris labētem olim.i.iam a plusculo tpe. Octa. Dom⁹ pricipis.s.Neronis,expectat aliam sobolem q.d.ex pellice iniqua: vt sit patri similis: fata dira.i.tristia genera mortis,germani.i.fratris mei:qui & Germanicus prius dictus erat, trahunt me.s.ad similem exitū. Nu. Tantus fauor ciuiū,qui reuera magn⁹ in Octauiā erat, cōfirmet animū.s.tuū: vt viuere optes. Oct. Iste.s.fauor,quem dicis:solatur mala nostra non leuat.i.nō diminuit. Nu. Vis populi est magna.q.d.sperandū est, vt eā aut Nero metuat,aut perniciosam sentiat. Octa. vis.i. potestas,principis est maior. Nu. Ipse respiciet.s. misericordibus oculis cōiugem. Oct. Pellex vetat.s.id eū facere. Nu. Nempe.i. nōne ipsa inuisa cūctis sup. vetat. Oct. Sed chara viro.s. Neroni. Nu. Ardor Iuuenil'.i.iuuenū vt Nero est, furit prio impetu: idē languescit facile: nec vapor.i. fumosus amor ab igni turpi ortus, durat diu in venere turpi,seu.i. tanq̄ vapor flammæ leuis id est cito extiguibilis: sed amor coniugis castæ: manet perennis. Poppea sup. aut ea.s. Poppea. quę prima ausa est violare toroa tuos,& famula.i.concubina nō coniunx: possedet diu, animum domini.s. Neronis,iam eadem metuet, nempe prælatā sibi.s.te: quod probat ex coniectura sumpta ex p̄sagio ipsius: nam ipsa subiecta & humilis sup. est: atq; extruit.i.ædificat,monumenta.i.sepulchra: alij legūt extrahit.i.p̄fert, monimenta.i.indicia quibus fassa.i. confessa licet taceat ore, testat̃ timorē suū. Cupido volucer: ens sup. deus leuis, fallaxq;, destituet, i.desolatam relinquet: &.i.etiam hanc.s.quæ nunc in pretio est, pellicem: licet ipsa sit eminens.i.excellens forma: & superba opib⁹: tamen supple capiet gaudium breue. Sequuntur anapęstici. Ipa regina deum scilicet Iuno passa est dolores similes, cum dñs cæli & pater diuum.s. Iuppiter vertit se in omnes formas.s. vt coniugem falleret & adulterijs frueretur: qua in re nisi aliquid occulti⁹ intelligāt poetæ & theologi ethnici: non possem demirari satis eorum dementiam, si adulteroa deos crediderit. Sed aut ad homines qui audaci commento sibi astrorum vsurparent nomina: aut ad astrorum influentias referunt. Et.s.iuppiter, sumpsit modo.s. cū vellet Lædā stuprare, pennas oloris: mō qñ Europen auexit, sumpsit cornua.i.faciē torā: a pte totū: tauri Sidonij.i. Phoenicis, idē.s. Iuppiter fulsit aureus i imbri.s.p impluuiū in gremiū Danaes imisso. Et tñ cū esset adulter, sidera Ledę i q̄ cōuersi sūt filij Ledę & Iouis saltē alter

Iam timet iras: cuius gener est
Qui fuit hostis: vicit sapiens
Tamen obsequium coniugis altę:
Pressusq; dolor. sola tonantem
Tenet æthereo secura toro
Maxima Iuno. nec mortali
Captus forma: deserit altam
Iuppiter aulam. tu quoq; terris
Altera Iuno: soror Augusti
Coniunxq;: graues vince dolores

IAMBICI Trimetri. OCTA.

Iungentur ante sæua sideribus freta:
Et ignis vndę: Tartaro tristi polus:
Lux alma tenebris: rosidę nocti dies:
Q̃ cum scęlesti coniugis mente impia
Mens nostra semper fratris extincti memor.

Castor & Pollux: fulgēt cælo. Hora. Sic fratris Helenæ lucida sidera, Bacch⁹ ex Semele pellice genitus, residet olympo. i. cęlo, patrio i. paterno: alcides. i. Hercules, deus. s. effect⁹: vt in fine totius opis videbit̃: possidet Hebē filiam Iunonis deorū pincernā. nec timet iā iras Iunonis, cui⁹. s. Iunonis ipē qui fuit hostis est nunc gener: tn̄ obsequiū sapiens. i. sapienter exhibitū: vt Daniel docto testimōio probat: & dolor pressus. i. occultat⁹, alte id ē profunde, vicit. i. votum obtinuit: nā ipa Iuno maxima: vn̄ Saturnia magna deorum tenet iam sola tonantē, secura. i. nō timens pellices, toro æthereo. i. cęlesti: nec Iuppiter captus. s. amplius, forma. i. formositate, mortali: deserit altā aulā. s. regni cælestis: per qđ clare innuit fictitiū esse quod de adulterijs ei⁹ fabulantur poetę. Tu quoq; altera Iuno terris: quia sicut diuisum imperium cū Ioue Cæsar habet: sic Augusta cōiunx cum Iunone, soror & coniunx Augusti. s. Neronis: pulchra allusio: nā ita erat, vince dolores graues sperans. s. eadem. Respōdet Octauio & sunt trimetri iambici: freta sæua iūgent̃ ante sideribus: & ignis iunget̃ ante vndæ. i. aquę: & polus. s. arcticus: tartaro tristi: & lux alma tenebris, & dies nocti rosidæ. i. roriferę, q̃ mēs nostra semp memor fratris. s. Britānici extincti iungatur sup. cum mente impia, cōiugis scelesti scilicet Neronis.

¶ Ne cadat. Interficiat etiam me Nero priusq̃ ipsum interficiam. Natura. quia tu es fœmina debilis. Ob- BERN.
sequendo. complacendo et blandicijs. Vt fratrem. indignatiue scilicet obsequar, vt restituat fratrē mortuum
Vt his. s. debes obsequi. Labentē. cadentē. Sobole. filijs ex te genitis. Fata Germani. expecto id quod
accidit fratri: vt ipa quoq; interficiar. Confirmet. ne timeas mortem: nā cū sciat Nero te esse dilectā a toto po-
pulo nō audebit te interficere. Non leuat. non tollit. Coniugem. considerabit te esse vxorem suam. Pel
lex. Popea. Iuuenilis. amor iuuenum subito capitur sed idem languescit. i. cito desinit. Venere turpi. inho
nesta libidine: sed amor castę coniugis semper durat. Domini. Neronis animū. i. amorem tenuit. Præla
tam. præpositam sibi. Monumēta. facit aliqua signa quib⁹ ostendit se iam timere. Quibus. s. monumentis
Falsa. confessa. Leuis. inconstans: nam cito deseretur. Passa est. consolatur Octauiam exemplo Iuno-
nis quæ sepius talia passa est Ioue marito. Regina deum. Iuno deorū regina. Vertit. dum cōmittit stupra.
Oloris. nā mutatus in cygnū stuprauit Ledā. Sidonij tauri. nā mutat⁹ in taurū rapuit Europā Agenoris re
gis Sydonis filiā. Aureus. nā mutat⁹ in aurē imbrē defluxit in gremiū Danaes filię Acrisij & eam stuprauit.
Imbri. ablatiuus est in. i. & in. e. Sidera ledę. Castor & Pollux filij Ledę relati sunt in numerū deo℞: similiter
& Bacchus & Hercules q oēs nati sūt ex adulterio Iouis. Hebē. filiā Iunonis & vxorē Herculis vt dixim⁹ su-
pra. Vicit. ecce q̄uis videret Iuno tot iniurias sibi fieri tn̄ semp obsequuta ē Ioui. Cōiugis. Iunonis. Alte.
in pfundo pectoris dissimulatus dolor: vn̄ nūc sola fruit̃ Ioue in cælo: qđ tibi eueniet in terris si obseq̄ris ma-
rito. Forma. pulchritudine alicuius mortalis. Iungent̃. arguit Octauia ab impossibili q ignis prius misce
bitur vndis: & oia iura naturæ confundent̃: q̃ ipa habeat animū cōcordē cū Nerone, rogatq; Iouem vt perdat
eum: qđ tn̄ cito fore putat quādo viderit Cometam ex cælo minantem mortem principis.
¶ Extiguat & me. Irruptio est ex vehemēti indignatiōe sicut supra aniaduertimm⁹ in Electra. Tātas vires vt DANI.
possit Neronē occidere: q lingua sabina ē vir, fortis. Restituas. Instaures & sustineas. Sobole. tuis gnatis. So Nero.
boles de adolescētib⁹ pprie dicit̃, ab olesco qđ est cresco. Lucreti⁹ inqt. Siue virū sobolis, siue ē muliebris ori- Soboles.
go. Fauor. gr̄a popularis. Iuuenilis ardor. vertit̃ facile iuuenū ardēs in corde stimulus fax amoris cito eua-
poratus: vt sunt mutabiles mētes iuuenū iuxta sniam Homericā. σπαστερφωμαροΔρφμφ ρεμ τσμερεμορτα.
Atq; monumēta. certo indice pdit iā suā de te formidinē. Dn̄s. q habet imperiū dom⁹: is pprie dn̄s est, vn̄ Dominus.
dn̄s & seruus trāsitoria noia sunt. Et dn̄s dicit̃ cui populi subsunt. Virgilius. Romanos rerū dn̄os gentēq; To
gatā. Antiq dixerūt Dubenū. Pacuuius. Dū duben⁹ ligatos seruos pessime verberat. dn̄os & dn̄as amātes di- Dubenus.
cimus & deos & deas. Virgi. Et iūcti currū dn̄æ subiere leones. Oui. Et dn̄o soluere vota Ioui. Dn̄s ergo cæli. Dominus.
i. Iuppiter dominator cæli diuūq; æterna potestas. Exēplis a maiori solat̃ dolentē Octauiā q Iuppiter concu
binos & cōcubinas inuita Iunone habuerit: cælestiq; honore hibridas decorauerat. Vicit sapiēs. nā sapiētis
est pertinacē obseq̄lā tolerare. Tenet tonantē. dissimulādo eius iniurias: semel iocabat̃ cū Ganimede Iuppi-
ter vidente Iunone, arrisit Iuno, cōtinuo Iuppiter relicto puero deosculat⁹ est Iunonē. vt eleganter indicat Lu Lucani te
cianus in tetrasticho quodā: qđ ego latinū feci Iuppiter humanas deponēs pectore curas. Forte suo cepit cū trastichon.
Ganimede iocos. Viderat, & ridens Iuno formosa, ministro A Ioue neglecto Basia sola tulit. Augusti. Ne
ronis. Vince ferendo. Iungent̃. cōtrarijs argumētis & antithetis a quatuor rerū initijs cōfirmat se cōtra. Sēsus
est mare potius sustineret stellas: & ignis ferret aquas q̃ feram ego more scelesti coniugis.

ASCEN. ¶ Vtinā (Inquit Octauia) rector cælitū.s. deus q illis Iuppiter dicebat, paret.i. pponat ac disponat (a paro as) obruere flāmis.s. fulminū caput dirū principis nefādi. Qui.s. rector cęlitum, quatit sępe terras, fulmine infesto: & terret mentes nostras, ignib⁹ sacris.i. execrabilibus: & monstris.i. prodigijs nouis.i. raro antea visis. Nos vidimus iubar ardens cælo videlicet cometā.i. crinitā stellam, pandere.i. extendere, facem infestā.s. principibus, qua sup. parte Bootes.i. auriga currus q est apud vrsas tardus: quia modicū gyrum peragit: rigens frigido.i. frigore (vt exponit Daniel) arctoo.i. vt ita dicam vrsino: hoc est septentrionali: forte aptius dicas: arctoo sup. polo frigido, regit plaustra, vice.i. loco æternę noctis: quia cum sol ad eum locum nō accedat, nisi astra illic essent, ęternā noctem paterent. En ipe æther polluitur spū diro ducis sæui.s. Neronis. Astra minant gentibus quas dux impius.s. Nero regit.i. subiectis imperio Romano: clades nouas. Bern. legit quæ.s. astra dux impius regit: quia contra minas cæli viuit: mali legere quas. vt vero ad Iouē referā, nullo modo inducar. Tellus parens.s. cōmunis animantiū, irata quondam.s. in superos: edidit neglecto.i. contempto Ioue: quia contra Iouē: Typhona gigantē: nō tam ferum, q̄ sit Nero. Hæc pestis.s. Nero, est grauior, illo.s. Typhōe: aut illa sup. peste, videlicet Typhone. Hic.s. Nero. hostis deū.i. deorum hominūq;: fuit reuera capitalis Christo & apostolis eius hostis: expulit superos suis tēplis? quia vasa sacra & simulacra deorū cōflauit & expulit ciues, patria.s. sua. Abstulit fratri.s. adoptiuo Britannico, spiritū.i. vitam, hausit i. extraxit cruorē matris.s. Agrippinę. (Sæpe eādem rem dicit: quod in psona muliebri q̄ & immemor & loquacior est, vitio vacat) & (elegāter ponit.) .i. & tñ, videt.s. adhuc lucē: & fruitur vita, atq; trahit.i. protrahit & extendit, animam id est vitam noxiam? Pro summe genitor scilicet Iuppiter, cur iacis frustra toties temere manu regali.i. qua cuncta regis tela inuicta.i. quib⁹ nihil resistere si velis, possit? hoc est cur fulmina irrita in siluas & maria mittis & Neronē viuere sinis? Cur dextra tua cessat, in.i. contra, tam nocentē..s. hominem? Vtinam Nero iste scilicet contēptibilis & perniciosus (cum fortes fuerint hoc nomine viri. Nam Nero sabina lingua virum fortem significat: vñ Horatius.iiij.car. Drusum Neronē a fortitudine celebrans dicit. Quid debeas o Roma Neronibus Testis Metaurū flumen & Asdrubal deuictus &c. Qua in re meminisse lubet quantū nebulę scelus vnius hominis noī claro inijciat. Nam vti inter nos nemo iudas vocatur ob scelus Iudę proditoris: q̄uis eo nomine patriarcha fuerit clarissimus: a quo Palęstina nomen accepit: & apostolus sanctissimus & Christo consanguinitate proximus quasi vero in populo dei (nā iudęus q Christū non recepit, popul⁹ dei esse desijt) nō tm̄ sceptrū fataliter ablatū sit de manu Iuda: sed etiā nomen vbi venerat q mittēd⁹ erat. Sic apd Roma. iā Christū recipiētes

Nero.

Noim offuscatio.

Vtinam nefandi principis dirum caput
Obruere flammis cęlitum rector paret:
Qui sępe terras fulmine infesto quatit.
Mentesq; nostras ignibus terret sacris:
Nouisq; monstris. vidimus cælo iubar
Ardens: cometam pandere infestam facem
Qua plaustra tardus noctis ęternę vice
Regit Bootes: frigido arctoo rigens.
En ipse diro spiritu sęui ducis
Polluitur æther: gentibus clades nouas
Minantur astra: quas regit dux impius.
Non tam ferum Typhona neglecto Ioue
Irata tellus edidit quondam parens.
Hæc grauior illo pestis: hic hostis deum
Hominumq; templis expulit superos suis:
Ciuesq; patria: spiritum fratri abstulit.
Hausit cruorem matris: & lucem videt:
Fruiturq; vita: noxiam atq; animam trahit?
Pro summe genitor: tela cur frustra iacis
Inuicta toties temere regali manu?
In tam nocentem dextra cur cessat tua?
Vtinam suorum facinorum pœnas luat
Nero iste diuo Domitio genitus patre.
Orbis tyrannus: quem premit turpi iugo.
Morūq; vitiis nomen Augustū inquinat. Nu
Indignus ille: fateor: est thalamis tuis.
Sed cede fatis: atq; fortunę tuæ
Alumna quęso: neve violenti moue
Iram mariti: forsitan vindex deus
Existet aliquis: lętus & veniet dies. Oc.
Graui deorum nostra iampridem domus
Vergetur ira: prima quā pressit Venus
Furore miserę dura genitricis meæ
Quæ nupta demens nupsit incesta face
Oblita nostri coniugis: legum immemor:
Illo soluta crine: succincta anguibus:
Vltrix Erynnis venit ad Stygios toros.

Raptasq̧ thalamis sanguine extinxit faces.
Incendit ira principis pectus truci
Cędem in nefandam: cecidit infœlix parens
Heu nostra ferro: meq̧ perpetuo obruit
Extincta luctu: coniugem traxit suum:
Natūq̧ ad vmbras: ꝑdidit lapsam domū. Nu.
Renouare luctus parce cum fletu pios:
Manes parentis ne ve solicita tuæ:
Graues furoris quę sui pœnas dedit,

nemo suis indidit Neronis agnomen. Neq̧ putem multos Oedipodas. Sardanapalos. Syllas. Catilinas: post infames illos nūcupatos: sed ad ordinē reuertamur.) Nero inquā iste: genit⁹ diuo Domitio pře: vbi alij legunt infitiuo Domitio: quasi nō de directa Cæsarum stirpe: tyrannus orbis. i. totius mūdi dominus iniustus, quē. s. orbē terrarū: ipse premit iugo turpi: quia turpe est populo gentiū victori q̄ ab vno hoie inique opprimit: & inquinat. i. polluit nomen Augustū. i. faustū & felix: iuxta ea q̄ modo dixi: aut potius de familia Augustorū Cæsarū. Nu. Fateor ille est indignus thalamis. i. matrimonio tecum cōtracto: sed o Alūna quæso cede. i. da locum & noli resistere, fatis. i. diuinæ ordinationi, atq̧ fortunę tuæ. s. aduersæ: neue moue. s. dure loquendo: quia sermo mollis frangit irā, sermo durus suscitat furorem: iram mariti violenti. q. d. nihil ob iustā admonitionē facturi: forsitan aliquis de⁹ existet. i. orietur, emerget, vindex. i. vltor iniuriæ in te commissę. (Scriptum enim est, quod illę ignorauerunt: mihi vindictam & ego retribuā) & dies lætus. s. cum feliciore marito extincto Nerone, veniet. Octa. Domus nostra vrgetur iampridem graui ira deorum, quā. s. domū: Venus (quę: vt gloriabant̃ Cæsarum diua creatrix erat) dura. i. aduersa & infesta pressit. i. oppressit & a culmie dignitatis deiecit, furore. i. insano & incesto ac mōstroso amore, genitricis meę. s. Messalinę, miseræ. i. miserandæ: quod a filia pia recte dicitur: licet nō fuerit misera, sed detestāda, quia insatiabili ardebat libidine: ita vt in lupanari omniū turpitudini prostituta, ancillam ad coitū præstantem vno die superarit, quinq̧ & viginti coitib⁹, sed hoc tacens & id quod omnibus notū erat dolenter commemorans addit: quę. s. mater mea, nupta. s. Claudio patri Octauię, nupsit. s. iterū: q̄ demēs face incesta. i. nefanda: nupsit autem C. Silio, oblita nostri. s. liberorū suorum Britannici & Octauiæ, sup. & coniugis. s. Claudij: sup. & inmemor legum vetātiū nō repudiatā alteri nubere. Erynnis. i. furia inferna venit illo i. ad illas secūdas nuptias, soluta crine. i. habens capillū solutū, succincta anguibus. i. habēs in sinu & ꝑcinctu angues quos in nubētes iaceret: venit dico ad toros stygios. i. furore infernali conciliātes, vltrix. s. infandæ libidinis antea admissę: & extinxit faces raptas thalamis. i. nuptiales, sanguine. s. vtrorūq̧, & mariti noui: licet uitus id fecerit: & vxoris: & furia seu Erynnis incendit truci ira, pectus principis. s. Claudij in cędē nefandam, sic visū filiæ, heu parēs. i. mater nostra infelix, cecidit ferro. i. percussa gladio: & extincta obruit me perpetuo luctu, quia causa fuit vt Neroni nuberē, & traxit coniugē. s. Claudiū & natū Britannicū ad vmbras inferni. & prodidit domū prolapsam. Nu. Parce. i. abstine renouare pios luctus. s. de matre cum fletu. neve sollicita manes parentis tuæ: quæ dedit graues pœnas furoris sui.

¶ Pandere. Distendere: nam vt scribit Plinius, cometa crines habet & apparet semper versus septentrionem vnde dicit. Qua scilicet parte Bootes rigens. i. frigidus regit plaustra. i. vrsam maiorem & minorem quod sidus est in septentrione: vt diximus. Polluitur æther. inficitur aer spiritu scelerati imperatoris qui nō dign⁹ est viuere cum sit pestis in terris. Dux impius. intellige Neronem qui cum moretur mori: superat astra quę mortem videntur minari: vel intellige Iouem qui videtur dux impius q̄ non tollit Neronem de mundo. BERN.

Ferum Typhona. accusatiuus græcus: Typhon fuit gigas filius terræ & Titani, nulla pestis est grauior illo Nerone: neq̧ gigantes tam crudeles fuerunt quantum ipse. Templis. nam vt inquit Suetonius vasa tēplis sacrata conflabat. Ciues. nam multos proscripsit daresq̧ perdidit. Fratri. Britannico. Matris. Agrippinæ. Et lucem. ex indignatione subiungit hoc licet mereatur mori, viuit tamen. Noxiam. nimis nocentem. Inuicta. quibus nihil potest resistere. Frustra iacis & temere. id est sine consideratiōe fulmina: cū potius sæuum tyrannum deberes ferire. Cessat. q̄ non feriat. Quem. orbem. Iugo turpi. seruitute. Augustum. nomen familię nostræ. Inquinat. defamat. Cede. fer æquo animo fortunam tuam. Typhon

Vrgetur ira. iam diu dij habent gentem nostram inuisam. Quā scilicet domum. Dura. immisericors.

Genitricis. matris Messalinæ: quæ cum esset Claudius apud hostiam, Caio Silio nupsit dote inter auspices consignata: vt scribunt Tranquillus & Tacitus: quod cum resciuisset imperator, illam iubet supplicio affici.

Nupsit. scilicet iterum Silio. Nostri. filiorum quos habebat ex Claudio. Coniugis. Claudij. Legum. contra leges id matrimonium fecerat viuente Claudio. Illo. aduerbium ad illum locum. Stygios. mortiferos. nam postea ambo interfecti sunt. Toros. scilicet Messalinæ & filij. Faces. quæ solent ferri in nuptijs. Principis. Claudij. Cædem. scilicet matris meæ. Extincta. postq̄ ipa mortua est: nunq̄ detersi lachrymas oculis. Coniugem. Claudiū qui postea duxit Agrippinā a qua venenatus est vna cum filio Britannico: vñ mater fuit causa mortis illorum: nisi perdita fuisset ipa: pater non duxisset Agrippinā. Ad vmbras. ad inferos. Prodidit. fuit causa ruinæ. Furoris. incestæ libidinis: qua iuncta est Silio.

¶ Cometam. Et cometes & cometa in genere virili enunciatur. stella crinita hispida. terrificum sidus & perniciem magnis viris portendēs. Frigido. pro frigore. Irata tellus. Apollonius meminit in tertio. & supra adnotauimus. Lætus dies. vindictæ, quo meritas scelerum suorum det pœnas. raro enim antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo. Graui deorum. expostulat pertinacem constantemq̧ iram deorum in se suamq̧ familiam. Dira Venus. certauit vna nocte quinq̧ & viginti concubitibus: & lassata viris nondum satiata redibat: Venus improba domum Claudiam furore inextincto Messalinæ sugillauit. Raptas. de paternis thalamis. Renouare. nitit̃ demum nutrix Octauiā a luctu maternæ calamitatis cohibere. DANI. Cometam.

ASCEN. QVæ fama. Chorus Romanus fauens Octauiæ probe deteſtatur mores Neronianos patientiã͂q; populi Romani in tanto flagitio dicens. Vtinam fama. ſ. de nuptijs Neronis & Poppeæ, q̄ venit modo ad aures. ſ. noſtras: credita falſo. i. temerarie, pdat fidē. i. credulitatem aut veritatē rei: quia fides dicit̄ dū fit dictū, iactata. i. diuulgata in vulgū: toties fruſtra: nec cōiunx noua. ſ. Poppea: intret thalamos principis nr̄i. ſ. Neronis: & proles Claudia. ſ. Octauia, nupta. ſ. legitime Neroni, teneat. i. cōſeruet penates ſuos. i. deos & familiam Auguſtā, & edat partu. i. pariat, pignora pacis. ſ. inter ſe & virū & populum vniuerſum, qui pro nouo principe creando ſæpe bella gerit, qua ſ. pace orbis. ſ. terrarū: gaudeat trāquillus: & Roma ſeruet æternum dec⁹. ſ. imperij quod ſine inteſtino bello perire vix poterat: & maxima Iuno. i. Octauia, in hoc ſimilis Iunoni: q; & ſoror & coniunx ſit ſummi in terra principis, vt illa in cælis, ſoror Auguſti. ſ. Nerōis ſ merito ſic dict: ſociata toris Auguſti: & ita coniunx: cur pellit̄ ab Aula patria. i. paterna quia erat filia Claudij Auguſti. Quid pietas ſancta prodeſt illi: & pater diuus. i. in deorū numerū aſcriptus etiam p Neronē: qd virginitas. ſ. in cęlibatu ſeruata: & pudor caſt⁹ ſup. pdeſt illi? q. d. nihil. qa: Nos quoq; ſum⁹ immemores nr̄i. i. dignitatis & fortitudinis priſcę: poſt fata. i. necē, ducis. ſ. Claudij: cui⁹ ſtirpē. i. totā pgeniē, q̄ in Britannico & Octauia erat: nos prodimus, ſęuo metu ſuadente: vbi in pdimus more antiquo s liqueſcit: nā dactyl⁹ ē niſi quod non placet, legatur ęuo. i. in æternū metu ſuadente. Vera virt⁹ Romana fuit quōdam priorum. i. priſcorum Romanorum, & verum gen⁹ & ſanguis martis, q Romuli aſſeritur pater: fuit in illis viris ſcilicet priſcis. Illi. ſ. priſci expulerūt hac vrbe reges ſupbos ſ. Tarquinium & filios: & per eos alios omēs & bene vlti ſunt tuos manes o virgo. ſ. Virginia, cęſa id eſt occiſa, dextra parentis ſcilicet Virginij: vt Liui⁹ in tertio ab vrbe condita late explicat: ne paterere ſeruitium graue: quia turpe & iniuſtum: nam ab Appio ſtupranda aſſerebatur in ſeruitutē: & dira libido ſcilicet Appij Claudij, victrix. i. voti compos: ferret premia improba. i. improbanda: quia crucē iuſtius tuliſſet. O nata Lucreti pro Lucretij, Lucretia, paſſa ſtuprū tyrāni ſęui. ſ. Sexti Tarquinij, triſte bellum. ſ. cōtra Porſenā pro exactis Tarqnijs regib⁹, ſequutū eſt te o miſeranda, mactata manu tua. i. propria: vt Liuius i primo late explicat, Tullia filia Seruij Tullij, cōiūx. ſ. L Tarqnij dedit poenas infādi ſceleris. ſ. q p cadauer pr̄is a marito cæſi carpētū trahi iuſſit: & patrē inhumatū reliqui dedit dico, cū Tarqnio. ſ. marito: q in exilio mortu⁹ ē: q̄. ſ. Tullia, ipſa. ſ. i patrē, egit. i. coegit agere: curr⁹ ſęuos: p mēbra parētis. ſ. Seruij cęſi: & nata. i. cū eſſet filia: negauit violēta immo cruēta & oi fera efferatior ſeni. ſ. pr̄i, rogos laceros. i. p corpore lacerato cremando & ſepeliendo. Hæc id eſt noſtra, ſæcula videre quoq;. i. etiā, nefas magnū: qa par: nati. i. filii in matrē. ſ. Neronis i Agrippinā: Auan-

Anapęſtici.

CHORVS Romanorum.



QVæ fama modo venit ad aures:
Vtinam falſo credita perdat
Fruſtra toties iactata fidem:
Nec noua coniunx noſtri thalamos
Principis intret: tenatq; ſuos
Nupta penates Claudia proles.
Edat partu pignora pacis:
Qua tranquillus gaudeat orbis.
Seruetq; decus Roma ęternum.
Fratris thalamos ſortita tenet
Maxima Iuno. ſoror Auguſti:
Sociata toris: cur a patria
Pellitur aula? ſancta quid illi
Prodeſt pietas: diuuſq; pater?
Quid virginitas: caſtuſq; pudor?
Nos quoq; noſtri ſumus immemores
Poſt fata ducis: cuius ſtirpem
Prodimus ſęuo ſuadente metu.
Vera priorum virtus quondam
Romana fuit: verumq; genus:
Martis in illis ſanguiſq; viris.
Illi reges hac expulerant
Vrbe ſuperbos: vltiq; tuos
Sunt bene manes virgo dextra
Cęſa parentis: ne ſeruitium
Paterere graue: & improba ferret
Pręmia victrix dira libido.
Te quoq; bellum triſte ſequutum eſt
Mactata tua miſeranda manu
Nata Lucreti: ſtuprum ſęui
Paſſa tyranni. dedit infandi
Sceleris pœnas cum Tarquinio
Tullia coniunx: quę per cęſi
Membra parentis egit ſęuos
Impia currus: laceroſq; ſeni

Violenta rogos nata negauit.
Hæc quoq; nati videre nefas
Sęcula magnum: cum Tyrrhenum
Rate ferali princeps captam
Fraude parentem misit in ęquor:
Properant placidos linquere portus
Iussi nautę: resonant remis
Pulsata freta: fertur in altum
Prouecta ratis: quæ resoluto
Robore labens: pressa dehiscit.

tius nõ attenta ratione metri legit hoc quoq; nostra videre nefas sæcula. cum princeps. s. Nero: misit in ęquor tyrrhenum rate ferali. i. exitiali, parentẽ. s. Agrippinam, captã fraude. s. filij qui simulauit recõciliationẽ cum matre quã ad quinquatria baias euocauit. nautę iussi. s. a Nerone, properant liquere port⁹ placidos, aut quia amœnos: aut quia in mari periculum imminere timebãt. freta resonãt pulsata remis: ratis prouecta. i. pcul auecta, non est legendũ profecta: vt bene monet astipulãte metro Daniel, fertur in altũ. s. mare: quę labens robore resoluto: erat eñ consutilis, dehiscit pressa. s. pondere vectorum.



QVę fama. Inducitur Chorus q fama vulgata q Nero duceret Popeam vxorem repudiata Octauia eiua miseriam deplorat: populũq; BERN.
Romanum arguit q talia patiatur qui solitus erat tyrannos expellere. Versus anapæsticus est. Quæ fama. aliqui interrogatiue legũt sed potes facere totã vnã cõstructionem. s. vtinam fama q peruenit ad aurea sit credita falso. Perdat. non sit vera. Noua. Popea. Principis. Neronis. Proles Claudia. Octauia. Pignora. filios pignus pacis inter ipam & Neronem. Edat. generet. Qua. pace. Soror. Octauia: soror & vxor Neronis Augusti. Diuus pater. Claudius: nam a Nerone inde in numerum deorum relatus est vt tegeret crimen veneni. Nos quoq;. venit ad reprehensionem populi qui hæc pati non deberet. Post fata. i. mortẽ: nam mortuis etiam debetur officium. Cuius. scilicet ducis Claudij. Aeuo. longitudine tẽporis: Romani de sanguine martis animosi erant: sed modo longiores ab illa stirpe facti sumus timidiores: in nobisq; deficit sanguis Martius. Virgo. Virginia: historia a Tito Liuio scribit plene. Appius Claudius decemuir captus amore huius puellæ illam falso per libertum in seruitutem vĩdicare volebat: nam ex ancilla sua natã esse libertus asseuerabat: cui cũ Virgineus pater puellæ resistere non posset: Appiũ decemuirũ rogauit vt remotis arbitris cum filia loqui liceret: quo cõcesso arrepto cultro e proxima laniena filiam iugulauit: malens habere illam mortuã q stupratã. Populus aũt videns iniquitatẽ decemuirorũ qui regib⁹ successerant: illos magistratu abire coegit: hæc tota historia ibi prolixe q nobis exprimitur breuiter. Seruitium. ne traheretis in seruitutẽ p libertum Appij. Libido. s. Appij qui te cupiebat. Te quoq;. Lucretia Romani pudoris specimen: Lucretij
filia & Collatini vxor vt scribit a Liuio violata a Tarqnio filio Tarquinij supbi: vocatis parẽte & marito: ma Lucretia.
nu ppria mortẽ sibi cõsciuit: ne adulterio consensisse videretur. Brutus autem q iam diu stultitiã simulauerat, arrepto gladio quo ipa Lucretia ceciderat in publicũ prodiens, populum concitauit ad fugam regis qui cum tota stirpe expulsus est. Nata Lucretij. Lucretia. Tullia. filia Seruij Tullij sexti regis Romanorũ: & vxor Tarquinij superbi qui patrem vxoris interfecit vt regno potiref: hæc scelerata fuit simulq; cũ Tarquinio ex
pulsa: vnde Valerius Maximus inquit cum hęc carpento veheref: & is qui iumenta agebat succussis frenis cõ Tullia.
stitisset: repentinę morę causam requisiuit & vt cõperit corpus patris Seruij Tullij occisi ibi iacere supra id duci vehiculum iussit quo celerius in complexũ interfectoris eius Tarquinij veniret. Lacero. Seni. patri Seruio Tullio interempto noluit illũ sepeliri. Hæc quoq; nati. s. Neronis. tangit historiã quõ Agrippina mater Ne
ronis perijt: quã vt inquit Suetonius cũ veneno tentasset perdere: sentiretq; Antidotis præmunitã: lacunaria Agrippina
q noctu super dormientem laxata machina deciderẽt, parauit: hoc concilio per conscioa parum celato: solutilem nauẽ, cuius vel naufragio vel camerę ruina periret, commentus est. Atq; ita reconciliatione simulata iucundissimis literis Baias euocauit ad solennia quinquatriũ simul celebranda: datoq; negocio triarchis: q Liburnicam qua aduecta erat velut fortuito concursu confringerent: protraxit conuiuium: repetentiq; baiulos in locum corrupti nauigij machinosum illud obtulit: hilari vultu eã prosecutus: atq; in digressu papillia quoq; exosculans: reliquũ tẽporis cũ magna trepidatione vigilauit, opertens cœptorum exitum. Sed vt diuersa oia nandoq; euasisse eam comperit: inops consilij Lagerinum libertum eius saluum & incolumẽ cum gaudio nunciantem abiecto pugione cũ clausura iuxta eum vt percussorem sibi subornatum arripi: constringiq; iussit: matremq; occidi quasi deprehensum crimen volũtaria morte vitasset. Rate ferali. naue solutili & mortifera. Iussi. a Nerone. Profecta. pficisci significat inchoationẽ itineris: nõ pfectionẽ Plautus: ibo quo
proficiscor. Pressa. pessundata. Proficisci.
¶Quæ fama. Cõmiserat Chorus abominandũ Octauiæ repudiũ: & Poppeę iniquas nuptias: mox inuehit
in pditos ac facinorosos mores Neronis. Scribit hoc carmẽ qd est quartũ metro pindarico dimetro brachi DANI.
cathalectico. Vera priorum. cõmendat Seuerũ & acre supciliũ veterũ Romanorũ in vindicandis sceleribus. Expulerãt. nulla vi. nullo terrore. nullo deniq; fœdere: vnq adduci potuerunt vt rex Tarquinius eiectus ob scelus filij reciperef: adeo cõstãter crimẽ violatę pudicitię puniuerũt. Seruitiũ. cõcubitus illiciti & inconcessi. exempla possent sexcenta adduci: quibus fieret fides quanto animi robore quãtaq; fortitudine Romani illi veteres omnem ignobilitatem omnemq; molitiẽ & effœminatam libidinem castigauerint: sed ipa solis stemma quæ auctor ingenua breuitate prosequitur. hoc cauerat mens prouida Romuli dissentientis conditionibus fœderis: & exẽplo trahentis &c. inquit Horatius. Turpis maritus vixit & ostium pro curia inuersiq; mores. Nata Lucretij. Spurius Lucretius pater Lucretiæ venit Collatiã. Sextus Tarquini⁹ & noctu stricto gla
dio ad dormientem Lucretiam ingressus vno tm̃ seruo obstinatam pudicitiam rapuit. Lucretia mœsta tãto Lucretius.
malo conuocatis viro & patre: Nulla inquit post hac impudica exemplo Lucretiæ viuet: & cultrum quẽ sub


Lenta trahentem voce hortantur:
Manibusq; leuant. quid tibi sæui
Fugisse maris profuit vndas.
Ferro es nati moritura tui.
Cuius facinus vix posteritas
Tarde semper credula credet.
Furit: ereptam pelagoq; dolet
Viuere matrem impius: ingens
Geminatq; nefas: ruit in miseræ
Fata parentis: patiturq; moram
Sceleris nullam. missus peragit
Iussa satelles: reserat dominæ
Pectora ferro: cædis moriens
Illa ministrum rogat infelix
Vtero dirum condat vt ensem:
Hic est: hic est fodiendus ait
Ferro: monstrum qui tale tulit.
Post hanc vocem cum supremo
Mixtam gemitu animam tandem
Per fera tristem vulnera reddit.

ferri. Fides. i. fidelitas: familiarũ & spectãtiũ, mansit in pectoribus tacitis scilicet prius ob metum tyrãni (vbi iterum s eliditur: aut dicemus binos quosq; pedes metrũ pficere: vt in fine poni censeatur) & sup. morte tristi iã spreta: multi audent ferre dominę. s. Augustę auxilium: viribus sup. eius fractis pelago. i. longa natatione: & hortantur voce trahentem. s. dominã: brachia q̃uis lenta: eo q; defatigata, & leuant sup. eã, manibus. Quod chorus frustra factum iterpretatur exclamãs. O Agrippina, quid profuit tibi, fugisse. i. enatasse vndas maris sæui: tu es moritura ferro nati. i. iusso a filio distringi. Cuius. s. nati facinus posteritas semper credula tarde (quia non videntur posteris verisimilia quæ anteacta narrantur: vt nisi fide comprobentur & a Christo confirmata sint: quæ de transitu maris rubri: reuersione iordanis: pastu mãnę: retrocessione solis narrantur: item quæ ab ethnicis de fissione cotis cultro rasorio per Haruspicẽ: Romuli sparitione & id genus alia asseruntur.) vix credet. impius. s. Nero, furit. i. impatientissime patitur, & dolet matrem ereptam pelago viuere: & geminat. i. duplicat, scelus ingens: etiam si nõ geminetur: ruit. i. pręceps fertur, in fata, id est necem, parentis miseræ: q; sic moriatur & nullã patitur morã sceleris. Satelles. i. spiculator, aut lictor, missus. s. ad matrem necãdã: peragit iussa, & resecat. i. aperit ferro, pectora dñæ. illa moriens infelix: rogat ministrũ cædis: vt condat ensem dirum vtero. s. quo Neronem portauerat: & sup. ait hic. s. venter est: hic est fodiendus. i. dignus vt fodiatur ferro qui tulit tale monstrũ. Et ipsa reddit post hãc vocẽ mixtã cum supremo gemitu tandẽ animam tristem per vulnera fera.

BERN. ¶ Fuga leti. fugere mortem. Secant. natant inhęrentes tabulis. Repetunt. vadunt versus littus. Augusta. Agrippina mater Augusti Neronis conqueritur de ingratitudine filij: amissa omni spe vitæ. Exere. tolle vt videas miseriam meam. Pascere. satiare malis meis o Claudi: cum fuerim causa mortis tuę: & nati tui Britannici. Feriunt. dum loqueretur vndę replebant os eius: & modo inclinabatur in pelagus modo tollebaẽ vt vndę ferebant. Pellit fata. i. mortem. Palmis. scilicet manibus natando. Cedit. vincitur a labore: non poterat se amplius mouere. Mansit. scilicet in aliquibus qui accurrerunt ad auxilium. Spreta. nõ timẽtes mori, vt illi succurrerent. Leuant. tollunt ab vndis. Quid tibi. verba Chori ad Agrippinam. Vix posteritas. ita horrendũ vt qui non viderint: vix credere possint. Furit. scilicet Nero, doletq; euasisse matrẽ. Iussa. mortẽ Agrippinæ. Cædis. mortis suæ: rogat ministrũ vt ventrem quoq; feriat quo Neronẽ dirũ monstrum tulit. Reddit. emisit: nã secundũ platonem animæ dicũtur reddi cœlo vnde venerunt.

DANI. ¶ Scindit vestes. Miraculum est in naufragio illi locum fuisse & lacerandi crines & conscindendi tunicam cui vix licuerit enatare. ergo nimis ambitiosa & affectata deploratio est ista: nisi auctoris odium in Neronem excuses. Natoq; tuo. Britannico. Inhumata. q; meos artus naufragos depascentur mõstra maris. Tristi morte. triste genus leti est animam deponere in vndis. Multi dominæ. multi addebant animos natanti dominę: & eandem trahentem lenta brachia magno celeumate hortantur, manibus suis suppositis. Quid tibi sæui. exclamat hic chorus ex cõmiseratione ineuitatæ mortis q; oino machera percussoris morietur. Cuius facinus. adeo est immane & pręter omne exẽplum. Satelles. percussor, spiculator. Mixtã gemitu. quia immatura: quia interfecta a filio: quia imperio turpiter excedebat imperatrix: aut quia nemo volens moritur.

Actus Secundus. Trimetri iambici.
SENECA.



Vid me potens fortuna fallaci mihi
Blandita vultu: forte contentum mea

ASCen. 

Vid me potens fortuna &c. Loquitur Seneca philosophus moralissimus poetę nostri cõterraneus: vter q; enim Cordubeñ. erat: sicut & Lucanus: detestaturq; sęculi sui prauitatẽ: quod quo copiosius faciat prisci æui ęquitatẽ confert dicens. Quid. i. ad quid: o fortuna potẽs s. extollere ac deprimere in reb⁹ fortunę quoslibet: blandita mihi vultu fallaci: extulisti alte me contentum sorte mea. An sup. ego receptus arce edita, id est sublimi sede dignitatis & honorum: ruerem grauius, & prospicerem

tot metus? Ego remot⁹ procul a malis inuidiæ.i.in statu priuato & humili, latebā melius .i.vtili⁹, inter rupes maris corsici, vbi animus liber & sui iuris, vacabat semper mihi recolenti studia mea. O q̄.i.q̄tum iuuabat.i.delectabat intueri.s. cū essem in locis solis: cęlū, quo natura parens artifex immensi operis.s. toti⁹ mundi deus, nihil genuit.i. produxit maius: quia extra cœlū nihil est. & intueri sacros cursus solis: & motus mundi, & alternas vices solis qui diei pręest: vt luna nocti: & intueri orbē .i.globum, Phœbes.i.lunæ: quem astra vaga.i.planetæ altiores cingunt: quia in circuitu videntur: & intueri decus.i. ornamentum magni ætheris.i.cælestis orbis, fulgens late: quia multis stellis, qui.s.æther senescit.i. inueterascit & absumitur, se.i.per seipsū. (Quidā hunc versum reponentes & magis ad metrū q̄ ad sensum videntes, reposuerūt: qui se ipse nescit: Maserius aūt docte monuit legā: Qui sic senescit. ego vero qui nihil qđ tolerabile putem mutandū censeo: multo min⁹ hūc textum quē argute sane positum crediderim mutatum velim sed distinctum: vt sit Qui se senescit: non: Qui sese nescit. nam cū cætera in tēpore qđ ab ęthere dependet, senescāt: æther seipso senescit. Aristoteles tamen cœlestia incorruptibilia iudicat: verum physica ratione & medicorū experimentis iampridem æthera senescere compertū est) senescit dicit, ęther tātus.i.tam magnus, casurus.i.resoluendus iterū in chaos cæcū.i.rerū oīm cōfusionē informem. Ille dies supremus.i. vltimus mundi, adest nunc mundo (quis sumus in vltima ętate qđ omnes fatentur: & cum semper peiores parentibus suis inuenti sint filij: nunc autem tam mali vt peiores fieri non possint: vnde licet aliquāto post, cecinit Iuuenalis. Nil erit vlterius qđ nostris morib⁹ addat Posteritas: eadem cupient facientq̃ minores. Omne in pręcipiti vitium stetit. verosimile est mundū cito casurum: sed non sic quo modo Seneca putauit: vt scilicet iterum repararetur) qui.s. dies aut qui pro vt: premat genus.s. hominū, impium, ruina coeli.s.in ipsum cadentis: vt melior.s.mundus renascens generet stirpem nouam.s.meliorē: vt ipse iuuenis.i.recens creatus: tulit quondam, Saturno tenente regna poli. Tunc iusticia illa virgo scilicet decantata: dea magni numinis.i.potestatis, missa coelo, id est de celo cum fide sancta: quæ iustitiæ fundamentum est: vt Cicero in primo offi. dicit: regebat mitis, id est cum esset mitis, gen⁹ humanum terra.i.in terra. Gentes non norāt scilicet tunc, bella: non truces fremitus.i.sonitus tubæ: non bella: nec assuerant, id est assuetę fuerant, cingere muris vrbes suas: sed sup. iter fuit peruium cunctis: & vsus cōmunis rerum omnium fuit: & ipsa tellus lęta.i. fertilis & pinguis, pandebat, id est aperiebat vltro, nullo sulcante sinus fœcundos: vel ita diceret gremia fœcunda, ens sup. parens felix & tuta tam pijs alumnis vt eam sulcare vererentur. Sed soboles alia.id est secūda ætate nata conspecta sup. est minus mitis. Tertium genus extitit, id est exortum est in ętate tertia q̄ grea erat, sollers, id est industrium & ingenio-

Alte extulisti? grauius vt ruerem edita
Receptus arce: totq; prospicerem metus?
Melius latebam procul ab inuidiæ malis
Remotus: inter Corsici rupes maris.
Vbi liber animus: & sui iuris mihi
Semper vacabat studia recolenti mea.
O q̄ iuuabat: quo nihil maius parens
Natura genuit: operis immensi artifex
Cœlum intueri: solis & currus sacros
Mundiq; motus: solis alternas vices:
Orbemq; Phœbes: astra quem cinguntvaga:
Lateq; fulgens ætheris magni decus.
Qui se senescit tantus in cœcum chaos
Casurus iterum: nunc adest mundo dies
Supremus ille: qui premat genus impium
Cœli ruina: rursus vt stirpem nouam
Generet renascens melior: vt quondam tulit
Iuuenis: tenente regna Saturno poli.
Tunc illa virgo numinis magni dea
Iustitia cœlo missa cum sancta fide:
Terra regebat mitis humanum genus.
Non bella norant: non tubę fremitus truces:
Non arma gentes: cingere assuerant suas
Muris nec vrbes: peruium cunctis iter:
Communis vsus omnium rerum fuit.
Et ipsa tellus læta fœcundos sinus
Pandebat vltro: tam piis felix parens
Et tuta alumnis: alia sed soboles minus
Conspecta mitis: tertium solers genus
Nouas ad artes extitit sanctum tamen:
Mox inquietum: quod sequi cursu feras
Auderet acres: fluctibus tectos graues
Extrahere pisces rete vel calamo leui:
Decipere volucres crate: ceruos aut leuis
Tenere laqueo: premere subiectos iugo
Tauros feroces: vulnere immunem prius
Sulcare terram: læsa quæ fruges suas

Interior alte cōdidit ſacro ſinu.
Sed in parentis viſcera intrauit ſuæ
Deterior ætas:eruit ferrum graue:
Aurumq̧:ſæuas mox & armauit manus.
Partita fines regna conſtituit:nouas
Extruxit vrbes:tecta defendit ſuis
Aliena telis:aut petiit:prędæ imminens.

ſum ad nouaa artes:tamen ſanctum, id eſt in corruptum adhuc vitijs. Mox ſcilicet in quarta ætate extitit ſup. genus inquietū: quod auderet ſequi curſu.i.venari acres feras,& extrahere rete vel calamo leui,piſces grauea,id eſt ponderoſos tectoa.i.operios fluctibus:& qđ auderet decipere volucres crate:eiuſmodi eñi erat primum aucupium, qđ & ruſtici hyeme dum nix alta iacet exercent:Cratem enim fragili tibicine fultam in volucres ſub ea paſcentes decidere faciunt aut tenere laqueo: ceruos leues ſcilicet in curſu (Sic Maſerius noſter repoſuit)& premere tauros feroces, ſubiectos ſcilicet poſtmodum iugo:& ſulcare terram, immunem,id eſt vacuam prius vulnere.i.ſciſſura:quæ ſcilicet terra,læſa ſcilicet ab arante,aut fodiente, condidit interior.i.cum eſſet interior, alte: fruges ſuas,ſinu pro gremio,ſacro:aptius eñ gremium q̄ ſinum diceret. Sed ætaa deterior.ſ.cęteris:hoc eſt omniū deterrima ,ſed & peſſima:intrauit in viſcera parentis ſuę.ſ.terræ:& eruit.i.euellit inde:ferrum graue.i. moleſtum & infeſtum mortalibus: & aurū,& armauit,mox,id eſt paulopoſt, manua ſæuaa:& partita fines,id eſt limitea, conſtituit regna:& extruxit vrbes nouas,defendit tecta aliena telis ſuis.ſ. facta miles mercenariua: aut petijt id eſt oppugnauit aliena tecta imminens.i.inhians prædę.



QVid me. Secundua actus vbi Seneca præceptor Neronis:non ille Seneca qui hanc tragœdiam cōpoſuit vt diximus in principio:maxime cōqueritur de fortuna ſua: videns tantam exuperantiam vitiorum:vt putet finem mundi adeſſe. Fallaci.quæ licet videaris blanda: vulnera amara infers nimium ex te pendentibua. Alte.ad magnas dignitatea. Edita arce.ſublimi turre:nam ſuſceptus fui domo imperatoria: elatuſq̧ in altum vt grauius caderem: ſemperq̧ animo inquietua eſſem. Latebam.ignotus eram in ſtatu priuato,dum exularem in Corſica quo miſſua eram a Nerone:ſed poſtea interceſſione Agrippinæ reuocatus ad præturam: vt ſemper anxiua eſſem in tanta varietate rerum. Inuidię. quæ ſemper ſuperiores petit. Mihi vacabat.ſeruiebat voluntati meę & virtuti:non alterius libidini vt nunc. Recolenti.reuoluenti ſtudia philoſophiæ. Intueri cœlum.contemplari cœleſtium ordinem viceſq̧:& ſiderum ſeriem. Artifex.creator mundi deus:& ipſa natura:ſecundū Platonis opinionem:qui mundum creatum & interiturum dixit. Vices.viciſſitudinem diei & noctis. Orbem Phœbes.circulum lunæ. Decus. ſidera q̄ ſunt ornamentum cœli. Qui ſe ſe. dicit ob ſcelera inſtare finem mundi vt,rurſus inchoetur a ſęculo aureo. Qui.ſcilicet æther:caſurus vt ruat cœlum:& melior fiat mundus. Vt quondam.quēadmodū fuit ſub rege Saturno quo regnāte fuit morum præſtantia cum adhuc homines ſaperēt cœlū:mundo recenti facto. Tulit.ſcilicet meliorē ſtirpem. Iuſtitia.quę Aſtrea dicta fuit. Mitis.ſine ferro:nam tunc nulli erant enſes nec vlla diſcordia. Peruſum.apertum:& omnibus erant omnia communia. Sinus.gremium ſuum ferax: nam omnia ſponte naſcebantur. Pija.iuſtis & bonis hominibus quos ipſa alebat. Tuta.ſine inſidijs. Alia.ſecunda ętas:argentea quæ nec omnino fuit mala:nec bona:nam adulteria per Iouem incœperunt. Genꝰ ſollers.ingenioſa tertia ætas ad inueniendum nouas artes. Mox inquietum.laborioſum. Calamo. leui ſagitta. Crate.aliquo contextu viminum. Premere.domare ad arandum:nam prius non comedebant nec interficiebant iumenta. Vulnere.nam terra videtur vulnerari quando aratur. Lęſa.quia vulnerata & violata fuit terra non ſponte produxit fruges. Sed in viſcera.quarta ætaa ferrea cœpit rimari venas terræ & eruere ferrum & aurum:tunc quæ priua cōmunia fuerant diuiſa ſunt:poſitiq̧ termini agrorū:enſeſq̧ & arma fabricare cœperunt. Partita.illa ętas diuiſit. Suis telia.ſuis armis:vel defendit ſuam domum:aut petit alienam. Prædæ imminens.quęrens prędari. BERN.

¶Quid me. Inſcribitur metro archilochio carmen trimetro iambico.& eſt epitaſis nouæ perſonæ præceptoris quem non ſolum famoſo exilio inhonorauit Nero:ſed multis affectum iniurija mori tandem coegit. Anneus Seneca vir ſenatorius docuit Neronem:ſuſpectus miſſus eſt in exilium ad Corſoa. in epiſtola conſolatitia ad olbiam tradit in mari Italo Corſicam inſulam:quā volunt nonnulli dictam a duce: & mare inde etiam dici:qđ alluit ipſam & continentem. Plinius in Liguſtico mari ſcribit Corſicam eſſe inſulam: quam gręci Cyrnon vocant:& eſſe Tuſco propiorem. Melius latebam:laudat otium & vitam priuatam quæ curis libera in deſertis & ſylueſtribus locis vera ſentit gaudia:& expeditius phantaſmata ſpeculatur: qualem vitam ſapientiſſimi vates & philoſophi libentiſſime coluerunt præſertim Xenophylus muſicus qui ob id centum & quinq̧ annis vixit ſine vllo corporis incōmodo. Magni numinis.magnæ virtutis. fuit Aſtreua princeps ſui temporis iuſtiſſimus, filius Euribię. & Crius eiꝰ filia credita eſt iuſtitia. ob id iuſtitia fides & pudicitia tunc terras incolebant cum nondū gentes eſſent bello laceſſitæ:neq̧ nauigio quiſq̄ vteretur:ſed vita in colendis agris tantummodo ageretur. Heſiodus ſcribit ætate ænea iuſtitiam in cœlum migraſſe. Non bella norant.laceſſitua grauiter poeta immanitate ſcelerum quæ exemplo truculentiſſimi Neronis Romanum imperium & terraa prope vniuerſaa occupauerant:prumpit diſtricto veluti gladio in miſerandā ſuorum temporum calamitatem felicem vetuſtioris vitæ ſtatum commemorando in quo hominea vna cum dija verſabantur ſine laboribus: ſine miſeria:nunq̄ ſeneſcentes in floribus & roſis delectabantur, extra omne malum: quibus omnia dederant bona. fructum dabat fertilis terra ſponte ſua multum & ſempiternum:operaa inter ſe quieti & concordes partiebant:ſed poſtq̄ hoc aureum genus terra cooperuit.alterum ſurrexit argenteum deterius in quo pueri ſtabant ſub vbere matris vagientea vſq̧ ad centum annos: vbi autem ad pubertatem venerant viuebant parū dolore & inſipientia.nequibant enim iniuriaa viciſſim repellere, deorum neglectores:& hoc item genus argēteum poſtq̄ terra operuit:extulit cōſiliarius Iuppiter æream ætatem argento haud ſimilem, acerbam,grauē,

DANI. Seneca. Corſica. Cyrnoa. Xenophilua. Aſtreus. Aſtra. Criue. Iuſtitia in cœlū migrauit. Vita priſca. Aurea ætaa. Argētea. Aerea.

fremebundã: belligeracem: cui erat cor ex adamante: vis maxima: & manus intractabiles: arma omnia ex ęre: domus ipsę ex ære: quo tandem & ipsi homines domiti corruerunt in tartara. & hoc genus postq̃ terra cooperuit. surrexerunt Semidei omnes perẽpti in bello Thebes Heptapylæ. Vltimo sęculũ ferreum deterrimum

Semidei. & cataclysmus, quę oĩa Hesiodus Homerus & Orpheus plane & eo ordine prosequuntur quo cõmemorauimus. recollecta vitia inquit nunc Seneca per tot ætates in nos redundant: sęculo premimur graui &c.

Ferrea.

Neglecta terras fugit: & mores feros
Hominũ & cruẽta cęde pollutas manus
Astrea virgo: siderum magnnm decus.
Cupido belli creuit: atq; auri fames.
Totum per orbem maximũ exortũ est malũ
Luxuria pestis blanda: cui vires dedit
Roburq; longum tempus atq; error grauis.
Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundant: sęculo premimur graui.
Quo scelera regnant: sæuit impietas furens.
Turpi libido venere dominatur potens.
Luxuria victrix orbis immensas opes
Iampridem auaris manibus vt perdat rapit.
Sed ecce gressu fertur attonito Nero:
Truciq; vultu: quid ferat mente horreo.

ASCen. ¶ Neglecta. Astrea virgo Astrei iustissimi: hoc est iustitia magnum decus siderũ: neglecta scilicet a mortalibus fugit terras: & mores feros hominum: & manus pollutas cæde cruenta. Cupido belli creuit: atq; fames, id est cupiditas auri: & maximum malum exortũ est per totum orbem scilicet luxuria pestis blanda, id est dulciter illiciens: cui lõgum tempus & error grauis dedit vires & robur. Vitia collecta diu per tot ætates, redundant in nos: nos premimur sæculo graui .i. vitioso, cui graue est non assentiri: quo scilicet seculo scelera regnant: & impietas sęuit furens: & libido potens turpi venere, id est opere venerio: dominatur. Luxuria victrix orbis: immo vltrix victi per virtutem orbis, rapit iampridem, id ẽ a multis temporibus: immensas opes, manibus auaris: vt perdat, id est absumat opes: & destruat luxuriosos: sed ecce Nero fertur. s. ad me gradu attonito, id est ipsum attonitum indicante: & vultu truci, horreo, id est cum horrore expecto audire: quid ferat, id est afferat noui.

BERN. ¶ Neglecta. Iustitia postq̃ vidit tot scelera ad superos euolauit vt inquit Iuuenalis. Vltima cœlestum terras Astrea reliquit. Luxuria. quæ est dulce malum: eo modo voluptatem appellauit Plato escam malorum. Longũ tẽpus. longa consuetudo: quæ vt inquit Aristoteles: inuitum etiam trahit. Error. ignorantia boni. Recollecta. Multiplicata. Redundant. aucta sunt: vt inquit Iuuenalis. Omne in præcipiti vitium stetit. Victrix. nam victo orbe: Romaniq; spolijs illius referti: omni luxuria contaminati sunt: vt Iuuenalis. Sęuior armis Luxuria incubuit, victumq; vlciscitur orbem. Vt perdat. ducat ad perditionẽ: quod euenit Romanis. Sed ecce. dat locum sequenti scœnæ. Attonito. turbato propter iram.

Trimetri iambici.

NERO. PRAEFECTVS. SENECA.

PErage imperata: mitte qui Plauti mihi
Syllęq; cęsi referat absciſſũ caput. Pr.
Iussa haud morabor: castra cõfestim petã. Se.
Nihil in ꝓpinquos temere cõstitui decet. Ne.
Iustũ esse facile est: cui vacat pect9 metu. Se.
Magnũ timoris remediũ clementia est. Ne.
Extinguere hostẽ maxima est virt9 ducis. Se.
Seruare ciues maior est patriæ patri. Ne.
Pręcipere mitem conuenit pueris senem. Se.
Regenda magis est feruida adolescẽtia. Ne.
Aetate in hac satis esse consilii reor. Se.
Vt facta superi comprobẽt semper tua. Ne.
Stulte verebor esse cum faciam deos. Se.

ASCen. PErage. Nero minaciter imperat cædem nobilium dicens ad prefectum. Perage imperata, id est quę imperaui mitte sup. aliquem spiculatorem: qui referat mihi caput Plauti: & Syllę scilicet Fausti, cæsi, id est occisi, absciſſum id ẽ qui eos occidat & occisis capita ablata ad me portet. Prefe. Ego haud, id est non morabor, id est differam aut in mora tenebo, iussa scilicet tua: petam confestim, id est cum festinatione castra: in quibus illi militabãt. Sene. Nihil debet constitui temere, id est incõsulte: in, id est contra amicos. Nero. Facile est eum esse iustum, id est haberi pro iusto: cui pectus vacat metu, id est qui non habet superiorem quia illi est pro ratione, voluntas. Sene. Clementia est magnum remedium timoris. Ner. Extinguere hostem est maxima virt9 ducis. Sene. Seruare ciues est maior scilicet virtus patri patriæ, id est principi bono. Nero. Conuenit senem mitem pręcipere pueris: non duci. Sene. Adolescentia feruida: est magis regenda scilicet præceptis q̃ pueritia. Ner. Ego reor satis consilij esse in hac, id est mea ætate licet sim adulescens. Sene. Regenda est: vt superi comprobent semper facta tua. Nero. Ego stulte verebor deos esse cum faciam deos, id est referre possim in numerum deorum

Hoc plus verere q̄ licet tantum tibi. Ne.
Fortuna nostra cuncta permittit mihi. Se.
Crede obsequenti parcius.leuis est dea. Ne
Inertis est nescire quid liceat sibi. Se.
Id facere laus est:qđ decet:non qđ licet. Ne.
Calcat iacētē vulgus.Se.inuisum opprimit.

vt Claudiū fecit, Sene. Verere hoc. i. propter hoc plus:q̄ tantum licet tibi: quia dijs maiorem reddes rationē. Ner. Fortuna nostra permittit mihi cuncta. Sene. Crede, id est cōfide parcius, id est magis sobrie, obsequenti. i. inseruienti votis tuis fortunæ: quia ipsa est dea leuis, id est inconstans. Ne. Inertis est nescire quid liceat sibi. Se. Laus est facere id quod decet: non quod licet, id est permittitur. Ne. Vulgus calcat, id est sub pedibus tenet, iacentem id est abiecto animo principem: qui non facit nisi quod decet. Sene. Et sup. idem vulg⁹ opprimit inuisum.

BERN.

Perage. Crudelitas Neronis ex hoc maxime apparet q̄ præfecto mandat mortem præstantissimorū iuuenū Fausti Syllæ, cui nupta erat Antonia Claudij filia: & Auli Plautij sibi propinquante coniuncti: vt plene scribit Cornelius Tacitus. Mitte aliquem qui mandata mea exequatur. Nihil audiens. hoc Seneca præceptor eius per reprehensionem interponit. Temere. incōsulte. Vacat. qui nullum habet timorem, facile potest expectare. sed ipse timens nullam moram timori faciam: potest esse facile tutus qui nihil timet. Clementia. si non vis timere esto clemēs & benignus oībus qui te amabunt. Patri patriæ. Imperatori qui pater patriæ dicebatur. Senē. te Senecam, repellit illum dicēs dato ista præcepta pueris non mihi imperanti. Feruida. intemperata propter calorem ætatis. In hac. scilicet qua ipse sum. Comprobent: debes agere qđ probabile est: & dijs & hominibus. Cum faciam. hoc dicit propter Claudium, quem in numerum deorum collocauit: quasi dicat non timeo deos cum sint similes Claudio quem ipsum deum feci.
Hoc. ideo debes habere verecundiam cum plus potes. Obsequenti. fauenti fortunæ. Dea. fortuna est leuis & inconstans: vnde illi non est fidendum. Liceat. quid possit: nam debetis omnia pro voluntate agere. Decet. honestum est: non quod possumus turpiter & impune facere. Calcat. si me summitterem, omes mihi insultarent. Iniustum. quem habent odio.

DANI.

¶ Perage imperata. Versus trimeter hypercatalecticus archilochius, aliquādo in locis imparibus pyrrhichiū recipit pro iambo. Infamis & perditissimus Nero nullū adeo necessitudinis genus reliquit, quod non scelere perculerit. Faustum Syllam necauit: Antoniam eius vxorē, Claudij filiam, antea Pompeio desponsatam, recusantem nuptias suas post mortem Popeæ quasi molitricem nouarum rerum interemit: Aulum Plautium iuuenem: quem per vim conspurcauit pari modo occidit dicens: eat nunc mater mea & successorem meum osculetur: iactans dilectum ab ea & ad spem imperij impulsum. Hæc omnia plane declarant historici. Seneca exprobrat hoc immane crudelitatis exemplum: in hac scæna ipsi Neroni demandanti præfecto & percussori necem iuuenum. Collocutores. Nero: Præfectus & Seneca præceptor Neronis. Temere. sine causa qualis est ebriorum conditio. post Ciceronem Quintilianus accepit temere pro fere: illud ingeniorum velut præcox genus non temere vnq̄ peruenit ad frugem. Maior. scilicet virtus est seruantis ducem q̄ perdentis. Regenda magis. maioris culpæ sunt delicta adolescentis q̄ pueri. ideo adolescenti magno consilio & moderamine opus est. quale præceptum elegantissime proponit Plutarchus in quadam epistola ad Traianum imperatorē: additq̄ malum discipulum & præceptori suo aduersum: publicum esse dedecus familiæ suæ & patriæ: apponitq̄ exemplum de Nerone, ob cuius delicta detrahentium linguis Seneca carpitur: & adolescentium suorum temeritas, in Quintilianum refunditur: & Socrates in pupillum fuisse elementior criminatur. Fuit autem Traianus (vt opportunam hanc ecbasim non omittamus) gentilium optimus Augustorū: q arguētibus cūctis eius comitatem in omnes nimiam, respondere solitus est: se talem velle imperatorem esse priuatis: quales imperatores sibi esse priuatus optasset. Vnde admonitus a Plinio secundo qui tunc temporis erat inter cæteros iudices persecutor Christianorum destinatus: a nece martyrum & persecutionis gladio temperauit: & forte mitius egisset cū fidelibus: nisi exemplis cruētissimi Neronis inuitatus fuisset: quia (vt scribit Tranquillus & affirmat Tacitus) sectam Christianam publica opinione superstitiosam & veræ religionis inimicam radicit⁹ delendam esse prædicabat. sed iam ad nostri instituti reuertamur exordium. Verebor. Argumentum a minori ad maius. minus est timere deos q̄ facere: ergo deos non timebo: quos est plus facere, q̄ timere. Cautū publico fuit edicto nulli diuinos largiri honores: nisi qui auctoritate senatus vel imperatoris fuisset deus pronuntiatus. Quod decet. par est. Non quod licet. nō quod fert, licentia & libido. Inuisum opprimit. nec te nimis durum, nec nimis facilem præstato vt hinc despiciare, illic trucidere. αλλα μηδε ερκαι τομε δεσομ Χρυσεομ φυλαξομ

Faustus. Sylla.
A. Plaut⁹
Temere.
Pltarchi epistola.
Traianus gentiliū optimus.
Deos fieri.

Ne. Ferrū tuet̄ principē: Se. meli⁹ fides. Ne.
Decet timeri Cęsarem. Se. at plus diligi. Ne.
Metuāt necesse ē. Se. qcqd exprimit̄ graue ē
N. Iussis nostris pareāt. Se. iusta impera. Ne.
Statuā ipse. Se. q̄ consensus efficiat rata. Ne.
Despect⁹ ensis faciet. Se. hoc absit nefas. N.

ASCen.

¶ Ferrum. Non est timendum (inquit Nero) principi a vulgo: quia ferrum tuetur principē Sen. Fides, id est fidelitas orta ex amore, melius tuetur sup. principem. Ne. Decet Cæsarē timeri. Sen. At plus sup. decet eū diligi. Ner. Necesse est vt supple subditi metuant. Sene. Graue est, id est molestum: quicquid exprimitur, id est extorquetur vi. Ne. q̄ pro et: necesse est vt supple pareant iussis nostris: quia si pareant volētes, non cogerentur. Sene. Si vis vt pareant, impera supple eis: iusta. Ner. Ipse, id est egomet, statuam, id est constituā quę imperata velim. Sene. Statues quæ vo-

les: sed quæ consensus.s.populi,efficiet rata,
id est q̄ non erunt rata & firma, nisi populus
sciuerit & probauerit. Ner. Ensis despectus fa
ciet.s.consensum. Sene. Hoc nefas absit scili
cet a te. Ner. An patiar vltra, sanguinem no-
strum peti scilicet a dictis iuuenibus in caput
meum cōiuratis & imperij affectatoribus? (vt
inuictus, id est licet inuictus: & contemptꝰ ta-
men: opprimar subito? Exilia non fregere, id
est domuere, satis. Plautum scilicet. Aulum
atq; Syllam (ex hoc patet Plautum etiam di-
ci quem Plautium vocāt) quorum furor per
tinax, id est obstinatus i me, armat ministros
sceleris in cædem meam: cum ingens fauor
etiam absentium scilicet coniuratorum: ma-
neat in vrbe nostra: qui fouet spes exulum.
Hostes suspecti mihi tollantur ense: & coniūx
inuisa mihi scilicet Octauia, pereat scilicet en
se: vt sequatur fratrem charū sibi scilicet Bri-
tannicum. Quicquid est excelsum ita vt pos
sit anhelare ad imperium, cadat. Sene. Pul-
chrum est eminere, id est habere excellentiam
& esse principem, inter viros illustres: consule
re, id est consilio & opera prodesse patriæ: par
cere afflictis: abstinere scilicet manus cęde fœ
da: quæ sit contra æquitatem: atq; dare ire tē-
pus, id est dilationem: vt interea illi moderari
possit: quia ira furor breuis est: & qui non mo
derabitur iræ infectum volet esse dolor quod
suaserit: inquit Horati. in epistolis. Et dare or
bi, id est mundo, quietem: & seculo suo pacē:
hæc est summa virtus scilicet in principe: cœ-
lum petitur, id est scanditur hac via. Sic ille
primus Augustꝰ scilicet Octauius, parēs pa
triæ, non primus: quia vt attestatur Plinius.
Primus Cicero parens patriæ est appellatus.
Primus tamen fuit inter principes: & Primus
Augustus dictus, complexꝰ est sic, id est per
talia instituta, astra: & colitur deus templis. ta-
men fortuna iactauit, id est vexauit illum diu,
terra mariq; p graues vices. i. vicissitudines
belli, quibus modo vicit, modo victus fuit:
donec oppressit hostes parentis tui scilicet. C.
Cęsaris per adoptionem patris Augusti: hoc
tamen in gratiam principis dicentē facit poe-
ta: nam reuera Cæsaris hostes patriæ liberta-
tis fuerunt amici. Fortuna incruenta, id est si-
ne bello & cæde: submisit tibi numen suum,
id est diuinā potētiā: de quo recte Iuuenalis.
Nullū numē habeā si sit prudentia: sed te nos
facimꝰ fortuna deā cœloq; locamus: & dedit
sup. tibi: habenas, id est gubernacula iperij,
manu facili, id est sine conflictu: & subiecit nu
tu, id est nutui tuo, terras sup. & maria (Vt Ser
uius docet sicut duplex est genitiuus quartus
in us & in uis: vt Terentius Eius anuis causa
pro anus: sic duplex datiuus: in u ab us: & in
ui ab uis. vt ęnei. Parce metu cytherea &c. Nec
staret metrum legendo nutui). Inuidia cessit
tristis: victa consensu pio. s. populi. Fauor se
natus, id est patrum quorum primus est in vr
be ordo: & equites, id est equitum, quorum se
cundus ordo est: est assensus aut accensus vo
tis, id est suffragijs plebis: atq; iudicium, id ē
decretum patrum, est sup. vt imperes. Tu ele
ctus sup. es author pacis: atq; arbiter, id est ad
arbitrium iudex & rector generis humani: tu

An patiar vltra sanguinem nostrum peti?
Inuictus & contemptus vt subito opprimar?
Exilia non fregere summotos procul:
Plautum atq; Syllam: pertinax quorum furor
Armat ministros sceleris in cædem meam.
Absentium cum maneat etiam ingens fauor
In vrbe nostra: qui fouet spes exulum.
Tollantur hostes ense suspecti mihi:
Inuisa cōiunx pereat: vt charum sibi
Fratrem sequatur: quicquid excelsū est cadat. Se.
Pulchrum eminere est inter illustres viros:
Consulere patrię: parcere afflictis: fera
Cæde abstinere: tempus atq; ire dare:
Orbi quietem: sęculo pacem suo:
Hæc summa virtus: petitur hac cælum via.
Sic ille patriæ primus Augustus parens
Complexus astra est: colitur & templis deus.
Illum tamen fortuna iactauit diu
Terra mariq; per graues belli vices:
Hostes parentis donec oppressit sui.
Tibi numen incruenta summisit suum
Et dedit habenas imperi facili manu:
Nutuq; terras: maria subiecit tuo:
Inuidia tristis victa consensu pio
Cessit: senatus: equitis assensus: fauor
Plębisq; votis atq; iudicium patrum est.
Tu pacis author: generis humani arbiter
Electus: orbem specie tu sacra regis
Patriæ parens: quod nomen vt serues petit:
Suosq; ciues Roma commendat tibi. Ne.
Munus deorum est: ipsa q; seruit mihi
Roma: & senatus: q; q; ab inuitis preces
Humilesq; voces exprimit nostri metus.
Seruare viros & principi & patriæ graues:
Claro tumentes genere: quæ dementia est:
Cum liceat vna voce suspectos sibi
Mori iubere? Brutus in cædem ducis

Aquo salutem tulerat:armauit manus:
Inuictus acie:gentium domitor:Ioui
Aequatus:altos sæpe per honorum gradus
Cæsar nefando ciuium scelere occidit.

patriæ parens,regis.i.regnas,specie sacra,id est specioso titulo: quia plenis suffragijs electus:quod nomen scilicet patris patriæ, Roma petit vt seruea: & commendat tibi ciues suos:is enim pater est patriæ qui sic omnes ciues complectitur vt pater filios. Ne. Q ipsa Roma seruit mihi:& q senatus seruit mihi:& q metus nostri.i.quem de me conceperunt: exprimit ab inuitis preces, id est deprecationes & voces humiles,id est supplicatorias:est munus deorū, non populi Romani & ita nihil teneor patriæ. Quæ autem dementiar est,seruare viros graues,id est molestos & principi & patriæ:tumentes, id est superbientes genere claro,seruare dicit:cū liceat scilicet principi,vna voce iubere suspectos sibi mori. Stultum autem esse seruare potentes qui inimici esse possint.probat exēplo Iulij Cęsaris,qui.M. Brutū licet suspectum seruauit:dicens. Brutus(Alludit ad Iunium Brutū primūconsulē & primū libertatis vindicē: Primumq; qui Bruti nomen accepit. Brutus enim dicitur totus bestialis: & stolidus:qualem se Brutus primus consul simulauit vt Tyrannidem Tarquiniorum euaderet:quod fecit ea calliditate vt non solum brutus:sed & rudis,immo & hebes videretur:& ridiculus haberetur. quocirca oblectamenti gratia Tarquinij regis filij: cum ad oraculum Delphicum proficęscerentur sciscitaturi quis post Tarquinium qui,superbus dictus est,regnaturus esset:assūpserunt Iunium Brutum: qui cum audisset ab oraculo illum regnaturum qui primus matrem deosculatus esset:notans terram vt est,quantum ad corpora esse communem mortalibus matrem:simulās casum terram deosculatus est:itaq; post Tarquinium superbum regnauit:non quidem nomine regis(nam post exactos reges inuidiosum fuit regium nomen) sed consulis. Huius autem pro liberanda patria a seruitute Iulij Cæsaris emulatione, Brutus cum Cassio,alijsq; coniuratis in necem Iulij Cæsaris coniurarunt. Vnde non de prisco illo Bruto: sed de eo qui Cæsarem occidit:& cum Augusto Cæsaris acta ratificante apud Philippos Thessaliæ campos vbi occisus est, graue prælium commisit dicit)Brut⁹:armauit manus scilicet pugione in cædem ducis scilicet. C.Cæsaris:a quo tulerat salutem scilicet apud philippos & hæres pro parte scriptus erat: aut ideo salutem tulisse dicit:q Cæsar Gallos domuerat. Progreditur autem in laudem Cæsaris commemorandam: nec immerito per illum enim cęteri omnes imperium obtinuerunt perpetuum. Cęsar inuictus,id est nunq̄ victus acie scilicet belli.hoc est in prælio:domitor gentium: vt Gallorum, Britannorum Teuthonum, æquatus Ioui(hoc arroganter vt ab impio dicitur:siquidem Iouem deum summum putat:sed alludit forte ad illud Maronis distichum Nocte pluit tota,redeunt spectacula mane. Diuisum imperium cum Ioue Cęsar habet: tunc enim verum erat dicere Iuppiter in cœlis Cæsar regit omnia terris. Sæpe per altos gradus honorum, occidit nefando scelere ciuium.

Brutum.

BERN.

¶Fides. Beniuolentia. Exprimit. per vim extorquetur. Statuam. faciam quicquid voluero. Consensus. si vis statuere aliquid fac consentiant alij:& omnibus placeat. Rata. firma. Despectus. scilicet ab ipsis faciet rata:hoc est faciam consentire gladio. An patiar. debeo pati coniurationes in vitam meam? Exilia. nam illos in exilium miserat nec fracti aut domiti erāt ob id quin pararent mihi mortē. Pertinax. perseuerās in malum. Fauor. nam multos coniuratos sperant habere in vrbe contra me. Tollantur. interficiātur ipsi.

Inuisa. Octauia moriatur & sequatur fratrem Britannicum. Excelsum. sublime, omnes magni perdantur:nam vt scribit tacitus Nero maxime sæuit in nobilitatem. Pulchrum. summa prudentia est scire gubernare populum suum. quod confirmat exemplo Octauiani. Eminere. esse excellentem inter claros. Iactauit. nam multa bella habuit principio imperij contra Marcum Antonium:& interfectores Cæsaris. Parentis. Cæsaris Iulij. Hostes. Brutum & Cassium. Incruenta. supple fortuna, incruenta sine bello. Nam imperium habuisti in pace relictum a Claudio. Numen. potestatem suam. Nutui. voluntati tuæ.

Serues. nomen scilicet patria patriæ: cuius officium est seruare suos, nō perdere. Munus deorum. confutat Nero se non fuisse electum a Romanis:immo voluntate deorum. Metus nostri. debeo dijs q isti metiment & supplicant etiam inuiti. Exprimi. facit exprimere. Quæ clementia. quasi dicat nulla est seruare inimicos & superbos. Vna voce. vno mandato: vt interficiantur. Brutus. qui coniurauit in Cęsarem. probat per exemplum q hostes non sunt seruandi. Ducis. Cęsaris qui illum seruauerat cum prius cum Pompeio fuisset. Inuictus. Cæsar qui nunq̄ potuit superari bello. Quantum cruoris. Nam postea Octauianus in vltionem patris: vt scribit Suetonius: plurimos sustulit. Lacerata toties. s. per bella ciuilia.

Alij dementia.

DANI.

¶Quæ consensus efficiat rata. Atteius Capito iuris peritissimus generali cōsensu stare oportere leges affirmabat. An patiar. nititur quod nefas est vt licitum vt concessum probare. Furor quorū. qui in furore pertinaces & duri. Maneat. expectet. Excelsum. sublime:oēs magni perdant:nā vt scribit Tacitus Nero maxime sæuit in nobilitatem. Pulchrū. prudētissimus Seneca aduersus tantū furorē magno temperamēto se fert & mira sententiarum grauitate a penitissimis philosophiæ finib⁹ emanantiū leues animi ipetus infringit.

Pater patriæ.

Regis. debes regere. Patriæ parens. princeps iustus est pater patrię: qui publicis muneribus exercendis & onerib⁹ obeūdis, legis beneficio sibi primū vēdicat locū & in eo pferēd⁹ est cęteris q cū singuli teneant ad singula, principi onera iminēt vniuersa. vnde merito in eū oīm potestas cōfertur vt frugē cōem disponat, & vtilitatis vniuersæ cautionē sibi vēdicet. Principi fideliter regnū gerenti tantus est honor exhibēdus, quātum debent capiti oīa mēbra corpia Lycurgus in regno suo decreta constituens firmauit principes ad iustitiā impiorum, auri & argenti vsum & oīm scelerū materiā sustulit. Munus deorū est. superis acceptū refero non Romanis q sim imperator. oīs enim potestas a deo optimo est. Nostri metus. s. est q me verentur inuiti. Hic Nero blandit magis suæ causæ q̄ q faueat dijs. Graues. capitales. In cædē ducis. Brutus cū Cassio parmensi strictis pugionibus Cæsarē in capitolio pemerūt. Domitor gentium. Cęsar prudentiæ & militiæ viribus orbē acquisiuit. homo perpaucorū, & cui nullū expresse similem adhuc edidit natura mortaliū: hunc tamē q sibi minus caueret, interfecerūt hypocritæ domestici.

Cæsaris cædes & laus.

ASCen. ¶ Quantū cruoris sui nō vidit Roma, lacera
ta toties. s. bellis ciuilib⁹. q. d. minimū: quia se
re totū fudit. Ille. s. nobilissimus, diuus Au-
gustus, qui meruit coelum virtute pia: sup. vt
dicis: quot interemit nobiles iuuenes, senes:
sparsos per orbem: cum fugerent metu mor-
tis, penates suos, id est proprios lares: & quot
interemit deditoa, id ē addictos, neci tristi: ta-
bula scilicet proscriptionis, tristium ducū. s.
Octauij. Lepidi, Antonij, qui triūuiratū inter
se gesserunt, diuiso orbis imperio: notāte fer
rum, id est impunitatem cædia illorum qui ꝓ
scripti erāt. Quorū cōditio longe deterior erat
q̄ exulū: qa exules i loco exilio dato aut vbi
ꝗ pręterq̄ vnde exulabāt, tuti erant: proscri-
pti nusq̄. de hac tabula est illud Iuue. In tabu-
lam Syllæ si dicant, discipuli tres. Patres mœ
sti, quia non poterant prohibere, videre, id est
viderunt, capita cæsorum, exposita scilicet
omnium conspectui: rostris, id est loco ex ro
stria nauium antiatium iniuncto. Vnde publi
ca emittebantur ædicta. Nec licuit scilicet pa-
tribua aut alijs flere. s. aperte suos: non geme-
re scilicet i animo, foro scilicet Romano pol-
luto dira tabe scilicet e capitibus fluente, aut il
luuie delatorum: sed se declarat dicens: sanie
graui scilicet viuis, stillante, id est manāte gut
tatim, per vultua putres. Nec finis cruoria aut
cædis stetit hic. i. in hac proscriptione: Philip
pi, campi Pharsalię, tristes scilicet aspectu, pa
uere, id est pauerunt (a pasco) diu, volucres &
feras sæuas scilicet cadaueribus Romanorū
illic ducibua Augusto & Antonio cōtra Bru
tum & Cassium cæsorꝫ. mare siculum in præ
lio nauali contra Sextum Pompeium Cnæi
Pompeij filium, exhausit, id est absorpsit et,
id est etiam classes & viros suos cedentes sæ-
pe scilicet armis Augusti. Orbis scilicet ter-
rarum, concussus sup. est magnis viribus du
cum. Superatus scilicet. M. Antonius cum
Cleopatra ab Augusto & Agrippa: acie, id
est prælio nauali actiaco, petit Nilum, id est
Aegyptum, puppibus paratis fugę, id est ad
fugam: ipse, id est cum ipse esset: peritur⁹ bre
ui, id est paulopost. Aegyptus incesta, id est
Cleopatræ reginæ incestis matrimonijs pol-
luta, hausit iterum: quia pauloante hauserat
cruorem Cnæi Pompeij: cruorem ducis Ro
mani scilicet. M. Antonij: & sup. tegit nunc
vmbras leues scilicet vtriusꝗ ducis. Bellum
ciuile gestum diu impie: quia contra bonum
& inuictum ducem, est sepultum, id est sopi-
tum & sedatum illic scilicet in Aegypto: aut
in morte Antonij. Victor scilicet Augustus,
iam fessus condidit, id est abscondit: tandem
ensea suos, hebetatos feris, id est crudelibus
vulneribua: & metus continuit, id est conser-
uauit illi, imperium: fuit tutua scilicet a coniu
ratorum violentia, armis & fide militis præ-
sertim veterani. factus deus eximia pietate
nati scilicet adoptiui Tyberij: quem instituit
heredem ex dimidia parte & sextante vt dicit
Suetonius (dubitem tamen an posset de Iu-
lio intelligi quē pietas Augusti illi⁹ ꝑ adopti
onē filij catalogo deorum ascripsit) consecra
tus post fata, id est mortem & datus tēplis: q̄
viuens in nulla ꝓuincia nisi cōi suo Romęq;

Quantum cruoris Roma non vidit sui
Lacerata toties? ille qui meruit pia
Virtute cœlum diuus Augustus: viros
Quot interemit nobiles: iuuenes: senes
Sparsos per orbem cum suos mortis metu
Fugerent penates? & trium ferrum ducum
Tabula notante deditos tristi neci?
Exposita rostris capita cæsorum patres
Videre mœsti: flere nec licuit suos:
Non gemere: dira tabe polluto foro
Stillante sanie per putres vultus graui.
Nec finis hic cruoris: aut cædis stetit.
Pauere volucres: & feras sæuas diu
Tristes Philippi: exhausit & Siculum mare
Classes: virosq; sæpe cedentes suos.
Concussus orbis viribus magnis ducum.
Superatus acie puppibus Nilum petit
Fugæ paratis: ipse periturus breui.
Hausit cruorem incesta Romani ducis
Aegyptus iterum: nunc leues vmbras tegit:
Illic sepultum est impie gestum diu
Ciuile bellum: cōdidit tandem suos
Iam fessus enses victor hebetatos feris
Vulneribus: & continuit imperium metus.
Armis: fideq; militis tutus fuit:
Pietate nati factus eximia deus
Post fata consecratus: & templis datus.
Nos quoq; manebunt astra si sęuo prior
Ense occuparo quicquid infestum est mihi:
Dignaq; nostrā sobole fundaro domum. Se.
Implebit aulam stirpe cœlesti tuam
Generata diuo: Claudiæ gentis decus
Sortita fratris more Iunonis toros. Ne.
Incesta genitrix detrahit generi fidem:
Animusq; nunq̄ coniugis iunctus mihi. Se.
Teneris in annis haud satis clara est fides:
Pudore victus cum tegit flammas amor. Ne.

Hoc equidem & ipse credidi frustra diu:
Manifesta q̃uis pectore insociabili
Vultuq; signa proderent odium mei.
Tandem quod ardens statuit vlcisci dolor:
Dignamq; thalamis coniugem inuenit meis
Genere: atq; forma: victa cui cedat Venus:
Iouisq; coniunx: & ferox armis dea. Se.
Probitas: fidesq;: coniugis mores: pudor
Placeant marito. sola perpetuo manent
Subiecta nulli mentis atq; animi bona.
Florem decoris singuli carpunt dies. Ne.
Omnes in vnam contulit laudes deus:
Talemq; nasci fata voluerunt mihi. Se.
Recedat a te: temere ne credas amor.

consensu recepit. Astra. i. deorum consortia, & regna cælestia, manebunt. i. certa expectabunt, quoq; id est etiã nos: pro me: si ego prior occuparo, ense. i. deleuero, quicquid infestum est mihi, & si fundaro, id est stabiliuero, domum nostrã, sobole digna, scilicet imperio. Sen. Octauia sup. generata diuo, scilicet Claudio in deorum consortium relato, decus, id est ornamentum, gentis Claudię, sortita more Iunonis, toros, id est matrimonium, fratris. i. tuos qui illi per adoptionem fratres es, implebit aulam. i. regiam tuam prole cælesti. Ne. Genitrix, scilicet Messalina: incesta: quia omnium libidini prostituta, detrahit generi fidem, id est non credetur ex me genita proles eius, eo q; filia est fere maternos mores imitans: vnde Iuuena. saty. sexta. Scilicet expectas: vt tradat mater honestos: aut alios mores q̃ quos habet: & animus coniugis, scilicet Octauiæ, nunq̃ iunctus mihi detrahit fidem: vero simile est ob patris fratrisq; cędem Neroni minus blandam fuisse. Sen. fides est haud satisclara, id est conspicua, in teneris annis, cum amor victus pudore, tegit flammas scilicet suas. Ne. Equidem credidi: &. i. etiam ipse, hoc diu frustra, q̃uis manifesta signa pderent odium mei, id est in me conceptũ, pectore & vultu insociabili, id est auerso a me. sunt qui insatiabili legant: quod, scilicet odium, dolor. s. meus, ardens statuit tandem vlcisci, & inuenit cõiugem dignam thalamis meis: genere atq; forma, scilicet Poppeam: cui Venus: & coniunx Iouis, scilicet Iuno: & dea ferox armis, scilicet Pallas, cedat victa: sicut duę cesserunt veneri iudice Paride. Sen. Probitas, fides, mores cõiugis, pudor, placeant, scilicet merito, marito, sola bona mẽtis atq; animi, id est virtutes & scientię subiecta nulli, manent perpetuo: dies singuli, carpunt, id est diminuunt, florem, id est venustatem, decoris. i. formæ. Ne. Deus contulit omnes laudes in vnam, & fata. i. dei decreta, voluerunt talem nasci mihi. Se. O Nero ne credas temere. i. inconsulte, amor. s. cæcus & malus iudex, recedat a te.

¶ Meruit cœlum. nam per apotheosim factus est deus. Penates. domos Romanas. Trium ducum. post mortem Cæsaris pacato bello Mutinensi contra Antonium: vt scribit Suetonius in Augusto, factus est triũuiratus prope Bononiam in insula Lauini: vbi Octauius, Marcus Antonius, & Marcus Lepidus conuenerũt & inter se imperium diuiserunt: tabulamq; proscriptorum fecerunt in qua Marcus Tullius proscriptus fuit. Deditos. nam proscripti impune poterant interfici. Patres. senatores Romani viderunt capita interfectorum affixa pro rostris in foro vbi erant quædam subsellia, quæ rostra appellabantur: q ex nauibus captis contra antiates facta fuerant. Ferrum. scilicet fugerent. Tabula. vt moris erat nomina proscriptorum ponebantur in tabula, quæ album appellabatur, & in foro exponebatur. Pauere. pastum dederunt. Philippi. campi in Thessalia vbi Octauius Brutum superauit, caputq; eius Romam misit: vt statuę Cæsaris submitteretur. Siculum mare. hoc fuit bellum aduersus Sextum Pompeium filium magni Pompeij. Cedentes. quia bellum erat inter ciues. Superatus. Marcus Antonius. Petit Nilũ. fugit in Aegyptum. Hausit incesta Aegyptus. propter Cleopatram incestam, quæ Antonio nupserat repudiata Octauia sorore Augusti. Romani ducis. Marci Antonij. Sepultum. finitũ omne bellum ciuile ibi fuit. Victor. Augustus. Feris crudelibus: nam inter ciues erat bellum. Hebetatos. qui non plus incidebant. Militis. Octauius fuit tutus armis & fide militum non beniuolentia ciuium. Manebunt. collocabor in numero deorum si prius inimicos sustulero. Domum. stirpem meam, si habuero vxorem de qua possum suscipere filios: nam Octauia sterilis est. Iunonis. quę Ioui fratri nupta est. Incesta genitrix. Messalina mater ei⁹ adultera facit: vt putẽ Octauiam similem illi: nec liberos certos ex illa posse habere. Coniugis. Octauiæ quæ nunq̃ dilexit me. Teneris. non debet puella ostendere amorem: sed intra pectus diligere. Tegit. occultat verecundia. Credidi. habebam hanc opinionem prius: sed video multa signa odij. Proderent. manifestarent. Insatiabili. quia non posset satiari odio meo. Ferox dea. Diana. Probitas. sententia notabilis: virtus, non forma vxoris quærenda est. Bona animi. virtutes æternæ. Florem. pulchritudinem. Carpunt. diminuunt vt inquit Elegiac⁹ poeta. Forma bonum fragile est: quantumq; accedit ad annos: fit minor. Amor. qui certum iuditium non habet.

BERNA. Triũuirat⁹. Rostra. Tabula.

¶ Augustus. fœlicissimus omnium qui sub interminatione dominus noluit appellari, & ciuem gerens tyrannidem declinauit. Trium ducum: Augusti Lepidi & Antonij. Puppibus nilum petit. Brundusij cõmoratus, Asię, Syrięq; circuitu Aegyptum petit, obsessa Alexandria quo confugerat Antonius cum Cleopatra vbi ipse Antonius ad mortem coactus est. Petit nilum. Antonius confugit Alexandriam. Animusq; coniugis. vir & vxor: duo quidem corpora, mens autem vna esse debet: sed animus Octauiæ mihi semper fuit infensus & discors. propterea illam sumendam duco, id est Poppeam, quæ & genere & forma meis thalamis non indigna visa est, cui cederet Venus, Iuno, & Pallas armorum dea, quam mihi morigeram, obsequentem, iocundam dederunt dij. Credidi frustra diu. credidi quidem diu: sed frustra: Nam dissimulare diutius suum in me odium Octauia haud quiuit. Probitas. fides & pudicitia maxima dos in muliere: non

DANI. Coniugiũ.

autem forma quæ indies minor fit:& ſpatio carpitur:vt eſt bonum fragile. Omnis in vnam. laudes quæ ſingulæ ſunt in ſingulis:in hac vna omnes ſunt congeſtæ.

ASCEN. ℭ Quem &c. Nero non inepte vt qui poeticeс nō ignarus & troica aliquādo edidit:reſpiciens ad illud æneí. j. Nate meę vires, mea magna potentia, ſolus Nate patris ſummi q̃ tela typhoea temnis, dicit. Recedat inquis amor .i. recedere facias a te:amorem' quem dominus fulminis. ſ. Iuppiter, nequit ſubmouere id eſt expellere:tyrannum cæli .i. violentū occupatorem: quia cum ignis ſit amor ignem fulminis non expauet, qui. ſ. tyrannus: hoc ē amor, penetrat freta ſæua (vt Georgi. iij. Et genus æquoreum: vbi concludit: amor omnib⁹ idem) & penetrat regna Ditis: quia curæ non ipſa in morte recedunt: & Pluton amore captus Proſerpinam rapuit. & qui detrahit ſuperos polo: vt Iouem fecit Semele, Lede, Danae, Europe, Alcmene, aliæq̧ multę. Martē Ilia: Venerē Adonis: Lunā Endimiō &c. Se. Error mortalis iudicans deos ex affectione ſua, fingit amorem eſſe volucrem. i. alatū, deum immitē: nulli pcentē: & armat manus ſup. eius telis: vt face & ſagittis: & inſtruit. i. inficit, arcus ſæuos. i. ſagittas, face ſęua: vt in quos tela coniecerit continuo ardeant: & credit amorem genitum venere, ſatum. i. gneratum infecto ſemine, a Vulcano fulminum fabro. Amor eſt, nō deus: ſed magna vis. i. violentus impetus, mentis: atq̧ blandus. i. titillans & palpitans calor, animi, ſup. qui, gignitur iuuenta. i. iuuenili ętate, & nutritur luxu. i. abundanti rerum vſu: ocio: quia ocia ſi tollas periere cupidinis arcus: inter læta bona fortunæ. i. diuitias & opes ſplendidas. Quem, ſcilicet amorem, ſi tu deſiſtas fouere atq̧ alere. ſ. luxu & ocio: & Cerere & Baccho, cadit, & extinctus breui perdit vires ſuas: quia ſine Cerere & Baccho friget venus. Ego reor hanc eē maximam cauſam vitæ: per quā voluptas oritur, hoc eſt Venerem procreandę ꝓlis gratia: quia genus humanum caret interitu: cum procreatur ſemper. ſ. per generationem nouę prolis, amore grato. i. vtili, qui mulcet feras truces: non cum alijs feris, neq̧ cum homine ſed mares in fœmellas: quia vt Geor. iij. dicitur. Omne adeo genus in terris hominumq̧ ferarumq̧, Et genus æquoreum, pecudes, pictæq̧ volucres in furias ignemq̧ ruunt. Ne. Hic deus qui grato amore mulcet feras truces: præferat mihi: vt auſpex: tædas iugales: & iugat Poppeam toris noſtris, igne. ſ. amoris. Sene. Dolor populi vix poſſet ſuſtinere hos thalamos. i. iſtas nuptias: nec pietas ſancta, quæ fidem ſeruatam vult, ſinat, id eſt patiatur. Ner. Prohibebor ego vnus facere qđ licet cunctis, ſcilicet dare libellum repudij? Se. Populus exigit ſemper a ſummo maiora, ſcilicet q̄ ab alijs: & ideo ſummo pauciora licent q̄ alijs. Ne. Libet experiri an fauor conceptus, ſcilicet a populo in Octauiam, temere, id eſt inconſulte, cedat, id eſt excedat animis, ſcilicet populi, fract⁹ virib⁹ meis. i. vbi viderit eam repudiatam. Sen. obſeq̄re pot⁹ placid⁹ ciuib⁹ tuis. ſ. q̄ vi graſſeris. Ne. Impat. i. imperiū exercet male. i. idecēter (eſt aūt ipſonale verbū) cū. i. qñ, vulg⁹ regit duces. Se. Vulg⁹

Ne. Quē ſubmouere fulminis dominus neq̃
Cæli tyrannum:ſæua qui penetrat freta:
Ditiſq̧ regna:detrahit ſuperos polo. Se.
Volucrem eſſe amorem fingit immitem deū
Mortalis error:armat & telis manus:
Arcuſq̧ ſacros inſtruit ſæua face.
Genitumq̧ credit Venere:Vulcano ſatum.
Vis magna mentis:blandus atq̧ animi calor
Amor eſt:iuuenta gignitur:luxu:ocio:
Nutritur inter læta fortunæ bona.
Quem ſi fouere:atq̧ alere deſiſtas:cadit:
Breuiq̧ vires perdit extinctus ſuas.
Hanc eſſe vitæ maximam cauſam reor
Per quam voluptas oritur:interitu caret:
Cum procreatur ſemper humanum genus
Amore grato:qui truces mulcet feras. Ne.
Hic mihi iugales præferat tædas deus:
Iungatq̧ noſtris igne Poppeam thoris. Se.
Vix ſuſtinere poſſet hos thalamos dolor
Videre populi:ſancta nec pietas ſinat. Ne.
Prohibebor vnus facere qđ cunctis licet? Se.
Maiora populus ſemper a ſummo exigit. Ne.
Libet experiri:viribus fractus meis
An cedat animis temere cōceptus fauor. Se.
Obſequere potius ciuibus placidus tuis. Ne.
Male imperatur cum regit vulgus duces. Se.
Nihil impetrare cum valet:iuſte dolet. Ne.
Exprimere ius eſt ferre qđ neqūnt preces. Se.
Negare durū eſt. Ne. principē cogi nefas. Se.
Remittat ipſe. Ne. fama ſed victum feret. Se.
Leuis atq̧ vana. Ne. ſit licet:multos notat. Se.
Excelſa metuit. Ne. nō min⁹ carpit tamē. Se.
Facile opprimetur. merita te diui patris:
Aetaſq̧ frangāt coniugis:ꝓbitas:pudor. Ne.
Deſiſte tandem iam grauis nimium mihi
Inſtare:liceat facere quod Seneca improbat.

Et ipse populi vota iam pridem moror.
Cum portet vtero pignus:& partem mei,
Quin destinamus proximam thalamis diem?

sup. dolet iuste: cum nihil valet impetrare. Ne. Ius est scilicet principi, exprimere.i. vi extorquere: quod pces nequeunt ferre.i.auferre & impetrare. Se. Durũ est negare, scilicet populo quod honeste petit. Ne. Nefas est principem cogi.s.obsequi, quando non vult. Se. Remittat ipse.s.ius suum.i.sponte faciat ne cogatur: alij permittat legunt. Sed fama feret, id est diuulgabit p ora multorum: victum sup. esse principem si hoc faciet. Se. fama inquis? non sup. alia nisi leuis atq; vana. Ne. licet fama sit leuis & vana: tamen notat.i.infames reddit multos: vnde etiam falsa defamatio vitanda est prudentibus. Se. fama leuis metuit, scilicet sugillare falso, excelsa.i.in sublimi positos. Ne. licet metuat, tamen carpit, scilicet excelsa non minus. Sen. Fama leuis opprimetur facile. fac sup. vt merita patris diui.s. Claudij qui te in filium adoptauit, matrem tuam duxit: filiam matrimonio copulauit: & ętas, scilicet conueniens: probitas & pudor coniugis.s. Octauiæ, frangant te.i. propositum tuum ducendæ Poppeę. Ne. Desiste tandem instare id est obsistere: tam grauis nimium mihi: liceat.i. mihi facere quod Seneca improbat: plus est q̃ si dicat quod tu: q.d. quod homo inciuilis, & ignorans quid principem deceat. Et id est etiam aut insuper, ipse.i.ego, moror id est teneo in mora, iampridem.i.a plusculo tempore, vota.i.desideria populi, desiderantis ex me videre legitimam prolem. Cum.i.quando ita sit q Poppea: portet vtero pignus, scilicet fidei & amoris: & partem mei: quia proles aliquid est parentis, quin, id est cur non potius, destinamus, id est addicimus, diem proximam thalamis, id est nuptijs?

BERNA.

¶ Quem, scilicet amorem nec Iuppiter ipse, nec Neptunus, nec Pluto superare potuerunt: vnde ipse illi parẽdum putauit. Volucrem. verba sunt hæc præclara, quibus error hominum demonstratur. Volucrem. aligerum. Immitem. nulli parentem. Vis magna. quando homo dedicat mentem ad aliquid. Blandus. cui facile assentitur. Luxu. affluentia rerum. vt inquit Terentius sine Cerere & Baccho friget Venus. Ocio. quiete: vt inquit Ouidius. Q ueritur Aegisthus modo cur sit factus adulter In promptu ratio: desidiosus erat. Cadit. fugit a nobis. Voluptas. scilicet vera mariti & vxoris, habere cõiugalem & licitum amorem quem potest habere cum Octauia. Grato. coniugali amore, qui etiam lenit feras. Hic mihi. scilicet amor: persistit in opinione sua. Præferat. ante portet more sponsæ. Populi. qui non posset ferre Octauiam destitui. Prohibeor. scilicet repudiare vxorem qđ omnibus conceditur. A summo. scilicet viro, cuius vt inqt Cicero. nec factum nec dictum latere potest. Libet experiri. scilicet vtrum tantum possim quantum populus. Animis. scilicet vulgi. Fractus. debilitatus potentia mea. Cedat. discedat. Obsequere. facias gratũ potius q̃ experiaris hoc. Dolet. quando populus non potest impetrare quicq̃ ab imperatore. Ferro. imperabo. armis & cogam eos. Est ius. est potestas exprimere, id est per vim habere. Negare. non concedere honestum: non iustum est vt populus cogat principem. Remittat. sponte relaxet. Victum. dicent me coactum. Leuis fama. nõ curanda talis est. Sit. scilicet leuis. Notat, id est infamat. Excelsa. nullus audet contra principem. Carpit. si non aperte, tamen clam. Opprimitur. facile extinguitur si bene agis. Portet. scilicet Poppea grauida ex me, quod totus populus optat. Q uin destinamus. deliberamus crastinam diem ad nuptias Poppeæ.

DANI. Amor fugax.

¶ Volucrem esse amorem. amor habet alas: euolat ictu oculi: vt est perfid⁹ & malorum omnium auctor: ideo non inconcinne poeta egregius: licet contra tendat Q uintilianus. Apollonius Rhodius in quarto Medeæ imbecillitatem commiserans in amorem his verbis acriter inuexit σχετλιε ερως μεγα πημα μεγα στυγος ανθρωποισι εκ σεθεν ουλομεναι τ' εριδες στοναχαι τε γοοι τε· αλγεα τ' αλλ' επι τοισιν απειρονα τετρηχασι & cætera.

Cupido cur alatus.

Volucrem alatum. non aliam ob causam pingitur alatus cupido, scilicet alterna: quoniam iactamur in vnda. Nostra nonullis permanet aura locis. Hinc Hierony. sanctus contra Iouinianum inquit: amor homines facit querulos, temerarios, iracūdos, dure imperiosos, seruiliter blandos. Hanc esse vitę. bonus amor est causa lõgioris vitæ & propagandæ sobolis. Populi. acclamauit enim populus teste Tranquillo proscripta Octauia Tolle etiam ornamenta. Prohibeor. cum indignatione a te o Seneca prohibeor: a te repudior quod cunctis licet. Exigit tanq̃ a debitore: vt apud Martialem: Exigis a nobis operam sine fine togatam: inde exactores pecuniarum dicuntur qui exigunt pecunias. Maiora: quia quanto maior est quis tanto honestiora debet suis subditis. in quam sententiam cadit Polycraticum illud adagium memor suæ conditionis princeps, se non sibi suam vitam, sed alijs debere cognoscit sapientibus & insipientibus debitor est, pusillis & maioribus. inspice quartum librum de miserijs curialium. Notat. taxat: sugillat. inde nota ignominia. Suetonius. varijs affectus notis. Non minus. non desunt culices qui mordeant elephantem indum.

Exigo.

Noto.

Actus Tertius.
Trimetri Iambici.
AGRIPPINA.

Ellure rupta Tartaro gressum extuli:
Stygiam cruenta prẹferẽs dextra facem
Thalamis scelestis, nubat his flammis meo

ASCENSIVS.

TEllure &c. Agripina ab inferis ad hoc venit: vt infaustas significet Neronis nuptias: quod eo tendit: vt intelligamus scelera in parentes commissa: etiam præsenti obesse vitæ. Scriptum enim est, honorate patrem & matrem: vt sitis longæui super terram. dicit autem. Ego extuli gressum tartaro, tellure rupta scilicet, per quam ascenderem: præferens thalamis scelestis, id est nuptijs Poppeę, facem stygiam, id est tristitiæ futurę indicem: manu cruenta.i.cruore meo per filium fuso respersa, ac cruẽti exitus indice. Poppea iuncta, id est copulata nato meo .s. Neroni, nubat his, id est

huiusmodi flammis tam diris, pręuijs, quas scilicet flammas manus vindex & dolor matris vertet, id est conuertet ad tristes rogos id est funera filij. Memoria caedis impiae, qua iussit me necari: manet mihi semper inter vmbras. s. infernas, grauis. i. molesta, manib⁹. i. spiritibus nostris adhuc inultis: quasi illis pfutura sit vltio: & puppis, scilicet dolosa & solutilis, reddita. s. a filio: meritis meis in eum: merces funesta. i. feralis & exitialis, & pretiū imperi, pro imperij: quod p nefas suo peperi: & vox illa (repete manet) qua defleui, scilicet periēs, naufragia mea, & necē comitū. s. innocentum qui mecum in naui fuerant: & votum fuerat, deflere nefas. i. detestandum facinus, nati crudelis. s. Neronis: sed sup. temp⁹ haud datum est lachrymis: sed geminauit scelere, nefas ingens. Nam ego, perempta ferro, scilicet Lagerini, foeda. i. foedata, vulneribus intra penates. i. lares sacros, & erepta pelago effudi spiritū grauem. i. molestum mihi: quia triste erat amplius viuere: nec. i. & tamen non extinxi sanguine meo: odia nati. i. filij mei Neronis. Ipse ferus tyrannus sęuit in nomen idē memoriā matris: cupit meritū. s. meū obrui, ne dicatur per matrem imperare: destruit simulacra. i. omnia ad similitudinem matris effecta, titulos. s. statuis appositos, metu mortis. i. minando mortem ijs apud quos inuenta fuerit simulacra, aut monumenta matris, per totum orbem: quem orbem infelix amor noster, dedit puero regendum, in poenā meam: quia nisi rerum potitus esset adhuc viuerem. Cōiunx, scilicet Claudius, extinctus. s. veneno: vt Nero regnaret, agitat. i. persequitur infestus, vmbras meas & petit. i. inuadit, flammis, scilicet vltricib⁹, vultus. s. meos noxios, instat. s. mihi, minatur, imputat mihi fatum. i. mortem suam, & tumulum. s. dilatum aut negatum, aut non satis honorifice extructum, poscit. i. expostulat authorem necis. s. Neronianę nasci. i. ex aliquo cōtrarię factiōis. O cōiūx parce. i. desine id poscere: qa author necis ei⁹ iā dabit. i. orieī ob quē sit puniendus ego haud peto: tempus longum, id est longā dilationē. Erynnis. i. furia, vltrix, scilicet scelerum, parat letum. i. genus mortis dignū tyranno impio: quia hostis iudicabitur senatus & totius mundi, inuisus dijs & hominibus: & parat verbera, & fugam turpem: quia etiā in tugurio latebras quęsiuit: & poenas. s. famis & sitis, quis, id est quibus, vincat, id est superet: & id est simul, sitim Tātali & laborem durum, quia ppetuum & inuanum: Sysiphi ad uoluentis saxum semper ruiturum, & alitem scilicet vulturem, Tityi, id est exedentem iecur Tityi & fibras eius, semper in poenam renascentes: & rotam rapientem membra Ixionis. Licet ipse tyrannus superbus, extruat aulam, id est regiam, marmoribus, atq; tegat auro: & licet cohortes armatę, seruent, id est obseruent & custodiant, limen ducis, scilicet Neronis, & licet orbis exhaustus, scilicet exactionibus pecuniarum, mittat. s. illi, opes immensas: vt Suetonius auctor est factum esse: & licet parthi supplices, petant dextram cruentā scilicet cęde materna, qd non fecerunt: & licet

Poppea nato iuncta: quas vindex manus
Dolorq; matris vertet ad tristes rogos.
Manet inter vmbras impiæ cædis mihi
Semper memoria: manibus nostris grauis
Adhuc inultis: reddita & meritis meis
Funesta merces puppis: & pretium imperi:
Vox illa qua naufragia defleui mea:
Comitum necem: natiq; crudelis nefas
Deflere votum fuerat: haud tēpus datū est
Lachrymis: sed ingēs scelere gemiauit nefas.
Perempta ferro: fœda vulneribus sacros
Intra penates spiritum effudi grauem
Erepta pelago: sanguine extinxi meo
Nec odia nati: sæuit in nomen ferus
Matris tyrannus: obrui meritum cupit.
Simulacra: titulos destruit mortis metu
Totum per orbem. quem dedit pœnā in meā
Puero regendum noster infœlix amor.
Extinctus vmbras agitat infestus meas:
Flammisq; vultus noxios coniunx petit:
Instat: minatur: imputat fatum mihi:
Tumulumq;: nasci poscit authorem necis.
Iam parce: dabitur: tempus haud longū peto:
Vltrix Erynnis impio dignum parat
Letum tyranno: verbera: & turpem fugam:
Pœnasq;: quis & Tantali vincat sitim:
Dirum laborem Sisyphi: Tityi alitem:
Ixionisq; membra rapientem rotam.
Licet extruat marmoribus: atq; auro tegat
Superbus aulam: limen armatæ ducis
Seruent cohortes: mittat immensas opes
Exhaustus orbis: supplices dextram petant
Parthi cruentam: regna diuitias ferant:
Veniet dies: tempusq;: quo reddat suis
Animā nocentē sceleribus: iugulū hostibus.
Desertus: & destructus: & cunctis egens:
Heu quo labor quo vota ceciderunt mea?

Quo te furor prouexit attonitum tuus
Et fata nate: cedat vt tantis malis
Genitricis ira, quę tuo scelere occidit.
Vtinam anteq̄ te paruulum in lucem edidi:
Aluiq; saeuę nostra lacerassent ferae
Viscera, sine vllo scelere: sine sensu innocens
Meus occidisses: iunctus: atq; haerens mihi
Semper quietam cerneres sedem inferum:
Proauos: patremq;: nominis magni viros.
Quos nunc pudor: luctusq; perpetuus manet
Ex te nefande: meq;: quae talem tuli.
Quid tegere cesso Tartaro vultus meos
Nouerca: coniunx: mater infelix meis?

regna.s.varia, ferant.i.afferant illi diuitias: nisi lit, licet parthi ferant.i. offerant illi regna sup. & diuitias: tamen sup. dies tempusq; veniet quo reddat suis sceleribus animam nocētem: opera enim illorū sequuntur illos: & ideo quia cruciantur propter scelera, videntur sceleribus dari cruciādi: & quo desertus.s.a suis, distractus.i. expers opum, & egens cunctis: reddat.i.praebeat, hostibus.s. a senatu missis iugulum: licet illos pręueniens sibi necem cōciuerit: quia ob metum hostium id fecit. Heu quo labor sup.meus.i.conatus, cecidit (non enim est verbum vt metrum indicat) & quo vota mea ceciderūt.i.redacta sunt. o nate quo furor tuus pũexit te attonitū & fata sup. quo vexerūt: vt ira genitricis, quae occidit tuo scelere cedat.i. vincatur, malis tuis: non audens tanta imprecari quanta futura sunt? vtinā anteq̄ ego edidi te paruulū in lucē, & alui ferę saeuae lacerassent viscera nostra: quia sic occidisses sine vllo scelere & innocens sine sensu.i.rationis vsu, meus.i.a me non abnegandus: iūctus atq; hęrēs mihi: & cerneres sedē inferū.i. inferorū, semper quietā, & cerneres proauos, & patrē.s. Domitiū, viros magni nōis, quos pudor & luctus pp̄etuus, manet.i. expectat nūc: o nefande ex te: & ex me quae tuli talem. Quid cesso tegere vultus meos tartaro? ens sup. infelix meis: nouerca Britānico: coniunx Claudio: mater tibi.

Tellure. Principium tertij actus: licet in superiori non fuerit Chorus: cuius rei causa fuit q̄ pręcedentia Chorus semper debet dicere: sed isti clam sunt loquuti: ideo nō potuit scire, quid quaerēdum eēt. venit igitur Agrippina ab inferis, conqueriturq; dicens se velle turbare has nuptias. Praeferens. portans ad thalamos filij. His flammis. facibus infernalibus ad futuram infelicitatem. Vindex. faciēs vindictam de malis habitis. Rogos. mortem eius. Manet. semper recordor impietatis filij, licet sim apud inferos. Caedis. mortis meae. Manibus inuitis. animae meae adhuc nō vindicatę. Reddita. loco meritorum data est mihi puppis funesta. de qua vidimus. Imperij. per me dati illi. Vox.s.manet: adhuc recordor lamentationis qua vsa sum in naufragio. Comitum. qui mecum erant in naui solutili nihil mali merētes. Votum. propositum erat plorare illorum mortem: sed tempus nō datum est: cum iussu nati in terra subito interempta fuerim. Geminauit. duplicauit Nero. Foeda. ipsa cruentata. Grauem. cum magno dolore. Extinxi. non satiaui. In nomen. destruendo statuas & titulos meos. Mortis metu. minando mortem seruantib9 simulacra, aut nomē meū. Quē.s. orbē noster amor dedit regendū puero.s. Neroni q̄ tunc erat decē & octo annorū. Extinctus. cōiūx. Claudius quē venenaui, semp sequit̄ aīam meā cupiēs vlcisci scel9 meum. Fatum. mortem q̄ ipsum occiderim. Tumulūq;. ipsum nō pmisi sepeliri, celata eius morte: donec circa successorē: vt inqt Suetoni9 oīa ordinarent̄. Iā parce. respōdet Agrippina Claudio: si petis vindictam de me, expecta q̄ Nero moriat̄: & habebis auctorem scelerū. Dignū letum. mortē conuenientē illi tyranno: nā vt scribit Suetonius miserrime mortuus est, destitutus ab omnibus: hostisq; a senatu iudicatus: ferrū iugulo sibi adegit, iuuāte Epaphrodito cum iam latebras quaesiuisset in suburbano Phaontis liberti inter salariam: & Numentanam viam ad quartum miliarium. Quis. quibus poenis vincat sitim Tantali: nam vt scribit Suetonius: dū Clandestinus ad villam introitus pareretur aquam e subiecta lacuna potaturus manu hausit: & hęc est inquit Neronis decocta. habeat maiores poenas q̄ isti qui cruciantur apud inferos quorum supplicia superius declarauimus. Licet extruat. aedificet ingentia palatia: tamen veniet tempus poenae. Hostibus. Centurioni misso ad eius necem: licet seipsum percusserit: vt diximus. Desertus. derelictus ab omnibus. Egens. ad tantam miseriam venit: vt fame & siti interpellante: panem sordidum sibi oblatum aspernatus sit. aquae tepidę tantum modicum bibit. Heu quo. o nate Nero quo venerunt vota mea: optaui te imperatorem: & tu me occidisti: deberem tibi optare mala: sed tamen mater tibi compatior. Cecidere. euenerunt. Cedat. vincatur. Vtinam. dum te gestarem vtero, innocens a feris laniatus fuisses mecum: saltem fuisses quietus apud inferos cum tuis maioribus. Quos. maiores quos pudebit te habere de stirpe sua. Nefande. o Nero scelerate. Quid cesso. iam grauo terras: melius est q̄ descendam ad inferos. Nouerca. propter Britannicum veneratum. Coniunx. propter Claudium necatum. Mater. propter Neronem.

BERNA.

¶ Tellure rupta. Repudiatae Octauiae superduxit Nero Poppeam. surgit ab inferis Agrippina mater Neronis lachrymabunda vaticinans infelicem huius coniugij exitum. Est autem hic tertius actus & Carmen trimetro iambico. Stygiam facem. non vt praeluceat: sed incendat: non vt proludat faetui: sed factū perdat puppis machinosa & solutilis. Perēpta ferro. interfecto Lagerino qui nunc nunciauerat saluā matrem (vt supra visum) misit percussorem qui matrem necaret. Metu mortis. sub cōditione mortis iubet nostra destrui monumenta. Noster amor. qui aluit venenum: nam in cunabilis Neronis audita fuit vox domitij, nasci ex se & Agrippina aliquid detestabile ipsi & reipublicae. Parthi. in re militari nihil omnino praeclarum vnq̄ ausus est Nero, immo Parthi rebellarunt Armeniamq; sustulerunt: & miserunt sub iugum multas regiones imperā e ipso: vt tradit Eutropius. Labor. partus & educationis tui. Prouehit. rapit, trahit. Cedat. det locum & parcat furere.

DANI.

Lagerini cędes.

ASCENSIVS.

PArcite. Hortať populū Ro. Octauia ne diuortium suum ploret dicens. O Romani, parcite. i. abstinete, lachrymis, festo. i. festiuo & lęto die vrbis. s. Romae, quo princeps vxorē ducit: ne tantus amor nostri. i. mei aut de me habit⁹, & fauor. s. vester in me, suscitet acres iras principis. s. Neronis, & ego sim vobis causa malorum. Pectora mea senserunt hoc vulnus, id est hanc lęsionem & iniuriam, non primum sed post multa alia: q a tuli. i. passa sum grauiora. s. vulnera: hic dies dabit finem curis nostris: vel. i. saltem, morte: quia mors vltima linea rerum est. Ego non cogor. s. amplius, cernere ora coniugis saeui. s. Neronis (ob quem patrem & fratrem amisit: sunt qui sęue legant) & non cogor intrare thalamos famulae. s. prius: sed nunc dominae. s. Poppeae: inuisos mihi. Daniel longe aliter explicat: nescio an melius: mihi certo cōmentum ei⁹ non placet. Ego ero. s. deinceps, soror Augusti. s. Neronis, q̄ q̄ indigni qui ita voceť, nō vxor. poenae tristes: & metus leti. i. necis, absint tantum. i. dūtaxat. q. d. si absint, reliqua facile patiar. Sed o miseranda. s. Octauia nō Poppea ad se enim loquitur: licet Daniel refrageť: memor socerum viri diri. i. patris tui Claudij & matris Messalinae qui fuerunt soceri Neronis & ambo enecti: potes demens sperare hęc, scilicet quae dixisti, scilicet poenas tristes, & metus leti abfuturas? Tu seruata diu ad hos thalamos, id est vt hae nuptiae prius celebrarentur, cades tandem victima funesta. Sed quid .i. ad quid o Octauia, cōfusa genis vdis. i. madidis lachrymis: respicis saepe, penates patrios? propera efferre grad⁹ tectis. s. paternis: linque cruentam aulam principis. hoc autem dicto discessit. vnde subsequitur Chor⁹. En dies suspecta diu: & iactata toties fama. i. per famam p̄sciam venturi, illuxit. i. aduenit. Claudia. scilicet proles Octauia: cessit pulsa thalamis Neronis diri, quos thalamos Poppea iā victrix tenet: dum. i. interea quando, pietas nostra, id est Romani populi compressa graui metu, & dolor segnis, cessat, scilicet illi succurrere & Neronem ad recipiendum eam cogere. Vbi est vis, id ē potestas, populi Romani? quae scilicet vis, fregit saepe duces claros, externos innumeros: & inter suos, Tarquinios, Marium, Catilinam, Antoniū, &c. & quae dedit leges patriae, inuictae: & dedit olim ciuibus dignis fasces, id est honores & eorum insignia: & quae iussit, scilicet indicere, bellū pacemq́. Et quae domuit gentes feras & clausit carcere reges captos: vt Iugurtham, Persen, Herodem, &c. En imago Poppeę, scilicet erecta vt Augustae cōiugis, grauis. i. inuisa oculis nostris: fulget iam vndiq́ iūcta Neroni. s. Augusto. Manus: sup. nostra violenta: affigat humo vultus, id est effigies, dominę: (Bene dominae: non solum q̄ graeco & barbaro more coniuges dominę vocantur: sicut ęne. vj. Deiphoebus Helenā: sed multo magis q̄ Romani dn̄m p tyrāno accipiāt q̄ si tyrāni sociā) nimiū̄ sitťes. i. ad viuū̄ effectos, sicut apud Iuuenalem. Si quis Aristotelem similem, vel

Anapestici.

OCTAVIA. CHORVS.

PArcite lachrymis vrbis festo
Lætoq́ die: ne tantus amor
Nostriq́ fauor: principis acres
Suscitet iras: vobisq́ ego sim
Causa malorum. non hoc primum
Pectora vulnus mea senserunt.
Grauiora tuli: dabit hic nostris
Finem curis vel morte dies.
Non ego sæui cernere cogor
Coniugis ora: non inuisos
Intrare mihi Thalamos famulæ.
Soror Augusti: non vxor ero:
Absint tantum tristes poenę:
Lętiq́ metus: socerum diri
Miseranda viri: potes hæc demens
Sperare memor: hos ad thalamos
Seruata diu: victima tandem
Funesta cades: sed quid patrios
Sæpe penates respicis vdis
Confusa genis: propera tectis
Efferre gradus: linque cruentam
Principis aulam. Cho. En illuxit
Suspecta diu fama toties
Iactata dies: cessit thalamis
Claudia diri pulsa Neronis.
Quos iam victrix Poppea tenet:
Cessat pietas dum nostra graui
Compressa metu: segnisq́ dolor.
Vbi Romani vis est populi:
Fregit claros quæ sæpe duces?
Dedit inuictæ leges patriæ:
Fasces dignis ciuibus olim:
Iussit bellum pacemq́: feras
Gentes domuit: captos reges
Carcere clausit? grauis en oculis

Vndiq; nostris iam Poppeę
Fulget imago iuncta Neroni.
Affigat humo violenta manus
Similes nimium vultus dominæ:
Ipsamq; toris detrahat altis.
Petat infelix mox & flammis
Telisq; feris principis aulam.

Pyctacon emit: & detrahat ipsam altis toris: & ipsa manus infelix, q talia illi facere expediat, licet non fecerit, petat. i. inuadat mox aulam principis. s. Neronis, & flammis, & telis feris. i. ferociter iniectis.

BERNA.

PArcite. Inducitur Chorus & Octauia repudiata quę alloquitur populum ne velit ruere in arma, aut dolere pp repudium eius: cum iam sit dies illa celebranda ob metum principis qui Poppeam ducebat. Primum vulnus. primum malum: nam sum assueta malis. Coniugis scilicet Poppeę. Augusti. Nerōis. Absint. si non ero vxor: soror tamen ero Cæsaris: dū me permittat viuere. Demens. ad seipsam vertit sermonem: credis q dimittet te viuere quasi dicat non: ille expectauit hunc diem solēnem ad interficiēdum te. Cades. morieris. Sed quid. dum cederet totiens vertebat oculos ad domum patris Claudij in qua nata fuerat. Vdis. humidis propter lachrymas. Effere. discendere cito. En illuxit. Chorus videns Octauiam discedentem queritur euenisse quod iam diu dictum fuerat Neronem ducturum Poppeam vxorem, seipsum increpans q eum tyrannum patiatur. Dum. hoc est factū q sumus ignaui ad vindicandum. Vbi vis. vbi est illa fortituto Romanorū, quæ solebat expugnare reges & libera regere patriam. Fasces. magistratus qui dabantur a populo in comitijs. Imago. vbiq; fiunt statuę Poppeæ imperatricis: vt moris erat. Grauis. molesta. Violēta manus. s. nostra deberet prosternere imagines eius & Neronis. Dominæ. Poppeæ. Detrahat. scilicet manus nostra, & petat. Infelix. ferens infelicitatem principi.

DANI.

¶ Parcite. Carmen scribitur metro Pindarico trimetro Brachicatalectico. quod recipit aliquando in loco impari pyrrhichium pro iambo. Repudiauit Octauiam Nero corripientibus amicis & improbante diuortium populo nec parcente conuicijs: vt scribit Tranquil. nunc intrāt Octauia & Chorus Romanus nouas nuptias deplorantes. Cæterum dissimulata tristitia hortatur ad nuptiarum plausum, ipsum Chorum Octauia. Parcite lachrymis. supersedete iam lachrymis hoc nuptiali die: ne indignetur princeps nostro gemitu & vestra i me commiseratione: malis nāq; domesticis grauioribusq; occallui. Vel. saltem. Non ego sæuæ. instar mihi est muneris quod absum his nuptijs. Famulæ. ex fœmineo liuore & acri felle famulam vocat imperatorē. Socerū. apostrophe ad Poppeam. o miseranda memor socerorum viri iam tui, & intelligit Claudium patrem suum, potes ne tibi suadere repudiū meum: connubium tuum frustra speras, quę veluti victima seruata ad hanc vsq; diem occumbes. Sed quid patrios. nunc ad seipsam cōuertit antipophorā. Dies iactata & pręuulgata totiēs rumore. Claudia. Octauia filia Claudij ex valeria Messalina barbati Messalæ filia. Duces. & domesticos, & peregrinos. Dedit leges. quas condidimus communi cōsilio. Est enim lex generale iussum populi, aut plebis rogante magistratu: vt finit Capito iuris peritissimus. Fasces. pro honoribus quos conferebat populus in comitijs. Vergilius. Non illum populi fasces non purpura regum flexit: & flectitur dūtaxat dictio in numero multitudinis: quoniam duodecim consules antecedebant: alios, sex tantum vt Dionysius & Ruffus cū Liuio indicant. Grauis. nos contemnens.

Lex.
Fasces.

Actus Quartus.
Trimetri Iambici.
NVTRIX. POPPEA.



Vo trepida gressum coniugis thalamis tui
Effers alumna? quod ve secretum petis
Turbata vultu? cur genæ fletu madent?
Certe petitus precibus: & votis dies
Nostris refulsit. Cæsari iuncta es tuo
Tæda iugali: quem tuus cepit decor:
Et culpa Senecæ: tradidit vinctum tibi
Genitrix amoris maximum numen Venus.
O qualis altos: q̄ta pressisti toros

ASCENSIVS.



Vod trepida &c. Nutrix (cuius persona fere in omnibus tragœdijs introducitur cum principibus fœminis, quas aluerit colloqui. vt quæ secretorum maxime conscia) mirata Poppeā attonitā exilire dicit. O Alūna. i. quā alui domina, quo tu trepida, effers gressum. i. egrederis, thalamis coniugis tui. s. Neronis: ve pro vel, quod secretum. i. arcanum penetrale, petis. i. quæris, turbata vultu. i. habens vultum turbatum? cur genæ. i. sinus oculorum tuorū madēt fletu? Certe dies petitus p̄cibus, & votis nostris refulsit: tu iuncta es teda iugali. i. matrimonio, Cæsari tuo. i. tui amantissimo, quem. s. Cæsarem, hoc est Neronem, decor. i. speciositas tua, & cl'pa Senecę, scilicet ipsum nimis rigide repræhendentis: nam proterui, quo magis dehortantur a re aliqua, eo ardentius eam faciunt: cepit. i. quod dicit captiuauit. & quem Venus genitrix amoris. i. Cupidinis appositorie maximum numen. i. maximę potentiæ dea: tradidit tibi vinctū. O qualis sup. & quāta. i. q̄ formosa & procera, tu residēs. s. ad discumbendum, in aula, scilicet imperatoris, p̄ssisti toros. s. discubitorios: altos? senatus attonitus. i. stupefactus p̄ admiratiōe

cum.i.quando,dares vt summa sacerdos effecta,superis thura,& spargeres aras sacras, mero grato.i.dijs accepto: Velata.i.habēs velatum,caput summum.i.verticē capitis,flāmeo.i.nuptiali capitio,tenui,id ē pellucido:& ipse princeps Nero,iunctus atq; hęrens lateri tuo, incessit sublimis inter omina.i. futuri euentus indicia, laeta.i. prospera, ciuium.i.q̄ ciues concipiebant de vobis,gerens.i.prae se ferens,habitu atq; ore.i.vultu,supbo.i. iactabundo,laetitiam.i.animi. Peleus rex Thessaliae pater Achillis,talis.i.laetus & vultuosus, accepit Thetim cōiugē,emersam.i.egressam freto.i.mari,spumāte:ē eīm dea marina, quorum toros.i.nuptias,ferunt.s. poetę & historiographi,caelestes.s.deos,celebrasse.i. q̄ dij caelestes cum celebritate interfuerint nuptijs Pelei & Thetidis,& omne numen pelagi consensu pari:repete ferūt celebrasse, toros Pelei & Thetidis. Quae causa subita.i.subito orta, mutauit vultus tuos? doce quid iste.s. tuus, pallor sup.ferat.i.noui afferat,& quid lachrymae,ferant.i.afferant & prętendant noui. Po. O Nutrix:ego confusa metu tristi, & visu.i. visione noctis proximae.i.proxima nocte reuelatae,feror mente turbata.i.habens mētem turbatam, & defecta.i. destituta sensu. Nam postq̄ dies laeta,cessit sideribus atris.i.nocturnis:& polus cessit nocti.i.tenebris nocturnis ego iūcta inter complex⁹ Neronis mei.s.mariti:resoluor somno, nec licuit frui diu quiete placida:nam turba moesta visa est celebrare id est frequentare thalamos meos, & matres latinae.i.latiales:flebiles,comis resolutis, id ē passis,dabant saepe planctus flebiles.i. moestos,inter terribilem sonum tubarum.s.bellicarum. Et genitrix coniugis.i. mariti mei.s. Agrippina,sparsa cruore,scilicet tuo in cęde quatiebat facem ens sup.saeua vultu minaci, quam scilicet genitricem mariti,dum ego coacta metu p̄senti.i. qui tunc aderat, sequor: tellus diducta.i.in diuersa ducta & fissa subito hiatu ingenti,patuit mihi lata:quo.s.hiatu ego praeceps.i. inclinato capite deorsum videns:cerno pariter & miror propter exitum: toros meos,iugales.i.coniugales & matrimoniales,in quis.i.quib⁹ toris,resedi.i. visa sum mihi residere,fessa,& fessa.s.prę agitatiōe animi,aut apparens mihi fessa, intuor.i. aspicio coniugem quondam meum.s.Crispinum:& natum.i.filium ei cognominē:venientē.s.ad me,turba.i. multitudine sonora, comitante sup.qui pperat petere cōplexus meos & festinus libare.i.molliter offerre, oscula intermissa.s.iam diu:(sunt qui legāt Pristinus: quod quia metrum non recipit Aegidius Maserius homo impense doctus censet legendum Crispinus:quod facerem si prius diceret coniugem quondam meum Crispinum:nūc autem cum dicat,properat petere complexus meos:meli⁹ quadrat festin⁹) Nero irrupit, tūc id est tunc trepidus intra tecta mea, & condidit ensem saeuum,iugulo,scilicet mariti prioris. Timor magnus excussit tandem quietem scilicet mihi,tremor horridus quatit ora & artus nostros.& pulsat pectus:timor continuit vocem, quam fides & pietas tua produxit

Residens in aula.vidit attonitus tuam
Formam senatus:thura cum superis dares:
Sacrasq; grato spargeres aras mero:
Velata summum flammeo tenui caput.
Et ipse lateri iunctus atq; hærens tuo
Sublimis inter ciuium læta omina
Incessit:habitu atq; ore lætitiam gerens
Princeps superbo.talis emersam freto
Spumante Peleus cōiugem accepit Thetim.
Quorum thoros celebrasse cælestes ferunt:
Pelagiq; numen omne consensu pari.
Quæ subita vultus causa mutauit tuos?
Quid pallor iste:q̄d ferāt lachrymæ doce. Po.
Confusa tristi proximæ noctis metu:
Visuq; Nutrix:mente turbata feror.
Defecta sensu:læta nam postq̄ dies
Sideribus atris cessit:& nocti polus
Inter Neronis iuncta complexus mei
Somno resoluor:nec diu placida frui
Quiete licuit:visa nam thalamos meos
Celebrare turba est mœsta resolutis comis:
Matres latinę flebiles planctus dabant:
Inter tubarum sæpe terribilem sonum.
Sparsa cruore coniugis genitrix mei
Vultu minaci sæua quatiebat facem.
Quam dum sequor coacta præsenti metu:
Diducta subito patuit ingenti mihi
Tellus hiatu lata:quo præceps thoros
Cerno iugales pariter:& miror meos:
In quis resedi fessa:venientem intuor
Comitante turba coniugem quondam meum
Natumq;:properat petere complexus meos:
Festinus intermissa libare oscula:
Irrupit intra tecta tum trepidus mea:
Ensemq; iugulo condidit sæuum Nero.
Tandem quietem magnus excussit timor.
Quatit ora:& artus horridus nostros tremor

Pulsatq pectus:continet vocem timor.
Quam nunc fides pietasq produxit tua.
Heu quid minātur inferum manes mihi?
Aut quem cruorem coniugis vidi mei? Nu.
Quæcunq mentis agitat infestus vigor:
Ea per quietem sacer:& arcanus refert
Veloxq sensus:coniugem:thalamos:rogos:
Vidisse te miraris:amplexu noui
Hærens mariti.sed mouent læto die
Pulsata palmis pectora:& fusæ comæ:
Octauię dissidia planxerunt sacros
Inter penates fratris & patrium larem.
Fax illa quam sequuta es Augustę manu
Prælata clarum nomen inuidia tibi
Partum ominatur.inferum sedes:thoros
Stabiles futuros spondet ęternę domus.
Iugulo q ensem condidit princeps tuus:
Bella haud mouebit:pace sed ferrum teget.
Recollige animum: recipe lætitiam precor.
Timore pulso redde te thalamis tuis. Po.
Delubra & aras petere constitui sacras
Cæsis litare victimis numen deum.
Vt expientur noctis:& somni minæ
Terrorq in hostes redeat attonitus meos
Et vota pro me suscipe & precibus piis:
Superos adora:manet vt præsens metus.

nunc.Heu quid manes inferum pro inferorum minantur mihi? aut quem cruorem cōiugis mei.s.prioris Crispini vidi? Nu.Quæcunq infestus vigor mētis agitat scilicet vigilando:ea sensus sacer & arcanus & velox, id est vis phantastica quæ nobis dormientibus laborat,refert.i.reducit ad phantasiam: per quietē. Tu hærens in amplexu noui mariti miraris te vidisse coniugem:scilicet Crispinum,thalamos,rogos? sed pectora pulsata palmis scilicet a fauentibus Octauię:& comæ fusæ.i.passæ,die læto,scilicet tibi.i.nuptiarum tuarum:mouent te scilicet ad talia somnianda:quia planxerunt dissidia Octauiæ inter sacros penates fratris scilicet Neronis:quem caute non vocat amplius maritū Octauiæ:& larem patrium id est patris eius Claudij:Fax illa prælata scilicet tibi: manu Augustæ id est imperatricis Agrippię:quā secuta es:ominatur tibi nomen clarum:partū id est acquisitum iri inuidia. Sedes inferū pro inferorum quam vidisti:spōdet tibi thoros æternæ domus futuros tibi stabiles: Quia princeps tuus scilicet Nero:condidit ensē iugulo.s.mariti prioris:significat sup.q ipse, haud mouebit bella:sed teget ferrū pace. Recollige igitur animum precor:recipe lætitiā: redde te thalamis tuis timore pulso. Pop.Ego constitui petere delubra & aras sacras & litare id est placare numen deum id est deorum:victimis cæsis:vt minæ noctis:& somni,id est somni nocturni:expientur id est ad pium exitum ducātur:& terror attonitus redeat in hostes meos. O Nutrix & id est simul suscipe pro me vota:& adora superos piis precibus:vt metus præsens manet id est paulatim defluat a pectore meo:a mano nas:non a maneo.

QVo trepida. Hic est quart⁹ actus in quo tractat̄ met⁹ Poppeæ q̄ exiēs turbata rogat̄ a Nutrice q̄d mali habeat:illa rn̄det nocte somniasse dū eēt in cōplexu Neronis: vidisse mulieres Romanas flētes circa se:& Agrippinā ferētē faces. Quo.ad quē locum. Effers.disce dis., Petitus.optat⁹:vn̄ non est cā tristitiæ. BERNA.

Decor.pulchritudo tua fecit vt acciperet te in vxorem. Senecæ.dissuadebat hoc matrimoniū:sed Venus coegit imperatorē victū amore. O qualis.q̄ felix cum iuisti in thalamos Neronis. Pressisti.calcasti. Attonit⁹.ppter pulchritudinē cū sacra faceres. Flāmeo.velo de quo scribit̄ apud Plutarchū in problemate. Ipse princeps.Nero. Superbo.magnifico. Peleus.pater Achillis cum duxit Thetidem deam maris vxorē talis erat.eius epithalamion scribitur a Catullo Veronensi. Emersam.ab vndis venientem. Cælestes.dei & parcæ. Mutauit.vt sis tristis. Confusa.Poppea docet causam tristitiæ. Genitrix coniugis.Agrippina. Coacta.nam Agrippina coegit me vt eam sequerer. Quam.Agrippinam. Diducta.aperta. Quo.hiatu. In quis.in q̄bus toris resedi.i.quieui. Coniugem quondam meum.Ruffum Crispinum maritum meum & filium eiusdem nominis quem Nero vt scribit Suetonius impuberem adhuc,quia ferebatur ducatus & imperia ludere,mergēdum in mari:dum piscaretur seruis ipsius demandauit. Pristinus.prior ille veniebat ad oscula mea iam intermissa aliquo tempore & Nero interfecit eum. Iugulo.gutture eius. Quatit.cœpi tremere. Continet sic Vergilius:& vox faucibus hæsit. Produxit.foras duxit:nam pro te hæc locuta sum. Coniugis: viri scilicet Crispini. Quæcunq.Nutrix volens Poppeam consolari rationem somnij sui reddit:dicens ea quę vidētur & agūtur in die,nocte hominibus repręsentari:vt inquit Claudianus:Omnia quæ sensu voluūtur vota diurno:tempore nocturno reddit amica quies:Venatur cum fessa toro sua membra reponit:Mēs tamen ad syluas & sua lustra redit.Ita tibi accidit quando accepisti Neronem hodie recordata es antiqui mariti:& si visę sunt Romanæ flere id malum est pro Octauia repudiata. Sacer.quia immortalis & diuinus est animus. Crispinus:

Velox:vt inquit Cicero in tusculanis nulla vis est quæ cum celeritate animi possit comparari. Pulsata.nam plorantes mulieres percutiebant pectus:& crines spargebāt:hoc erat propter dissidia,id est repudia Octa

Lædæ & Danaes fuæ si tibi semel complexum dederit? Iuppiter in aurum demutatus in gremium Danaes p impluuiū stillauit: vt ait Terentius, & compressit genuitq; ex eo compressu Perseū. eam postea arcula delatā in Italiam duxit Pilumnus: qui inuenit pilas, aliter Sterquilinius a stercoratione camporum. Sparte. glorietur licet Sparte pulchritudine Helenes quam rapuit Alexander cum Aenea comite: vt scribit Septimius: p Hellespontum vecta classe. Sparte subiecta Taygeto mōti. Spartanos græcorum frugalissimos tradit Thucydides. Qui vultus Troiano imperio exitio fuere. Danae.

Trimeri Iambici.

NVNTIVS. CHORVS.



Vicunq; tectis miles exultat ducis
Defendat aulam cui furor populi imminet.
Trepidi cohortes ecce præfecti trahunt
Præsidia ad vrbis victa nec cedit metu
Cōcepta rabies temere: sed vires capit. Cho.
Quis iste mentes agitat attonitas furor? Nū.
Octauiæ furore percussa agmina:
Et efferata per nefas ingens ruunt. Chor.
Quid ausa facere: quoue consilio doce. Nunt.
Reddere penates Claudiæ Diui parant:
Torosq; fratris: debitam partē imperi. Chor.
Quos iam tenet Poppea concordi fide? Nun.
Hic vrit animos pertinax nimium furor:
Et in furorem temere præcipites agit.
Quæcunq; claro marmore effigies stetit
Aut ære fulgens ora Poppeæ gerens:
Afflicta vulgi manibus: & sæuo iacet
Euersa ferro. mēbra per partes trahunt
Diducta laqueis: obruunt turpi diu
Calcata cœno: verba conueniunt feris
Immixta factis: quæ timor recipit meus.

ASCEN.



Vicunq; tectis. Nuntius vocat p̄sidium ad defensionem aulæ contra impetū popl'i Romani furētis ob repudium Octauiæ. Ordo est. Quicunq; miles exultat. i. imodice gaudet, tectis id est contubernio: ducis. i. im. patoris Nerōis: defēdat. s. cōtra po. Ro. aulā sup. ei⁹: cui. i. i quā diruēdā, furor ppl'i iminet. Ecce p̄fecti. s. vrbis, trepidi. i. festini: trahūt cohortes ad p̄sidia. s. defēsionē vrbis: nec rabies. s. populi: concepta temere. i. inconsiderate: cedit victa metu (sic potius construam: q̄ ad p̄sidia victa) sed capit vires. i. augetur. Chor. Quis iste furor agitat mētes attonitas? Nū. Agmina pcussa et efferata, furore Octauiæ. i. concepto ob iniuriam factam Octauiæ: ruunt per nefas ingens. Cho. Doce quid sup. agmina: ausa, supple sunt facere & quo consilio. Nunt. Ipsa parant reddere Claudiæ. i. Octauiæ filię Claudij: penates diui. s. Claudij, & toros. i. matrimonium fratris. s. adoptiti ij Neronis sup. & partē imperi p impij, debitā Octauię iure paterno. Cho. Parant reddere Octauię eos toros: quos Poppea tenet id est possidet iā fide concordi? Nun. Hic furor. s. ob nouas nuptias, vrit aios. s. populi, pertinax nimiū. Et agit. i. impellit Romanos, p̄cipites temere in furorem. Quęcūq; effigies . i. statua Poppeæ: stetit. s. erecta, marmore claro. i. nobili: aut ara fulgens gerens ora aut æra Poppeæ. i. simulacrum eius: male Ber. Poppea adiectiue legit, contra rationē metri. iacet. s. nunc afflicta. i. contrita manibus populi: & euersa ferro sęuo. Populi trahunt mēbra scilicet simulacrorum: laqueis diducta p partes: & obruunt supple ea: calcata scilicet pedibus diu, cœno id est luto turpi: & verba scilicet execratoria, conueniunt, id est quadrant, immixta factis id est quæ dicunt imprecando omnia mala in caput Neronis, & Poppeæ diruendo imagines eius: quæ. s. dicta & verba minacia timor meus recipit vt vera.

BERNA.

Qvicunq. Veniens Nuntius ad Neronem vt nuntiaret tumultum populi factum esse propter Octauiam repudiatam interrogatur a Choro quid mali apportet: & quæ causa. Quicunq. alloquitur præsidia vt defendant aulam: cum populus velit illam comburere. Trepidi. festini. Victa. furore populi. Rabies. iracundia populi in Neronem concepta non vincitur ab istis cohortibus. Agmina. multitudo populi furens propter Octauiam repudiatam ruit per nefas scilicet vt perdat imperatorem. Ausa. scilicet illa agmina. Toros fratris. matrimonium Neronis: & domum diui scilicet Claudij. Claudiæ. id est ipsi Octauiæ. Debitam. quia filia erat imperatoris. Quos. quomodo restituet: quando illi Poppea est nupta. Pertinax. perseuerans: hæc est causa qua populus indignatus est. Vrit. incendit q̄ Poppea tenet toros Octauiæ. Furor. indignatio. Quęcunq. populus omnes imagines & statuas Poppeæ siue ex marmore, siue ex ære disiecit. Ora Poppęa. imaginem Poppeæ: ibi adiectiuum est Poppęa. Membra. scilicet statuarum Poppeæ. Laqueis, id est funibus trahunt in contemptum eius: seu obruūt, id est sepeliunt cœno. Verba. rursus habent verba conuiciosa: quēadmodum habent facta crudelia. Quę. s. verba credo propter timorem illorum quę vidi: nam comburent etiam domum imperatoris.

DANI.

¶Quicunq. Seditiosi populi impetus ob repudium Octauiæ: & Neronis in populū indignatio in hoc Choro suscitatur. Metrum est archilochium, trimetrum, acatalecticum. Nuntius & Chorus colloquuntur. Furor populi. furit populus & parat se ad necem Neronis. Iste. cum contemptu: & stomacho. Attonitus. qui facit attonitum: vt pallida mors & tristis senectus. Diui. Claudij penates. Tenet. occupat: intercipit. Verba. conueniunt. Feris. imprecantur & maledicunt Poppeæ raptantes eius statuam.

Sepire flammis principis sedem parant,
Populi nisi irę coniugem reddat nouam:
Reddat penates Claudiæ victus suos.
Vt noscat ipse ciuium motus: mea
Voce haud morabor iussa præfecti exequi.

ANAPESTICI .CHO.

Quid fera frustra bella mouetis?
Inuicta gerit tela cupido:
Flammis vestros obruet ignes.
Quis extinxit fulmina sæpe:
Captumque Iouem cælo traxit:
Læsi tristes dabitis pœnas
Sanguine vestro. non est patiens
Feruidus iræ facilisque regi.
Ille ferocem iussit Achillem
Pulsare lyram, fregit Danaos:
Fregit Atriden: regna euertit
Priami: claras diruit vrbes.
Et nunc animus quid ferat horret
Vis immitis violenta dei.

ASCEN. ¶ Sepire &c. Ostendit cur credat quæ dixerat: qa populi parant sepire. i. circundare flāmis, sedem. i. mātionē & domum principis (Daniel dicit improprie positum nomen ædem pro domo principis: sed nisi Pyrrhichium quarto loco recipiat: non ædem sed sedem legat.) nisi. s. princeps reddat irę. i. furori populi trucidandam, coniugem nouam. s. Poppeam: & nisi victus reddat Claudiæ: s. Octauiæ: penates suos id est domum Augustam: vt ipse. s. Nero, noscat motus ciuium: ego haud morabor exequi iussa p̄fecti scilicet vrbis: voce mea. i. denuntiatione: & hoc dicto fugit ad Neronem. Chorus autem restans dicit metro anapæstico. O populi: quid mouetis frustra bella fera scilicet ad dirimendos amores Neronis & Poppeæ? Cupido deus amorum: gerit tela inuicta & obruet ignes vestros. s. quos in aulam ingeritis flammis. s. amorum, hoc est maior erit vis amoris Neronis in Poppeam: q̄ minarum vestrarum in eum: quia nihilominus eam retentabit & Octauiam trucidādam curabit. Progreditur autē Chorus ad exaggerandā vim amoris dicēs: quis. s. flammis, cupido extinxit sæpe fulmina. i. vicit tela Iouis: & traxit Iouem captum cælo: vt in complexum Lędę. Semeles: Danaes &c. Vos dabitis. i. luetis sanguine vestro pœnas tristes lęsi. s. amoris quia ipse feruidus non est patiens irę. i. impatienter agit iratus: & non est facilis regi. Ille. s. amor: iussit Achillem ferocem pulsare lyrā. s. qua Briseida cantauit. Ille fregit Danaos. i. græcos: fregit Atridē. i. Agamemnonem ducem eorum: moris aūt est ducem a vulgo segregare: fregit autē, quia Achilles coegit, & exercitum & imperatorem restituere sibi amicam, aut fregit: quia amore Helenes tot mala passos: & euertit clara regna Priami, ob raptam Helenen. diruit vrbes claras: vt Ilion & circumiacentes. Et animus horret nunc. s. meminisse: quid violenta vis dei. s. Cupidinis immitis ferat. i. moliat͛ aut afferat noui: qđ in sequenti scena patebit.

BERNA. ¶ Quid fera. Chorus populum arguit: monstrans Neronem captum amore, nunq̄ relicturum Poppeam. Obruet. extinguet: nam maiora sepius fecit. Læsi. offensi vos a Nerone vel passiue læsi Neronis. Feruidus. scilicet cupido non est patiēs vt vincatur: quod probat per maximos viros ab illo superatos, quorum historiam supra legimus. Animus horret. timet quid apportet cupido: timeo ne faciat Neronem sæuire. Immitis dei. cupidinis.

DANI. Aedem. dixit improprie de domo imperatoria. Inuicta gerit. insuperabilis est amor: nec quempiam didicit formidare ne ipsum quidem Iouem. ideo frustra in amorem nitimur. Et nūc. horresco referens.

ASCEN. O Lęta. Cōqueritꝛ Nero nō satis acceleratā eē pp͞li oppressionē ne dicā repͥssionē dicēs. O lęta nimiū manus militis nostri: & in ira mea patiens: post tantum nefas? q͛ id est eo q͛, cruor ciuilis. i. ciuium, non extinguit faces accēsas in nos: nec Roma funerea. i. funerib⁹ opleta, madet. i. madefit adhuc, cæde populi: quæ. s. Roma, tulit viros tales. i. tam seditiosos & rebelles in principem. Sed iam parum est, admissa. s. peccata populi: puniri. i. si puniantur: morte. s. vulgari: impiū scel⁹ plebis meruit grauiora. s. q̄ mortem. Et illa coniunx & soror semper suspecta mihi, cui furor ciuium subicit me: quia vult me cogere vt recipiam eam: reddat tandem spiritum dolori meo: & extinguat iram nostram sanguine suo: & tecta vrbis scilicet Romę: concidant mox id est paulopost, flammis meis (quod effecit αλωσιμ, id est expugnationē

ACTVS. V.
Trimetri Iambici.
NERO.



Lenta nimiū militis nostri manus:
Et ira patiens post nefas tantum mea:
Quod non cruor ciuilis accēsas faces
Extinguit in nos: cæde nec populi madet
Funerea Roma: quæ viros tales tulit,

Admiſſa ſed iam morte puniri parum eſt
Grauiora meruit impium plębis ſcelus:
Et illa cui me ciuium ſubicit furor
Suſpecta coniunx:& ſoror ſemper mihi:
Tandęm dolori ſpiritum reddat meo:
Iramq̨ noſtram ſanguine extinguat ſuo:
Mox tecta flammis concidant vrbis meis
Ignes:ruinę noxium populum premant:
Turpiſq̨ egeſtas:ſæua cum luctu fames.
Exultat ingens ſæculi noſtri bonis
Corrupta turba:nec capit clęmentiam
Ingrata noſtram:ferre nec pacē poteſt:
Sed inquieta rapitur:hinc audacia:
Hinc temeritate fertur in præceps ſua.
Malis domanda eſt:& graui ſemper iugo
Premenda:ne quid ſimile tentare audeat
Contraq̨ ſanctos coniugis vultus meę
Attollere oculos.fracta p er pœnas metu:
Parere diſcet principis nutu ſui.
Sed adeſſe cerno rara quem pietas virum
Fideſq̨ caſtris nota præpoſuit meis.

vrbis interea cantans. Ignes, ruinę .ſ. ruētes ædes:& turpis egeſtas:& ſęua fames cum luctu, premant populum ſcilicet Romanum noxium ſcilicet in me. Turba ingens, id eſt nimis numeroſa, corrupta bonis noſtri ſæculi, id eſt quæ euenerūt felicitate mea in hoc æuo, exultat id eſt petulans eſt:nec, ingrata, capit id eſt decenter accipit:clementiam noſtram. Iocundum eſt audire Neronem iactare clementiam ſuam:cum eo nihil fuerit inclementius. nec poteſt ferre.i.pati modeſte pacē(Iuuenalis ſaty.vj. Nunc patimur longæ pacis mala:ſæuior armis luxuria incubuit)ſed rapitur inquieta,& fertur i præceps hinc id eſt ex vna parte, audacia ſua:hinc .i. ex alia, temeritate ſua. Turba inquam Ro. domanda eſt malis ſcilicet pœnarum, vt labore & egeſtate:& premenda ſemp iugo graui, ne audeat ſcilicet iterum, tentare quid ſimile:& attollere oculos contra ſanctos vultus coniugis meę.ſ. Poppeę. Ipſa fracta metu p pœnas ſcilicet pri⁹ irrogatas:diſcet parere nutu id eſt nutui(antiqua:vt paulo ante dixi declinatione)principis ſui. Sed ego cerno virum.ſ. Byrum pręfectum militū quem pietas rara id eſt ſingularis & quæ raro conſpicitur tanta,& fides id eſt fidelitas nota id ē perſpecta mihi, præpoſuit caſtris meis, adeſſe id eſt aduenire.

O Lenta. Hic eſt quintus actus. Nero audito nuntio mandauerat pręfectis palatij illos ciues qui ſeditionem mouerant perdere:nunc conqueritur illorum tarditatem.& dum ſic æſtuaret veniens præfectus militum nuntiauit principes illorum ciuium occiſos eſſe:quod tn̄ nō ſatis fuit Nerōi q cupiebat oēs pdere. Lęta. ad vindictam. Cruor. ſanguis ciuiū ſparſus deberet extinguere illas faces quas portabant ad vrendum domum meam. In nos. contra me. Funerea. plena funeribus. Admiſſa. facta ſcelera:non ſatis eſt vlciſci illos morte qui grauiora merentur. Et illa. Octauia propter quam mouentur iſti tumultus etiam moriatur. Cui Octauię ſum ſubiectus propter timorem ciuium. Suſpecta. quæ nunq̄ me amauit. Exultat. laſciuit propter felicitatem & ocium ſub regno meo. Corrupta. ſcelerata. Ingrata. quæ non recipit beneficium meum. Inquieta. quę neſcit habere quietem. Domanda. cum non cognoſcant bona ſunt affligēdi diuerſis malis:& dura ſeruitute tenēdi. Sanctos vultus. ſcilicet Poppeæ ne audeant nedum facere quidq̄:ſed nec tollere oculos in illam. Nutu. nedum mandato ſed nutu faciam intelligent me. Sed adeſſe. dicebat hæc Nero ſecum æſtuans, cum videt præfectū venientem. vnde dat locum ſequenti ſcenæ. Rara pietas. magnus amor in me:& illius fides. BERNA.

¶ Cruor ciuilis. Q̨ nulla facta eſt occidio irruentium in me ciuium: quos tulit infelix Roma. Et iſta. Octauiam interemit Nero ſubornato Anicero pædagogo qui dolo ſtupratam a ſe fateretur. mox non pepercit mœnibus patriæ quam conflagrantem e turre Mœcenatica proſpexit:lætuſq̨ flammę ἁλωσιμ illi decantauit, ſæuitum eſt autem ea clade per ſex dies ſeptemq̨ noctes. Tranquillus & Aegeſippus auctores. DANI. Octauię cædes.

Trimetri Iambici.

PRABFECTVS. NERO.

P Opuli furorem cæde paucorum:diu
Qui reſtiterunt temere compreſſum
affero.
Ne. Et hoc ſatis eſt?ſic miles audiſti ducem?
Compeſcis?hæc vindicta debetur mihi?Præ.
Cecidere motus impio ferro duces. Ne.
Quid illa turba petere quæ flammis meos

P Opuli &c. Dicit Præfectus ab oppreſſione tumultus reuerſus. Ego affero id eſt annuncio Neroni: furorem populi compreſſum cæde paucorum qui reſtiterunt diu temere. (Nouum eſt in quarto loco videre ſpondeum in iambicis aut temere vltima breui. Quocirca ſi auſus fuiſſem aliud repoſuiſſem vt valde, triſte &c.)Ne. Et hoc ſcilicet compreſſiſſe duntaxat furorem:eſt, ſupple tibi viſum ſat, id eſt ſatis o miles audiſti ſic ducem, id ē executus es mandatum imperatoris? Compeſcis? quaſi dicat vbi deberes omnes delere ſatis videtur compeſcere? debetur hæc ſcilicet tam lenis vindicta mihi? quaſi dicat homini ſæuiſſimo. aut citra interrogationem, ASCEN.

Ausa est penates: principi legem dare:
Abstrahere nostris coniugem charam toris:
Violare (quantum licuit) incesta manu
Et voce dira: debita poena vacat? Præ.
Poenam dolor constituet in ciues tuos? Ne.
Constituet: aetas nulla quam famę eximat. Pr.
Qua téperet non ira: non noster tumor? Ne.
Iram expiabit: prima quæ meruit meam? Prę.
Quã poscat ede: nostra ne peccet manus. N.
Cædem sororis poscit: & dirum caput. Prę.
Horrore victum trepidus astrinxit rigor. N.
Parere dubitas? Prę. cur meã dãnas fidé? Ne.
Q3 pcis hosti. Pr. foemina hoc nomé capit? N.
Si scelera cepit. P. est ne q sonté arguat? Ne.
Populi furor. Pr. qs regere deméces valet? N.
Quis cõcitare potuit? Pr. haud quẽq̃ reor. N.
Mulier: dedit natura cui pronum malo
Animum: ad nocédum pectus instruxit dolis:
Sed vim negauit: vt ne inexpugnabilis
Esset: sed ægras frangeret vires timor
Vel poena: quę tam sera damnatam premit
Diu nocentem. tolle cõsilium: ac preces:
Et imperata perage: deuectam rate
Procul in'remotum littus interimi iube.
Tandem vt residat pectoris nostri tumor.

quasi dicat nihil adhuc est: haec vindicta debetur mihi, id est a me exequi. Præ. Duces motus. i. commotiõis, cecedere ferro impio id est immiti. Ne. Quid sup. ais, aut quid, id est ad quid, illa turba, quę ausa est petere, id est inuadere, penates meos flãmis: dare pricipi scilicet mihi: legem. s. de ducenda vxore & non repudianda, abstrahere coniugem s. Poppeã, charam. s. mihi: toris nostris, violare, quãtum licuit, id est ei pmissum est, aut in ea fuit, sup. coniugem charam, manu incesta, & voce dira. i. imp̃catoria: vacat. i. vacua est & immunis poena debita? Præf. Constituet dolor. i. mod⁹ irę, & doloris poenã i ciues tuos. i. vis ne ciues tuos puniri, p magnitudie doloris dũ adhuc ira ferues? q. d. id cõtra boni pricipis mores fieri. Ne. Cõstituet sup. poenã quã nulla aetas. i. lõgitudo téporis eximat famae. i. de qua semper erit fama: vt reuera est: nam minatur incendium vrbis. Prę fectus continuãs dictum suum addit. Qua id est in qua poena irrogãda, non temperet. i. regat & moderetur ira: non timor noster: sed illis contrariae virtutes longanimitas & modestia. Inueni scriptum. Quia temperet nos ira, nõ noster timor: vt sit sensus: in qua poena: ira. s. nostra. i. formido ne irate modũ excedamus: temperet nos: nõ timor noster, hoc est ideo min⁹ puniam⁹ eos: nõ q timeamus eos: sed iram nostram ne immodica sit Ner. Ea sup. videlicet Octauia: expiabit, id est sedabit & euacuabit, aut vt alij legunt, explicabit. (Sed doctiss. Erasm⁹ expiabit reposuit) iram meã: q̃ primã meruit sup. eã. Præ. Ede. i. exprime edissere: quã. s. foeminam poscat scilicet ira tua primam: ne manus nostra peccet. s. puniendo aliam pro alia: (sic enim repono: cum omnes legant, parcat) Ne. Ira sup. mea poscat cędé & dirum caput sororis. s. Octauię. Pref. Rigor trepid⁹ astrinxit sup me, victum horrore, vbi audiui nomen sororis. Ex hoc loco conuincam legendum peccet, non parcat: non enim cautum voluit ne parcat nam parcere paratus est: sed ne peccet Ne. Dubitas parere. i. obedire mandato? Pr. Cur damnas fidem id est fidelitatem meam innuendo q dubitem parere? Ner. Q3. id est quia, parcis hosti. Praefe. Capit foemina hoc nomen scilicet hostis? Nero. Si foemina cepit scelera: capere, supple potest & nomé hostis. Præfe. Est ne sup. aliquis: qui arguat sontem id est culpabilem? Nero. Furor populi scilicet cuius occasio est, arguit eam sontem Præfe. Quis etiam vir valet regere dementes. Ner. Quis potuit concitare? Præfect. Haud reor quemq̃, scilicet vnum potuisse concitare totum populum. Nero. Mulier, supple potuit cui natura dedit animum pronum malo id est ad malum: & cui instruxit pectus dolis ad nocendum: sed negauit vim id est vires & robur: vt ne pro non esset iexpugnabilis: sed timor vel poena: frangeret vires aegras, id est infirmas: quę scilicet poena, premit tam sera id est tarda: damnatam, & supple nocentem diu, id est tam diu, videlicet Octauiam. posset legi sero: vt opponatur particulae diu. Tolle consilium ac preces, & perage imperata: iube deuectam rate, id est naue: procul in littus remotum interimi scilicet ibi: vt tumor id est inflatura ex ira, pectoris nostri, residat tandem. Sunt qui legant timor: quasi mulierem timere se fateatur: praesertim repudiatam: nam domestica de veneno suspecta esse possit.

BERNARDINVS.

Populi. Veniens Præfectus Neroni nunciat populum sedatum: & auctores seditionis interfectos. Affero. nuncio. Temere. inconsulte restiterunt contra tantum imperatorem. Sat est. legas interrogatiue. Audisti. obtemperasti mihi. Compescis. refrenas furorem. Vindicta non satis est mihi, quasi dicat multo maior debetur. Duces motus. auctores seditionis mortui sunt. Legem dare. vt viuerem suo modo: & haberem vxores quae placerent sibi. Poena vacat. caret: debet puniri quae tanta commisit. Dolor. interrogatiue: quasi admonens principem: q in ira non debeat punire populum. nam vt inquit Tullius qui iratus ad poenam accedit nunq̃ seruabit illam mediocritatem

quæ est inter parum & nimis. Eximat. tollat de memoria: vt semper sit fama istius vindictæ. Qua. non debemus vti poena quam iubet ira. Temperet: regat. Timor. satis est quod non timemus: omnis timor sublatus est. vnde non debes progredi ad vindictam. Prima. scilicet Octauia. Ede. dic: nam omnia exequar. Poscit. scilicet ira mea sororem, id est Octauiam. Rigor. frigus quod ex stupore & timore nascitur. Hosti. Octauiæ. Hoc nomen. scilicet hostis, quasi dicat, foemina non est reputanda hostis: cum nihil possit. Arguat. accuset illam peccasse. Furor populi. propter illam est cōcitatus populus. Haud. non puto quemquam potuisse concitare. Mulier. scilicet potuit concitare. Vim. robur: non habent vires sed audaciam: si natura dedisset ita vires quemadmodum audaciam, essent inexpugnabiles. Aegras. debiles cum natura sint timidæ. Quæ. scilicet poena. Damnatam. Octauiam. Tolle consilium. præfectus volebat dare consilium: & precari Neronē: Ille autem reijcit ipsum p̄fectū ne intercedat p Octauia. Deuectam. hoc est imperatum Neronis. Residat. cesset: nā viuente illa semper timerem.

¶ Populi. Carmen quintum trimetro iambico. exilium Octauiæ & mors agitur. Inducitur præfectus populi iram consedatam annuncians. Prefectus Neronis fuit Byrus: cui ad fauces remediū toxicum misit. scribit Tranquillus. Collocutores. præfectus & Nero. Sic miles. insultat & arguit milites qui maiorem cædem non commiserint. Audisti. ac si dicat. Non audisti me vt volebam. Sic/ dictum: cum emphasi: vt apud poetam. Sic nos in sceptra reponis: & sic sic iuuat ire sub vmbras. Cur damnas. videbatur quippe Neronis quæstio in probrum redundare fidei præfecti. Si scelera cepit: non est mihi probro vertendum si ducam hostem foeminam: quæ sit scelerata: & populum ad arma concitet: & cuius animus ab ipsa natura semp meditetur ruinam & damnum. DANI. Byrus. Sic.

Anapestici:

CHORVS. OCTAVIA.

O Funestus multis populi
Dirusque fauor: qui cum flatu
Vela secundo: ratis impleuit
Vexitque procul: languidus idem
Deserit alto: sæuoque mari
Fleuit Graccos miseranda parēs:
Perdidit ingens quos plæbis amor
Nimiusque fauor: genere illustres:
Pietate: fide: lingua claros.
Pectore fortes: legibus acres.
Te quoque leuir simili leto
Fortuna dedit: quem neque fasces
Texere sui: nec tecta domus.



Funestus. Docet fauorem populi fuisse multis perniciosum vt Graccis & Scipioni Apricano minori: & Octauiæ: in quo & historię narratione Daniel misere cęcutit: nam Tyberium putat patrem Caij, & maritum qui filius erat Cornelię, & frater Caij. vnde Iuue. in. vj. Malo venusinam q̄ te Cornelia mater Graccorum: ambo enim filij eius: licet diuersis temporibus ob legem agrariam cæsi sunt. Tyberius autē Gracc⁹ pater fatali morte obijt, cū enim aruspices indicassent si e duobus serpentibus captis marē interimeret ipsum moriturum: si foemellā Corneliam vxorem, marem, & in eo se necauit: nam paulopost mortuus est. Locum autem illum Te quoque leuis: quia male legunt, male exponunt: legendum enim est cum Vercellano meo leuir: & de Scipione Aphricano minore intelligēdum est: qui leuir fuit quodammodo vxoribus Graccorum: quia maritus Semproniæ sororis eorum: cū proprie leuir sit frater mariti. De ijs autem sic scripsit florus in Epitome libro. lix. Seditiōes a triumuiris Fuluio Flacco. C. Gracco. & Carbone, de agro diuidēdo creatis, excitatę, quibus cū. P. Scipio Aphricanus aduersaretur, fortisque ac validus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inuentus est. Suspecta fuit tāquam venenum ei dedisset Sempronia vxor, hinc maxime quod soror esset Graccorum, cum quibus simultas Aphricano fuerat: de morte tamē eius nulla quęstio acta est. Ordo est. O fauor populi funestus, & dirus, multis: qui cū impleuit vela ratis flatu. i. vento secundo. i. prospero: & vexit scilicet ratem procul a littore: idem scilicet fauor languidus deserit. s. vela & ratem sup. in mari alto & sæuo. i. vbi euexit ad summos honores viros ambitiosos deserit eos: & incipit odisse quos prouexerat. Probat exemplis. Parens id est mater, miseranda scilicet Cornelia: fleuit Graccos scilicet Tyberium &. C. filios: quos ingēs amor plebis, id est eorum in plebem, & nimius fauor scilicet plebis in eos, perdidit, illustres genere: claros pietate, fide, lingua: quia disertissimi fuerunt conferēte non nihil ad eloquentiam matre, fortes pectore: acres legibus, id est ob legum peritiam. O Leuir. s. Scipio minor: marite Sempronię sororis Graccorum: ob quod quodammodo euir es vocandus: fortuna dedit te quoque simili leto: quē neque fasces sui: quia triumphalis, nedū consularis erat vir: neque tecta domus. s. suæ texere. i. protexerunt: quia in cubiculo suo mortuus (vt iam dixi) inuentus est. ASCEN. Leuir. Scipio Aph. mior

O Funestus. Inducitur Chorus qui detestatur fauorem populi videns Octauiam duci ad mortem: illam cœperat populus adiuuare: postea dereliquit. Funestus. ferens letum: est tanquam aura cito deficiens: quod probat per exemplum Graccorum. Procul. longe in altum mare: tunc illa deserit ratē. Parens, Cornelia filia Scipiōis Aphricani maioris duos filios habuit Tyberium & Caium Graccos eloquētissimos, qui cum vellent ferre legem Agrariam in fauorem populi, interempti sunt: vt scribit Valerius maximus: & marcus Tullius. Te quoque. Cassium intelligit qui primus voluit ferre legem Agrariam. Spurius in agraria largitiōe ambitiosus i socios fuerat: nā ipso cōsule cū Proculo Virginio lex Agraria primū promulgata fuit: eo auctore ager hernicis adēptus inter latinos, plebēque diuisus ē. hac largitione suspect⁹ senatui populo BERNA. Gracci. Cassius.

q cepit eſſe, quod pernicioſas libertati opes ſtrueret: & ideo ciuib⁹ iam vilior factus vt alio munere ſibi reconciliaret ciuiũ animos, voluit iubere, pro ciculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id vero non ſecus q̃ præſentem mercedem regni aſpernata plebs eſt. Hunc vbi magiſtratu abijt, damnatum necatumq; cõſtat: ſunt qui patrem auctorem eius ſupplicij ferant: cum cognita domi cauſa illum verberaſſe, ac necaſſe: vt vult Valerius maximus in capitulo de parẽtum ſeueritate. Sed apud alios auctores comperio damnatum populi iudicio: & dirutas publice ſedes. vt vult Dionyſius Alicarnaſeus. quia dicit q ſi pater iudex fuiſſet & punitor: neq; dom⁹ diruta, neq; bõa publicata fuiſſent: qa Romanis nihil poſſeſſorum proprium viuentibus pñibus. Faſces. magiſtratus: nam conſul fuerat. Domus. quia in propria domo interfectus eſt.

¶O Funeſtus. Popularis aura vt flatilis & incerta, ita plerũq; iis pnicioſa eſt qbus aſpirat & fauet. exẽplo eſt
DANI. Octauia Claudia. quæ propter fauorẽ ppĺi a Nerone capitis condemnať. Cõplorat Chorus lugubrẽ hãc & funeream condemnationẽ in hoc vltimo carmine, qđ metro pindarico acatalectico ſcriptũ eſt. Graccos. Ty-
Gracci. berius Graccus bis conſul, bis triumphator & cenſor fuit: vir Corneliæ, in hunc conſpirant diuites ob legẽ ad
Tyberius. agros diuidẽdos authore Naſica. Saturnin⁹. eius collega fuſte caput percuſſit: Ruffus ſecũdũ fecit vuln⁹ eius
Errat Da cadauer i Tyberim p̃iectũ. C. Gracc⁹ fili⁹ eadẽ cã a populo vexat⁹ eſt: nã inſequẽte multitudine fugiens p põ-
niel. tẽ ſublicium latuit in tẽplo Dianæ: Põponius & Licinius integerrimi amici reſiſtentes multitudini trucidati ſunt
Caius. quo intellecto Polycrati ſe iugulandum tradidit: qui iugulato dño eodẽ gladio ſe peremit: Septimuleius redemit poſtea caput Gracci auro. Teq; leuis. multiplex hic ſenſus & multiiugus afferri põt: vel ad Caſſium q a Cæſone Fabio. &. L. Valerio fratre Publicolæ q̃ſtoribus dãnatus eſt pduellionis: & p petras deiectus. Erat enĩ tũc Romanis, hæc gentilitia punitio: vt tradit Alicarnaſeus: vel ad Fabiũ Cæſonis fratrem q cõſul erat. is
Fabius. collega Aemilio ad Artonã vrbem contra ęquos populos, inuiſus fuit plæbi. & propterea, imperfecto bello conſulatu defunctus eſt: vel ad Appium: quẽ propter ſuperbiam plębs Romana ſemper inſectata eſt: et qa cogebať reddere & perſol..ere debita.

ASCENSIVS.

¶Plura &c. Dolor quem concepim⁹ de aduerſitatibus Octauiæ, prohibet, id eſt impedit lachrymis referre id eſt recitare, plura exempla ſcilicet eorum, quos fauor populi perdidit. Tu poſſes, id eſt quilibet poſſit, cernere flentem & miſeram, ſup. eã, videlicet Octauiã: cui ciues voluere modo. i. pauloante, reddere aulã patriã. i. paternam: quia patris eius Claudij: & toros, id eſt thalamos & matrimonium, fratris ſcilicet Neronis, quẽ Claudius pater Octauiæ in filium adoptauerat: cernere dico trahi nunc ad pœnam & letum: qa pœnam cum ſanguine poſcunt. Paupertas contenta tecto humili, vt caſa, aut tugurio: latet bene, id eſt ad magnum bonum eius in quo eſt, Procellæ, id eſt venti aut aquæ, aut vtraq; mixta, procellentia quatiunt ſępe, aut fortuna euertit ſæpe domos altas. Octauia. O ſatellites. Quo trahitis me: ve pro vel: qđ exilium tyrannus, ſcilicet Nero, aut regina ſcilicet Poppea (omnis olim rex tyrannus dicebatur: vnde de pio Aenea. ęnei. octauo. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni) iubet id eſt imperioſe vult, ſupple me adire? Si ſcilicet ita eſt q regina, aut fortuna fracta: ſi euicta iam tot malis noſtris, remittit, id eſt remittendo offenſam concedit mihi vitam: ſi parat cumulare id eſt exaggerare, luctus noſtros: cæde mea, id eſt ſiue vult me diutius viuere, vt diutius mala ſuſtineam: ſiue vult augere dolorem populi, morte mea: cur ipſa ſæua inuidet etiam mihi mori in patria, id eſt cur necandam mittit in exilium? Sed iam nulla ſpes ſalutis eſt: ego miſeranda cerno ratem fratris ſcilicet Neronis cuius genitrix ſcilicet Agrippina, vecta eſt quondam hac, id eſt ſimiliter pernicioſa, licet non eadem carina, id eſt naui: & ego ſoror miſeranda: expulſa thalamis, vehar modo. Pietas nullum habet nunc numen, id nullã potentiã deoꝝ qui nutu quęvolunt, faciũt nec ſuperi id eſt dei cœleſtes ſunt. Erynnis, id eſt furia bellica, nã oĩa confundens triſtis ab effectu, regnat id eſt dominatur mun

Plura referre prohibet præſens
Exempla dolor: modo cui patriam
Reddere ciues aulam: & fratris
Voluere toros: nunc ad pœnam
Letumq; trahi flentem & miſeram
Cernere poſſis. bene paupertas
Humili tecto contenta latet:
Quatiunt altas ſæpe procellæ:
Aut euertit fortuna domos: Oc.
Quo me trahitis? quod ve tyrannus
Aut exilium regina iubet?
Si mihi vitam fracta remittit,
Tot iam noſtris euicta malis:
Si cæde mea cumulare parat
Luctus noſtros: inuidet etiam
Cur in patria mihi ſæua mori.
Sed iam ſpes eſt nulla ſalutis:
Fratris cerno miſeranda ratem,
Hac eſt cuius vecta carina
Quondam genitrix: nunc & thalamis
Expulſa ſoror miſeranda vehar.
Nullum pietas nunc numen habet:
Nec ſunt ſuperi: regnat mundo
Triſtis Erynnis.
Quis mea digne deflere poteſt

Mala? quæ lachrymis nostris questus
Reddet Aedon: cuius pennas
Vtinam miseræ mihi fata darent:
Fugerem luctus ablata meos
Penna volucri: procul & cœtus
Hominum tristes: cędemq; feram:
Sola in vacuo nemore: & tenui
Ramo pendens querulo possem
Gutture mœstum fundere murmur. Cho.
Regitur fatis mortale genus:
Nec sibi quicq̃ spondere potest
Firmum & stabile: per quæ casus
Voluit varios semper nobis
Metuenda dies animum firment
Exempla tuum: iam multa domus
Quæ vestra tulit. quid sæuior est
Fortuna tibi? tu mihi primum
Tot natorum memoranda parens:
Gnata Agrippæ: nurus Augusti:
Cæsaris vxor: cuius nomen
Clarum toto fulsit in orbe.

do. Quis potest flere digne, id est satis vt dignum & iustū est: mea mala? quasi dicat nullus. Quæ Aedon, id est Philomela aut Progne in Thracia rem tragicam executa (Iacobus Bononien. quia græce ἀη δὼν scribitur: diuisis syllabis Aedon non Aedon censet legendū) reddet lachrymis meis questus. i. querimonias sup. condignas: Cuius. s. Aedonis vtinam fata darent mihi miserę pennas: quia ego ablata pēna volucri, fugerem luctus meos, id est ciues qui me lugent: & pro. i. cœtus hominū tristes: & cædem quam Nero mihi inferet: ferā, quia contra omne fas & pietatem: & ego pendens sola i nemore vacuo: & ramo tenui frondentis arbusculæ: possem fundere gutture querulo vt Philomela seu Luscinia facit: murmur mœstum. i. Nęniā. Cho. Mortale genus regitur fatis. i. diuina dispositione nō ppriis: licet arbitriū quo ad interiora nō cogatur: nec potest spōdere. i. certe pmittere (nisi velit errare: & alienū munus vendicare) sibi quicq̃ firmum & stabile: per sup. eam metuēdam: quia incertā diē: q̃ metuēda dies voluit sēper nobis casus varios: aut per quæ fata: sed prior expositio placet: nec legam per q̃ voluitur vt Daniel. Exempla scilicet casuum & cladium: quæ domus vestra. id est tua & Neronis familia: tulit, id est attulit nobis, iā multa, firment, id est roborent, & quod dicunt cōfortent animum tuum: quia mala cōmunia videntur tolerabiliora. Quid, id est in quo: fortuna est sæuior tibi scilicet q̃ maioribus tuis? quasi dicat in nullo. Tu o gnata, id est filia Agrippæ scilicet Marci: hoc est Agrippina, parens tot natorum, id est liberorum: quia nouem, nurus Augusti scilicet Tyberij, vxor Cæsaris scilicet Germanici. cui° scilicet vxoris nomen clarū fulsit in toto orbe: memoranda es mihi primū. i. primo loco: aut primum exemplum calamitosorum.

¶ Præsens. De Octauia. Fratris. Neronis. Paupertas. commendat vitam humilem. Quo me. Octauia conqueritur. Regina. Popea. Fracta. mota misericordia: nam si flectuntur misericordia cur me isto modo trahunt in exilium: si non volunt parcere: cur ibi me non interficiunt. Cumulare. augere. Sęua. crudelis Popea. Sed spes. vidēs nauē paratā agnouit se omnino perituram: cum sciret naui solutili matrem Neronis etiam fuisse impositam. Quis. interrogatiue. Aedō. Philomena: vt superi° vidimus. Fata. dij vtinam darent alas vt mutarer in auē: quēadmodū ipsa: & possem aufugere tristes casus meos. Pendens. sicut auis. BERN.

Regit. cōsolatur chor° Octauiā: dicendo oīa ista a fatis venire. q̃ pbat exēplo maiorū suorū. Quid. in qua te potes dicere q fortuna tibi sit durior q̃ istis. Memoranda parens. vt scribit Suetonius: Tyberius nurum Agrippinā post mortē Germanici libertus quiddā questā manu appręhēdit gręcoq; versu si nō dñaris inquit filiola iniuriā te accipe æstimas: nec vllo mox sermone dignatus est. Quōdā vero inter cœnā porrecta a se poma gustare nō ausam, etiā vocare desijt: simulās veneni se crimine accersitā: cū prestructū vtrūq; cōsulto esset: vt & ipse tētādi grā offerret: & illa q̃ si certissimā exitiū caueret: nouissime calūniat° mō ad statuā Augusti: mō ad exercitus cōfugēre velle: Pandatariā relegauit. Cōuiciantiq; oculū p cēturionē verberibus excussit. Rurs° mori inedia destināti per vim ore diducto infulciri cibū iussit: sed & perseuerantē atq; ita assumptam criminosissime insectatus est: cū diē quoq; natalis eius inter nefastos referendū suasisset. Imputauit etiā q nō laqueo strāgulatā in gemonias abiecerit pq; tali clemētia interponi decretū passus est: quo sibi gratię agerent & capitolino Ioui donum ex auro sacraretur. Nata. filia. M. Agrippæ. Augusti. Tyberij qui adoptauit Germanicum. Cæsaris. Germanici.

¶ Genitrix. Neronis. Nullum pietas. nō est pietas: nō sunt superi: sed vbiq; furor dñatur. Aedon: rectius q̃ Lucanus: qui do cōtra naturā corripuit dicens Aedonis in forma patronymica: sicut etiā superius exemplo Theocriti demonstraui. Aedonis. populi in Thracia. Per q̃ casus voluitur varios. iuxta sententiā Seueri Boetij hunc cōtinuū ludū ludimus: summa cū infimis: infima cū summis mutare gaudemus. Quid enī aliud est vita hoīs nisi comœdia in qua nouus & ignot° amplissimo induit potētatu & erigitur in regni fastigium? nūc alius purpuratus in hostiles catenas proijcitur. in eo itaq; vita hominis: vt inquit Policratus Tragœdiæ simillima est: q oim fere tristis exitus est: sed qd facit illud nō illepidū disthichon Ioannis Salisabiensis Ridiculos hominū versat sors cæca labores. Sæcula nostra locus: ludibriūq; deis. Tot natorū. nouē enī liberos enixa est ex Germanico. tres puellas: Agrippā, Drusillā, Liuiā. tres mares. C. Cęsarē, Neronē, & Drusū. duos amisit infantes: & vnū iā puerascentē. Augusti. Tyberij patrui Germanici a se adoptati. DANI.

A S Cen. ¶ Vtero &c. Incipit memorare calamitatē eiꝰ dicens. Tu enixa toties: qa nouies: vtero graui. i. fœto aut fœcundo, pignora pacis. s. non solum inter se & maritum: sed etiam inter ciues: quibus dū deest successor legitimus principibus, pro noui electione sæpe bella gerūt: passa mox exiliū. s. in Pandatariam insulam maris Tyrrheni: verbera: qa excussionē oculi: catenas sęuas, funera. s. natorꝫ: luctus. s. eorum & sup. tandem letum, id est necem cruciata. s. priua diu. Felix: recitat secūdū exēplū infortuniorꝫ pricipū dicēs. Liuia Drusi. s. cōiunx & nurus Tyberij: felix Thalamis. i. toris Drusi: & felix natis. i. liberis ex ea susceptis: Bernardinus legit nati qd non placet: ruit in facinus ferū. s. in cædē Drusi mariti: & in pœnā suam quā propterea Tyberius exegit: vnde dicit Suetonius: duxit intenditq; sæuitiam exacerbatus indicio de morte filij sui Drusi: quē quum morbo & intemperantia perijsse existimaret: vt tandē interemptum fraude Liuiæ vxoris atq; Seiani cognouit, neq; tormētis, neq; supplicio cuiusq̄ pepercit: Iulia (Tertium exemplū). s. Germanici filia: secuta est fata matris. s. Agrippinę: aut potiꝰ Iulia Drusi filia: secuta fata matris. s. Liuię proxime dictæ (Claudius eñ Iulias duas alterā Drusi, alteram Germanici filias crimine incerto: nec defensione vlla data occidit) q̄uis nullo crimine: tamen cæsa est ferro post longa tempora: quia a Claudio iam imperante. Addit quartum exemplum. Quid genitrix tua scilicet Messalina: non potuit quondā? q. d. nihil non hoc est omne quod voluit potuit, quę rexit. i. protexit, aut potius rexit ad nutū suū, aulam principis. s. Claudij, chara marito. s. Claudio: & potens partu. s. Germanici qui & Britānicꝰ dictus: per quē domui suę imperiū stabilitū se visa erat: potentior tū fuit (vt supra dictū est) coitu: eadē subiecta famulo suo. s. cui nupserat Syllano (nisi intelligas cū Bernardino de Narcisso Libertino hoīe a quo iussu Claudij cęsa est) cecidit ense militis diri. s. Narcissi. Quid sup. dicā: nō. i. nōne, tāta parēs Nerōis s. Agrippina (Et est qntū exēplū) cui licuit sperare regnū i cęlū: qa Augusta pricipis cōiunx & futuri mr̄: Vñ iuitis dijs in cælū videbit̄ ife rēda: quocirca i cęlū stomachose, nō i cęlo dixit: nōne inquā iacuit diu quia insepulta: victima sæui nati. s. Neronis: ante. i. semel & prius violēta. i. violētata, funesta manu remigis q eā in nauē solutilē iussu Neronis iposuit: & cū i mari alto eēt nauē soluit: & lacerata mox . i. vt primū euasisse cognita ē: ferro. s. pcusso ris a filio missi. Oct. Ecce ferꝰ tyrānꝰ. s. idē Nero, mittit ad vmbras & ad manes tristes. i. ifer nales: quoq;. i. etiā me: q̄ illi & soror & cōiunx nup erā. Quid ego miserāda moror iā. s. fata mea aut iussa Neronis, frustra. i. inuanū? O vos quis. i. quibꝰ fortuna dedit ius. i. potestatē in nos: rapite sup. me ad letū. i. cędē. Testor superos: (quia superis auersa volūtas, nō perficit sermonē: sed reprimit dicens ad seipsā.) O demēs qd agis: parce. i. ne sustineas pcari: numina diuū: qs. i. qbus es inuisa (hoc tragico boatui nō Christianę veritati conuenit dictū.) Testor tartara & deas Erebi vltrices sce.

Vtero toties enixa graui:
Pignora pacis: mox exilium:
Verbera: sæuas passa catenas:
Funera: luctus: tandem letum
Cruciata diu. felix thalamis
Liuia Drusi: natisq; ferum
Ruit in facinus: pœnamq; suam.
Iulia matris fata secuta:
Post longa tamen tempora ferro
Cæsa est: q̄uis crimine nullo.
Quid non potuit quondam genitrix
Tua: quæ rexit principis aulam:
Chara marito: partuq; potens?
Eadem famulo subiecta suo
Ccidit diri militis ense.
Quid: cui licuit regnum in cœlum
Sperare: parens tanta Neronis:
Non: funesta violenta manu
Remigis ante: mox & ferro
Lacerata: diu sæui iacuit
Victima noti? Oct.
Me quoq; tristes mittit ad vmbras
Ferus & manes ecce tyrannus.
Quid iam frustra miseranda moror?
Rapite ad letum: quis ius in nos
Fortuna dedit. testor superos:
(Quid agis demens? parce precari
Quis inuisa es numina diuum)
Tartara testor: Erebiq; deas
Scelerum vltrices: & te genitor
Dignum tali morte: & pœna.
Non inuisa est mors ista mihi.
Armate ratem: date vela fretis:
Ventisq; petat puppis rector
Tandem Phariæ littora terræ. Cho.
Lenes auræ: zephyriq; leues
Tectam quondam nube æthera

Qui vexistis raptam sæuæ
Virginis aris Iphigeniam.
Hanc quoq; tristi procul a pœna
Portate precor templa ad Triuiæ.
Vrbe est nostra mitior Aulis:
Et Maurorum Barbara tellus:
Hospitis illic cæde litatur
Numen superum: ciuis gaudet
Roma cruore.

terũ: & o genitor.s. Claudi: te, dignũ tali morte.s. veneno ab vxore dato eo q; alterã vxorẽ occidendã mandauerat: & pœna tali: testor s. q; ista mors non est mihi inuisa. armate ratẽ .i. imponite illi arma nautica aut quibus vos ab insidijs pyratarũ defendatis: date freta vela & ventis: rector puppis, id est in puppi sedens: petat tandẽ littora terræ Pharię.i. Aegyptiacę ad Alexandriam vbi Pharos. insula & turris e qua faces suspensæ portũ indicant: & quo se ablegandã putabat: vt visum est Bernardino: Daniel tamẽ argutius interp̃tatur. terræ phariæ.i. vbi est Charõ Pharius Aegyptiaca lingua & inuentiõe factus magister nauis stygiæ: hoc est inferos petat. Chor. Auræ leues.i. trãquillę: & Zephyri leues.i. non graues: qui vexistis.s. ad tauricã regionẽ: Iphigeniã filiã Agamẽnonis tectã quodã nube ętherea, supposita eius loco cerua: vñ poetico more nũc aliã sequitur opinionẽ ac in Agamẽnone, vbi reuera oblatã & cæsam dicit: & raptã aris, id est vt inseruiret aris: virginis sæuæ.s. Dianæ fiscelidis cui humano sanguiẽ hostia fieri solebat: vt prolixe recitat Seru⁹ ad illud.ij. æneid. & virgiue cæsa &c. aut raptũ.i. ereptũ aris.s. ab Agamẽnone instructis: virginis sæuæ: quæ pro cerua cæsa virginẽ postulauit, portate quoq;.i. etiam, hãc.s. Octauiã, procul a pœna tristi.i. cæde gladij: ad templa Triuiæ.i. Dianæ aut Tauricæ aut Aricinæ, Aulis pars illa Bœotiæ, vbi pro Iphigenia cerua mactata est: & tellus Barbara Maurorũ, est mitior vrbe nostra: quia numen superum vt Dianæ: litatur.i. placatur, illic.s. in Mauritania cæde hospitis.i. peregrini: Roma autem gaudet cruore ciuis. vt nunc Octauię. Nota.

¶ Graui. grauido: nam ipsa Agrippina Germanico marito peperit nouem liberos: teste Suetonio in caligula: quorum duo infantes adhuc rapti: vnus iam puerascens: cæteri superstites patri fuerunt: tres sexus fœminini Agrippa: Drusilla: Iulia: continuo triennio natę: totidem mares Nero & Drusus: &. C. Cæsar, Neronem: & Drusum senatus Tyberio criminante hostes iudicauit. Liuia Drusi. intellige Liuiam Drusillam quæ primo Tyberio Neroni patri Tyberij Cæsaris: deide Augusto nupsit: ideo dicit felix thalamis, id est optimis maritis: sed filio Tyberio maxime misera: a quo vt scribit Suetoni⁹ in Tyberio vsq; adeo infestata fuit: vt ei⁹ acerbitate aduersus illam defuncta fuerit: vnde dicit. Ferum facinus inhumanum factum. Nati. Tyberij. BERN. Agripinę proles. Liuia. Drusilla.

Iulia. scribit tranquillus in Claudio: Iulias alteram Drusi: alteram Germanici filiam crimine incerto nec defensione vlla data occidit: ideo ibi dicit secuta fata matris scilicet Agrippinæ Germanici: de qua superius. Iulia.

Liuia Drusi. iterum aliam Liuiam potes intelligere vxorem Drusi filij Tyberij Cęsaris: cuius fraude maritus ipse interijt quo cognito a Tyberio supplicio est affecta: hæc habuit ex Druso filios Tyberium: & filiam q̃ postea a Claudio interempta est. Legitur etiam textus loco nati fatis ruit in facinus scilicet vt venenaret maritum Drusum. Iulia matris. scilicet Liuiæ similiter perijt. Genitrix tua. Messalina de qua diximus. hæc fuit mater Octauiæ. Marito. Claudio. Partu filio. illustri Britannico. Famulo. Narciso liberto Claudij cuius iussu occisa. In cœlum. dicit propter illius superbiam: Hæc fuit Agrippina mater Neronis a quo fuit occisa. Non. legas interrogatiue. Remigis. quia posita fuit prius in naui solutili. Tyrannus. Nero. Quis. pro quibus. Testor. q; non timeo mortem. Quid agis. arguit se q; inuocet deos quibus inuisa est. Genitor. Claudi pater qui fuisti causa istorum malorum. Armate. nam credebat se iussu Neronis mitti in Aegyptum. Phariæ. Alexandrinæ. Leues. rogat vt veniant venti qui illam exportent: sicut Iphigeniam de qua vidimus cum oblata esset ad aram Dianæ: vt immolaretur in Tauricam regionem deportata est ventis: vbi operante dea a rege Thoante eius sacris præposita est: quæ ipsi Dianæ ex humano sanguine fieri consueuerant, vt Ouidius libro quarto de tristibus. Sæuæ. virginis Dianæ quæ sanguinem Iphigeniæ petierat. Liuia Drusi. Iphigẽia.

Hanc. Octauiam. Aulis. de qua dictum est regiuncula est Bœotiæ petrosa ibi debebat immolari Iphigenia: sed ibi liberata fuit. Roma. nam Orestes cum sorore Iphigenia aufugiens: & in Italiam veniens in Aricia simulacrum Dianæ locauit: cui litabatur humana hostia. Aulis. Diana aricina.

¶ Diri militis. Percussoris gladio cecidit in horto stans cum matre. Quoq;. sicut matrem & superiores imperatrices. Rapite. conuertitur ad speculatores & ministros Cæsaris. Quid agis demens. correctio est frustatoriæ obtestationis. Quis. antiqui scripserunt cum ei diphthongo ad differentiam recti contracti. Rector puppis, Charon: qui lingua Aegyptiaca interpretatur magister nauis. sensus est: trudite me velis & remis illuc vbi moriar ante expectatum. Vrbe est nostra mitior. superat vrbs Roma omnem Barbaram tellurem immanitate & sæuitia. DANI. Queis. Charon.

Tragœdiæ quæ inscribitur Hercules Oetheus. Argumentum Per BENEDICTVM PHILOLOGVM.

Hercules Alcmena: & Ioue tertio genit⁹ Deyanirã Oenei filiã: iam defuncto Meleagro: vxorẽ accepit. sed triẽnio post Deyaniræ nuptias: cũ Eurynomũ puerũ ministrũ p̃uo errore pugno p̃cussũ iust⁹ occidisset dolore p̃cussus: Calydone recessit cũ vxore: & Hyllo puero ex ea suscepto. cũq; ad Euenũ fluuiũ vẽisset nessus Cẽtaur⁹ viatores p̃tio flumẽ trãsuehẽs ei q̃si obseq̃ũ p̃status se obtulit. q cũ deyanirã

in alterā ripā transuexisset: eiq; vim inferre conaretur: ab eo sagittis cōfossus est. At Nessus ne moreretur inultus: pollicitus est se Deyanirę medicamētū traditurū: quo nullam aliā prę ter se mulierē, Hercules vnq̄ appeteret. Iussit itaq; vt mixto oleo cum sanguine ex vulnere suo defluente Herculis tunicam vngeret: sic enim fore vt nullā aliā pręter se esset fœminā amatur⁹. Itaq; cū Nessus expirasset: illa clā Hercule: qđ erat ei iniunctū effecit. Hercules paulopost Oechaliā veniēs: cōtra Euryti regis Oechaliæ filios (quoniā Iolē sororem ante ei promissam negauerant) exercitū duxit. Auxiliantibusq; Arcadibus expugnata vrbe: Euryti filios occidit: & cū Iole captiua in montē Ceneū profectus est: vt ibi ob victoriā sacra perageret. Vnde Lyce, famulū domesticū clā ad Deyanirā in Trachiniā: vbi eā reliquerat: misit vt ei vestē (qua in sacris vti cōsueuerat) afferret. Deyanira vero amore Ioles percepto: cupiens se omnibus pręferri: tunicā iuxta Centauri consiliū tinctā: Lyce rei inscio Herculi deferendā tradidit. quā Hercules indutus: medicamenti vi paulatim inualescente: maximo dolore torquebatur. Itaq; Lycā vestis latorem in mare piecit. sed morbo magis indies inualescēte: Lycīniū & Iolaum Delphos ad Apollinē misit: vt morbi remedia sciscitarentur. at Apollo iussit Herculē ferri cū apparatu bellico in Oethā mōtē ibiq; ingentē instrui pyrā: de reliquis Ioui curā fore. qui cū Iolao erant iussa Apollinis exequentes: qđ futurū erat suspicabanť. Hercules desperata salute in pyrā cōscēdit sol⁹; Philoctetes in gratiā sagittarū: quas Hercules reliquit: rogum succēdit: subitoq; fulminibus circūdantib⁹: pyra exusta est: accedente Iolao vt ossa colligeret: sed nullo penitus reperto. credidere Herculē ad deos translatū. Deyanira Herculis calamitate exagitata: laqueo vitā finisse traditur. In primo actu est deploratio Herculis: de laborū suorū sero sibi tradita mercede: & Chori mulierū Oechalicarū deplorātis suā infelicē sortē: vtpote capta patria: rege perempto: regina rapta: trucidatis optimatibus. In secundo deliberationē Deyaniræ cū Nutrice de vlciscenda iniuria Herculis ob Ioles præsentiā. In tertio Deyaniræ dolor cōtineť ꝑpter nessi sanguinis cognitionē plati in solē. In quarto Hercules indignať virtutis suæ dec⁹ tā diro genere mortis aboleri: sentiensq; paulatim languescēte spiritu extingui: petit a Ioue & Phœbo cōem totius terrarū orbis ruinā. Quintus Herculeæ virtutis funebrē pōpam habet: sed prius mōstruosa ipsius Herculis mors per Philoctetē: iubēte Nutrice cōmemoratur.

Actuū distinctio.

Tragœdiæ interlocutores.

Hercules. Hyllus. Chorus mulierum.
Alcmena. Iole. Philoctetes.
Nutrix. Deyanira.

Actus primus Herculis Oethei.
Trimetri Iambici.

HERCVLES.



Ator deorum: cui⁹ excussum manu
Vtreq; Phœbi sentiūt fulmen domus:
Secure regna. protuli pacem tibi
Quacūq; Nereus porrigi terras vetat.
Non est tonādum: perfidi reges iacent:
Sæui et tyranni: fregimus quicquid fuit
Tibi fulminandum: sed mihi cœlum parens
Adhuc negatur: parui certe Ioue
Vbiq; dignus: teq; testata est meum
Patrem nouerca. quid tamen nectis moras?
Nunquid timemur? nunquid impositum sibi
Non poterit Atlas ferre cum cœlo Herculē?
Quid astra genitor: qđ negas? (mors me tibi
Certe remisit) omne cum cesset malum:
Quod terra genuit: pontus: aer: inferi:

ASCen. Sator deorū &c. Hæc est decima & vltima tragœdiarū Senecæ quas solas nobis latinas extare nouim⁹ pręter duas Euripidis ab Erasmo Roterodamo viro anxie docto sic traductas vt cum omni antiquitate aut ęquo Marte aut superiore certēt: quas vti decē tabulis legum Romanarū duæ adiectę sunt: his decem si deus incolumitatē mihi conseruare dignabitur prope diē appositurus sum. Sed seorsum vt numeri & ordinis ratio non confundať. Nam non ab re denariū numerū & in decalogo Mosi: & in tabulis primarum legum Roma. & in æglogis verg. & in his Tragœdijs & in sexcētis alijs placuisse putē. perfectissimus em̄ est & summus: vt supra quem ad priores redeatur. conficitur autem semper ex quatuor primis sui generis numeris: vt monade sumpta semel, bis, ter, & quater resultat denarius: denario sūpto toties .i. semel, bis, ter, & quater. Centenarius. Centenario sic sumpto Millenarius: & ita deinceps. Quod vero in Herculem Oetheum desinat qui a furēte auspicatus est: hoc mysticū ꝑter alia habet: q; vitam nostrā quæ per decē denarios: quibus longissima est finitur. vnde seculum a secando centū ānorꝫ est spatiū: a furente .i. experte rationis auspicamur: & rogo finimus. Vt igitur æneid. libros Maro fere morte aliqua cōclusit: sic & Seneca Herculis apotheosi. Sed ordinē, cū argumenta recitata sint prosequamur. O sator deorū .s. Iuppiter: qui & hominū sator est: quod vni deorū datur vt deos hominesq; genuisse dicatur: sed oratorie cū se deū effici postulatur⁹ est, tacet q; etiā hoies gignere solitus sit: cui⁹ manu excussum (sic poti⁹ q̄ excelsum legā) fulmen vtraq; domus: in oriēte & occidēte: aut in vtroq; Hemisphęrio sentiunt: regna .i. triumpha in regno tuo secure .i. ens securus noue in hoc auctore apponūtur vocatiui: nā aduerbiū esse negat metrum: ego protuli tibi pacē: q; impia oia deleuit: quacūq; Nereus .i.

Nullus per vrbes errat Arcadias Leo.
Stymphalis icta est: Męnali nulla est fera:
Sparsit peremptus aureum serpens nemus:
Et Hydra vires posuit: & notos Hebro
Cruore pingues hospitum fudi greges.
Hostisq; traxi spolia Thermodontię.
Vidi regentem fata: nec tantum redi:
Sed trepidus atrum Cerberum vidit dies:
Et ille solem: nullus Antæus Libys
Animam resumit: cecidit ante aras suas
Busiris: vna est Geryon sparsus manu.

Oceanus aut mare: vetat terras porrigi. i. extendi, id est in omni terra. Non est totidū. s. tibi: quia reges perfidi & tyranni sæui iacent. s. occisi. nos fregimus, quicquid fuit tibi fulminandū. Sed parens. i. licet sis parens: cœlū negatur mihi adhuc. Ego parui. s. iperio. Eurysthei & Iunonis: dign⁹ vbiq; Ioue. s. patre: & nouerca. s. Iuno licet inuita: testata ē te sup. esse patrem meum. Tamen, id est nihilominus quid, id est ad quid: nectis moras: scilicet me: assumendi in cœlū? Nunquid timemur: ne scilicet superoa sup eremus? Nunquid Atlas nō poterit ferre cum cœlo Herculem impositum sibi. i. humeris suis? O genitor, quid, qd, inquit negas astra? Mora, id est infernus loc⁹ mortis, remisit certe me tibi: non ausa me retinere. Cum omne malum quod terra genuit, qd pontus, aer, inferi sup. genuerunt, cesset. Nullua leo errat p vrbes Arcadias: vt quōdā vn⁹: Daniel dicit Leo nullus, id est nō, errat, Stymphalis. s. auis: est icta. s. telis. Nulla est fera (vt olim cerua Męnali) montis Arcadiæ. Serpens, id est Draco peruigil: peremptus. s. a me: sparsit. s. corpore suo: nemus aureum, id est hortos hesperidum aurea mala ferentes: & Hydra domita igni: posuit. i. deposuit vires. Et fudi. i. pstraui, greges. s. equos: notos Hebro. i. fluuio illi Thraciæ: qa erant in Thracia geniti & nutriti a Diomede Thracio: sed Bistoni notiores erant q̄ hebro: verū poeticū est noīa vni⁹ regionis ac gētis cōfundere: pinguea cruore hospitū: qa solitus erat vt antea sæpe dictū est hospites cæsos illis ad pastum apponere & cruorem illorū in potū. Traxi. i. abduxi detracta, spolia hostis Thermodōtiæ. i. Hippolytes Amazonis, balteū & Pharetrā: Amazones aūt ad Thermodōtē vsq; olim pgressæ sunt. Vidi regētē fata. i. dñm mortis Plutona: nec tantū redi: pro redij. s. ab inferis: qd tā paucissimis datū est: sed dies. i. sol vidit Cerberū canē tricipitē atrū: qa infernū, trepidus. i. ens trepidus p̄ timore: & ille. s. Cerberua, solē sup. vidit trepidus: quia vterq; obhorruit alterū. Nullus p non: Antęua filius terrę & tyrān⁹ in mauritania: non resumit aīam. i. vires: Busiris tyrann⁹ Aegypti cecidit ante aras suas quibus hospites immolare solebat: Geryon tricorpor, est stratus vna manu. s. mea: cū multaa haberet.

Sator deorū. Hæc tragœdia inscribitur Hercules Oetheus. Oetha mons est inter Thessaliam & Macedoniam famosus morte & rogo Herculis. Cui⁹ materia talia est. Dimissa Megara Creontis Thebani filia quā vxorē Hercules duxerat: Iolē Euryti filiam petijt in cōiugium, cui cū denegaretur in Oecholiam venit: Deyaniram Oenei ex Altea filiā duxit vxorē: deinde memor despectū cōiugij cōtra Euryti filios Toxeum Milonē & Pythium mouit exercitū. Oechaliā vrbē abstulit: illos peremit: Iolē rapuit, cuius amore adeo flagrauit: vt ex ea pateretur quicquid cum Omphale perpessus est. Sacrificaturua igitur ob victoriā in monte Ceneo puerū Lycā ad deyanirā in Trachyniā vrbē misit vt vestē q̄ in sacris vtebatur afferet. Deyanira īfectā sanguine Cētauri Nessi dederat: id eū suaserat Nessus faciendū: cū in traiectu eueni fluminis ab Hercule sagittis cōfossus est: si quando de illi⁹ amore dubitasset. Dubitabat enim ne Ioles amore ipsa cōtēneret. Hercules cū vestē tetigisset veneno afflatus lenta tabe consumebatur. actus in furorē, Lycā in mare proijcit. Lymeniū & Iolaū Delphos de se sciscitatū ad oraculū misit: retulerūt vt in Oetha mōte Pyra cōstrueretur de reliqa Ioui curā relinqret: cōstructā Pyrā ipse cōscēdit: Philoctetes ignē admouit: cū reliquias nihil reperissent cœlum cōscendisse existimarunt. O, sator Iuppiter. q̄ritur Hercules q; nō rapiatur in cœlum promissū sibi: cū sit benemerit⁹ de mūdo: potes Iuppiter secure regnare cū oia mōstra de mūdo sustulerim? Vtraq; dom⁹. oriēs & occidēs: totū mūdū itelligit. Nere⁹. de⁹ marin⁹, p mari ponit. Parēs. o Iuppiter. Dignus. declaraui me filiū esse tuū. Parui. obediui ad supādū mōstra. Nouerca. Iuno, q̄ me tāto odio nō fuisset psecuta: nisi fuissem nat⁹ tu⁹ ex pellice. Moras. cur me ad suscipiēdū moraris. Timemur. s. ne disturbē cœlū. Atlas. q dr̄ sustinere cœlū humeris. Mors. loc⁹ mortis īferi⁹ noluit me tenere vt ad te venirē. Cesset. remotū sit a me. Null⁹ leo. declarat multa facinora sua quaq; historia plene declarata fuit in Hercule furēte. Itaq; ne repetant illa. supius leges rerū seriē. Stymphalis. auis rapida. Fera. cerua Męnali. Serpēs. qui custodiebat hortos hesperidū. Hydra. serpēs in lerna palude. Pingues greges. equos Diomedis intelligit. Hostis Thermodōtiæ. Hippolyten Amazonū reginam intelligit.

BERN. Oetha Argumētum. Oraculū de Hercule.

Hercules Oetheus. Titulus ab euētu mortalitatis est: quā in Oetha mōte igni purgatus exuit. Tragœdia vltima: qua Seneca videt quasi de industria in eius denominatione suum poema desinere voluisse: a quo etiā initiū auspicatus est: tumultuaria: nec minus acri amoris siue desiderij flāma: q̄ veneni exæstuans. Habet prothesim præcipitem: Epithasim concitatissimā & Catastrophen odij: furorisq; plenissimā. Primę partes sunt Herculis & Ioles. Secundæ Deyanirę & Lycæ. Tertiæ Alcmenā tangunt. Argumentū tale. Ioles amore captus Hercules suam Deyaniram deserit. puella suasu Nessi, Lycę ministro tunicā dat viro perferendā Herculi. Erat tunica Cētauri fœda sanguine: quā lerneo felle infecerat manās sagipta: qua vulnus Hercules olim raptori illi fecerat. tunica indutus Hercules in re diuina combustus est totus: Lycas in mare rotatur: credite sagiptæ phyloctetι comiti. Alcmena defunctum plorat. carmen archilochium trimetrum iambicum acatalecticum. Lamentatio primum Herculis de laborum mercede sero sibi tradita. Secure regna. metuendua iam & securus atq; inuictus regnum tene. Pacato tandem viribus meis mundo & pace terra mariq; parta. Ioue. scilicet patre. Dignus: filius. Nullus. non, vt nullus adhue

DANI. Titulus. Mēbra. tragœdię Partes agentiū. Argu. Nullus.

mundo praebebat lumina titan. Per figuram quam vocant το απο λυκτορ

ASCen. ¶ Taurusq;.i. & Taurus Cretēsis, horrid⁹. i. horribilis pauor, cētū populis: quia centū vrbes habitāt vberrima regna: sup. est sparsus manu vna. Q dcunq; tellus infensa.i. irata genuit (alij legūt infestū, qđ itidē placet poti⁹ q̄ infesta) occidit.i. interijt (ab oc & cado media breui) & fusum dextera mea, Iratis deis, multiplex elici potest sensus & ordo: vnus, hic nō licuit deis esse iratis.i. effeci vt nō haberēt irascēdi causam propter impia mōstra: alter sic, Nō licuit esse.s. quicquid terra infensa genuit deis iratis. Tertius, nō licuit mihi esse, deis iratis: quia cū otiosus esse nolim nusq̄ tamē datur quod agam. Quartus: legendo sic. non licuit mihi esse sic.i. in otio, dijs iratis. Quint⁹ quem sequar: vt sit cōtinuata lectio) & fusum dextera mea nō licet esse. dijs iratis. i. nolentibus vt sit. Si mundus negat feras: & nouerca animū.i. nō vult vt amplius exerceā animū: redde nūc gnato.i. filio patrem: vel forti.i. eo q; fortiter, egi astra: hoc est redde cęlū, vel iure hereditario eo q; filius tu⁹ sum: vel merito eo q; fortis fui: nec peto o genitor vt mōstres iter.s. in astra: pmitte tātū.i. dūtaxat sup. & inueniam viā. vel si times ne terra concipiat feras scilicet me absente: properet scilicet edere aut legatur pariat, malum quodcunq;.s. pōt. dum, id est q̄diu terra habet & videt Herculē: nam supple me sublato, quis inuadet mala.i. perniciosa monstra: aut quis erit rursus dign⁹ odio Iunonis per vrbes Argolicas? quasi dicat, nullus, quia alta petit liuor: ego recepi laudes meas in tutum, id est vbi perire non poterunt: nulla tellus silet me, id est facinora mea. Frigidum genus Vrsae Scythiae, id est quod est sub polo arctico, sensit me: quis illic Scytham cum fratribus genuit, vnde Scythę dicti sunt: & Indus, id est oriens, subditus Phoebo scilicet orienti: & Libys, populus Libyae subditus cancro, qui in meridionali parte est: sensit me. O Titan clare, id est sol oīa vidēs: ego testor te, id te testem cito: ego occurri tibi quacunq; fulges: ergo etiam in occidente: nā eam partem iam omiserat dicere: nec lux scilicet tua, potuit prosequi triumphos meos, id est longius, extendi triumphos meos q̄ tu potes lumen tuum: quia ad inferos vsq;. ego excessi vices, id est limites Solis quos vicissim adit: & dies substitit infra metas nostras, id est contractior q̄ metae expeditionis meae sint Natura cessit, id est victa est, id est plus feci q̄ natura patiatur: terra defecit, id est nō potuit mihi amplius suppeditare gradum, id est locum gradiendi, nox, id est regio tenebrarum: est laxata per me: & chaos extremum, id est qđ est ad centrum terre remotissimum a coelo: cucurrit in me, id est obiectum est mihi: ego redi pro redij ad hunc orbem: vnde nemo retro scilicet reuersus est per naturam aut vires suas: aut reuera nemo: quia vero simile est Orphea qui Argonautica scripsit nōdum redijsse: & de Aenea certum est: Theseus autem per Herculem reductus erat. Tulim⁹.i. ppessi sum⁹, aut abstulim⁹ minas oceani: nec vlla tempestas valuit quatere ratem

Taurusq; populis horridus centum pauor
Quodcunq; tellus genuit infensa: occidit:
Meaq; fusum dextera iratis deis
Non licuit esse: si negat mundus feras:
Animum nouerca. redde nunc gnato patrē
Vel astra forti. nec peto vt monstres iter:
Permitte tantum genitor: inueniam viam.
Vel si times ne terra concipiat feras:
Properet malum quodcūq; dū terra Herculē
Habet: videtq;: nam quis inuadet mala?
Aut quis per vrbes rursus Argolicas erit
Iunonis odio dignus? in tutum meas
Laudes recepi. nulla me tellus silet.
Me sensit vrsae frigidum Scythiae genus:
Indusq; phoebo subditus: Cancro Libys.
Te clare Titan testor: occurri tibi
Quacunq; fulges: nec meos lux prosequi
Potuit triumphos: solis excessi vices.
Infraq; nostras substitit metas dies.
Natura cessit: terra defecit gradum
Laxata per me nox: & extremum chaos
In me cucurrit: inde ad hunc orbem redi
Nemo vnde retro. tulimus Oceani minas:
Nec vlla valuit quatere tempestas ratem
Quacunq; pressi: pars quota ē quā psequor?
Iam vacuus ęther non potest odio tuae
Sufficere nuptae: quasq; deuincam feras
Tellus timet concipere: nec monstrū inuenit
Ferae negantur: Hercules monstri loco
Iam coepit esse. quanta nunc fregi mala:
Quot scelera nudus? quicquid imane obstitit
Solae manus strauere: nec iuuenis feras
Timui: nec infās: quicquid est iussum leue est.
Nec vlla nobis segnis illuxit dies.
O quanta fudi monstra: quae nullus mihi
Rex imperauit? institit virtus mihi
Iunone peior: sed quid impauidum genus

Fecisse prodest? non habent pacem dei.
Purgata tellus omnis in cœlo videt
Quodcunq; timuit: transtulit Iuno feras:
Ambit peremptus cancer ardentem plagam:
Libyæq; sydus fertur: & messes alit.
Annum fugatæ tradit Astreę leo:
At ille iactans feruidam collo iubam
Austrum madētem siccat: & nymbos trahit.
Inuasit omnis ecce iam cœlum fera:
Meq; antecessit: victor e terris meos
Specto labores: astra portentis prius
Ferisq; Iuno tribuit: vt cœlum mihi
Faciat timendū: sparserit mundum licet:
Cœlumq; terris peius: ac peius styge
Iurata faciat: dabitur Alcidæ locus.

quacūq; pressi.i.impuli eam. Sed quota pars .i.facinorū maiorū est quā prosequor.i.enarro? q.d.minima. Aether iā vacuus.s.curis & labore p me, non potest sufficere odio nuptæ .i.cōiugis tuæ Iunonia: & tellus timet cōcipere feras quas deuincā: nec inuenit monstrum ferę negant.s.Iunoni: Hercules cœpit iam eē loco mōstri: qa cū sit otiosus mōstri filiis est. quanta mala.i.perniciosa mōstra fregi nunc & quot scelera nudus? q.d.innumera? Manus solæ.i.inermes, strauere quicqd obstitit, nec timui feras iuuenis.i.cū essem iuuenis: nec infans: quia in cunis iacēs dracones imissos collisi: qcquid ē iussum.s.a Iunone p Euristheū est leue.i.parū visum: nec vlla dies illuxit nobis segnis.i.nō opposa. O quāta monstra fudi q̄ nullus rex.q.d. Euristheus imperauit mihi? Virtus institit mihi.i.impulit me: peior.i.rigidior Iunone. Sed quid prodest fecisse genua .s.humanū impauidū.i.nō pauens, ois tellus purgata.s.mōstris, videt in cælo, quodcunq; timuit. Iuno transtulit feras.s.in cœlum. Cancer peremptus.s.a me: ambit plagā ardētē.i. torridā zonā: & fertur.s.nunc sidus Libyæ: & alit.s.calore, messes. Leo.s.peremptus tradit Astreę.i.virgini q̄ iustitiā significat fugatę.s. p iniquitatē a terris: annum, id est solis cursū: at ille scilicet leo, iactans collo scilicet suo iubam feruidam dum sol in eo est: siccat austrū madentem.s.prius: & trahit nymbos.s.ad se. Ecce omnis fera inuasit iam coelum: & antecessit me: ego victor specto labores meos e terris: & Iuno tribuit feris cœlū vt faciat illud timendum mihi. Licet ipsa sparserit.i. sparsim repleuerit, mundū sup. feris: & licet ipsa iurata.s.in me: faciat cęlum peius, id est formidolosius terris, ac peius styge.i.inferno: tamen sup. locus dabitur Alcidæ.s.mihi.

¶ Regentem fata. Plutonem innuit. Taurus, qui in Creta erat. Occidit. interemptum est quicquid terra infestum potest gignere. Iratia deia. q̄uis dij nollent me interficere monstra sua. Sic. non licet mihi sic esse BERN.
aut terra mittat alia monstra: vt habeam quid agam. vel recipe me in cælum. Vel. si times. ne surgat aliquod mōstrum in terra facito veniat dum sum in mundo. Quis erit. quasi dicat nullus. In tuto. quia feci experientiam fortitudinis meæ in omni parte mundi. Vrsæ. intelligit septētrionales. Cancro. Libycoa & Africanos mōstrat. Lux. quia iui ad inferoa vbi nulla est lux. Metas. terminos iui quo nō potest ire sol. Substitit. lux firmata est inter metas nostras. Natura. quia nemo dicitur ire ad inferos & redire. Cessit. victa est. Defecit. destituit gressua meos. Laxata. aperta: nam cum descēdi ad inferos aperta terra: ingressa est lux solis. Retro. vnde nullua redit. Oceani minaa. intelligit mare Gaditanū: vbi dicitur fixisse colūnaa. Quacūq. in omni parte. Quota. minima est respectu aliorum facinorum. Nuptæ. Iunoni. Nudus. inermis. Scelera. sceleratos teges. Solæ manua. scilicet meæ. Nec infans. quando serpentes a Iunone missos elisi. Leue. facile mihi ad superandum. Segnis. sine labore. Rex nullus. Euristheus qui mihi imperabat: vt vidimus. Virtus. quæ mihi adhortabatur labores: plura coegit aggredi q̄ Iuno. Impauidum. sine timore: quid prodest liberasse homines monstris: cum illa traducta in cœlum deos ipsos terreant. Cancer. enume- Cancer.
rat illa monstra translata in cœlum. diximꝰ quemadmodum cancer exiens de palude lerna, momordit pedē Herculis pugnantia cum hydra: vnde Iuno illum transtulit in cœlum. Peremptus. s. a me. Tradit. Nam cum sol egreditur leonem, intrat virginem: tradere q est per successum dare alicui. Astreæ. virgini. Annum, id est mensem cito currentē. Madētē. pluuiū: nā vētus est ferēa nymbos. Antecessit. iuit prius q̄ ego. Specto. cū adhuc sim in terris. Timendū. vt adhuc in coelo cōgrediendū sit cū illis mōstris: & peiora fecerat q̄ in terris: & in styge & in inferno: tamen inueniam locum.

¶ Regentem fata. Ditē patrē, regē mortis. Taurus. de quo Ausonius meminit. Octaua expulso numerat DANI.
adorea Tauro. in cuius memoriā victoriæ: vt placet quibusdā: Menœclus Actoris filius Taurū Herculi pri- Taurꝰ cur
mus sacrificauit. Negat mundua. & Iunonē & terras ipsas ad lassitudinē pduxi: vt qd imperēt iam amplius Herculi.
nihil habeant: reliquū est cœlum vt cōsequar, mercedē laboꝝ meoꝝ tua venia. Nulla me tellus silet: prędicāt laudes suaa vniuersæ terrę. Vrsæ scythiæ. septētrionis. Indus. Aethiopa. Phœbo. oriēti. Cancro. torridæ zonę Iuno transtulit in cœlū Cācrū qui momordit talū Herculis pugnātis cū hydra: & meridionali plagæ Cancer.
intulit: vt meminit Iginius. Lux. tua. Nostras. superas aut potius meæ virtutis. non potuit me sequi lux ad tartara penetrantē. Nemo retro. lege naturæ: quia multi semidei redierunt diuino iure. Virtus mea. fuit mihi virtus parata aduersaria quædā impatiens socordiæ & ignaui ocij. Transtulit Iuno feraa. quas inquit feras ego in terris domui: Iuno in cœlum transtulit: Cancer. qui tropicū æstiuum suo ambitu designat finit torridam zonā a dextra: a sinistra capricornus circumferens hyemalem tropicum. Sidua Libye. Cancer inhærens torridæ zonæ. Austrū madentē. efficacissimi æstus, terris Libycis Sole in Leone cōstituto attrahuntur nymbi & exhauritur omnis materia humida. inde mira siccitas & aquarum pœnuria oram australem obsidet. Prius. q̄ mihi. Alcidæ. forti mihi.

Si post feras: post bella: post stygium canem
Nondũ astra merui: siculus hesperium latus
Tangat Pelorus: & vna iam tellus erit:
Illinc fugabo maria. si iungi iubes:
Committat vndas Isthmos: & iuncto salo
Noua ferantur Atticę puppes via.
Mutetur orbis: vallibus currat nouis
Ister: nouasq; Tanais accipiat vias.
Da da tuendos Iuppiter saltem deos.
Illa licebit fulmen a parte auferas
Ego quam tuebor. siue glatialem polum:
Seu me tueri feruidam partem iubes:
Hac esse superos parte securos puta.
Cirrhæa Pæan templa: & æthercam domum
Serpente cæso meruit: at quoties iacet
Phyton in Hydra? Bacchus: & Perseus deis
Iam se intulere: sed quota est mundi plaga
Oriens subact9? aut quota est Gorgon fera?
Quis astra natus laudibus meruit suis
Ex te: & nouerca? quẽ tuli mundum peto.
Sed tu comes laboris Herculei Lyca
Perfer triumphos: Euryti victos lares:
Stratumq; regnum: vos pecus rapite ocius.
Qua templa tollens ara Cenei Iouis
Astro timendum spectat Euboicum mare.

ASCen. ¶ Si ego nondũ merui astra, post feras. i. victorias de feris: post bella. i. victorias de hominibus malis: post canẽ stygium. i. victoriã de inferis, sup. faciam maiora: Pelorus Siculus, id est vnũ e tribus promõtorijs Sicilię: tãgat latus Hesperium. i. Italicũ: sicut aliqñ tetigit: vnde æneι. iij. quum protenus vtraq; tellus Vna foret, venit medio vi pontus: & vndis Hesperiũ Siculo latus abscidi &c. & erit iã vna tellus. i. continens terra, ego fugabo illic maria scilicet quæ media nunc sunt: si iubes iungi scilicet inte se maria? Isthmos terra angusta Corinthi: interiecta inter mare ægęum & Ionium: cõmittat. i. couiungat scilicet per me si iubes: vndas scilicet vtriusq; maris dicti: hoc est intercipietur a me vt vndę iungantur & puppes Atticæ ferantur. s. Corinthum vt via noua. quia recta: vbi nunc, in Ioniũ veniant circuitum magnum faciunt. Ister & Tanais accipiat nouas vias. i. mutabit alueũ: O Iuppiter si nihil aliud committere vis: da da saltem deos tuendos. s. a feris quas Iuno immisit coelo, Licebit, id est licitum & conueniens erit, vt auferas fulmẽ ab illa parte coeli: quam ego tuebor siue iubes me tueri. i. protegere: polum glatialem scilicet arcticũ: seu partem feruidã. s. meridionalem: puta. i. existima superos esse securos, quis tutos hac parte. s. quã tuebor. Qz aũt coelũ meruit probat exẽplis: quia Pæan. s. Apollo sic dict9 vbi serpentem vicerat & filios Nyobes. Iuue. Parce pcor Pęan meruit: tẽpla Cyrrhea. i. delphica: & domũ ęthereã serpente. s. phythone cęso: at quoties iacet Phyton. i. serpẽs instar phytonis in hydra? q. d. sexcẽties: quia toties quoties abscisso vno capite bina renata sunt. Bacch9 & Perseus (oẽs filij Iouis) intulere iam se deis. i. catalogo deorũ: sed quota pars. s. laborũ meorũ est oriens, subactus. s. a Baccho: aut quota ps est Gorgon, id est medusa fera. q. d. minima & tamen porpterea dei habentur. Quis natus ex te & nouerca meruit astra laudibus suis? q. d. nullus preter me. Quod vni Christo (vt id parergon inserã) vere conueniat dicere. Ego peto mundũ. i. ornatum coeli: quem tuli. s. humeris meis Atlantem fasce leuans. Sed tu o Lyca puer, comes Herculei laboris: pfer triũphos. i. insignia victoriæ, lares Euryti regis Oechaliæ victos. s. a me. s. imagines vrbium victarum, & regium stratum: vos scilicet reliqui famuli, capite ocius pecus scilicet Euryti. s. ad sacrificium faciendum qua scilicet parte ara Iouis Cenei, id est in monte Ceneo structa, tollens, id est in altum erigens, templa Iouis, spectat mare Euboicum, timendum austro scilicet flante: alij astro legunt: respicientes ad illud. xj. æneidos. Scit triste mineruæ sidus & Euboicæ cautes, vltorq; caphareus: vt sit astro mineruæ: sed cum hæc diceret Hercules, nondum Mineruæ sidus nocuerat Græcis, vt timendum dicatur propterea mare.

BERN. ¶ Si post. narrat alia pericula ad quæ paratus est si ad huc non meruit coelum. Siculus pelorus. promontorium Siciliæ Italiam versus. Hesperium. Italicum: dictum est supra olim Siciliam coniunctam fuisse Italię sed æstu maris fuisse separatam. vnde dicit si non satis est laborum meorum, coniungãtur Sicilia, & Italia, vt prius erant: & illinc fugabo maria. Cõmittat. coniungar. Preterea si voles q; disiungatur terra Isthmos quę est in Peloponneso & iungantur duo maria Aegeum, & Ioniũ, faciam illa iungi. Atticæ. Athenienses naues Ister. Danubius mutet alueum. Iuppiter. concludit dicens: si non est alius labor suscipe me in coelũ: vt saltem tuear deos olim agitatos a gigantibus: non erit timendum ex illa parte siue septentrionali siue meridionali: vbi me locaueris. Auferas. remoueas: quia illa parte vbi ero non erit opus tuo fulmine ad defensionẽ.

Phyton. Cyrrhea. in Cyrrha monte Boeotiæ: si Phoebus meruit coli i terris & habere coelum propter Phytonem serpentem ab eo interfectum: quanto magis ego qui occidi tot monstra. Phyton. serpens semel occisus ab Apolline. Quoties iacet in hydra. quasi velit dicere pluries, cũ plura haberet capita. & ille Phyton tãtũ vnus esset. Subactus. victus oriens a Baccho minima regio respectu illarum quas vici. Gorgon. Medusa superata a Perseo. illi habuerunt coelum rebus minimis; quod mihi negatur. Meruit? quasi dicat nullus. Peto mundum. coelum quod sustinui humeris meis. Sed tu. vertit sermonem ad famulos.

DANI. ¶Siculus Hesperiũ &c. faciam vnã & eandẽ Siciliã & Italiam & Ioniũ cũ Aegeo cõfundetur, mea vi diruto Isthmo: si ad comparandũ cælũ transacta nõ sufficiant. Ister. fluuius in Europa. oritur e radicibus notiæ mõtis in Germania auctore Plinio in quarto. Ouidius Binominen vocat. Sallustius. tradit istrum esse proxima magnitudine Nilo. declinaẽ ister & istrus. Gellius inquit. Istrus quoq; in Europa fluit. Tanais. fluuius diuidens Asiam ab Europa, non solum per scythas sed etiam per Sauromatas defluit in meotim paludẽ. a barbaris appellaẽ Sylis. Eustathius tradit vocari. græ. τεαροω Δια λαπ ταμερα μοστιμ. i. extense fluerere. Cyrthæa. exemplis mercedem laborum postulat. Phyton in hydra. q̃ ramosus & densus surrexit serpens in collo Hydræ. Perseus. quem pręcipuo honore decorarunt Aegyptij: vt ait Eusebius.

(Margin: Ister. Tanais. Perseus.)

Asclepiadei. CHORVS. IOLE.

Par ille est superis: cui pariter dies
Et fortuna fuit: mortis habet vires
Lente cum trahitur vita gementibus.
Quisquis sub pedibus fata rapacia
Et puppem posuit liminis vltimi:
Non captiua dabit brachia vinculis:
Nec Pompæ veniet nobile ferculum.
Nunq̃ est ille miser: cui facile est mori.
Illum si medio decipiat ratis
Ponto: quum Borean expulit Aphricus:
Aut Eurus Zephyrum cum mare diuidunt
Non puppis lacerę fragmina colligit:
Vt littus medio speret in ęquore.
Vitam qui poterit reddere protinus:
Solus naufragium non poterit pati.
Nos turpis macies: & lachrymę tenent:
Et crinis patrio puluere sordidus.

ASCEN. Par ille est. Chorus mulierũ captarũ cum Iole filia Euryti regis Oechaliæ coactarũ Herculẽ sequi amisso rege & filijs eius, excisaq; patria cõquerit casum suũ: innuitq; beatos pre se dicẽdos qui cita morte absumpti sunt: forteisq; iudicat & laudandos qui mori q̃ capi maluerint. Respiciens fortasse ad factũ alterius Senecę, qui eligendo genus mortis, sibi quodã modo mortem cõsciuit: aut ad allusionẽ vocabuli sui: volũt eñ Senecã a se necãdo dici, vnde senex deducitur, scd̃m multos: licet se pronomẽ sit lõga & in Seneca ac senex & semiũ prima breuis: aut demũ ad Paradoxum stoicorum dicentium ne mortẽ quidem posse turbare felicitatẽ viri sapientis dũ fortiter obeaẽ. Sed ordinẽ prosequamur. Qui talis ẽ Ille est par quantũ ad felicitatẽ, supis, cui dies. i. tẽpus vitę: & fortuna fuit pariter. i. simul ita vt simul desinerẽt: hoc est vt deficiẽte fortuna. i. cõditione & felicitate vitę, etiã vita deficiat. Vita cũ trahiẽ lente gemẽtibus. i. in gemitu viuentibus, habet vices. i. æquiualẽtiã mortis. Quisquis posuit sub pedibus. i. contempsit fata rapacia. s. nos ad mortẽ, & Puppem. i. scaphã charontis liminis vltimi. i. quę est in introitu inferni, non dabit vinculis brachia captiua: nec veniet ferculũ nobile. i. spectaculum quo pasciẽ visus: vt cibo corpus: aut ferculũ quod fertur depictum in triũpho Pompæ. i. multitudinis q̃ pompose ducitur post triumphantẽ. Ille cui facile est mori, nũq̃ est miser: quia potius moriatur. Si ratis decipiat illũ. i. talem medio ponto. i. cũ Aphricus ventus ab Aphrica flans expulit Boreã ventum septentrionalem penitus contrariũ: aut Eurus ab oriente flans, Zephyrũ ab occidente flantẽ: cum diuidũt mare. s. in diuersa trahentes omia: non colligit fragmina puppis lacerę, vt. i. tanq̃ speret littus in medio æquore: quia solus is qui poterit reddere protinus vitã: non poterit pati naufragium. Sed macies turpis & crinis sordidus puluere patrio. i. patrię exustæ: tenent nos q̃ maluimus capi q̃ mori.

BERN. Par ille. Inducit Chorus mulierum Oechalicarum deplorans fortunã suam: beati sunt illi qui discedente fortuna, decedũt & ipsi e vita. Versus est Asclepiadeus. Par. beatus vt deus. Dies. vita: q cum fortuna vitam amisit. Vices mortis. qui viuit in miseria, potius habet mortẽ q̃ vitam. Gementibus miseris. Quisquis. quicunq; contẽnit mortem ne patiaẽ miseriam. ille nullum malum potest habere. Fata. mortem. Sub pedibus. in contemptũ. Puppẽ. s. Charontis qui vehit animas ad inferos. Liminis vltimi. quia infernus est vltima domus. Captiua. nunq̃ ducetur in triumphum ligatus. Ferculum. a ferendo est quicquid portaẽ in pompa: hoc est in ordine præcedente triumphantem. Decipiat. si frãgatur nauis furentib⁹ ventis in mari: si non curabit viuere, non erit miser. Fragmina. tabulam vt cupiat venire ad littus. Nos. Chorus damnat fortunã suã: qđ nõ sint mortuę. Crinis. more antiquo, vt testaẽ quoq; pphta Dauid solebant crines puluere & cinere spargi in miserijs.

(Margin: Ferculum.)

DANI. ¶Par ille superis. Totus hic actus cuius hæc est pars secunda, metro surgit pindarico. Lamentatur, Chorus suam infelicem sortem capta patria Oechalia, rege perempto: regina rapta, trucidatis fumatibus. Cui pariter dies & fortuna. qui vitam pariter cum fortuua clausit. Mortis lentæ cum trahitur: qui infeliciter victitat moritur sæpius: ergo felicissimus qui sponte mortem petit. sententiæ accommodari debẽt affectibus: inquit Fabius Quintilianus.

(Margin: Sentẽtię affectib⁹ quadrent.)

Nos non flamma rapax: non fragor obruit.
Felices sequeris mors: miseros fugis.

ASCEN. ¶Nos &c. Dolent q non perierint cum patria dicentes. Flamma rapax nõ obruit nos: fragor id est res fracta & cadens, non obruit nos: o mors tu sequeris id est persequeris felices: et fugis miseros scilicet volentes mori.

Nos stamus.i.superstites sumus: nec stam⁹ mœnibus.i.intra mœnia patriæ q̄ ceciderũt. Heu dolẽtiũ vox:& locus.s.vrbis nostrę:dabitur siluis.i.vertet̃ in siluas,q̨.i.&,templa lapsa,fiẽt capsæ sordidę. Dolops pp̃ls Phthiæ aut Aetolię:gelidus,quia inter niues nutrit⁹ in montibus:ducet iam pecudes hac.s. parte qua cinis qui supest Oechaliæ .s. vrbi nostrę stratę.i.dirutę, in terrã ab Hercule:iacet obrutus. Pastor Thessalicus,mõtanus & durus:referens.s.ad memoriã.i.iterũ modulans : carmina.s.poetarum de captione nostri facta,fistula indocta:quia ipse indoctus:in illo oppido.s.olim tam nobili, tũc aũt siluis pascuis: canet cantu flebili tempora nostra. Et cũ de⁹ s.arbiter æui,traxerit:aut dũ contrahit tẽpora pauca,quęret̃ quis fuerit locus patrię.s.nostrę Oechalię quia non agnoscet̃:sic dictũ est Thraces arãt vbi Troia fuit. Ego (inq̃t Chorus sub p̄sona vnius) felix.s.nupsicolui.i.habitaui,locos nõ steriles(sunt etiã loci terrę: vt æneid.j.deuenere locos &c.).i.fertiles: nec colui iugera.s.arua ieiuna.i.macilẽta: soli Thessali: quale est in Thessalia: vocor ad saxa trachina.i.trachinię regiõis patrię deianiræ,rigẽtia.i.aspera:nam trachis asperũ dicitur : & ad dumeta horrida.i.iculta & spinosa,iugis torridis.i.siccis & saxosis : appositorie , nemus vix gratũ pecori mõtiuago.i.capris in montibus vagari solitis. At si sors melior vocat quas.i.aliquas famulas.s.e nobis q̄ famulæ sumus:hoc est si sortitę sint meliora soli dominũ;aut inachus flu. Argiuorum & Oetolorũ: volucer.i.celer:qđ damnat̃ in fluuio:cũ ad laudẽ dicat̃ Leni fluit agmine thibris. causa est quia lenis & vehit & reuehit naues melius q̄ celer:trãsferet illas.s.ad Inachias vrbes aut colent mœnia Dircęa.i.Thebana, a quibus non lõge est Dirce fons musis sacer:qua i.per quæ mœnia fluit Ismenos,languid⁹ flumine tenui.i.minore q̄ vt naues ferat:qđ etiã vitiosum est:sed facta mentione Thebarum inhorruit ob incunabula Hercul̃, addẽs.Mater Herculis tumidi.i.superbi qui se iactat filium Iouis:nupserat hic.i.i his mœnib⁹ Amphitrioni:cuius,aut adulteri filius. Quæ cautes Scythię quis lapis genuit sup.te : cõuertit eñi sermonẽ ad Herculẽ absentem per Apostrophen. Nũ.i. nunquid, Rhodope, mons Thraciæ tulit te Titana ferũ .i. vnũ e Titanibus q contra deos arma sumpserunt: nec legẽdum est ferunt sed ferum: nũ Athos mõs Macedoniæ,pręruptus.i.habens multas rupes,alludere tamen videtur ad id qđ postea euenit:nam a xerxe præruptus est & velificatus athos,tulit te:num fera Caspia.i.Tygris Caspij montis:quę virgata.i.varija colorib⁹ distincta:prębuit tibi vbera: quæ plurimum ad indolem faciunt: vti phaporinus philosoqua apud A.Gellium pulchre disputat: & iõ Dido ad Aeneam irata. Nec tibi diua parẽs, generis nec Dardanus author perfide sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus: Hircaneq; admorunt vbera Tygres. Fabula de noctibus geminis id ẽ nocte geminata: vt te Iuppiter talem gigneret:cum æther tenuit sidera longius scilicet duplo, q̄ solebat,& luci

Stamus nec patrię mœnibus:heu locus
Et siluis dabitur:lapsaq; sordidę
Fient templa casę.iam gelidus Dolops
Hac ducet pecudes:qua tepet obrutus
Stratę qui superest Ochalię cinis.
Illo Thessalicus pastor in oppido
Indocta referens carmina fistula:
Cantu nostra canet tempora flebili.
Et dum pauca deus sęcula contrahit:
Quęretur patriæ quis fuerit locus:
Felix incolui non steriles locos:
Nec ieiuna soli iugera Thessali.
Ad trachina vocor saxa rigentia.
Et dumeta iugis horrida torridis
Vix gratum pecori montiuago nemus.
At si quas melior sors famulas vocat:
Illas aut volucer transferet Inachus
Aut Dircęa colent mœnia:qua fugit
Ismenos tenui flumine languidus.
Hic mater tumidi nupserat Herculis
Quę cautes Scythię?quis genuit lapis?
Num Titana ferum:te Rhodope tulit?
Te pręruptus Athos:te fera Caspia
Quę virgata tibi præbuit vbera.
Falsa est de geminis fabula noctibus
Aether cum tenuit sidera longius
Commisitq; vices lucifer Hespero
Et soles vetuit Delia tardior.
Nullis vulneribus peruia monstra sunt.
Ferrum sensit hebes:lentior est chalybs
In nudo gladius corpore frangitur
Et saxum resilit:fataq; negligit.
Et mortem indomito corpore prouocat.
Non illum poterant figere cuspides:
Non arcus Scythica tensus arundine.
Non quę tela gerit Sarmata frigidus.
Aut qui soliferę suppositus plagę

Vicino Nabathæ vulnera dirigit:
Parthus Cnosiacis certior ictibus.
Muros Oechaliæ corpore propulit:
Nil obstare valet. vincere quod parat
Iam victum est. quota pars vulnere concidit?
Pro fato potuit vultus iniquior.
Et vicisse sat est Herculeis minis.
Quo vastus Briareus: quo tumidus Gyges
Supra Thessalicos constitit aggeres.
Vt cælo insereret vipereas manus:
Hoc vultu riguit: commoda cladibus
Magnis magna patent: nil superest mali:
Iratum miseræ vidimus Herculem.

fer.i.stella matutina, cõmisit vices id est partes suas, Hespero.i.stellę vespertinæ quæ eadem est: sed cum deberet oriri mane, mansit in occasu vespertino, & delia.i. luna tardior s.in decessu, vetuit.s. succedere soles id ẽ bis vnum solem: ea inq̃ fabula, ẽ falsa: Præterea mõstra q̃ sũt perula.i.penetrabilia nullis vulneribus: & ferrum hebes.i.hebitatum in corpore Herculis, sensit.s. hoc, chalybs.i. ferrũ chalybum durissimum, est lẽtior.s.in corpore Herculis: quia gladi⁹ frãgitur in nudo corpore.s.Herculis: & saxum.s.iniectum i ipm: resilit, & negligit.i.contẽnit, fata.i. quęcunq̃ mortem inferũt, & prouocat.s. ad certamen mortem corpore indomito: ergo sup. monstrũ est. Probat assumptum: quia cuspides non poterant figere.i.transfigere illũ: non arcus tensus poterat transfigere illum: arundine.i.sagitta scythica: nõ tela quę Sarmata gelidua gerit: aut q̃ gerit parthus certior ictibus Cnosiacis.i.a cretensibus factis: qui suppositus plagę soliferę.i.habenti solẽ supra caput dirigit vulnera.s.sagittarũ: Nabathę.i.incolę regionis Nabatheæ, vicino.s.sibi: repete: poterat figere illũ. Sup. Hercules ppulit.i. e loco suo pepulit: corpore, non machina aliqua: muros Oechaliæ.s. Euryti regiæ. Nil valet obstare.s. Herculi: id quod parat.i.intendit vincere est iam victũ. Quota pars.s.eorum q̃ vicit, concidit vulnere.s.illato ab eo. q.d. minima: qa vultus.i.aspectus eius iniqor.i.dirior & truculentior, potuit pro fato.i.satis fuit ad inferẽdã mortem: & sat est vicisse minis Herculeis sine opa. Nam quo.i.quali vultu, Briareus vast⁹: quia centiman⁹: & quo Gyges, cæli & terræ filius, tumidus.i.inflatus supbia generis & viriũ, cõstitit supra aggeres Thessalicos.i.mõtes tres Thessaliæ accumulatos: vt insereret cælo manus vipereas: quia & pedes serpẽtinos habebãt: sed ideo vipereas quia more viperarũ patri gyges vim inferre parabat: hoc.i.tali vultu, riguit.s.Hercules. Magna cõmoda patent.i.aperta sunt & parabilia, magnis cladibus.s.q̧ nil superest mali: qui eñ oia amisit hoc commodi habet q̧ non veretur plura amittere. nos miseræ vidimus Herculem iratum & ita omne malum perpessę sumus.

¶ Flamma. Non potuimus mori in ruina patriæ nostræ. Heu. interiectio dolentis. Locus.s.patrię dabitur Siluis. nascentur siluę vbi erat patria & tẽpla deorũ mutabunt in casas pastorum. Oechaliæ. patriæ nostrę: nomen est etiam regionis ipsius q̃ propinqua Thessaliæ est. Cinis. nam combusta fuit ab Hercule. Nostra tempora. nostras miserias. Contrahit. cito facit transire tempora: ignorabitur vbi fuerit patria nostra. BERN.

Fœlix. commotio misericordiæ: quãdo narramus mutationem fortunæ. Ieiuna. immo fœcunda. Ad trachina. de loco fœcũdo ducor ad locum desertũ. At si quas. si forte aliquę de nobis mittent ad meliora loca: ducent in Argiuos vel Thebanos agros. Inachus. fluuius apd̃ argos: aliusi Oethalia: vñ deianira vxor Herculis. Dirceą. thebana a dircęo fonte. Ismenos. fluuius prope Thebas. Languidus. minime impetuosus. Hic. scilicet Thebis. fuit Alcmena mater Herculis: qd̃ dolendũ est: videre loca hostis sui. Quæ cautes. potius mihi videt Hercules natus ex duris montibus q̃ ex muliere. Titana. gigantem: non ferunt Titana se genuisse. Rhodope. mons Thraciæ. Præruptus athos. altus mons Macedoniæ. Quæ virgata. per circuitionem intelligit tygridem armeniacam quę dorsum virgatum habet: scribit philosophua alimenta pręstare conditionem naturæ: vnde volens mõstrare Herculem crudelem & durũ, eum dicit nutritum a Tygride.

Falsa. quod dicitur Iuppiter geminasse noctem quando genuit Herculem. Lucifer. qui de mane est, dedit locum suum Hespero: quando continuata est nox. Delia. luna. Monstra. facit syllogismum quodammodo: monstra non possunt vulnerari: Hercules non potuit vulnerari: ergo videtur monstrum. Peruia. penetrabilia. Hebes. nõ incidens. Chalybs. ensis ex chalybe factus species metalli, quod nascitur apd̃ Chalybes populos versus septentrionem apud Colchos. Resilit. tanq̃ percutiens murum. Negligit. nõ curat mortẽ Prouocat. inuitat, offerẽdo se periculis. Scythica. sagitta optima qua vtũtur Scythę & Parthi. Nabathę. orientali: Nabathęa regio a rege Nabatho dicta est. Certior. qui non fallit quãdo vult ferire: nam parthi meliores sunt sagittatores. Cnossiacis.i. cretensibus. Propulit. prostrauit. Corpore. sine vllo instrumento.

Quota. q.d. minima pauci sunt victi vulneribus ab eo: sed solo aspectu horribili. Pro fato. loco mortis.

Qui vastus. non solum timem⁹ Herculem: sed gigantes etiam timuerunt qui struxerant montes in Thessalia vt ascẽderent cælum. Aggeres. accumulationem triũ montium. Vipereas. nam dicunt gigantes habere pedes serpentinos & centum manus. sic Virgilius & centum geminis Briareus. Magna. non potestis habere magnum commodum sine magna clade: habuimus hoc commodum q̧ tam horribilis Hercules vicit gigantes: sed modo est damnum nostrum. Vidimus. q̧ nobis fuit miserum videre tam horribilem Herculem: & presertim iratum.

¶ Inachus. Ad vrbes inachias ablegabunt. Immenus, ab Ismeno filio Pelasgi nomen accepit vt tradit Diodorus in quinto. Non Titana ferunt. te esse: sub interrogatione: insultat Chorus Herculis immanitati & ferociæ. Athoa. illud Virgilianum legendum est. quãtus Athos; non athõ: cum gręce dicatur αθως in quarta in DANI. Ismenus. Athos.

flexione:& apud Iuuenalem. Creditur enim Velificatus Athos: epotaq; flumina medo &c. Et soles. geminata nocte tardior surrexit sol. Hercules reuera non est e semine diuino satus, sed monstrum qđ nullo ferro penetretur. Pro fato patuit. aspectus minabundus Herculis est mors intuentibus. Briareus. centimanus alter Aegęon appellatus. Homerus testis est in primo Ilia. Vipereas. ipsi viperei.

Briareus.

ASCEN. ¶ Et ego infelix. Vt egregiam agnoscamus Iolen, seorsum a turba cōqueritur casum suum, dicens. Et ego infelix nō supple quaeror (a verbo quod sequitur querimur: alioqui nimis figurata esset locutio: Ego infelix querimur) templa collapsa .i. lapsa cum deis suis: ve pro vel, focos dijs laribus sacros, sparsos & patres arsisse mixtos gnatis .i. filijs: & deos arsisse mixtos homini (miserabiles dij qui ardere potuerunt) templa arsisse mixta sepulcris: quia nos nullum .i. non vllum: non queritmur vllum malum commune: quia fortuna vocat lachrymas nostras, alio .i. ad alia nobis peculiaria & propria deploranda: & mea fata grauiora cęteris .i. singularia mala: iubēt me flere alias ruinas. Incipiens ergo lamentari dicit. Quae querar prima? quae gemā summa .i. postrema? iuuat deflere pariter cuncta: nec tellus scilicet communis mater animantium: dedit mihi plura pectora: vt verbera digna id est satis magna, sonent planctu .s. digno. Vel saxum flebile Sipyli id est i qđ Niobe flendo prolem suam extinctam ab Apolline conuersa est, figat .i. vt fixum stare faciat me, vel ponite me in ripis Eridani .i. padi: superi, qui ad superos tendit: eo q; ab occidēte in orientem fluit: sed malim dicere: o superi ponite &c. Vbi .i. in quibus ripis (sunt quatuor continui anapaesti) turba Phaetontiadum sororum .s. inter se & ipsius Phaetontis, moesta .s. ob casum fratris, sonat .i. lachrymat cū eiulatu vel addite me saxis siculis: vbi Siren Thessala: Acheloi flu. Thessalae filia: gemit fata aut sua aut parentis: vel tollite me in siluas ędonias .i. Thracicas: hic manifeste diphthongus est in prima. Qualis Daulias ales .i. Daulia nata philomena in lusciniam versa: solet flere Natū scilicet Ityn (patri Tereo coctum & appositum: vñ Maro. Quas illi philomena dapes &c. Confunditur aūt historia: nam alij dicunt Prognen sororem philomenae fuisse matrem Itys: & illum coxisse patri ob dolorem stupratę sororis: cui ne facinus pderet linguā abscidit: sanguine tamē depictū sorori indicauit. Vbi aūt Tereus cognouit dicente Progne: quod petis intus habes: se filium comedisse furibundus prosilit in vxorē: sed miseratione diuina cōuersae sunt omnes in aues. Tereus i hupupā auē cristatā & quasi coronatā. Progne in hirundinem q̄ q; in domo scelus ppetrauit, eam adhuc habitat: philomena in lusciniā: q̄ qa in siluis vitiata in siluis deflet: Itys in Phasianū. Sed poetae aut nomen pro nomine ponentes aut aliter opinantes philomenā pro Progne vsurpant: vt hoc loco & paulo post, fugit vultus philomela suos natumq; sonat. Et reuera sunt qui cōtra velint philomelam Itys matrē) sub vmbra Hismaria .i. Hismari montis Thracię dumentis. Aptate superi, formā lachrymis meis: ergo prius superi in vocandi casu, mali legere q̄ in patrio. Trachin vrbs aspera: quia

CHORVS.

Et ego infelix non templa suis
Collapsa deis: sparsosve focos:
Natis mixtos arsisse partes:
Hominiq; deos: templa sepulchris:
Nullum querimur commune malum:
Alio nostras fortuna vocat
Lachrymas: alias flere ruinas
Mea fata iubent: quae prima querar?
Quę summa gemam? pariter cuncta
Deflere iuuat: nec plura dedit
Pectora tellus: vt digna sonent
Verbera planctu: me vel Sipyli
Flebile saxum figat: superi
Vel in Eridani ponite ripis.
Vbi moesta sonat Phaetontiadum
Turba sororum: me vel Siculis
Addite saxis: vbi fata gemit
Thessala Syren: vel in aedonias
Tollite siluas: qualis natum
Daulias ales solet Hismaria
Flere sub vmbra: formam lachrymis
Aptate meis: resonetq; malis
Aspera Trachin: Cyprias lachrymas
Myrrha tuetur: raptum coniunx
Cęica gemit: sibi Tantalis est
Facta superstes: fugit vultus
Philomela suos: natumq; sonat
Flebilis Itym: cur mea nondum
Capiunt volucres brachia plumas?
Foelix foelix cum silua domus
Nostra feretur: patrioq; sedens
Ales in agro referam querulo
Murmure questus: volucremq; Iolen

Turba loquetur: vidi vidi
Miseranda mei fata parentis.
Cum letifero stipite pulsus
Tota iacuit sparsus in aula.

ab asperitate dicta, resonet malis. Myrrha filia Cynaræ regis Cypri a patre putāte se cum alia rem habere: grauida effecta, in Sabęā regionem fugit vbi in arborē sui nominis versa fingitur) tuetur lachrymas cyprias. i. guttas myrrhę e se sicula stillātes. Cōiunx. i. Alcyone, gemit Ceyca maritū suū, raptum. s. a fluctibus maris: Tantalia. s. Niobe Tātali filia est facta superstes sibi: quia cū desit esse Niobe: mansit marmoreū idolū. Philomela seu philomena: fugit vultus suos. i. non vult se contemplari: & sonat flebilis. i. plorando natum. s. Itym. Cur brachia mea nondum capiunt pennas volucres? cur nondū facta sum auis. Nostra domus feretur felix felix, cum silua. s. in qua facta Luscinia cantabo: & ego sedens ales in agro patrio: referam questus. i. querimonias t murmure querulo, & turba loquetur Iolen volucrem. s. effectam. Vidi vidi miseranda fata parentis mei. s. Euryti, cum. i. quando ipe pulsus stipite letifero. i. claua mortifera, iacuit sparsus: quia in frusta contritus in tota aula: & ideo dicit q̄ esset multū querendus vt in sequentibus latius dicam.

¶ Et ego. Versus hic est anapesticus & est lamētatio Ioles filię Euryti qua nō querit de communibus miserijs sed ꝓprijs: cupiens mutari vel in arborem: vel in auē: vel saxum: vt finiat dolores suos: demū eā cōsolat Chorus. Sparsos, daroa in ruinam. Deos. accipe vt dij & hoies simul sint combusti. Alio. q̄ ad cōmune malum: satis habeo plorare meas miserias. Summa. extręma: nescio vnde incipiam aut vbi desinam. Plura. vellem oēs flere: sed non possum cū solum pectus habeam. Sipyli. vellem mutari in saxum quemadmodū Niobe de qua vidimus in Hercule furente. Figat. faciat me immobilem & saxeā: de Sypilo diximus. Vel in Eridani. aut dij mutate etiam me in arbores vt mutatæ sunt sorores phaetontis iuxta Eridanū deplorantes funera fratris. de quibus Ouidi. plene scribit. Sororū. heliadū. Thessala Syrē. vel ponite me in Siciliā inter scopulos vbi Syrenes fuerunt q̄ dicunt fuisse filię Acheloi fluminis Aetoliæ: qd Oui. tetigit. xiiij. meta. Eneæ trāsitum describens inquit. Terrasq; calenti sulphure fumatas: Acheloiadūq; reliquit syrenū scopulos de his superi⁹ plura diximus. Aedonias. intelligit philomenā mutatā in lugubrē auē: Aedō aūt & Aedonis promonthoriū est Thracię. Daulias ales. philomena siue mater Progne mutata in Lusciniam: quod sentit Varro dicens Lusciola est qd luctuose canere existimat. Daulias. post Delphos: vtpote oriētem versus habet. vt Strabo refert & Thucydides in secundo: terræ phocidis dicit: quem olim Thraces incoluerūt: vbi Tereus is regnauit q Prognem filiam Pandionis duxit. Oui. in epistola qua solatur Liuiā i morte Drusi ait. Talis in vmbrosis mitis nunc denique siluis: deflet Thraiciū Daulias ales Itym. Hismaria. mons est Thracię Hismarus. Aptate. date mihi talē formā quę sit apta lachrymis. Trachin. ciuitas Thessaliæ ad montē Oethā: Trachis græce asper dicit: ideo dicta Trachin aspera quia Saxosa. Myrrha. fuit Cynarę Cypriorum regis ex Concrea coniuge filia quæ, id illa procurante: a patre inscio effecta grauida: atq; deinde re cognita: eius irā in Sabęā diffugit: vbi deorū cōmiseratione in arborē sui noīs transformata fuit cuiua pariendi tpe instante: & agente solis calore Adonē peperit: quē nymphæ liquoribus vnxere maternis: atq; adhibita diligētia nutriuere: vt late oia pertractauit Ouidius lib. meta. x. Hanc arborē referente Pli. li. natu. histo. xij. in eisdē siluis cū thure permixta nasci tradidere nōnulli. plures separatim: & multis in locis Arabiæ gignitur. Estq; arboris altitudo ad quinq; cubita: nec sine spina: caudice duro & intorto: crassiore q̄ turis. Et vt ipse Pli. dixit non dāt ex myrrha Sabęi portionem deo quoniam & apud alios nascitur. Cōiunx. alcyone mutata in auē: vt supra vidimus. Ceyca. maritū suū submersum. Tantalis. Niobe mutata in saxum filia Tantali. Sibi. refertur ad eandem personam. Fugit vultus. nam cum esset mulier mutata est in auem. Sonat. plorando. Nūdum. cur ipsa quoq; non mutor in auē & habitē syluaa. Vidi. dicit causam sui doloris propter quā velit mutari in auem. Pulsus. percussus stipite id est claua Herculis.

BERN.

Lusciola. Luscinia.

Myrrha.

Adonis.

Myrrha arbor.

¶ Et ego. Ioles deploratio a turba vulgariū sequestrata: reges & reginæ cecerni debent a multitudine. hoc seruant poetæ in omni actione. Hercules vxores habuit Megarā Creontis Thebani. Iolem Euriti, Deyaniram Oenei. dimissa Megara petijt Iolam negante Euryto: in ætoliam venit, ibi sumpsit Deyanirā. deinde memor despecti coniugij insurrexit ad nares atra bilis. facto agmine Oechaliā vastauit: cuius modo ruinam deflet Iola. Et. e. in. eclipticos adsum separandū est per cōma: postea veluti q̄ corrigat seipsam. Alias ruinas. famulatū & ancillariolam sortem. Quę prima. pathos mouet ex addubitatione. vt apud Virgi. de Anna. Quid primum deserta querar comitē ne sororē &c. Eridani: Heliades e palpebris expuūt Electrū, flētes casum Phaetōtis Germani qui decidit in padū vbi adhuc odos vstrinæ deterret super volantes aues auctor Apollonius in quarto. Thessala siren. Sirenes Acheloi filiæ fuerunt ex Terpsicore vna musarum: vocales & suauicanæ: similes virginibus pro parte supera, pro infera volucribus. Apollonius in quarto. ευθα λιγε ασειρηνασοι ρουδε χελλωιδεσ ηδειηγι φθεγγουσαι μολωισιυο τισπα ραμεισ ναβαλοσο &c. τοτε δαλλο μεν οιωνοισι αλλο δε παρθενικησεναλιγκιαι. Nullum gen⁹ cantilenę magis delectat Sirenas q̄ laus Proserpinæ & forte canebāt Proserpinam quo tpe ad antra earum applicuerunt argonautæ redeuntes e Colchia cū vellere aureo. Fœlix felix. o me felicem quum ero querula volucris & fabulabit de me turba itidē vt de philomena. Vidi vidi. ex geminatione extenditur fletus. Stipite. claua nodosa.

DANI. Vxores Herculis.

Eridani odor.

Sirenes.

Proserpinæ laus sirenibus dulcis.

Proh si tumulum fata dedissent:
Quoties genitor querendus eras?
Potuine tuam spectare necem?

¶ Proh si tumulū. Prosequit calamitatē domus suæ præsertim patris & fratris dicēs ꝑ, quæ dolentis vox est: si fata dedissent sup. tibi o genitor tumulū. i. sepulturā: quoties eras querendus. i. colligendus & inuestigādus cū esses in tot frusta discerptus? q. d. nimirū sępissime. Vbi castigādus est error Danielis

ASCEN.

qui a queror priore breui contra legē metri & sensum putat deductum quasi sit lamentandus: sed a queror passiuo verbi quęro deducitur haud dubie. O Thoxeu frater nōdū vestite genas teneras. i. nondū habēs eas vestitas barba. i. inuestis & imberbis adhuc: necdum i. & nondum adhuc fortis sanguine: potui ne spectare necem tuā. Sed o parentes quid idē ad quid, querar fata id est exitia vestra, fortuna mea rogat id est exposcit me lachrymas. Ego captiua iāiā. i. proxime legā colos & fusos dñę. s. Deianyrę si ceciderit, vñ & reginę illo tpe nebant & texebāt ac suebant. Pro dolor ac forma. i. formositas paritura mihi mortē. i. dolorē instar mortis. cūcta domus concidit tibi o forma vni. i. soli. i. ppter formā meam perijt cūcta dom⁹ paterna: dū genitor negat alcidæ. i. Herculi me: atq; timet esse socer Herculeus q̄si nō ob cōtemptū sed ob timorem negauerit. alij legunt contigit & alcide in vocatiuo: o alcide cūcta domus cōtigit. i. obuenit tibi vni: dū genitor negat me tibi. Sed tecta dñæ. s. nouę petant. i. adeant iā. Subsequit Chorus in eadē penit⁹ scena, quia in eodē genere carmina alternatim loquūtur: dicit eñ Chorus ad eā. O regina amēs, quid. i. ad quid: respicis regna clara parētis tui Euryti: & proauos tuos: fortuna prior fugiat vultus s. mētis tuę. i. ne referat amplius ad memoriā quisquis. i. quicunq; patiens. i. habens patiētiā, nouit pati. i. tolerare famulū & regē. i. summam & infimā cōditionē: & pōt varios vult⁹ suos iuxta cōditionē (quia vt dicit Terētius i Ecyra. Profecto hoc sic est vt puto omnib⁹ nobis vt res dāt sese ita magni atq; humiles sumus) is supple pepulit. i. amouit a se: vires & pōdus mali id est calamitatis: nec seruit inops scilicet animi, qui tulit casus scilicet suos, animo æquo.

Nondum teneras vestite genas:
Necdum fortis sanguine Thoxeu:
Quid vestra querar fata parentes:
Quos in tutum mors æqua tulit.
Mea me lachrymas fortuna rogat.
Iamiam dominæ captiua colos:
Fusosq; legam: proh sępe dolor
Formaq; mortem paritura mihi:
Tibi cuncta domus concidit vni:
Dum me genitor negat alcidæ:
Atq; Herculeus socer esse timet:
Sed iam dominę tecta petantur. CHO.
Quid regna tui clara parentis:
Proauosq; tuos respicis amens:
Fugiat vultus fortuna prior:
Patiens quisquis nouit famulum:
Regemq; pati: vultusq; suos
Variare potest: pepulit vires
Pondusq;. male nec seruit inops
Casus animo qui tulit ęquo.

BERN. ¶ Querēdus. Ad sepulturā. Vestite genas. nondū habens barbā. Thoxeu. frater nondū fortis sanguine qui est causa viriū. Quid. corrigit se q; gemat miserias patris & fratris q cū mortui sint nō sentiūt miserias: potius deberē plorare calamitates meas. Fortuna. s. misera. Colos. instrumēta ad filandū. Forma. quotiens optabo mortem propter formā meā quæ fuit causa omniū malorū. Tibi. propter te forma omnia domus nostrę destructa sunt. Dñe. iam omittam⁹ questus dū ancilla vadam in domū dominæ. Quid regna: hortatur Chorus ad ferendū omnia ęquo animo. Fugiat. noli recordare prioris fortunæ fœlicis: nā quisq; est patiens in vtraq; fortuna fœlix habēdus est. Variare. mutare secundū fortunā. Pepulit. reiecit: nō videt malum sibi graue. Casus. infortunia. Aequo. patienti.

DANI. ¶ Querendus. In passiua a deponente participiū. relictus est inhumatus Eurytus ab Iole abducta. Vestite. Vestis. vestis est barba inde inuestes sine barba dixit Honoratus. Genas. genę sunt partes in facie quas tegit barba. Inuestis. quā vocant graeci τογενειον καιγενειασ barbesco & γενειαζω dicunt genas siue pilos circa barbam. Quid Genæ. regna. optimū remediū aduersorū est patiētia.

ASCEN. O Q; cruentus. Nutrix egressa denuntiat q̄ egre patiatur Deyanira cōspectū pellicis dicēs: o q̄. i. q̄tū cruentus dolor: stimulat foeminas cum. i. quando: vna domus patuit. i. paruit & communis facta est: pellici & nuptę id est vxori: cuius pellex est, quæ viri concubina. Scylla & charybdis sęuissima monstra in marisiculo: contorquēs vtraq; freta sicula: quia sorbere & vomere videntur, est minus timēda. s. maritis q̄ cōiunx marito aut pellici: nulla fera est nō melior: ergo ois est melior: q̄ cōiunx irata pellici: Nāq; vt. i. postq̄ decus. i. ornamētū: aut legat decor, pellicis captæ: & Iole. s. de qua loquit pellex fulsit. i. resplenduit: sup. talis, qualis dies. i. sol: aut apparitio eius innubis. i. expers nubiū: sudus & clarus: vep

Actus Secundus. Trimetri Iambici.

NVTRIR. DEYANIRA.



Q; cruentus fœminas stimulat dolor:
Cum patuit vna pellici: & nuptæ domus:
Scylla: & Charybdis: Sicula contorquens freta
Minus est timēda. nulla nō melior fera est.
Nanq; vt reluxit pellicis captę decus
Et fulsit Iole: qualis innubis dies:

Purum ve claris noctibus sidus micat:
Stetit furenti similis:ac toruum intuens
Herculea coniunx:fœta vt armenia iacens
Sub rupe Tigris hoste conspecto exilit.
Aut iussa Thyrsum quatere : conceptũ ferẽs
Mçnas Lyæum.dubia quo gressus agat
Hesit parumper:tũ per Herculeos lares
Limphata rapitur:tota vix satis est domus.
Incurrit:errat:sistit:in vultus dolor
Processit omnis:pectori pene intimo
Nihil est relictum:fletus insequitur genas:
Nec vnus habitus durat:haud vno furit
Contenta vultu:nunc inardescunt genç:
Pallor ruborem pellit:& formas dolor
Errat per omnes:queritur:implorat:gemit:
Sonuere postes.ecce prçcipiti gradu
Secreta mentis ore confuso exerit. De.
Quãcunq; partem sedis ætherç premis
Coniunx tonantis:mitte in Alciden feram
Quç mihi satis sit.siqua fœcundũ caput
Palude tota vastior serpẽs mouet
Ignara vinci.siquid excessit feras
Immane:dirũ:horribile:quo viso Hercules
Auertat oculos:hoc specu immẽso exeat.

vel,quale sup.sidus.s.lunç micat .i. splendet noctibus claris.i.serenis. Coniunx Herculea s.deyanira Oenei filia : stetit similis furẽti:ac intuens toruũ.i.torue: vt tigris fœta iacẽs armento.i.ad insidias armenti:aut potius legatur armenia: vt sit iacens sub turpe armenta exilit hoste.s.qui catulos auferre parat: conspecto:si armẽto qđ nõ placet legis,dic hoste i.pecore qđ deuorarẽ vult cõspecto:aut vt exilit Mçnas.i.furiosa baccha, iussa q̃tere Thyrsum.i.hastã pãpinis inuolutã in honorẽ Bacchi,ferens.i.pariẽs:Lyçũ.i. Bacchũ cõceptũ s.intra se vñ enthea effecta est. Ipa Deyanira dubia quo agat gressus,hesit.i.restitit dubitãs parũper.i.parũ tpis,tũ.i.deinde facta deliberatione,rapitur limphata.i.furore percita per lares Herculeos:tota domus est vix satis s. ad capiẽdũ cursũ ei⁹,icurrit.s. in colũnas & obstacula: errat,sistit sup.se:aut cursũ iterdũ s.reprimit:ois dolor pcessit.i.se cõtulit digno scẽdũ in vult⁹,q indices sũt aiorũ: nihil pene affectiõis ẽ relictũ pectori itimo.i.qđ nõ pdiderit vult⁹. Flet⁹ insequit̃ genas. Nec vn⁹ habitus.i.vn⁹ color aut vna dispositio vult⁹ durat: furit haud cõtẽta vno vultu:genç.i.sinus oculorũ,inardescũt nũc.i.interdũ:pallor pellit.s.paulo post ruborẽ:& dolor errat.i.variat̃ p oẽs formas.i.dispositiões colorũ & affectionũ:q̃rit̃.i.conq̃rit̃,implorat.s. deos & hoies i vindictã: vt pxime Iunonẽ iplorabit,gemit s.iterdũ tacita. Sed sup.postes.i. cardines regiæ sonuere. Ecce.q. d. te repente sup.adest gradu p̃cipitu:exerit.i.effert,secreta mẽtis.i. q̃ p irã cõcepit,ore cõfuso.i.incerto q̃d dicat. Deya.O coiunx tonãtis.s.Iuno Herculi ppetuo infensa:quãcũq; partẽ sedis ætherię premis.i.occupas:aut pmis qa molesta es, mitte.i.excita:in alciden.i.Herculẽ,ferã. s.bestiã aliquã q̃ sit satis mihi.i.ad explẽdã irã meã in Herculẽ. Siq̃ serpens vastior tota palude.s. Lerna aut alia, mouet caput fœcũdũ: vt fuerat caput Hydrç:cui⁹ vno cæso bina renascebant̃,ignara.i.nescia vinci. Siqd imane dirũ horribile(quo viso vt a furijs infernalib⁹ Hercules auertat oculos) excessit .i. supauit pernicie & diritate feras exeat hoc specu immenso: quẽ monstrat ex aduerso regiæ.



Q̃ꝫ.Hic ẽ.ij.actus vbi dolor Deyanirç cõcept⁹ ppter p̃sentiã Ioles:& deliberatio vidictç habet̃.prio exit nutrix q̃ declarat q̃lis fuerit anim⁹ Deyanirç q̃n vidit Iolen & captiuas. Cruẽt⁹.crudel': q̃si cu piẽs sanguinẽ. Vna dom⁹.vni⁹ mariti. Scylla & Charybdis. picula in mari siculo de qb⁹ diximus. Nulla nõ.q̃n anteponis nulla,dicit̃ ois:q̃n nõ anteponit̃ dicit̃ aliq̃. Melior.q̃ mulier irata. Decus. pulchritudo. Innubis.fine nubib⁹,seren⁹ & purus:simil' erat vult⁹ Iolea. Herculea cõiũx. Deyanira simil' se uę tygridi q̃ catulos habet & instat armento ppter filios vt illis apportet cibũ. siue similis erat Bacchæ furenti. Lyeũ.Bacchũ. Hesit.firmauit se Deyanira liphata.i.furẽs discurrit p totã domũ. Incurrit.facit ipetũ. Processit.apposuit in vultu dolor ai. Relictũ. qa oẽs exiuerũt foras. Habit⁹.q̃litas vult⁹: nã mõ rubra mõ pallida erat. Errat.demõstrat̃ oi cõditione. Implorat. q̃rit auxiliũ. Exerit.exprimit:demonstrat pturbationẽ ai ex vultu pturbato:& gressu furẽti veniẽs Deyanira extra. Quãcũq;. Egrediẽs Deyanira rogat Iunonẽ vt mittat ferã cõtra Herculẽ q̃ illũ pimat:& si nõ inueniat q aliquã mutet se in ferã. qa est accẽsa tanto furore q Herculem poterit superare. Fœcundum.renascens vt Hydrç lernçæ. Ignara vinci. quç non possit superari. Excessit feras.maius sit crudelitate q̃ feræ. Auertat scilicet timens. BERN.

¶O q̃ cruent⁹. Epithasis nouo aduẽtu Deyanirç & Nutricis. Cõstituit cũ Nutrice Deyanira vlcisci iniuriam Herculis.carmẽ scđm metro archilochio,trimetro acatalectico. Scylla & Charybdis.notissima sunt in mari siculo picula vel carmine Apollonij in q̃rto : Scylla filia fuit Phorci ex hecate quã vocant aliter Cratæin κητε κεφορκω νυκτιπολοσ εκατη την δε κλησκουσι κραταιιν &c. Nulla nõ queuis færa horribilis mitior est irata fœmina. Purũ sidus.luna lumiare noctis. Herculea coniũx. Oeneis. Mçnas. Baccha ebria & entheata. Quãcũ cũq;. Dolẽtis Deyanirç & i Tragicã sæuitiã prorũpẽtis vox hic attollit̃,hoc autẽ maxime expostulat vt tradit Diodorus:apud Iolen filauit & cũ vestib⁹ eius pellẽ leonis permutauit:pharetram pariter & arcũ cũ colo & fuso:qualem permutationem lepide perstrinxit naso in annalibus. Hoc sinu exeat.faciat irruptionem in Herculem & prosternat. DANI. Scylla. Hercules apđ Iolen.

ASCEN. ¶ Vel si ferę.s.tā horrēdæ negant:pcoro Iuno,cōuerte hāc mētē.s.meā:in aliqd.s.malū, aut pniciosū mōstrū:ego possū fieri hac mente.i.stāte hac voluntate & affectione crudeli: quodlibet malū,cōmoda.i.appropria & applica mihi,effigiē.i.formā,parē.i.cōformem dolori.s.meo:pectus sup.meū non capit minas.i.peiora Herculi veli q̄ q̄ mente cōplecti possim.Q uid o Iuno, excutis .i. iuestigas & exquiris aut exploras, sin⁹ extremæ telluris q̄ vt in India magna gignit mōstra:& versas i.scrutādo p applicationē ai, ñ pedū:orbē.s. terrarū:qd rogas Ditē.i.Plutonē,mala.i.perniciosa mōstra:tu inuenias.i.inuenire possis i isthoc.i.hoc qd tibi offero,pectore meo, oēs feras quas.s.Hercules timeat.i. timere possit accipe hoc telū.s.pect⁹ meū,odijs tuis.i. quo expleas odia tua in Herculē.Ego sū nouerca i.nouercali aīo i Herculē,tu potes .s. p me,pdere.i.destruere Alciden.O dea.s.Iuno. Profer aut pfer.i.ad finē vsq; extēde,manū.s.tuā quocūq;.i.i quācūq; pte potes:qd cessas, vtere.s.me,furēte.i.tātisp dū furo: ego repi(per vnū p).i.iā inueni aut pepi.i.pduxi & genui: nefas qd iubes.s. p me fieri.q.d. mihi iputet qcqd isthicē sceleris.Q uid hęres.i.qd dubitas? q̄ si toties victa nō audeat rursus attētarē licet ipa.i.tu cesses,hęc.i.mea,ira,ē satis.s.ad pniciē Herculis.Nu.O alūna cōprime q̄stus (honesti⁹ dicit q̄ minas aut execrationes seu diras impcatiōes)pectoris.i.ai: parū sani. q.d.insani sed nō audet,& doma flāmas.s.irarū frena.i.retine vinculis,dolorē,ostēde sup.te, cōiugē Herculis.i.dignā q̄ Herculis cōiūx dicaris. De.Iole captiua.dabit natis meis .i. ex legitimo Herculis toro pcreatis, germanos. i.fres? Ergo germani eniā ex solo patris Germine dicunt:& ipa fiet nurus Iouis, ex famula.i.ancilla captiua.Nō.i.nōne.q.d.id citi⁹ fieri posse:flāma & torrēs.s.aquarū ferēt cursus pariter.i.ex eodē fonte & p eūdē Alueū?& vrsa Oceani metuens se gurgite tingi hoc ē polus arctic⁹,sicca:nūq̄ in mare descēdēs:bibet pōtū cęruleū.i.cerulei coloris.O Hercules,nō ibo inulta.licet gesseris.s.humeris tuis cælū: & totus mūdus debeat tibi pacē .s. q̄ gaudet. Aliqd.s.dolor:aut dolor nuptę.i.cōiugis,iratę est aliqd.i.in aliquo,aut aliqd ens, peius.i. perniciosius Hydra id ē q̄ fuit Hydra . Q uis ignis ætnæ,mōtis Sicilię,ardētis furit tantus in cęlū.i.cęlū versus,sup.quātus ignis coniugis in pellicē.q.d.nullus. Hic.i.me⁹ animus: vincet.i.supabit malitia:qcqd est victū tibi. i.capta p̄ripiet.i.patiar ne vt pripiat mihi toros? Ego adhuc.i.hactenus timebam monstra:iam nullum malum est:pestes cessere id est excessere mundo:sed pellex inuisa venit in locum feræ.s.quam timeam. O summe protector deum.i.deorū Iuppiter : & o Titan id est sol clare,ego fui tantum.i.dumtaxat coniunx Herculis timentis.i. tantisper dum fuit in periculo mortis:vota quæ tuli.s.pro marito supis,cessere captę.i. ad bonum captiuæ: ego fui felix .s.in nuncupandis votis cito exaudiendis. pellici.i.ad bonum pellicis q̄ fructum omnem carpit:nam o superi vos audistis illi id est ad vtilitatem illius,preces meas,

Vel si ferę negantur:hanc animam precor
Cōuerte in aliquod:quodlibet possum malū
Hac mente fieri.commoda effigiem mihi
Parem dolori:non capit pectus minas.
Quid excutis telluris extremæ sinus?
Orbemq; versas?quid rogas Ditem mala?
Omnes in isthoc pectore inuenias feras
Quas timeat:odiis accipe hoc telū tuis:
Ego sum nouerca:perdere Alciden potes:
Perfer manus quocunq;.quid cessas dea?
Vtere furente:quod iubes fieri nefas:
Peperi:quid hęres?ipsa iam cesses licet:
Hęc ira satis est.Nu.pectoris sani parū
Alumna questus comprime:& flāmas doma:
Frena dolorē:coniugē ostēde Herculis. De.
Iole meis captiua germanos dabit
Natis:Iouisq; fiet ex famula nurus?
Non flamma cursus pariter:& torrens ferēt?
Et vrsa pontum sicca cęruleum bibet?
Non ibo inulta:gesseris cælum licet,
Totusq; pacem debeat mundus tibi.
Est aliquid Hydra peius:iratę dolor
Nuptę.quis ignis tantus in cęlum furit
Ardentis Aetnę?quicquid est victum tibi
Hic vincet animus:capta præripiet toros?
Adhuc timebam monstra:iam nullū est malū,
Cęssere pestes:in locum venit ferę
Inuisa pellex:summe protector deum
Et clare Titan:Herculis tantum fui
Coniunx timentis:vota quę superis tuli
Cessere captę:pellici fœlix fui.
Illi meas audistis o superi preces.
Incolumis illi remeat:o nulla dolor
Contentę pœna:quęre supplicia horrida:
Incogitata:infanda:Iunonem doce
Quid odia valeant:nescit irasci satis:
Pro me gerebas bella:propter me vagas

Achelous vndas sanguine infecit suo.
Cum lenta serpens fieret: in taurum trucem:
Nunc flecteret serpente deposita minas:
Et mille in hoste vinceres vno feras.
Iam displicemus: capta prælata est mihi.
Non præferetur: qui dies thalami vltimus
Nostri est futurus: hic erit vitę tuę.
Quid hoc? recedit animus: & ponit minas.
Iam cessit ira: quid miser langues dolor?
Perdis furorem? coniugis sanctæ fidem
Mihi reddis iterum? quid vetas flammas ali?
Quid frangis ignes? hunc mihi serua impetũ
Pares eramus: non erat votis opus:
Aderit nouerca: quæ manus nostras regat
Nec inuocata. Nu. quod paras demẽs scelus?

Hercules sup. remeat incolumis illi. i. ad bonũ illi q̃ ipso fruitur. o dolor cõtẽte nulla q̃tũuis magna, pœna: q̃re. s. in Herculẽ supplicia horrida: incogitata. i. ab alijs aut a me pri⁹, infanda: doce Iunonẽ qd odia. s. nostra valeãt: cũ ip sius parũ profecerint: ipsa nescit irasci satis. Deinde conuersa oratione ad Her. inquit. Tu gerebas. s. cõtra Acheloũ bella p me. i. habenda: Achelous flu. & rex aut deus eius: infecit vndas vagas, sanguine suo. i. interẽpt⁹ a te est, prospet me: cũ ipse fieret, serpens lẽta. i. repẽs lente, & flecteret. i. cõuerteret nunc minas in taurũ trucẽ. s. assumpta forma tauri torui, deposita serpẽte. i. forma serpentina: fluuius em̃ ille in plano lẽte fluit: vbi aũt inter saxa decurrẽs p̃ceps ruit mugitũ quedã imitat̃: & cũ tu viceres mille feras: in q̃s se trãsformauerat Achelous: in vno hoste. i. Acheloo: nos displicem⁹ iã: quia capta est prælata mihi: nõ p̃feret̃. i. nõ patiar tñ vt ppetuo p̃ferat̃: nã hic pro is dies: qui futur⁹ est vltimus thalami nostri. i. cõiugij, erit sup: vltimus vitę tuę. Quid hoc? sup. est: sensit iram remissam. Anim⁹ recedit. s. a me, aut resedit, aut residit (vtrunq̃ a re & sido) & ponit. i. deponit minas, ira iã cessit. i. amota est: o miser dolor quid langues. i. remissius agis: pdis furorem. i. aut quid pdis furorem, aut interrogatiue pdis furorẽ, aut enũtiatiue, tu pdis furorẽ. i. frustra feris si aliud nõ facis. sed poti⁹ interrogatiue vt sequẽtia, reddis mihi. i. polliceris iterum fidẽ. i. fidelitatẽ, cõiugis sanctę. i. q̃ virũ sancte diligere debet: quid. i. ad qd vetas flãmas. s. irarũ ali? Quid. i. ad qd: frangis ignes. i. furoris fomitẽ: serua mihi hũc impetum. i. animositatẽ quã nũc habebã: qñ nos eramus pares. s. cũ Hercule, nõ erat opus votis. s. nũcupandis p victoria habẽda: nouerca. s. Iuno, aderit. i. auxilio erit, q̃ regat man⁹ nr̃as, nec. i. etiã nõ inuocata. i. licet nõ sit a nobis inuocata (interdũ inuocatus negatiue dicitur vt: & vocatus & inuocatus ad cœnam venis: & si sic accipiatur legatur vel inuocata. i. etiam non vocata). Nu. o demens quod scelus paras?

¶ Hanc animã. i. me ipsam. Hac mẽte. s. furiata. Cõmoda. da formã corporis: ita terribilẽ vt habeo animũ. Capit. non capax est. Quid excutis. Iuno quid q̃ris oẽs feras & mõstra p terras: & mala a Plutone: vt pdas Herculẽ muta me in ferã: qa supplebo p omnibus: & leuabo te onere psequẽdi Herculẽ. In isto pectore. i. meo inuenies oẽs feras quas timeat Hercules. Hoc telũ. s. me ad pdẽdũ Herculẽ quẽ habes odio. Nouerca. loco nouercę. Furẽte. s. me. Reperi. dic quid vis fieri. Flãmas. iracundiã. Cõiugẽ. Herculis mõstra te fortẽ eẽ in malis vt Hercules. Germanos. indignatiue: pariet ne captiua filios ex marito meo, & faciet q̃ filij ipsi⁹ dicantur fratres filiorũ meorũ. Iouis. quia Hercules filius erat Iouis. Nõ flãma. potius ignis & aqua ferentur simul: & vrsa occidet in mare q̃ patiar hoc. Sicca. qa nunq̃ occidit in mare. Nõ. s. patiar. Mulcta. vĩdicta: ipsa vero vindicta. Gesseris. iustẽtaueris hũeris tuis, q̃uis Hercules feceris bñficia toti mũdo: tñ inueniã aliquid cõtra te peius hydra. Ignis. nõ est tã furẽs in Aetna quãtũ est furor vxoris iratę. Anim⁹. s. me⁹ irat⁹ vincet q̃cq̃d est victũ tibi. s. te q̃ illa vicisti. Capta. vna captiua Iole empiet toros meos: indignatiue loquit̃. Inuisa pellex. Iole. timebam quando mittebaris ad mõstra: sed nũc illa est mihi loco monstri. Protector deum vertit sermonẽ ad illos deos quos solebat rogare p salute Herculis. qñ ibat ad mõstra, fundebãt. Preces. pro eo. Cessere. exaudita sunt vota mea nõ ad vtilitatẽ meã: sed pellicis: nã illi supstes fuit Hercules. Illi. ad vtilitatẽ illi⁹. O dolor. ad seipsam dicit: dolor q̃ es tãtus in me q̃ nõ potes satiari aliq̃ pœna. Satis. nescit facere qd vellẽ ipsa in Herculẽ: nescit facere illũ mori. Pro me. vertit sermonẽ ex indignatiõe ad Herculẽ. Lẽta. flexibilis in nodos: nã Achelous vt supra dixim⁹ mutabat se in varias formas: mõ in serpẽtẽ, mõ in taurum. Flecteret. s. Achelous relicta forma serpẽtis. Vno hoste. cũ vinceres mille formas vni⁹ hostis. Prælata. pręponis mihi illã: nõ patiar: eo die quo relinq̃s me, eo faciã te mori. Quid hoc. dũ loq̃t̃ idignata arguit se q̃ tardat furorẽ suũ. Recedit. retrahit se furor. Lãgues. debilitaris. Perdis. quẽ mõ hẽbas. Iterũ. vt sim bona in maritum. Ignes. ardores odij. Impetum. dolor serua mihi impetum pdendi Herculem. Pares. q. d. Hercules fortis: similiter & ego si seruabo furorem. Votis. non erit necesse vt concipiam vota ad perdẽdum Herculem: quia Iuno nouerca sponte aderit: non rogata adiuuabit me. BERNA.

¶ Hanc animã p̃cor. da mihi formã horribilẽ qua insequar virũ meũ & inquietũ agã: nã te iuuãte supabo omnẽ tartareã immanitatẽ paratissima adero ad pficiendũ q̃dcũq̃ mihi iusseris scelus. Vtere furente. meæ mẽtis telo si quæris aptã vindictam ad perdendum Herculem. Non flamma. parat se ad vindictã qua maxime omnium gaudet fœmina. Hic animus. meus sentietur ardentior flagrante ætna. Malum Herculi. Achelous. fluuius Calydoniæ omnium præcipuus & potentissimus ab Homero ponitur ιφιλ. pugnauit pro Deyaniræ nuptijs. iuxta radices Pindi gesta est pugna. separat Aetoliam ab Acarnania & defluit in sinum maleacum. Depofita serpente. forma serpentis. Millies. multas. Qui dies. erit iugalis dies vestra vtriq̃ funebri & mihi, & tibi. Quid hoc recedit. ex inconstantia muliebri mollit aliquantisper furoris flammam: vt inde collectis viribus maior surgat. Nouerca. Iuno quæ regat manus nostras ad tantum scelus parandum etiam non rogata. Quod paras. insurgit in Deyanitam nutrix & quærit a feroci animo absterrere. DANI. Achelous.

ASCENSIVS.

¶ Perimes (inquit nutrix: cupiens id callide impedire prius q̄ id se velle dixerat: quia difficile est mulieribus imperiosis extorquere: qđ semel placuisse dixerint etiam si non placeat) maritum? Cuius. s. mariti, dies extrem⁹. i. occidens, & primus. i. oriens, nouit laudes, & cuius fama (alij flamma legunt) erecta caelo tenus. i. ad caelū vsq;, vt aene. i. fama super ęthera notus: habet terras suppositas. s. pedib⁹ suis: vt in Buco. Sub pedibusq; videt nubes, & sidera daphnis. Terra parens. s. cōmunis: cōsurget in. i. contra rogos istos: quia toties per eum a monstris liberata est: & domus soceri eius, hoc est patris tui Oenei: sternetur prima. s. a surgentibus in vltionem Herculis: & omne genus aetolum sternetur: Aetolia autē patria est Deyanirae: nam omnis gens defendit Herculem tuum. s. maritū: quot. i. heu quot poenas dabis vna? q. d. inumeras: quia omnibus gentibus. Crede: pone vt credas te posse effugere terras: & genus humanum: genitor Alcidae. i. Iuppiter: gerit fulmen: quo etiam si in caelum fugias te petat: specta iamiam. i. statim vt scelus attentaris, faces minaces. s. fulminis, ire. i. discurrere, per caelum. i. aerem, & specta diem. i. regionem, lucem, aut deum. s. Iouem: aut legamus Ioue: tonantem iam fulmie excusso. Time quoq; mortem ipsam. i. regionem mortis quam putas tutam, scilicet a persecutione: quia patruus Alcidae tui id est Dis frater Iouis: dominatur illic: recti⁹ dauid, si descendero in infernum ades. Quocunq; misera perges: videbis illic deos cognatos, scilicet marito tuo. De. Et, id est etiam ipsa, id est egomet fateor maximum scelus fieri, id est agitari animo meo: sed dolor, scilicet ob inductam pellicem iubet, scilicet fieri. Licet omnes fere dicant, imprudentem & ignaram Herculi necis causam fuisse: tamen ad Tragoediam pertinet omnia ad maximam animorum commotionem adducere: quae multo minor esset si imprudens fecisse vbiq; dicatur & tentās nutricem haec dicit. Nu. Tu moriere, scilicet si feceris. Deya. Nempe, id ē certe: moriar coniunx Herculis inclyti: nec vllus dies notabit. i. nota infamię turpabit, me viduam: nocte discussa. s. a sole. i. transacta: quia q̄ Hercules ceciderit postridie nemo me dicet viduam: quia simul moriar: alij etiā recte de nocte nuptiarum exponunt: licet tūc non vidua: sed repudiata fuerit dicenda: nec pellex captiua capiet toros meos. Dies nascetur ante ab occasu, Indis: cum illic deficiat: & ecōtrario indis ab ortu nascat: sicut & caeteris mortalib⁹. Et Phoeb⁹. i. sol, afficiet, añ. i. pri⁹, polum glacialem, scilicet archicū licet ambo frigidi sint: cum aeque distent a torrida zona, & via solis: & scythas: hoc de arctico locutum declarat, rota tepida, id est tepefaciet regionem quam nunq̄ adit: q̄ nurus Thessaliae aspiciāt me relictam, scilicet ab Hercule. hoc declarat pri⁹ de nocte nouarū nuptiarū locutam: nam sicut relicta ita & vidua quodammodo fuerit, separata, scilicet a viro licet viuo: ego extinguam, scilicet prius, faces iugales, id est matrimoniales, sanguine meo:

Perimes maritum? cuius extremus dies
Primusq; laudes nouit: & caelo tenus
Erecta terras fama suppositas habet.
Rogos in istos terra consurget parens.
Domusq; soceri prima: & Aetolum genus
Sternetur omne: nam tuum gens Herculem
Defendit omnis: vna quot poenas dabis?
Effugere terras crede: & humanum genus
Te posse: fulmen genitor Alcidę gerit.
Iam iam minaces ire per caelum faces
Specta: & tonantem fulmine excusso diem.
Mortem quoq; ipsam quam putas tutā time,
Dominatur illic patruus Alcidę tui.
Quocunq; perges misera: cognatos deos
Illic videbis. De. maximū fieri scelus
Et ipsa fateor: sed dolor fieri iubet. Nu.
Moriere. De. moriar Herculis nēpe inclyti
Coniunx: nec vllus nocte discussa dies
Viduam notabit: nec meos pellex thoros
Captiua capiet. ante ab occasu dies
Nascetur Indis: ante glacialem polum
Scythas ve tepida Phoebus afficiet rota:
Q̄ me relictam Thessalę aspiciant nurus:
Meo iugales sanguine extinguam faces.
Aut pereat: aut me perimat: elisis feris
Et coniugem addat. inter Herculeos libet
Me quoq; labores numeret: Alcidę thoros
Moritura certe corpore amplectar meo.
Ire ire ad vmbras Herculi iunctam licet:
Sed non inultam. si quid ex nostro Hercule
Concepit Iole: manibus euellam meis
Ante: & per ipsas pellicem inuadam faces:
Me nuptiali victimam feriat die
Infestus. Iolen dum supra exanimem ruam.
Foelix iacet: quicunq; quos odit premit: Nu.
Quid ipsa flammas pascis? & vastum foues
Vltro dolorem misera? quid casum times?

Dilexit Iolen: nempe: dum starent lares:
Regisq natam peteret: in famulæ locum
Regina cecidit: perdidit vires amor:
Multumq ab illo traxit infelix statu. De.
Illicita amantur: excidit quicquid licet.
Fortuna amorem peior inflammat magis:
Amat vel ipsam: q caret patrio lare.
Q nudus auro crinis & gemma iacet.
Ipsas misericors forsan erumnas amat. Nu.
Hoc vsitatum est Herculi: captas amat.
Dilecta priami nempe Dardanii soror
Concessa famulo est: adice quot nuptas pri⁹:
Quot virgines dilexit: errauit vagus:
Arcadia nempe virgo palladios choros
Dū nectit Auge: vim stupri passa excidit.
Nullamq amoris retinet Herculei notam.

aut Hercules pereat: aut perimat me: & adde feris elisis. i. enectis cōiugē. s. me: licet, vt sup. numeret me quoq inter labores Herculeos. i. facinora cum labore exhausta: ego moritura. i. cū volā mori, amplectar certe corpore meo toros. i. cōiugales Alcidę. libet. i. libitū est ire ire (geminatio vbiq affectū geminatum indicat) ad vmbras iunctā Herculi. i. mori cū eo sicut vixi: sed nō multā. s. de pellice (ergo libet non licet lege: quia licet sed nō libet multā ire) si Iole cōcepit quid. q. d. mōstri sibi: ex Hercule nr̄o. s. marito, ego euellam sup. illud ante. i. priusq̄ moriar. i. eruā e vētre eius manib⁹ meis, & inuadā pellicē per ipsas faces. s. nuptiales: pmittam sup. vt ipse Hercules infestus: feriat me victimā, die nuptiali: dū. i. dūmō ego ruā. i. cadā mortua supra Iolē exanimē. i. pri⁹ extinctam: qcunq pmit quos odit, iacet. s. cęsus felix. Sētētia diabolica inuidia digna: nō humana māsuetudine. Sed sic mulieres inter dū affectæ sunt: qd auctor licet referat nō probat. Nu. Quid. i. ad qd ipsa. i. tute: pascis flāmas, & o misera foues vltro dolorem vastū: qd times casum. s. a cōiugio Herculis: dilexit Iolen: nēpe. i. certe, dū lares. s. patris eius starent: & peteret natam. i. filiam regis: sed ipsa regina. i. regis filia, cecidit in locū famulæ, & ita amor Herculis, pdidit vires: & ipsa infelix traxit. i. detraxit & diminuit multū ab illo statu. s. regali. De. Illicita amanť: quia Nitimur in vetitū semp, cupimusq negata: quicquid licet. i. licitū & honestū est, excidit. s. ab vsu & delectatione. Fortuna peior. i. calamitosior inflāmat magis amorē, amat vel. i. etiā eo noie: ipsam q caret lare patrio: q crinis. i. capillus eius iacet nudus aura & gēma. i. lapillis Hercules misericors amat forsan ipsas erūnas. i. eo q erūnosa est. Nu. Hoc est vsitatum. i. assuetum Herculi. s. q amat captas: sed nō diu: Nēpe soror priami dardani. i. nobilissimi: vt qui ex Dardano Iouis ex Electra filio originē traxit. s. hesione: vt ipsa dicas, dilecta. s. Herculi, cōcessa est famulo. i. longe inferiori viro Thelamoni: qui primus muros cōscēderat: & ex ea Teucrū genuit: vt recitat Serui⁹ ad illud æne. Teucrū memini sidona venire. Adice quot nuptas & quot virgines Hercules dilexit prius. s. q̄ Iolen. Errauit vag⁹: nēpe dum Auge, virgo Arcadia nectit choros palladios: quia illi⁹ ministra erat: sed sup. ipsa licet virgo & nympha & pallados ministra: passa ab Hercule vim stupri, excidit. s. extra amorem & gratiam eius: & nullam notam. i. nullum vestigium aut signum infamię amoris Herculei retinet:

¶ Primus. & extremus oriens & occidēs. Erecta cęlo tenus. leuata vsq ad cælū: si voles occidere Herculem ad istam mortem surget terra contra te. Soceri. Oenei patris tui. Sternetur. occidetur in vindictam Herculis cum tota gente sua: quia totus mundus defendit Herculem: & si fugeres omnes homines non fugies patrē eius Iouem qui fulmen habet. Mortem. etiam si per mortem crederes effugere pœnam, non poteris: qa apd inferos regnat Pluto eius patruus. Illic. in loco mortis. Discussa. recedente anteq̄ ducať alia quæ præripiat locum meum. Ante. arguit ab impossibili: q priusq̄ patiatur illa, ista fient: sicut prius erit occasus apud indos: & glacialis polus erit tepidus, q̄ videar relicta ab Hercule. Faces. quæ feruntur in nuptijs Ioles. Pereat. aut morietur: aut interficiet me: vt fecit multas feras. Elisis. oppressis & fractis. Alcidæ. quando prosternet me accurram ad toros eius vt illic moriar: volo mori: sed prius vlcisci: vt cum Hercule vadam ad inferos & si Iolę fuerit grauida ex Hercule partum eius euellam manibus meis. Per ipsas faces. in medijs nuptijs inuadam illam. & si interficiar, ero tanq̄ victima quę solet occidi in nuptijs: & si mecum moriatur mutua pellex ipsa quoq contenta moriar. Quid ipsa. nutrix consolatur deyaniram dicens Herculem non amare Iolen probabili ratione id demonstrans: crede Herculem illam amasse: dum erat in felici statu ardentius quando illa potiri non poterat: nam semper nitimur in vetitum cupimusq negata: vt inquit Ouidius. Et illicita vehementius amantur: sed postea q̄ habuit illam ardor illius cessauit. Vltro. sine causa. Cecidit. deuenit. Traxit. diminuit. Licet. habetur in potestate: nam satietas capit omnes. Fortuna. probat contrarium: q si Hercules illam felicem amauit: nunc magis quoq amare cum eam videat infelicem compatiendo illi. Hoc vsitatum. concedit nutrix consuetudinem Herculis: qui multas captiuas amauit & cito dereliquit. Soror Priami. hesionem quam expugnata Troia rapuit. Vagus. ad multas mulieres. Auge. puella regis Arcadiæ, qua sequebatur Dianam ab Hercule stuprata. Notam. signum amoris Herculis. BERNA.

¶ Flamma. splendor & claritas laudis Herculeæ, quæ in cælum vsq propagata est. Patruus. Dis pater qui te perdat sorbeat & diglutiat. Ante ab occasu: argumento a contrarijs sumpto se accingit ad scelus. Me nuptiali. Herculis indignationē puocabo inuadēs nouā nuptā: vt moriar tanq̄ victima nuptialis modo perficiam votum cædis in hoste & pellice mea. Quid ipsa. nutrix q̄ satagit honoris & vitæ alūnæ minuit meritum Ioles: quam dicit amari vt captiuā & concubinā. Pascis flāmas. irę. dum starent lares paterni. Regis. qn̄ eēt ex. Regina. regis filia Iole. Amor. Herculis in captā iam pfectus est & exhaustus. Fortuna peior: amant DANI.

Auge. Thespiades. Theutātię.

raptores raptas supra q̄ dici pōt: cū ob miserationē aduersę fortunę earū tū ob nouitatē formę. Auge. augē nympham palladis ministrā iuxta parthenū viciauit Hercules. Me ne Thespiades vocāt. vna nocte Hercules stuprauit filias Thespij Atheniensis hospitis numero qnquaginta: res in picturā redacta est in Theutātio oppido in Attica ad quā visendam Germanicus Cęsar nauigauit: inde Theutantię puellę aliter dicuntur.

ASCEN. ¶ Quid referā alias: q̄s amatas cito derelīqt vocāt ne me Tespiades. s. vt se dicā, q̄s qnq̄gīta vna nocte cōpssit Alcides: & arsit in illas face. i. ardore amoris, breui. i. parū durāte: qa noctē nō amplius vnā. Ipse hospes Tymoli (Tymolus.) .s. mōtis Lydię apud Omphalē hospitio, immo seruitio tent⁹: sane scribitur Tymol⁹ licet etiā Tmolus dicat: idq3 p y. nā Steph. in serie quę scribenda p T & y declarat, dicit τύμωλος οὕτως ὁ τμῶλος κατα πλεονασμὸν σχηματισμόν: vt nugari cessent q dicūt Tymolos nusq̄ legi: fouit nurū Lydā. s. Omphalē, & capt⁹ amore, imo seruitio addict⁹: sedit ad colos leues: respectu clauę, intorquēs vnum stamen. i. texēdo iniiciens singula fila manu feroci, qua feras opprimere solebat. Nēpe. i. nā certe, illa. s. nobilitata hispiditate & duritia deposuit spolia ferę. i. pellē leonis: & pssit crinē mitra. i. capitio muliebri: & stetit famulus. i. paratus ad famulatū exhibendū: vt expiaret cędē Iphiti: marcid⁹. i. habens corruptā & delibutā: comā hirtā. s. prius: quia durā & incultā quasi caprino pilo: myrrha sabęa. i. vnguēto myrrhino, qd in saba pcipue nascitur. Hercules caluit, vbiq3. i. vbicunq3 amauit: feruenter amauit: sed caluit face leui. i. veloci (nō tamē modica: sed cito peritura: quia quod feruide fit nō diu fit) De. Nihil agis vagos amores eius mēorādo: nā amātes solēt post ignes. i. amores vagos. i. instabiles, hęrere. i. sistere amorē & pedē figere. Nu. Ne. i. nūc, pferet tibi famulā, & gnatā. i. filiam hostis. s. Eurytī. De. Vt alta: pbat exēplo frondiū q̄ veteres cadūt: & noue placēt, formam cito depire: vñ & forma a formo. i. calido deducit: qa cū calore sanguinis pit: alludit aūt ad illud Horatianū in arte ex Homero sumptū: Vt siluę folijs pnos mutant in ānos Prima cadūt &c. dicit ergo. Vt forma. i. formositas & venustas frondiū, alta. i. plata cęteris, aut q̄ in cacumine pcipue ē, alit. i. fouet sub vmbra, syluas q̄s tepor. i. humor tepid⁹: prim⁹. i. principio veris, aut sub primis ānis, iuestit. i. amicit, nemore nudo. i. i hyeme: at cū Boreas: vēt⁹ frigid⁹, extulit. i. eduxit notos vētos humidos post boreā fere ortos, solutos: & ita impetuosos cū nullo vīculo retineant: & bruma sęua decussit. s. in terrā, comas. i. frōdes q̄ arboꝝ comę sunt: totas: tu aspicis. i. qlibet aspicit, nem⁹ deforme. i. sine venustate, trūcis solis. i. relictis a frōdibus deciduis: sic forma nr̄a. i. hūana psertim muliebris, pcurrēs lōgū iter. i. vbi diuculē durauit, depdit semp aliqd, & fulget min⁹: & min⁹ est. i. inest, malis. s. nr̄is: sunt aūt malę eminētes ptes in facie rotūdę in formā malorum Bern. dicit pp mala: qcqd petitū. i. expetitū, & delectabile, fuit olim in nobis, cecidit, labat. s. illud qd delectabat: vt vēter pminens, mamillę solidę & rotūdulę, color viuus, ex partu. i. ob & post ptū, aut statī a ptu, qd min⁹ seqr: nam minus formosę nascunt, & mater. i. officium maternum q3 facta sum mater: & vt tūc faciebāt: prolem meam alui, rapuit mihi mul

Referā quid alias? me ne Tespiades vocant?
Breuiq3 in illas arsit Alcides face.
Hospes Tymoli Lydiam fouit nurum.
Et amore captus ad leues sedit colos:
Vnum feroci stamen intorquens manu.
Nempe illa ceruix spolia deposuit ferę:
Crinemq3 mitra pressit: & famulus stetit
Hirtam Sabęa marcidus myrrha comam.
Vbiq3 caluit: sed leui caluit face. De.
Hęrere amātes post vagos ignes solent. Nu.
Famulā ne? & hostis pręferet gnatā tibi. De.
Vt alta syluas forma vernantes alit:
Quas nemore nudo primus inuestit tepor:
At cum solutos extulit Boreas notos
Et sęua totas bruma decussit comas:
Deforme solis aspicis truncis nemus.
Sic nostra longum forma percurrens iter
Deperdit aliquid semper: & fulget minus.
Malisq3 minus est, quicquid in nobis fuit
Olim petitum cecidit: ex partu labat:
Materq3 multum rapuit ex illo mihi.
Aetas citato senior eripuit gradu.
Vides vt altum famula non perdat decus.
Cessere vultus penitus: & pedor sedet:
Tamen per ipsas fulget ęrumnas decor:
Nihilq3 ab illa casus: & fatum graue:
Nisi regna traxit: hinc meum pectus timor
Altrix lacessit: hinc rapit somnos pauor:
Pręclara totis gentibus coniunx eram:
Thalamosq3 nostros inuido fato nurus
Optabat omnis: quo nimis quisquis deos
Orabat vllos: nuribus Argolicis fui
Mensura voti. quem Ioui socerum parem
Altrix habebo? quis sub hoc mundo mihi
Dabitur maritus? ipse qui Alcidę imperat:

Facibus suis me iungat Euristheus licet:
Minus est: toros meruisse regnantis leue est.
Alte illa cecidit: quę viro caret Hercule. Nu.
Conciliat animos coniugum partus fere. De.
Sic ipse forsan diuidet partus thoros. Nu.
Famula illa trahitur interim donum tibi.

tum ex illo. s. qđ Hercules in me appetijt. Ae tas senior. i. aliquãtulum ꝓuecta, eripuit mihi ex illo, gradu citato: quia venit nondū intelle cta senect⁹. Vides vt. i. qualiter, famula, scilicet Iole: quia nō parit, nō ꝑdat altum decus. i. excellentē formā. Vultus sup. eius. i. plenitudo & densitas faciei, cessere. i. perierūt cū esset primū capta, penitus: & pedor. i. foetor carceris sedet. i. in illa. i. situm ducit: & tamen decor eius fulget per ipsas erumnas: nihilq; casus, & fatum graue. i. euersio dom⁹ paternæ, & cę des patris, traxit ab illa. i. detraxit illi, nisi regnum: o Altrix. i. nutrix, timor lacessit. i. laniat & cruciat, hinc. i. ex hac occasione ꝙ tam formosa mansit, pectus. i. cor meū, & pauor rapit. i. eripit mihi hinc somnos. Ego eram anteq̄ Iolen ꝑterret, coniunx ꝑclara cunctis gentibus. i. iudicio omnium gentiū: aut prae omnibus gentibus: & oīus nurus. i. nubilis foemina, optabat fato inuido. i. inuidente mihi vn tantam felicitatem: thalamos nostros. s. Herculanos, quo nimis, sic Daniel: alij q̄ nimis: & vtroq; modo subobscura est sentētia, legenti quo, sic vt opinor construitur, quo scilicet fato inuido optabat nimis &c. legentibus q̄, sic, q̄ nurus quisquis ꝓ q̄cunq; &c. Ego autem legam aut quos aut ꝙ: quos sic: quos thalamos meos orabat nimis: quisquis pro q̄cunq; nam cōe olim fuit. ꝙ sic. ꝙ. i. eo ꝙ minus orabat. i. rē nimis magnā poscebat: quisquis ꝓ q̄cunq; orabat vllos deos . s. vt sint cōiuges: ego fui nuribus Argolicis mēsura voti. i. desiderij, hoc est vltra quā non audebant qđ amplius optare. O Altrix quē socerum habebo parem Ioui? q. d. nullum, cum sit summus deorum. Quis maritus dabitur mihi sub hoc mundo. i. ornatu in quo est Hercules. licet ipse Euristheus rex Argiuorum: qui imperat Alcidę. i. Herculi iungat me facibus suis. i. copulet me sibi matrimonio: minus est. s. q̄ coniugem esse Herculis, leue est meruisse thoros. i. matrimoniū regnātis: qa multi sunt reges: illa cecidit alte. i. ab alto, q̄ caret Hercule viro. i. qui prius vir eius fuerit. Nu. Partus. i. proles. conciliat. i. in gratia & charitate ponit fere. i. semp aut omnes, animos coniugū. Dey. Sic ipse partus. s. si contingat Iolen parere: forsan diuidet toros. i. matrimoniū vtpote meum cum Hercule: & est argutissima responsio: quæ in hoc auctore frequentissima est: ita vt pro declamatione argute facienda: vix sit quem felicius imitentur oratoriæ studiosi rhetorū discipuli: pulchrum enī est oratori quando aduersariū suo iugulat gladio, hoc est quādo qđ ille pro se adduxit contra illum facere ostēditur: vt hic Deyanira ostendit partū nouū conciliare nouos amores & antiquare veteres. Nutrix tamen: quia non erat vicina partui: nec forte vterum ferens dicit. illa famula non coniunx trahitur interim tibi donum. q. d. vt facias quod velis.

¶ Tespiades. filias quinquaginta tespis violatas ab Hercule vna nocte intelligit: de q̄bus dixim⁹ in Hercule furēte: sic & de alijs sequētib⁹. Breui face. nō lōgo amore. Lydiā. Omphalen intelligit. Tymoli. mōtis Lydiæ. Colos. nā ab illa coactus est filare & vestes muliebres induere. Spolia ferę. pellem leonis. Myrrha. vnguento. Marcidus. deses. Vbiq; caluit in toto mūdo amauit: sed nō diu. Hęrere. figi. solēt firmari postq̄ habuerunt multos amores. Famulā. si est verū hoc. firmabit se in amore tuo, nec ꝑferet filiam hostis tibi. Littera hæc interrogatiue legēda est. Vt alta. facit Deyanira similitudinem: silua quando vere frondes emittit vi- BERNA.
rore suo oēs allicit: sed hyeme ꝑdit oīe decus amissis frondibus sic mihi accidit, quæ primo flore ætatis meæ placui Herculi: nunc deficiens ero illi fastidio. Alta forma. magna pulchritudo. Inuestit. adducit frondes.
Solutos. furentes: iterum veniēte hyeme perdit decus suum. Comas. folia. Bruma. pars anni quādo sunt breuissimi dies. Solis. nā soli trunci remanent. Longum iter. multos annos. Malis. propter mala: nam inquit Salomon. Spiritus tristis desiccat ossa. Petitum. amatum. forma mea amata ab Hercule iam perijt.
Ex illo. s. quod fuit petitum. Mater. quā toties peperi: partusq; formam diminuit. Famula. Iole ipsa seruat formam suam. Cessere. videmus ꝙ ipsa facta est macilenta & squalor est in vultu eius: tamen adhuc est pulchra. Hinc. ex ista causa non possum quiescere: ꝙ illa pulchra præponitur mihi. Altrix. o nutrix mea.
Thalamos meos. habere talem coniugem vt ego. Mensura. quando mulieres Argolicę optabant matrimonium rogabant deos vt darent simile meo. Quem Ioui. si fiat repudium inter nos: vbi inueniam alium filium Iouis. Facibus. matrimonio. q̄uis Euristheus qui imperat Herculi: accipiat me in vxorem: tamen nō erit tātū quātū in Hercule. Nā inueniunt plures reges, & solus est vn⁹ Hercules. Regnāti. regis. Alte. ex alto nā cū multi reges inueniātur: nullus tn̄ Hercules inuenitur. Cōciliat. amicos facit. Partus. filij. octauo æthicorum scribitur ꝙ amor causat ex ꝓcreatione filiorū. Sic Iuuenalis: vt queant partu retinere maritos. Fere. Fere.
ponitur aliquando pro quasi: aliquando pro quasi semper: vt hic. Sic ipse. ita poterit Iole parere & iunget sibi Herculem: & me illi disiunget. Trahitur. vides ꝙ Hercules misit eam seruam tibi.
¶ Lydiam nurum. Hercules e sublimi specula Iphitum ꝑcipitauit. responsum est. cædes huiusce purgari non DANI.
posse nisi venderetur, & pretio venditionis satisfieret liberis Iphiti. Venalem itaq; Herculem mercata est Om- Iphiti cædes.
phale Iordanæ Lydorum regis filia, cui ad omnia iussa ancillariolum se præstitit Hercules. scribit Diodorus. Omphale.
Marcidus. delibutus: vnguento myrrhino. Caluit. arsit amoris flamma. Sic nostra longum. comparatio de forma hominis ad syluam: quasi arbor sit homo. & Home. sæpissime vocat. φυλ ανθρώπων humanū genus: & græci dicunt τους ανθρωπους ipsos homines quasi arbores contrarias carpit forma nostra quēadmodum syluæ decus foliorum lapsu. Petitum. optabile. Ex partu. ꝓpter partum deficit. Pedor. macies foetida & aspectu tristis. Pedor propriæ captiuę & compeditæ. Traxit. abstulit. Fato inuido. felici & inuidioso sidere. Quo nimis quisq;: optabant omnes simillimum meo cōiugem. Mensura voti. norma & exempli voti ad similes nuptias. Ipse qui. occurrit obiectioni & excludit Euristheum. Minus est. q̄ esse vxorē Herculis nam meruisse cuiuslibet regis nuptias ꝑterq̄ Herculis leue est: id quod declarant sequentia: alte illa cecidit, quæ viro caret Hercule. Fere. quasi. Sic ipse forsan. vafra responsio. partus illius quā plus diligit illum alienabit a minus dilecta. Famula. cuius gratia haud credibile est reginam posse deseri. Pedor.

ASCEN. ¶ Hunc quem &c. Mulier male affecta asserit maritũ magis mulierosum, q̃ gloriosum: & cum sit ob vires impotens nec glorię quã virtus & honestas pariunt: cupidus, credit eũ nõ ad iustiorẽ: sed ad formosiorẽ respecturũ. vnde satis longe exorsa dicit. Hũc pro hic (nam cum añs præponitur antiptosis figurata & licentiosa est: vt vrbẽ quã statuo vestra est: vbi tamen ordinem volunt: vultis vrbem quam statuo: sup. ea vestra est: hoc autẽ loco nimis figurate dicitur hũc leuis est). s. Hercules quẽ vides ire p̃clarum per vrbes, & gestantem tergo. s. suo, spolia viua. i. detracta viuæ feræ, & adhuc palpitãtia: q donat miseris regna: & rapit celsis. i. sublimibus & superbis, grauat⁹. i. habens grauatam & onustã: manũ horridã. i. horrendã, vasta claua. i. stipite nodoso, cuius triumphũ feres vltimi. s. hominum, canũt: & quisq̧s alius iacet orbe consepto. s. oceano: sup. canit: hic inquã est leuis. i. incõstantis animi: nec decor gloriæ stimulat illum, errat. i. diuagatur per orbem: non vt æquet̃. s. in gloria & honore, Ioui. s. patri suo: nec vt eat p vrbes Argolicas, magnus. i. pomposus & magni nominis. Sed sup. requirit. i. amisso priore alterum q̃rit: quod amet: petit thalamos virginum: si qua virgo est negata, scilicet a patre illi, capitur, scilicet vi ab illo: furit in populos, scilicet puellæ negatæ, quęrit nuptas. i. cõiuges alienas, ruinis. s. vrbium & castrorũ, & vitium. s. libido, impotens. i. nesciens se cohibere, vocatur. s. ab iniquis censoribus virtus. i. fortitudo. Oechalia inclyta regio Euryti, cecidit. i. diruta est. Et vnus titan. i. sol & vnus dies vidit. s. Oechaliam stantem & cadentẽ: q a quo die oppugnauit, expugnauit eã. Amor est, sup. Herculi: causa bellandi: Parens. i. quiuis pater timebit totiẽs gnatam Herculi (Hypallage) pro natæ. i. filiæ Herculem: quoties negabit, aut quia dura est Hypallage cõstruatur potius sic, quoties parens negabit Herculi gnatam: toties timebit. s. eam ab eo rapi: hostis est. s. omnis parens, quoties recusat fieri socer. s. Herculis. Hercules si non est gener. s. eius qui formosam habet filiam, ferit. i. percutit eum: aut furit. i. insanit. Quid. i. ad quid, ego innocens seruo post hęc. s. exempla libidinis & crudelitatis istas manus. s. meas: pro eo quod est quid seruo istas manus innocentes: an sup. seruo: donec simulet sup. se furentem: vt fecit dũ Megaram trucidauit quod in prima visum est tragœdia: ac dũ intẽdat arc⁹ manu sæua & opprimat me & gnatũ. s. Hyllũ vt Megarã & liberos ei⁹ opp̃ssit? Alcides expellit sic. s. simulãdo furẽtẽ, cõiuges suas occidẽdo eas: hæc sunt repudia. s. q̃ facit, nec põt fieri. i. haberi nocẽs. i. culpabilis. Nã feci nouercam. s. Iunonem, videri terris. i. terrigenis omnibus causam sceleribus suis: quia si p furorẽ peccat dicit̃ Iuno peccasse, q̃ furorẽ immisit nõ ipse. O furor: loq̃t̃ ad furorẽ suum: quid stupes segnis. i. quare, vt stupẽs non p̃ficis q̃ concepisti? Omne scelus est occupandũ. i. prius inferendũ est malũ, etiam p scelus q̃ illud patiare: sententia callidæ & vlcisci cupidæ potius q̃ benignæ mulierculæ, perge, id est perfice conceptum: dum manus fer-

De. Hũc quẽ per vrbes ire præclarum vides:
Et viua tergo spolia gestantem feræ:
Qui regna miseris donat: & celsis rapit.
Vasta grauatus horridam claua manum:
Cuius triumphos vltimi seres canunt:
Et quisquis alius orbe consepto iacet:
Leuis est: nec illum gloriæ stimulat decor:
Errat per orbem: non vt æquetur Ioui:
Nec vt per vrbes magnus Argolicas eat.
Quod amet requirit: virginũ thalamos petit.
Si qua est negata capitur: in populos furit:
Nuptas ruinis quærit: & vitium impotens
Virtus vocatur: cecidit Oechalia inclyta:
Vnusq̧ Titan vidit: atq̧ vnus dies
Stantẽ & cadentẽ. causa bellandi est amor.
Toties timebit: Herculi natam parens
Quoties negabit: hostis est quoties socer
Fieri recusat: si gener non est: ferit.
Posthæc quid istas innocens seruo manus:
Donec furentem simulet: ac sæua manu
Intendat arcus: meq̧: natumq̧ opprimat?
Sic coniuges expellit Alcides suas:
Hæc sunt repudia: nec potest fieri nocens:
Terris videri sceleribus causam suis
Fecit nouercam. quid stupes segnis furor?
Scelus occupãdũ est: p̃ge dũ feruet man⁹. N.
Perimes maritũ? De. pellicis certe meæ. Nu.
At Ioue creatũ? De. nẽpe & Alcmena satũ. N.
Ferro ne? D. ferro. N. si neq̧s? D. p̃imã dolo N
Quis iste furor ẽ? D. quẽ me⁹ cõiũx docet. N.
Quẽ nec nouerca p̃imit: hũc p̃imes virũ? De.
Cælestis ira quos premit: miseros facit:
Humana nullos. Nu. parce miserãda & time.
De. Contempsit oẽs ille: qui mortem prius:
Libet ire in enses. Nu. maior admisso tuus
Alumna dolor est: culpa par odium exigat.
Cur sęua modicis statuis? vt passa es: dole. De

Leue esse credis pellicis nuptæ malum?
Quicquid dolorẽ pascit:id nimium puta. Nu.
Amor ne clari fugit Alcidę tibi? De.
Non fugit altrix:remanet:& penitus sedet
Fixus medullis:crede:sed magnus dolor
Iratus amor est. Nu. artibus magicis fere
Coniugia nuptæ precibus admistis ligant.
Vernare iussi frigore in medio nemus:
Missumq; fulmen stare:concussi fretum
Cessante vento:turbidum explicui mare.
Et sicca tellus fontibus patuit nouis:
Habuere motum saxa:discussi fores.

uet:quia ita est ministra fortitudini. Nu. Perimes maritum? De. Perimã certe maritum:nõ meum sed pellicis meę. Nu. At creatum.i.satum:Ioue? De. Nempe &.i. etiã satũ Alcmena.q.d. ex mortali & adulterio polluta. Nu. ferro ne? De. ferro. Nu. si neq; s.i. perimere ferro. De. Perimam dolo. Nu. Quis.i. qualis est iste furor? De. Quem coniunx meus docet: quia dum vult pimere coniugẽ dolo, simulat furorem. Nu. Perimes hunc virum, quẽ nec nouerca pimit? De. Ideo nõ perimit: quia ira cęlestis.i. cælitum, quos premit facit miseros .i. in miseria & labore viuentes: & quos ira humana premit, facit nullos.i. facit vt non sint, sed pereũt, ergo peior est ira hominũ si mors peior est vita erũnosa: aut mitior: quia mors finis putatur malorum. Nu. o miseranda parce, scilicet tibi & viro, aut abstine furore, & time. De. Quasi dicat quem timeam, ille q cõtempsit omnes, qui contempsit prius mortẽ: sicut ego: & ideo libet.s. mihi ire in enses.i. obiectare caput periculis. Nu. o alũna dolor tu⁹ .i. vltio quã ob dolorem paras: est maior admisso.i. peccato Herculis. culpa exigat odium par.i. non maius. Cur statuis modicis.s. peccatis, sæua.i. immania supplicia? dole.i. accipe dolorem: vt passa es.i. ad mensuram eorum q̃ passa es. De. Credis malum pellicis nuptæ esse leue? Quicquid pascit dolorem, puta id nimium.i. nimis magnum. Nu. Fugit ne amor Alcidę clari tibi.i. a te? De. O Altrix non fugit.s. a me, remanet & sedet penitus.i. altissime & omnino intus, fixus.i. infixus medullis: crede sup. id mihi: sed amor iratus.i. læsus vsq; ad iram, est magnus dolor. Nu. Nuptę.i. vxores ligant.i. firma & stabilia faciunt, fere.s. omnia aut omnes: coniugia, artibus magicis, precibus, aut ad deos aut ad maritos admistis. Ego autem arte magica polleo: nã iussi nemus vernare.i. ad morem eorum, quę in verno tempore sunt, frondere: in medio frigore.i. tempore brumali: & iussi fulmen missum.s. ab Ioue per aerem, stare.i. suspensum manere: nec vlterius proferri: ego concussi.i. concitaui fretum, vento cessante: & explicui, id ẽ tranquillum reddidi mare turbidum, & tellus sicca, patuit.i. aperta est, nouis fontibus inde scaturientibus. Saxa habuere motum.s. per me, discussi fores.s. domorum ex cardinibus suis.

¶ Hunc quem. non est spes habenda in Hercule: nam si dimiserit Iolen: accipiet aliam: solet ipse ire per orbem non vt comparet sibi gloriam: sed vt inueniat virgines, quas amare possit: & si non potest habere pace, eas vi rapit: vnde bella quæ dicitur fecisse: omnia propter amorem fecit. Hunc quem. relatiuum & antecedens in eodẽ casu gratia ornatus: vt Virgilius. Vrbẽ quã statuo: seruatur etiam apd̃ oratores: vt in eodẽ casu ponatur: vt Sulpitio cui ante omnia concedebant non sunt passi sepeliri: ordo igit erit: hũc quẽ vides.i. hic quẽ vides re p̃clarum, leuis est.i. inconstans. Spolia. pellẽ leonis. Viua. quę detraxit viuo leoni. Miseris. quos restituebat in regnũ. Grauatus. figurate. Seres. populi extremi in oriẽte. Iacet quicunq; populus. habitans intra terras est cognitus per Herculem. Aequatur.s. propter gloriam. Quod amet. q̃rit quas amet. Impotẽs. nõ potens se temperare. Oechalia. patria Ioles vna die expugnata & diruta fuit. Toties timebit. quoties Hercules vult vnã virginem & pater negat: totiens erit bellum. Parens. quicũq; pater dicit p̃pter eurytũ. Gener. Hercules si non potest habere puellam, furit. Post hęc.s. tanta vel p̃terea debeo expectare q faciat repudium Hercules: vt solet per necem coniugũ: vt fecit de Megara & filio. prius illum interficiã: vnde seipsa Deyanira stimulat ad vindictam. Simulet. an expecto donec veniat occidendum me: & fingat se furẽtem: vt in prima tragoedia. Intendat. ad sagittandum me & natum hyllum. Sic.s. interficiẽdo. Fieri nocens. & si faciat tot scelera non imputantur illi: sed Iunoni nouercę, quæ faciat illum furere. Terris. vniuerso orbi. Causam. excusabilẽ. Quid stupes. exhortatur seipsam ad vindictam. Occupãdum. preueniendũ prius q̃ te occidet. Feruet. incitata est ad mala. Pellicis.s. maritũ non meũ. Coniunx meus. Hercules: nam quãdo occidit, dicit se fuere: ita ipsa dicam & simulabo me furere. Miseros dij. satis habent si faciant homines miseros. Humana. ira hominũ facit nullos.s. miseros: nam occidit & eos miserijs liberat. Parce. noli facere. Admisso. peccato, maior est ira tua, q̃ culpa Herculis. Par. si parua est culpa parum debet esse odium. Vt sicut est parua iniuria, parum dole. Malum pellicis. quando adducitur sibi pellex videtur hoc parum. Artibus. scio per incantationes maritos alienatos reuocari ad amorem: vnde sunt aggrediendæ artes magicæ: vt tibi restituatur Hercules. Fere. quasi. Vernare. arguit q maiora potuerit facere: in medio hyemis feci virescere syluas & stare fulmen, id est non cadere in terras & alia quæ sequuntur. Sicca. quæ erat sine aqua. Discussi. aperui.

BERNA.

Hũc quẽ.

¶ Pręclarũ. fama & meritis. per transitum cõmẽdatio Herculis interposita est a p̃claris gestis. Orbe cõsepto. quẽ mare ambit. Leuis est. insanit nõ enĩ vagat̃ Hercules vt victorias q̃rat: sed vt puellas rapiat & icubet. Vitiũ. impotẽs appellat virtutẽ vitiũ q̃ demõstret̃ in quacũq; alia re, q̃ in rapina fœmellarũ. Timebit natã Herculi. timebit natę suæ ne rapiat̃ ab Hercule. Furit. sternit, dissipat, vastat: videt̃ puella. Post hęc. cõcitat irã suã cõtra Herculẽ. Nẽpe Alcmena. apte fœmina fœminã meminit & reginã & Iouis cõcubinã. Quis iste furor. cum stupore. quãtus. Quem meus. Hypallage. Quẽ nec nouerca. tu coniunx poteris videri sæuior nouerca, quæ vulgatissima fama priuignos perimit. Cęlestis ira. accusat Herculem & defendit se. non enĩ ex insania quæro vindictam sed ex æquo. Cõtempsit. q neglexit loca mortis negligit mortem & poenas omnis.

DANI.

Admisso.peccato.Plautus:Quid tandem admisi pater. Cur saeua.cur modico errori tam grauia praestitu is supplicia: Insano & iracundo iudici vitio vertendum est: vbi culpam poena excesserit. Dolorem.meum. Pascit.auget & nutrit hoc malũ nõ deputo leue. Penitus.intrinsec⁹.vñ penetrare penit⁹intrare. Sed magn⁹ dolor:amor lesus in capitalem irã conuertit:ideo Apollonius in quarto affirmat. εκσεθεν τερι Δεσ ουλομεναι σοναχαι τεγοοντε. Vernare frondibus iussi nemora, vi meorum carminum coegi & fulmen stare. Pauit.affatim scissa est.

ASCEN. ¶Vmbrae (alloquitur vmbras ꝙ per eas Necromãtiã faciat quasi familiares sibi dicens) vos stetistis.s.mihi paratę,& manes iussi mea pce loquuntur,id est dant responsa: canis infernus sonuit.s.quando iussi. Mare,terra, caelum,& tartarus,seruit mihi. Nox media vidit solem.s.quando iussi:& dies.s.medius vidit noctem,& leges.s.deorum & naturae, nihil tenent ad:i.contra cant⁹meos.s.magicos.Nos flectemus illũ.s.tã terribilẽ Herculem:carmina inueniẽt iter.i.viam, hoc est modum quo id faciamus. De.Quas hęrbas generat pont⁹ scilicet regio,in qua colchorum regio: vñ Circe & Medea: & in qua Mithridates qui Antidotum p̃sentissimum inuenit:& quas herbas generat Pindus mons sub rupe Thessala.i. Thessalica: vbi plurima nascuntur venena: sup.quibus ille caedat: aut vbi inueniã malũ cui ille cedat? q.d.scio ꝙ nusq̃. licet luna descẽdat in terras desertis astris,carmine mago pro magico:& licet Bruma.i.summa hyems in qua dies breuissimus, videat messes.s.maturas:& fulmen fugax sit deprehensum.i.p̃uersum & captũ ne pcedat,cãtu.s.magico, & vice versa dies medius fugerit.s. ab aspectu nr̃o,stellis coactis.i.coadunatis,aut coactus a stellis:cũ ipse stellas fugere faciat: sup. carmen non flectet illum:alij legunt vnum, scilicet Herculẽ.Nu.Ne penitus inuincibilem putes, amor vicit,&.i.etiã supos:ergo ille poterit vinci Philtris & amatorijs hęrbis & verbis De.Amor forsan vincet vni.i. ab vno Hercule. & dabit Herculi spoliũ: vt arcũ aut facẽ & amor.i. victoria de amore fiet Alcidę.i.herculi,summus.i.vltim⁹ labor. Sed p̃cor te per omne numẽ cęlitũ:& p hunc.i.meum timorẽ sup.vt recondas & premas fide tacita.i.tacente:quicquid arcani apparo.Nu.Quid est istd quod iubes .i. vis esse secretũ? De.non sunt tela,nõ arma,nõ minę.i.terrores ignis.Nu:fateor me posse p̃stare fidẽ tacitã,si careat scelere:interim.i.iterea dũ p̃sto fidẽ tacitã:sed mallim legere alioqui.i.nisi careat scelere, fides.s. tacita est scelus:quia siqs norit cõiurationem in patriã & nõ possit ipedire nisi indicet:scel⁹ eẽt tacere:hoc ãt secũ dicit: alioq deianira illi cõsiliũ nõ crederet.Est aũt grauis sentẽtia nõ eẽ tacẽdũ,dũ fides tacita scel⁹ sit.De.circũspice agedũ,nequis occupet.i. prępiat arcana: & vultus aut visus tu⁹ eat ingrẽs.i. scrutans, in omnem partem. Nu.En locus luctus vacat ab omni arbitro.i.qui possit esse arbiter,& iudex si sciret.De. Incipiens narrare consilium suum more poetico prius describit locum dicens. Specus tacitus, id est occultus, defendens, scilicet a furibus, arcana nostra, scilicet philtra aut venena:est in loco remoto id est abstruso,sedis egregię,id est regiae nostrae. Ille locus non accipit soles primos,id est recens ortos,hoc est non est expositus oriẽti:ille nõ accipit.s.soles, seros,id ẽ occiduos

Vmbrae stetistis:& mea iussi prece
Manes loquuntur:sonuit infernus canis.
Mare:terra:coelum:& tartarus seruit mihi.
Nox media solem vidit:& noctem dies.
Nihilq leges ad meos cantus tenent.
Flectemus illum:carmina inuenient iter. De.
Quas Põtus hęrbas generat & quas Thessala
Sub rupe Pindus:aut vbi inueniam malum,
Cui cedat ille?carmine in terras mago
Descendat astris luna desertis licet:
Et Bruma messes videat:& cantu fugax
Sit depręhensum fulmen:& versa vice
Medius coactis fugerit stellis dies:
Non flectet illũ.Nu.vicit & supos amor.De.
Vincetur vni forsan:& spolium dabit:
Amorq summus fiet Alcidę labor.
Sed te per omne cælitum numen precor:
Per hunc timorem quicquid arcani apparo
Penitus recondas:& fide tacita premas. Nu.
Quid istud est qđ esse secretum iubes? De.
Nõ tela sunt: non arma:non ignis minę.Nu.
Pręstare fateor posse me tacitam fidem:
Si scelere careat interim:scelus est fides. De.
Circũspice agedum:ne quis arcana occupet,
Partẽq in omnẽ vultus inquirens eas. Nu.
En locus ab omni tutus arbitro vacat. De.
Est in remoto sedis egregiæ loco
Arcana tacitus nostra defendens specus:
Non ille primos accipit soles locus:
Non ille seros:cum ferens Titan diem:
Lassam rubenti mergit oceano rotam.
Illic amoris pignus Herculei latet.
Altrix fatebor:Nessus est author mali:
Quem grauida nubes Thessalo genuit duci.

Qua celsus astris inserit Pindus caput:
Vltraq; nubes Othris eductus riget.
Namq; vt subactus Herculis claua horridi
Achelous: omnes facilis in species dari
Tandem peractis omnibus patuit feris:
Vnoq; turpis subdidit cornu caput:
Me coniugem dum victor Alcides habet:
Repetebat Argos: forte per campos vagos
Euenus altum gurgitem in põtum ferens:
Iam pene summis turbidus ripis erat.

cum Titan id est sol frens diem: qa dies fit p solis p̃sentiã: mergit oceano rubẽti radijs vicinis solis: rotã. s. curr⁹ sui lassũ ex diurno cursu cũ semper in die sit: & nõ minus currat nobis nox ẽ q̃ dum dies: sed quod de siderum in oceanum descensu fingitur ex rusticorũ tractum est errore: qui ad littora stãtes credebant solem in mare decidere: addentes etiam stridorem quasi extinctae laminae candentis se audiuisse. Pignus. i. certum vinculũ, amoris Herculei. i. quo me deserere nequeat, latet illic. i. in illo specu. o altrix, ego fatebor: Nessus. s. centaurus qui eam Euenum traduxit: est author mali. i. philtri seu amatorij huius. Quem. s. Nessum: nubes grauida cum qua Ixion concubuit sperans se Iunonem compressisse: genuit duci Thessalo. s. Ixioni: qua parte Pindus mons Thessaliae, celsus. i. sublimis, inserit caput astris. Inde fabulae locus q; cum Iuno sit regio aeris in qua nubes creantur: & ille in ea regione genuit homines feros: fictus est voluisse Iunonem opprimere: & qua parte Othris alter mons riget eductus. i. extẽsus vltra nubes. Namq; (per trãsitum commemorat ad gloriam suam Herculis pro se certamen cum Acheloo. Ignoscendum autẽ mulierculae si importune gloriae suae meminerit: cũ & Cicero id fecerit longe tamen post: vt. i. postq̃ Achelous subactus id est victus & domitus claua Herculis horridi, facilis. i. aptus dari in oẽs species. i. transformari in quaslibet formas: patuit. s. quis esset & in propria forma: tandem omnibus feris peractis. i. frustra attentatis figuris ferinis: & turpis: vno cornu: quia alterum sublatum erat: subdidit scilicet Herculi: caput. s. suum mutilum, dum Alcides victor habet me coniugem, pro qua certamen erat: repetebat Argos. s. ad Euristheum/ Euenus flu. inter Thraciam & Calidoniam: vagus forte. nam casu tunc erat vagus: per campos, ferens gurgitem altum: erat turbidus tam pene summis ripis. i. vsq; ad summas ripas.

¶Vmbrae. animae. Canis infernus. Cerberus. Cantus. nulla lex naturae, valet in cantationes meas. Tenẽt. BERNA. seruauit nullã legem naturae. Illum. s. Herculem. Iter. reuocandi illum ad amorem. Quas pontus. respondet deianira nihil satis esse ad reuocandum amorem Herculis inuicti. Pontus regio vbi regnauit Mithridates & Thessalia vbi viguerunt veneficę. Cedat vincatur. Mago carmine. arte magica: dicebatur luna a veneficis cogi in terras; vt expueret in haerbas ad veneficia: licet fiant omnia quae fieri possint arte magica: non vincetur ille. Messes. vt media hyeme sint fruges. Deprehensum firmatum ne fluat. Versa. mutata vicissitudine. Coactis. scilicet per incantationes. Vincetur. s. amor: quemamodum vicit alios deos. Summus. extremus cum Hercules superauerit tot labores forte cupido erit extremus & illi dabit spolium. Sed te. vult aperire consilium suum nutrici: sed prius ab illa rogat silentium. Premas occultes. Interim. dum sciam veritatem quid velis. Circumspice vide si aliquis sit qui possit nos audire. Eat. respiciat. Arbitro testibus quia nulli sunt qui audire possint. Est in remoto. incipit deianira narrare remedium quo vti velit ad reuocandum Herculem ad amorem sui. Nessus, centaurus quem interfecit Hercules cũ in transitu Eueni fluuij vim mihi parasset: moriens hoc mihi dedit remediũ Loco. describit locum in sede regia ita obsitum vt illuc sol nunq̃ possit penetrare. Nostra arcana. secreta nostra. Defendẽs. occultans. Primos. ortum solis. Seros. occasum Ferẽs. qui fert secum lumẽ. Rotã currum. nã dr̃ stabulari in oceano rubenti propter radios solis. Illic. in illo specu. Pignus. certitudo sicut pignus certũ & tutum creditorẽ facit. Auctor. qui docuit Ixion. hoc. Nubes grauida. diximus superius Ixionem attentasse Iunonem de stupro: cui Iuno ex cõsilio Iouis nubẽ in forma sua obiecit cum qua concũbens Ixion centauros genuit. Thessalo. duci Ixioni. Pindus. mõs Thessaliae. Inserit. quia videtur astra tangere. Othris. mons asper Thessaliae versus meridiem ex opposito ad ossam dispositus: vt dicit Plinius. iiij. lib. patria fuit lapitarum. Eductus. eleuatus. Subact⁹. Achelous victus: vt vidimus. Species. formas: nam mutabatur in diuersas feras. Patuit. cognitus fuit. Peractis. sumptis formis omniũ ferarum. Subdidit. deposuit ad terram: nã cũ i forma tauri esset Hercules illi abscidit vnum cornu: vt diximus superius. Victor. s. Acheloi. Repetebat. reuertebatur. Euenus. fluuius est deffendens a Thracia & Calydoniam secans: de quo Oui. li. ix. meta. Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vn Euenus. das Plini. li. iiij. Euenus cadit in sinum Corinthiacum ex opposito ad vrbem Patras.

¶Non flectet vnum. Nullum venenum tam praesentaneum qd Hercules nõ superet. Arbitro. Res nostra DANI. erit inestabilis & sine arbitro: non aderit quispiam q res nostras arbitret. Est in remoto. Nessus centaurus Nessus. nubis & Ixionis filius olim in traiectu Eueni fluminis auferens deianirã dorso: arundine confossus est ab Hercule: moribundus tunicam dedit deianirę medicatam felle Lernaeo suadens posse in amorem sui reuocari Alciden si quando ad aliam deficeret. sunt qui dicant oleo & sanguine ipsius mostri infectam fuisse tunicam. Sacrificatur⁹ itaq; Hercules ob victoriam quã de rege Euryto retulerat, puerũ Lycã ad deianirã in Trachiniam misit, qui tunicam ferret qua in sacris vtebatur. Deanira dubitans se ob amorẽ Ioles contẽni, Lycae tunicam dat Nesseo veneno medicatam. Veste vix tacta Hercules lenta tabe consumptus est, furibundus arreptum crure Lycam in mare proijcit Lycinium & Iolaum Delphos statim misit sciscitatum de se, Responsum est vt in Oetha pyra strueret. reliqua fore curae Ioui p̃ri. constructã pyram inscendit Hercules, Philoctetes ignem admouit: & cũ reliquiarum nihil eẽt, creditũ est in supos relatũ: vbi nuptias hebes celebrauit a barbaris cultus & p deo habit⁹. In hac topographia auctor fabulã tangit Nessi centauri cuius opa vsus est Hercules tantisper dũ transferret puellã deianiram a deuicto Acheloo.

ASCEN. ¶ Transire &c. Nessus quia homo monstruosus & grandi corpore solit' transire verticē .i. fluctū profundū aquarū, in se reuertentem in gyrū: hoc est gurgitē: poposcit. s. ab Hercule: pretiū .i. mercedē trāsportandæ mei: & ferens me iā dorso, ea sup. pte: qua spina .i. nodosum os quod p medium dorsi protendit: deficiens equo .i. parte equina: qa centauri vmbilico & medio dorsi tenus equi fingūt eo q primi ex equo pugnātes procul visi putabantur inferne equi & supne hoies: iungit. s. parti equinę hominem .i. partē humanam frangebat. s. fortibus cruribus, ipsas minas .i. impetum fluminis tumidi .i. tumētis multitudine aquarū. Et Nessus ferox exierat iam totus, alij legunt tutus: vndis. s. Eueni fluuij & Alcides errabat adhuc medio vado .i. alueo per quē vadabat: scindens .i. intersecans verticē rapacē gradu vasto: vnde stadiū maius fecit Hercules q̄ alij in olympo vt auctor Gellius in principio noctiū atticarum. Ast ille. s. Nessus: vt .i. postq̄ vidit: Alcidē eē procul: inqt tu o deyanira eris nobis præda .i. rapina & cōiunx: Hercules sup. prohibetur. s. nos assequi vndis (aut prohibetur Nessus .i. mox procul habet .i. decedit vndis) & ferens me complexam (ne desiliret complexā tenebat) citabat gressum .i. cito aufugiebat. Vndę nō tenent .i. non remorantur Herculē: & sup. inquit (Quæras quō deyanira si procul erat & in fuga id audiebat? Sed dicem' Herculi magnam fuisse vocem: & deyanirā potuisse ab Hercule id recitante didicisse) licet Gāges fluuius in oriente. & ister. s. Danubi' in septentrione: immixti. s. inter se: eant vallib' iunctis vbi præcipitantius currant: nos vincemus ambos: consequit fugā .i. Nessum fugientē: telo: & arcus .i. sagitta emissa arcu: p̄cessit verba .i. prius peruenit ad corpus Nessi q̄ verba ad aures. arundo .i. sagitta venenata & ineuitabilis ferens vulnus tam longum .i. per tantum spatium: tenuit fugam hærentem .i. retinuit fugientē & hærere ac sistere fugam fecit: & fixit mortē .i. letale vulnus. ille. s. Nessus: quærens iam diem .i. cum iciperēt caligare oculi: conat' adhuc semel (vt fit moribūdis) videre cælum: excipit dextra. s. mea tabē .i. saniem & cruorem corruptū Lerneo felle: vulneris facti per sagittā: fluentis: & tradit nobis. s. tabem insertam .i. inclusam: vngula sua: dicerem insertam vngulę suæ: quā vngulā sciderat .i. abruperat: auulsam forte .i. casu aliquo: q eam fortuito ad stipitē colliserat: manu forti. Nō vacat ratiōe, q.i vngl'a seruatā dicit: nam quędam venena vt stygis aqua:: qua Alexander magnus perijsse putatur: sola vngula asseruari possunt: tū .i. demū, moriens, addit. s. ad donū verba: & inqt magæ .i. magiæ peritæ veneficę: dixere amorē posse defigi .i. aut fortiter figi, aut resolui a pectore vbi fuerat fixus hoc malo .i. veneno incātato. Michale venefica docta .i. pita magiæ & veneficij: monuit .i. erudijt: nur' .i. nuptas & sponsas Thessalas .i. Thessalicas: hoc. s. malo. quā. s. Michalen magā, luna seqt aut obsequēs, aut discipula: sed poti' obsequiosa: inter oēs. s. magas: seqt dicit, relictis a-

Transire Nessus verticem solitus vagum
Pretium poposcit meq; iam dorso ferens:
Qua iungit hominem spina deficiens equo:
Frangebat ipsas fluminis tumidi minas.
Iam totus vndis Nessus exierat ferox:
Medioq; adhuc errabat Alcides vado:
Vasto rapacem verticem scindens gradu.
Ast ille vt esse vidit Alciden procul:
Tu præda nobis inquit: & coniunx eris
Prohibetur vndis. meq; complexam ferens
Gressum citabat non tenent vndę Herculem
Infide vector (inquit) immixti licet
Ganges: & Ister vallibus iunctis eant:
Vincemus ambos. consequitur telo fugam
Præcessit arcus verba: tum longum ferens
Arundo vulnus: tenuit hærentem fugam
Mortemq; fixit: ille iam quærens diem
Tabem fluentis vulneris dextra excipit:
Traditq; nobis vngula insertam sua:
Quam forte sęua sciderat auulsam manu.
Tum verba moriens addit: hoc inquit magæ
Dixere amorem posse defigi malo.
Hoc docta Michale Thessalas monuit nurus:
Vnam inter omnes luna quā sequitur magā
Astris relictis. illitas vestes dabis:
Hac inquit ipse tabe: si pellex tuos
Inuisa thalamos tulerit: & coniunx leuis
Aliam parenti dederit altisono nurum.
Hoc nulla lux conspiciat: hoc tenebræ tegāt
Tantum remotæ: sic potens vires suas
Sanguis tenebit: verba deprendit quies:
Mortemq; lassis intulit membris sopor.
Tu quam meis admittit arcanis fides:
Perge: vt nitentes virus inuestes fatum
Mentem per artus adeat: & tactus sinus
Intret medullas. Nu. otius iussa exequar
Alumna: precibus tu deum inuictum aduocā

Qui certa tenera tela dimittit manu. De.
Te te precor: quem mundus & superi timét,
Et æquor: & qui fulmen ætnæum quatit.
Timende matri teliger sæue puer:
Intende certa spiculum velox manu.
Non ex sagittis leuibus: e numero precor
Grauiore profer: quod tuæ nondum manus
Misere in aliquem: non leui telo est opus
Vt amare possit Hercules: rigidas manus
Intende: & arcum cornibus iunctis para.
Núc núc sagittá prome: qua quondá horridꝰ
Iouem petisti: fulmine abiecto deus
Cum fronte subito tumuit: & rapidum mare
Taurus puellæ vector Assyriæ scidit.

stris. Ipse. s. Nessus nō ipsa Michale: vt male legit, inqt. s. ad me, tu dabis. s. Herculi marito: vestes illitas hac tabe: si pellex inuisa, tulerit. t. abstulerit, thalamos tuos. i. amorem, & concubitum coniugalem: & si coniunx leuis. i. inconstans, dederit parenti altisono. i. Ioui: aliā nurum. i. aliā duxerit quæ sit Ioui nurus, hoc ad deyanirā solā dici potest: quocirca non Michales ad quamlibet: sed Nessi ad deyanirā verba sunt. Nulla lux cōspiciat hoc. s. malū: tenebrę tm̄ remotę. s. a luce: tegāt hoc: sanguis potēs. s. ad reuocādos amores, tenebit sic. s. in tenebris: vires suas, quies. i. mors, deprendit. i. intercepit verba. s. Nessi: et sopor. s. æternus intulit mēbris lassis mortem. Tu o Nutrix quā fides. s. fidelis taciturnitas admittit arcanis meis: perge. i. vade: affer vngulā illam cum tabe e specu: vt virus. i. venenum, satum. i. insitum & iiectum pertem vestes nitentes, quas camisias vocamꝰ adeat mentem. i. p̄cordia Herculis: partus. s. eius non per os. & sinꝰ. s. vestis: tactꝰ ab Hercule, intret medullas. s. eiꝰ. Nut. Ego exequar ocius iussa. s. tua o alumna: tu aduoca precibus deum inuictū. s. Cupidinem: q dimittit. i. ī diuersa pectora mittit, tela certa. i. ineuitabilia manu tenera. Incipit ergo precari abeunte nutrice sic. o sæue puer teliger. i. telum gerēs: timende matri. s. Veneri q̄ per tela eius martem deperijt: precor tete. i. precipue te: quē mundus. i. omne animal terrenum & superi timent, & æquor. i. oia maritima animantia, intende spiculū velox: manu certa: non precor sup. vt tendas spiculum ex sagittis leuibus: precor profer. i. vt proferas e numero grauiore. i. grauiorum telorum, quod. s. telum: manꝰ tuæ: misere nōdū in aliquē: intende manus rigidas vt Hercules qui durus & fortis est, possit amare. s. me & para. i. intende arcū cornibus iunctis. s. fere trahendo. Prome nunc nunc sagittā, qua horridus. i. horrendꝰ, aut asper, petisti. i. inuasisti & vulnerasti Iouē: cum ipse deꝰ abiecto fulmine, tumuit subito. illico (sunt qui sub ita legant: sed aptior est tribrachus q̄ dactilus loco) fronte. i. accepit frontem tumentem cornibus & taurus. s. effectus vector. i. portator & traductor puellæ Assyriæ. s. Europes Agenoris phœniciæ quæ in Assyria est, regis filiæ: scidit. s. pectore suo, mare rapidum. i. rapide fluens.

¶ Verticē. fluuiū Euenū. Meq. hoc mō recepit me cōmissam ab Hercule vt me transueheret. Spina. est os qđ extendit a collo vsq ad partē posteriorē. erat Nessus ex media pte eq: ex media hois. Minas. ipse ferens me frangebat ipetꝰ fluminis. Iā tutꝰ. trāsportauerat me: cū adhuc Hercules eēt in medio fluctu. Citabat. accelerabat. Vector. verba Herculis ad Nessū licet gāges & Ister rūgerēt si l'alter ē in oriēte, alter in septētrione: nō me impedirēt qn te psēqrer. Telo. sagitta. Fugā. fugientē Nessū. Arcꝰ. sagitta priꝰ pcussit eū q̄ audiret verba. Longū vulnꝰ. lōga arūdo: hypallage. Fixit. firmauit & inflixit mortē. Diē. extremā lucē. Excipit. cadentē colligit. Tabē. sanguinē putrefactū. Insertā. impositā. Quā. s. vngulā sibi p̄ rabie absciderat. Tū verba. dato sanguine suo deyaniræ: Nessus hoc addidit. solent mulieres Thessalæ vti ad remediū amoris illo sed opus est seruare occultū a sole. Magę. incātatrices. Defigi. stabiliri. Malo. hoc sanguine q est tanq̄ venenū. hoc faciebat vt venenaret Herculē. Michale. nomē est cētauræ fœminę q̄ docuit Thessalas hoc remediū amoris. Quā magā. s. Michalē. Luna. seqt ppter peritiā artis magicæ. Illitas. intinctas. Dabis. s. Herculi. Tulerit. occupauerit. Altisono. Ioui pr̄i. Hoc nulla lux. seruato ne videat lucē. Potēs. ad reducēdum amorē. Deprendit. superuenit mors dū ita loq̄ret. Tu quā. mandat nutrici vt apportet venenū illud. Admittit. recipit. Perge. vade. Mentē. s. Herculis. Artꝰ. penetrando p mēbra eiꝰ. Sinꝰ. vestis. Inuictū deū. cupidinē. ibo & iussa pagā: interea tu p̄cibꝰ deū amoris inuoca. Aetneū. fabricatū a cyclopibꝰ q habitant ætnam. BERNA.

Teliger. cupido gerēs tela. Intēde dirige. Certa manu. nō frustra pcutiēti. Spiculū. sagittā. Grauiore. ex grauioribꝰ sagittis. vt maius vulnus ferat. Profer. pme ex pharetra. Rigidas. duras amantibus. Cornibꝰ. opus est vt trahas arcū adeo vt vnū caput tangat aliđ: vt grauiꝰ ferias. Prome. extrahe talē sagittā quali fixisti Iouē qn̄ captꝰ est amore Europæ. Frōte subita. natis sibi cornibꝰ: nā mutatꝰ est in taurū. Puellæ Assyriæ. Europæ filiæ Agenoris regis Phœniciæ. Scidit. scilicet natando. Michale.

¶ Spina. A græcis ςαμ μυα dr̄. in dorso spina hois cōuertit in draconē: vt inqt Pycthagoras testimonio Plinij. Spina est sentis siue aculeꝰ a cuꝰ similitudine spinę pisciū dicunt. Vnā iter oēs. Ab auctoritate & pitia veneficę fidē facit venenit. Tuleri. apheresis abstulerit. Leuis. nō seruās fidē cōiugij datā. Hoc nulla lux. venefica tractant noctu ideo oderunt lucem. Sopor. ferreus & stygius. Mentē. vt serpēs venenū p mēbra viā sibi inueniat ad cor. Et tactos sinꝰ. inspsas sua tabe p vestes serpat ad ima ossiū. Inuictū. cui oia parent. Aetneum. cyclopeum aut quod Vergilius dixit Typhoeium. Certa. nunq̄ erranti. Amare. me scilicet quam tergiuersatur amore pellicis. Puellæ Assyriæ. filiæ Agenoris quam sustulit ad Cretas. DANI.

ASCENSIVS.

Immitte amorē: vincat exempla omnia
Amare discat coniuges: si quas decor

¶ Immitte. Scilicet in Herculem amorem, supple talem: vt vincat omnia exempla, scilicet eorum qui amore insanierunt: discat a

Immisit Ioles: pectori Herculeo faces
Extingue. totas perbibat flammas mei.
Tu fulminantem sæpe domuisti Iouem:
Tu furua nigri sceptra gestantem poli
Turbę ducem maioris: & dominu m stygis.
Tu qui nouerca grauior irata deus
Cape hunc triũphũ solus euince Herculẽ. N.
Prolata vis est: quæq; Palladia colu
Lassauit omnem texta famularem manum:
Nunc congregetur virus: & vestis bibat
Herculea pestem: precibus augebo malum.
In tempore ipso gnauus occurrit Lycas.
Celanda vis est ne pateant illi mala. De.
O quod superbę non habent vnq̃ domus
Fidele semper regibus nomen Lyca:
Cape hos amictus: nostra quos neuit manus
Dum vagus in orbem fertur: & victus mero
Tenet feroci Lydiam gremio nurum:
Nunc poscit Iolen: sed iecur fors horridum
Flectam emerendo: merita vincunt & malos.
Non ante vestes induat coniunx iube
Q̃ thure flammas spergat & poscat deos
Cana rigẽtem populo vinctus comam.
Ipsa ad penates regios gressus feram.
Precibusq; amoris horridi matrem colam.
Vos quas paternis extuli comites focis
Calydoniæ deflete lugendas vices.

mare coniuges, q hactenus amauit pellices si decor Ioles immisit pectori Herculeo, quas .i. aliquas faces. i. flammas amoris: extingue sup. eas totas: perbibat. i. perfecte ad præcordia vsq; attrahat. flammas. i. ardentem amorẽ mei. i. de me. Tu o Cupido, domuisti sæpe Iouem fulminantem: tu domuisti gestantem sceptra fulua legam furua (vt Horatius. q̃ pene furuæ regna Proserpinę &c.) i. nigra poli nigri. inferorum ditẽ. ducem maioris turbæ: quia plures sunt in inferno q̃ alibi: vnde Dis & Pluton. i. diues dictus: & dominum stygis. i. Plutonẽ dum Proserpinã rapuit. Tu o Cupido. qui deus grauior. i. nocentior Herculi: nouerca. s. Iunone, irata. i. licet sit irata: cape hunc triumphum: euince solus Herculem, hactenus inuictum. Nu. Vis. s. veneni est prolata. s. e specu. & sup. vestis quę texta. i. dum texeretur: colu aut colo palladia. i. artificiali: quasi a pallade instituta: lassauit omnem manũ familiarem. i. famularum domesticarum: nunc virus congregetur. s. cum veste: & vestis Herculea bibat. i. attrahat pestem. i. vim veneni: ego augebo malum. i. vim veneni, precibus. i. imprecationibus magicis. Lycas puer Herculis: gnauus. i. operosus & industrius: occurrit in ipso tẽpore. i. commodissime. Vis. s. veneni est celãda. i. occultanda: ne mala pateãt. i. innotescãt illi. De. O Lyca nomen. i. seruitium debitũ pro seruus enim seruitia dicimus: & debita nomina vocamus) fidele semper regib⁹: qđ domus superbę. s. tyrannorum nõ habẽt vnq̃: cape hos amictus: quos man⁹ nostra neuit: dum Hercules fertur in orbem vagus. i. vagabundus: & victus mero. i. ebrius tenet. i. fouet nurum Lydiam. s. Omphalen, sinu feroci: quo monstra vt Antæũ comprimere solet, & poscit. s. ad explendã libidinẽ nunc Iolen Euryti filiam: sed ego flectam fors. i. fore, emerendo. i. meritis & beneficijs meis iecur. i. hepar eius horridum: in iecore aũt sedes amorum est: quia vt dicunt: Splen ridere facit, cogit amare iecur. (Et ideo in epistolis Horatius. Nõ ancilla tuum iecur hulceret vlla puer ve) merita vincunt &. i. etiam malos Iube. i. mone aut iube auctoritate religionis: vt coniunx non induat vestes anteq̃ spargat flãmas thure. i. incẽsum offerat (id ideo ne vis euanescat sine calore) & poscat. s. veniam, deos vinctus, id est habens vinctam, comam rigentẽ. i. duram & asperam: populo, arbore cana. i. albicante fronde ex altera parte: nam autẽ coronat⁹ ad inferos descendit. vnde in buco. Popul⁹ alcidæ gratissima &c. ipsa. i. ego feram gressus ad penates regios: & colã pcibus matrẽ horridi amoris. s. Venerẽ: vos o Otholides quas extuli comites focis. i. laribus, paternis. i. patris mei Oenei, deflete vices. i. casus quos vicissim pro regno sortita est Calydoniæ patriæ meæ.

BERNA. ¶ Discat. s. Hercules. Faces. ignes amoris. Perbibat. solam me amet. Furua. nigra & infernalia: p circultionẽ dicit Plutonẽ q captus fuit amore Proserpinæ. Maioris. quia illuc descendunt oẽs. Tu. cupido q es terribilior nouerca Iunõe irata. Triũphũ. de Hercule. Prolata. reuertitur Nutrix cum veneno & veste: & cũ venit lycas: iubet omnia occultari. Vis. illud venenum tantæ potentię. Palladia. omnes artes inuenit pallas. Lassauit. defatigauit filando & texendo omnem manum famularem idest ancillarum. Pestem. venenum precibus. artibus magicis. Vis celanda. non cognoscat illud lycas. O quod. alloquitur lycam regina. Fidele appositio est. Vagus. Hercules. Lydiam. omphalem seruiuit: hanc vestem filaui eo tempore nõ oblita cõiugis mei. Nũc. hoc tẽpore amat iolen. Horridũ. durum iecur. vbi est sedes amoris. Fors. pro forte. Coniunx. Hercules: dic non induat hãc vestem prius q̃ fecerit sacrificia. Cana populo. corona de frondib⁹ populi arboris quę habet folia albicãtia. ex vna pare. Vinctus. coronatus. Matrem: venerem: interea ibo domũ vt sacrificem veneri. Vos. dũ recedit mãdat choro vt defleat miseriam suã. Calydonię. vbi regnauit Oeneus pater deyanirę. Extuli. duxi mecũ de patria Oetolia.

DANI. ¶ Coniuges. non pellices diras. Perbibat. ebrius sit nostro duntaxat igni. Nouerca. q̄uis. Palladia colo. in tut. la Palladis sunt lanificia. Tenet. fouet & complectitur. Iecur. in quo sedet amor & voluptas. Emerendo. merendo. emeriti stipendia nominantur qui militia perfuncti sunt. Iube. memora, dic. Vos quas ingressum aperit choro.

Anapæstici CHORVS.

Flemus casus Oenei tuos:
Comitum primos turba per annos:
Flemus dubios miseranda thoros:
Nos Acheloi tecum solitæ
Pulsare vadum: cum iam tumidas
Vere peracto poneret vndas:
Gracilisq; vado serperet equo
Nec præcipitem volueret amnem
Flauus rapido fonte Licormas.
Nos palladias ire per aras:
Et virgineos celebrare choros:
Nos Cadmæis orgia ferre
Tecum solitæ condita cistis:
Cum iam pulso sidere brumæ
Tertia soles euocat æstas.
Et spiciferæ concessa deæ
Attica mystas claudit Eleusis.
Nunc quoq; fatum quodcunq; times
Fidas comites accipe fatis:
Nam rara fides: vbi iam melior Fortuna ruit.

ASCEN. Flemus casus. Verba; sunt Chori flentis casum deyanire quo cum potentiori nupserit quasi in seruitutem data est. Ordo o Oenei. i. filia Oenei regis (non est legendū flemus o casus: sed o ptic'a subauditur: & Oenei habet penul. seu mediā lōgā: vt Theseis & reliqua ab eus diphthōgo deducta: & vltimā breuē: qa ablatos i vtō manet adhuc q̄titas nti) nos miserāda turba comitū. s. tuorū. i. q̄fuim⁹ comites & pedisequę. p prios annos, flemus casus tuos. s. p̄tię subactionē, flem⁹ toros. i. matrimoniū ac thalamos dubios: qa ob amorē Ioles timent repudiatum iri. Nos, repete flemus, solitæ. i. quæ sum⁹ solitæ: pulsare. s. ducitādo choream tecū, vadum. i. litus aut reuera vadū lauando nos in eo Acheloi fluuiæ solitæ: cum poneret. i. deponeret: iam vere peracto. i. principio æstatis: vndas tumidas. i. altas: & serperet. i. lente flueret: vado equo. i. remisso & non tumēte, nec Licormas qui & Euenus, flauus. i. attrahens secum arenas flauas: fōte. i. riuo rapido: volueret amnem precipitem. Nos solitæ ire tecū per aras palladias. i. in honorem palladis extructas & celebrare tecū choros virgīeos: Nos solitę ferre tecū, orgia. i. sacra præcipue bacchica: cōdita. i. abscondita: cistis. i. canistris, cadmęis. i. Thebanis a cadmo istitutis: cū sidere brumæ. i. breuissimæ tempestatis, hoc est solstitij hyemalis: pulso. i. remoto a sole: iā æstas tertia, quia tertio quoq; anno fiunt trieterica Baccho: euocat. i. ad messem coquēdam vocat, soles. i. calidos & claros dies. Et Eleusis vrbs Teræ insulæ ad Atticam vbi sacra Cereris Eleusinæ celebrantur (dicitur etiam Eleusin. vnde fit declinatio hui⁹ Eleusinis penul. longa) Attica. i. propinqua Atticę regioni: concessa a Triptolemo deę spiciferæ. i. Cereri: claudit mystas. i. sacrificātes: vt secreta maneant Eleusina sacra: quæ vt Macrobius docet nefas erat reuelare: vnde & mystæ dicti sunt. Accipe nos quoq; i. etiam nunc: comites fidas fatis. s. tuis: quodcūq; fatum times. s. tibi imminere. quia paratę sum⁹ ire tecum in omnes casus: dicimus sup. hoc: nā rara fides est: vbi fortuna melior ruit. i. lapsa est.

BERAN. Flemus. Seq̄tur Chor⁹ deflēns vices deyaniræ: & tanq̄ fideles amicę nolunt deserere reginā in calamitatib⁹ qđ nō solet euenire regibus q in aduersa fortuna ab amicis destituūt: q sunt tanq̄ hyrūdines q̄ cū vere & æstate apđ nos fuerint: hyeme aduētante aufugiūt: demū p̄claris sententijs laudat mediocre cōditionē vitæ. Versus est dimeter anapæsticus. Oenei. casus vocatiui. o deyanira filia Oenei: Oeneis patronymicū est. Turba. nos turba comitū tuarū. Dubios. incertos amores Herculis. Pulsare. solitæ eramus ludere tecum in ripa Acheloi fluminis Oetolitæ. Peracto. finito vere: qn̄ modicas aquas habebat: vt posset vadari. Serperet. p̄pe arenā flueret. Lycormas. alio nomine Euen⁹ fluuius Oetolię circa quē etiā ludere solebam⁹. Flau⁹. ab aq̄s flauis. Rapido ip̄etuoso. Nos. similiter ad sacra palladis tecū eram⁹. Orgia. sacrificia oia dicunt. Cadmęis. Thebanis: nā cadmus ædificauit Thebas. Cistis. canistris q̄bus offerebantur mūera. Tertia æstas. nā tertio quoq; anno fiebāt illa sacra. Spiciferę deę. cereri deę frugū. Eleusis. vrbs in Thera insula iuxta Atticā vt oñdit Ptolemęus. Mystas. sacrificātes cereri q Mystę dicunt vt supra vidimus. Claudit. qa sacra erant secreta. Nunc quoq; sicut temporibus prosperis habuisti nos comites: habebis & in aduersis. Vbi quando: sententia bona.

Oeneis. Lycormas Eleusis.

DANI. ¶ Flem⁹. quartū carmē metro pidarico. Deyanirę Oenei regis calamitatē deplorāt Aetolę. Oenei. p̄ducta penul. Per prios annos. dulcioris beniuolētię exordia ex fidei cōstātia cōmemorāt. Vere pacto: nā ver ībrifer ūē: & flumia eleuat imēso aq̄; tuore. Gracilis. hūilis & supabil' pede. Tertia estas. tertio quoq; anno fiebāt Thesmophoria discursu tacito. Papi. Votiuā taciti lassam⁹ lāpada Mystę. Nocte quoties summouet eos aurora.

Tu quicunq; es qui sceptra tenes:
Licet omne tua vulgus in aula

ASCEN. ¶ Tu q̄cūq;. Docet raros esse amicos fidos regib⁹ dicens. Tu qui sceptra tenes id est regnas: quicunq; es: licet omne vulgus, solli

cet subiectum. tibi pulset. s. pedibus in aula. i. regia tua: pariter centū limina. i. frequentissimi tibi sint satellites & clientes: vix fides vna. i. in vno aut vnius sup. est cum tot populis(ne dicas vna. i. pariter fieret enim amphimacrus pro anapaesto) Erynnis. i. discordans furia, tenet. i. possidet: limen auratū. i. regum & principum: & cum fores magnae patuere. i. aptę fuerint: fraudes & doli cauti & ferrum latens. s. sub veste, intrant. s. per eas. Cunque. i. & cū pro quando, sup. reges & potētes: parant prodire in populos: inuidia est comes. i. comitatur eos. Credite regē nasci toties: quoties eos. i. aurora summouet. i. pellit noctem Quia tam periculosum est regem posse sine caede noctem peragere: vt mane non idē sed alius recens natus quodammō videatur si superuixerit. Quia pauci colunt reges iō regna. i. emolumēta & opes regni, hoc est pauci psonā regis, multi opes eius colūt: Fulgor. i. splēdor aulę vt sint in honore & dignitate: conuocat plures. Hic. i. vnus ex aulicis cupit proximus ipsi regi: ire. i. incedere clarus per vrbes latas: & illi gloria vrit pectus miserum. i. ambitiōe ardet. Hic. i. alius: cupit implere famē. s. auri & argēti: de qua ęne. iij. Quid nō mortalia pectora cogis auri sacra fames: gazis. i. thesauris regum: nec. i. & non, & tn̄ ois plaga. i. regio: Istri gemmiferi. i. in quo colligunt gemmae quaedā praecipue: succinum aut electrum: non sufficit sup. ipsi. nec tota Lydia regio Croesi vbi Pactolus auriferas trahit arenas, vincit. i. sedare potest, sitim. s. auaritiae quia vt dicit Iuuenal. Crescit amor nummi quātū ipsa pecunia crescit: Nec tellus quae subdita Zephyro. i. vento illi occidentali: hoc ē Lusitana regio Hispanica: quę stupet Tagū. s. fluuiū: radiare flumine aurato. i. in quo sūt ramenta & arenae aureae. repete vincit sitim. Nec si totus Hebrus: fluuius magnus Thraciae apud quē multae sunt diuitiae, seruiat illi totus: & licet Hydaspes flu. Persidis diues: qa diuitias parit & affert: cingat sup. illi aut illius rura: & licet spectet Gangem flu. gēmiferū in India: currere toto flumine intra fines. i. limites suos: tn̄ non vincunt sitim eius. Natura. i. qcqd pducit natura est parum auidis auidis: repetitio affectionem depingit. Hic. s. alius: colit reges & lares regum: nō vt ipse arator curuus, nūq̄ cesset vomere semp presso. s. in terram pinguē. i. in quē altius ducit sulcus: vel vt coloni mille secēt sup. ipsi arua: qa optat solas opes quas donet: & ita peccat largitiōe pfusa: qua tacite dominationem captat. Hic. i. alius colit reges vt calcet. i. sub pedibus teneat oēs: & perdat. i. penitus destruat aliquos: & nullū leuet. s. ab onere. i. vt odia expleat & noceat non vt prosit: qa cupit esse potens tantum. i. duntaxat vt noceat. Quota pars. s. regū & Aulicorum morit tempore fati. i. matura & fatali morte? q. d. nimirum minima: vnde Iuuenalis. Ad socerum Cereris sine cęde & sanguine pauci. Descendūt reges & sicca morte tyranni. Dies abitura, id est cessura nocti: vidit, scilicet saepe miseros supple eos quos Cynthia, id est luna praecedētis noctis vidit felices: & ita eorum felicitas vix vnum

Centum pariter limina pulset:
Cum tot populis vix vna fides.
Tenet auratum limen Erynnis:
Et cum magnae patuere fores:
Intrant fraudes cautique doli:
Ferrumque latens, cumque in populos
Prodire parāt: comes inuidia est.
Noctem quoties summouet Eos:
Regem toties credite nasci.
Pauci reges non regna colunt.
Plures fulgor conuocat aulae.
Cupit hic regi proximus ipsi
Clarus latas ire per vrbes:
Vrit miserum gloria pectus.
Cupit hic gazis implere famem:
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Istri: nec tota sitim
Lydia vincit, nec quae Zephyro
Subdita tellus: stupet aurato
Flumine clarum radiare Tagum:
Nec si totus seruiat Hebrus:
Ruraque diues cingat Hydaspes:
Intraque suos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.
Auidis auidis natura parum est.
Colit hic reges: regumque lares
Non vt presso vomere semper
Nunq̄ cesset curuus arator:
Vel mille secent arua coloni:
Solas optat quas donet opes.
Colit hic reges: calcet vt omnes:
Perdatque aliquos nullumque leuet.
Tantum vt noceat cupit esse potens.
Quota pars moritur tempore fati?
Quos felices Cynthia vidit:
Vidit miseros abitura dies.
Rarus felix idemque senex.

Cespes Tyrio mollior ostro
Solet impauidos ducere somnos.
Aurea rumpunt tecta quietem:
Vigilesq; trahit purpura noctes.
O si pateant pectora diuitum!
Quantos intus sublimis agit
Fortuna metus: Brutia coro
Pulsante fretum mitior vnda est.
Pectora pauper secura gerit:
Tenet e patula pocula fago:
Sed non trepida tenet ipsa manu:
Carpit faciles vilesq; cibos:
Sed non strictos respicit enses.
Aurea miscet pocula sanguis:
Coniunx modico nupta marito.
Non dispositо clara monili:
Gestat pelagi dona rubentis.

diem naturalem durat. Rarus sup. est felix & idem senex. quia felices aut non diu viuũt aut in miseriaa cadunt. Et ideo cõmendat vitã eorum qui paucis contenti viuunt: vt Maro in georgicis agricolas: vnde dicit: Cespes .i. terra herbida: mollior .i. delitiosior ijs q eo cõtenti sunt: ostro Tyrio .i. purpura, hoc est purpureo strato: solet ducer̃ .i. inducere sup se iacẽtib⁹ ipauidos sõnos: & tecta aurea .i. i qb⁹ sũt laquearia aurata rũpũt quietem: & purpura trahit noctes vigiles .i. insomnes. o si pectora ditum pro ditium, legam ditũ aut diuitum: nam & quartus dactylus esse potest: pateant .i. perspicua sint: quantos metus fortuna sublimis agit intus .i. in illis: Vnda Brutia .i. mare quod Brutij accolunt: est mitior .i. sedatior, coro .s. vento pulsãte .i. agitãte fretum .s. q̃ pectora diuitum. Pauper e conuerso, gerit pectora secura & tenet pocula .i. vascula potoria: e fago patula .s. dum cresceret hoc est fagia pocla pastorib⁹ Vergilianis laudata: sed non tenet ipsa manu trepida: sicut facit diues pocula gẽmata: quia vt dicit Iuuenalis. raris aconita bibuntur fictilibus: tũc illa; time cum pocula sumis Gemmata &c. Pauper carpit .i. mandit cibos faciles .i. parabiles & viles .i. modico emptos: vbi scies vile esse qđ paruo emitur licet optimum sit: vt panis & vinum: dum annona vilis ẽ: sed nõ respicit enses strictos .i. an quis stringat interea dum manducat in se ensem, quod sępe diuitib⁹ cõtingit, aut alludit ad ensem depẽdẽtem in aula sicula de seta eqna in caput Demadis adulatoris: de quo Macrob. vide. Sanguis miscet .i. cõtaminat miscẽdo se cũ vino: pocula aurea. Coniunx nupta marito modico .i. tenui: non gestat clara .i. ens splendida: monili disposito .i. apte concinnato ad collum suum: dona pelagi rubẽtis .i. vniones seu margaritas aut alios lapillos.

Onuerte. Hic est quartus actus, vbi Hercules dolet de hoc tam diro genere mortis vertitq; sermonem suũ ad Solem & Iouem patrem suum qui mundum deberet perdere eo moriente. Cõuerte. vt fiat eclypsis. Anhelantes.spirantes propter laborem. Chaos.debebas cõfundere totum mundum Iuppiter. Parcis astris.quid vis habere astra:tu perdis filium tuum qui debebat esse charior astris. Nunc parte.nunc est tibi custodiendum cœlum: ne mortuo Hercule surgant contra te Gygantes. BERN.

Othrys.mons Thessaliæ. Pondus leue. vt iaciat illum montẽ contra te sicut lapidem. Laxauit.aperuit scilicet moriente Hercule vt emittat saturnũ patrem cõtra te. Patri. Saturno. Pro fulmine.loco fulminis: nam vbi eram non opus erat vt fulminares monstra. Reuertor.morior vt vadam ad styga vbi alias fui.

Encheladus. Gygas qui dicitur sepult⁹ sub ætna:audita morte Herculis surget & montẽ quo premitur iaciet in cœlum. Dubiũ.quia insurgẽt hostes:ideo prius facias mundũ cadere q̃ veniat tanta perturbatio: & videbitis id facere in dolorẽ filij Herculis. Spoliũ.quod eripietur tibi ab hostibus. Non vna.versus anapęsticus:ibi chorus cõfirmat dicta Herculis. Inseret.tanget astra cũ sylua sua. Feret.portabit cõtra Iouẽ scopulos & mõtes. Tyrrhenam Inarimen.dicitur a nostris poetis Inarime insula que est sita in tusco mari sinuq; campano.in quo mons erat instar ætnæ incendia eructans.Quãobrem dixerunt Typhoeum gygantẽ Iouis imperio sub illo comprimi.Virgilius libro æneidos nono:cum sonitu prochyta alta tremit:durumq; cubile Inarime Iouis imperijs imposta Typhoeo. Et Lucanus similiter libro quinto. Encheladus.Gygas filius terræ & Titani feret Aetnam ardentem contra Iouem. Iam te.o Hercules si moriens ista surgent. Ego.rursus Hercules dolet de genere mortis: ego qui vici monstra & inferos:nũc pereo manu vnius fœminę. Stadia. cãpos. Cũ spolio.s.Cerbero. Excidit.quãdo vidit sol tam horribilem Cerberũ. Tria regna. mare, infernus: & cœlũ. Nec vllus. nõ morior gladio nec saxo. Latus.vna rupes:si quis debuisset me occidere opus fuisset iacere montẽ Othrym:vel rupem contra me. Non Gygas.s.iecit in me Pindum: sed morior sine hoste:quod mihi dolendũ est. Summus. extremus. Nullũ malũ.nullũ monstrũ. Deberẽ saltẽ mori perdendo mõstra. Impendo vitã.morior nihil faciendo. Testes.qui vidistis facinora mea. Mortem perire. vult vt moriar nihil faciendo: vt & in morte nihil pręclarũ agatur. Feretur.dicetur perdidisse Herculẽ. Quibus.s.feretur. Auctor.s.necis:quasi dicat occidor & non occidi.

¶Conuerte titan. Indignatur Hercules decus virtutis suæ latenti & pigra tabe aboleri & sentiens languescentem spiritũ paulatim extingui petit a Ioue & Phœbo communem totius terrarum orbis ruinam. Actus quarti principium cum sexto carmine iambico trimetro catalectico. Nunc parte in omni.attende Iuppiter & caue tibi ab insania Gygantibus:ne congestis iterum montibus saeua prælia instaurent, quia non ero in statione positus vt antea pro te & tota cœlesti republica. Inarimen.tota dictio:& propterea corrige superius mendam in nostris enarrationibus vitio impressoris commissam: qui cum illic tum plurimis etiam in locis mihi nocuit & rebus meis dum properat nummos annumerare sibi.hic autem Seneca opinionem Homeri æmulat:qui occinit Typhoea Inarimis suppositũ.ex græco dictionario item tollenda est pertinax menda quę sub Arimis montibus fert esse sepulturum:& psyle posita est super α quasi separata sit dictio &. ερ. loco præpositionis pressa. quo loco εἰν vertendum sit vitio non est meum finire. Ego qui.dolet Herculis vitam non poti⁹ armis q̃ peste finiri. heu mę miserum qui morior,hoste fœmina:& vtinã Iunone fœmina si omnino mihi sub fœmina moriendum erat. DANI.

Inarime non In Arimes.

A S Cen. ¶ Inuicta &c. Exaggerat doloris causam ex eo q̄ Deyanirae fraude cadat dicens. Si fata inuicta vnde Maro. Et inexorabile fatū: Subiecit pedib⁹: voluere me cadere manu foeminea: & mors mea cucurrit. i. transijt ter: colos. s. fatorum tā turpes. i. infames: vt dicit Ber. semel ab Iunone: semel ab Hippolyte Amazone & nūc a Deyanira: quod mihi non placet: quia si de Deyanira loqueretur nō adderet cadere potuissem &c. vnde intelligo sic: & mora mea cucurrit, id est peregit vt in Buco. Talia secla suis dixerūt currite fusis: ter. i. consummate & perfecte ac ineuitabiliter: quia omne trinū perfectum: colos tam turpes, id est tam turpia parcarū de me decreta: vt foeminia mihi omnino manu cadendum sit: potuissem cadere mihi, id est ex re & honore meo: odio Iunonis: caderē enim sic minus foeminae: sed habentis coelum cuius regina est. Sed sup. cadere odijs Iunonis: fuit. s. visum superis: nimis scilicet honorificum aut superbum p̄ me Et ideo saltem: Amazon scilicet Hippolyte cui baltheum abstuli: genita sub axe Scythico, id est septentrionali polo: vbi durum & virile est genus hominum: cum gignat Graecia facundum: sed male forte genus, domuisset vires meas. Nūc autem cuius, id est cuiusmodi & qualis foeminę: manu? quasi dicat imbellis & ingloriae, ego hostis Iunonis. i. dignus visus Iunoni quem p̄ hoste haberet: vincor. O nouerca pudor tui scilicet quem homines quos pudet tui habēt de te: alioqui diceret tuus: vt sit pudor tuus, id est turpitudo facti tui quae est causa pudoris: est hinc, id est ex hac re grauior. s. q̄ muliercula facit, quod tu nequiuisti. Quid vocas o Iuno hunc diem lętū q̄si re bene gesta? Quid tale, id est tā perniciosum, genuit tellus tibi iratae scilicet in me quasi dicat nihil genuit quod cum Deyanira sit conferendum: quia foemina mortalia excessit, id est superauit odia tua: quia plus fecit. Tu ferebas. id est fatebaris adhuc te esse imparem Alcidae: tu victa es duob⁹, id est a duobus scilicet prius a me: & nunc a Deyanira q̄ plus q̄ tu in me potuit: pudeat deos irarum. scilicet in efficaciū I me: cū foemina efficaces habeat. Inuidiosae autem deos & pluraliter & masculine de vna dicit Iunone: nisi forte etiā Plutonē & Harpyias & Acheloū & si quos alios vicit intelligamus. Vtinā pestis Nemeęa. i. perniciosissimus leo in Nemęa sylua: satiasset rictus suos cruore meo. i. me deuorasset: aut ego vallatus centū anguibus. i. capitib⁹ Hydrinis: in Lerne palude: pauissem Hydrā tabe mea: hoc est vtinā veneno suo sanguinē meum in tabē vertisset & eam exhausisset. Vtinā ego fuissem datus praeda centauris, quos in nuptijs Perithoi domuerat: aut sederem miser inter vmbras. i. manea reliquos: vinctus. i. alligatus aeterno saxo vt vidit Sisyphū alligatum dum Hippolytum redimere frustra volentem Theseum reduxit: cum dicat Maro ad quem locum respexisse videtur auctor: sedet aeternumq̄ sedebit Infelix Theseus: vmbrasq̄ miserrimus omnes Admonet &c. dum ego traxi spolia vltima: quia ab inferno vltra quem non est spolium: aut periculo-

Inuicta si me cadere foeminea manu:
Voluere fata: terq̄ tam turpes colos
Mea mors cucurrit: cadere potuissem mihi
Iunonis odio: foeminae caderem minis
Sed coelum habentis: sed nimis superis fuit.
Scythico sub axe genita domuisset meas
Vires Amazon. foeminae cuius manu
Iunonis hostis vincor? hinc grauior tui
Nouerca pudor est: quid diē hūc laetū vocas?
Quid tale tellus genuit iratae tibi?
Mortalis odia foemina excessit tua.
Adhuc ferebas esse te Alcidę imparem:
Victa es duobus: pudeat irarum deos.
Vtinam meo cruore satiasset suos
Nemeęa rictus pestis: aut centum anguibus
Vallatus Hydram tabe pauissem mea.
Vtinam fuissem praeda centauris datus:
Aut inter vmbras vinctus aeterno miser
Saxo sederem: spolia cum traxi vltima
Fato stupente. nunc ab inferna styge
Lucem recepi: Ditis euici moras.
Vbiq̄ me mors fugit: vt laeto inclyto
Fortis carerem. o ferę victę: o ferę?
Non me triformis sole conspecto canis
Ad styga reduxit: non sub Hesperio polo
Ibera vicit turba pastoris feri:
Non gemina serpēs: perdidi mortē: hei mihi.
Toties honestā. titul⁹ extrem⁹ quis est? Cho.
Viden vt laudis conscia virtus
Non lethaeos horreat amnes?
Pudet authoris non morte dolet.
Cupit extremum finire diem
Vasta pressus mole gygantum:
Et monstriferum Titana pati.
Rabidaeq̄ necem debere ferae.
Si causa tua est miseranda necis:
Q̄ nulla fera est: nullusq̄ gygas:

Iam quis dignus necis Herculeæ
Superest author: nisi dextra tua? Her.
Heu heu quis intus scorpius: quis feruida
Plaga reuersus cancer infixus meas
Vrit medullas. sanguinis quondam capax
Tumidi iecur pulmonis arentes fibras
Distendit: ardet felle siccato iecur:
Totumq́ lentus sanguinem auexit vapor.
Primã cutem cõsumpsit: hinc aditum nefas
In membra fecit: abstulit costis iecur.
Exedit artus penitus: & totas malum
Hausit medullas: ossibus vacuis sedet.
Nec ossa durant ipsa: sed compagibus
Discussa ruptis mole collapsa fluunt.

sius aut remotius: aut vltimis supplicijs addi cta: scilicet Theseum: & hoc fato stupere: q͂a sunt regna inuia viuis: & i inferno nulla est redemptio: & nesciunt ignoscere manes. Vnde in Georgicis Maro Ignoscenda quidem scirent si ignoscere manes. Nunc scilicet longe aliter euenit: nam ego recepi lucem, id est ad superos redij: ab styge inferna, euici moras ditis, id est quas Plutõ mihi moliebat: mors fugit me vbiq́: vt ego fortis carerem leto, id est genere mortis, iclyto, id est glorioso. O feræ victæ: o feræ? quasi dicat vtinam me potius vicissetis: sed nõ potuistis: quia canis triformis, id est triceps Cerberus: non reduxit me ad styga, id est stygem paludem: ad quam redijt, sole conspecto. Turba Ibera, id est Hispanica: quia tres habuit exercit⁹, pastoris. s. armenti feri: vtpote Geryonis tricorporis: nõ vicit me sub polo hesperio, id est hispanico coelo: nam polus, id est axis illic non est: Serpens gemina: vt Hydra & Atlãtica in hesperidum hortis: non sup. vicit me: ego (hei mihi) perdidi toties mortem honestam, id est qua potuissem honeste mori occasionẽ amisi quis, id est qualis est extremus titulus. s. Herculis? quasi dicat turpissimus: vtpote muliebri fraude enectus. ad quod Chorus versu anapæstico subsequitur. Viden (& corripitur vltima præter naturam: vt in Maro. Viden vt geminæ stent vertice cristæ:) id est videsne, vt, id est, qualiter: virtus conscia laudis scilicet meritę: non horreat amnes lethæos, id est obliuionis inductores? vnde melius letheos q̃ stygios aut alios duos dici. Pudet scilicet Herculem auctoris scilicet mortis: non dolet morte: quia stultum est dolere de eo quod euitare nequeas. Cupit finire diem extremum: pressus vasta mole gygantum & pati titana, id est gygantem aliquem de genere titanũ mõstriferum: quia anguinis cruribus: & debere, id est acceptum ferre feræ rabidæ necem. O Hercules: si causa tua necis, pro necis tuæ, ẽ miseranda: q͂ nulla fera est causa necis tuæ: & nullus gygas: quis author necis Herculeæ superest tam dignus: nisi dextra tui pro tua? mallem autem legere tua: quia vltima communis syllaba semper erit. q. d. nullus. Her. Heu heu: quis scorpius animal venenata cauda pusillũ: quis cancer reuersus sup. de plaga feruida in quã Iuno cancrum transtulerat: infixus vrit medullas meas intus, id est in ossib⁹ occlusas. iecur quondam capax sanguinis distendit scilicet nunc fibras pulmonis tumidi scilicet prius, arentes. iecur ardet felle siccato: & vapor lentus, id est tabificus: auexit, id est exhausit totum sanguinem: nefas, id est nefandũ virus: consumpsit primam cutem: & fecit hinc aditum, id est accessum: in membra scilicet interiora: abstulit iecur id est hepar costis scilicet meis: malum exedit penitus artus: & hausit totas medullas: sedet scilicet affixũ, ossibus vacuis: nec ipsa ossa durant scilicet contra vim veneni: sed discussa compagibus, id est neruis & reliquis colligaturis ossium inter se, ruptis, id est dissolutis, fluunt, id est liquefiunt: mole collapsa, id est eneruata. BERN.

¶ Inuicta. quæ non possunt mutari: si erat moriendum manu fœminę saltem mortuus essem manu Amazonum: aut Iunonis. Terq́. si mea mors cucurrit ter tã turpia fata in mulieres scilicet Iunonem & Amazones: & Deyaniram. Cadere. mori. Iunonis. nam laudabilius fuisset q͂ odio Iunonis perissem quæ regina coeli dicitur. Nimis. scilicet visum est vt caderẽ manu Iunonis. Fœminæ cuius. quasi dicat vilissimæ Deyanirę, Iuno tu habes partem dedecoris q͂ non potuisti me occidere: quem Deyanira nunc perdidit. Quid. tu letaris q͂ morior: sed deberes tristari. Tale. nunq̃ potuisti mittere tale monstrum quod occideret me. Iratę tibi. scilicet contra me. Mortalis. vna Deyanira plus potuit q̃ tu & ego. Imparem. non ita fortem & potẽtem vt perdere posses Herculem.? Duobus. s. Deyanira & me. Pudeat. quia non potuerunt me occidere. Vtinam. saltem perissem ab aliquo monstrorũ quæ superaui. Nemæa pestis. Nemęus leo. Vallatus. circundatus. Tabe. sanguine meo infecto. Inter vmbras. vtinam retentus fuissem apud inferos. Spolia vltima, Cerberum de vltimo regno. Leto inclyto. morte gloriosa. Triformis. Cerberus habens tria capita qui viso sole voluit retrahere Herculem ad inferos. Pastoris feri. Geryonis. Gemina serpens. vel intelligit serpentes missos a Iunone quando in cunis erat: vel hydram quæ geminabat capita. Viden. inducitur chorus q͂ Herculẽ dolere non de morte: sed de genere mortis. Auctoris. scilicet mortis suæ. Cupit. voluisset mori contra aliquem gygantem: aut contra rabidam feram. Si tua. si doles de genere mortis non de morte: quis esset dignus occidisse te: non est aliquis qui potuisset te superare: cum omnia viceris: opus fuisset vt teipsum perdidisses. Nisi dextera. nisi occidas teipsum. Heu quis. ostendit cruciatum suum. Feruida. quia cum sol est in cancro magni sunt ardores: nam est ad torridam zonam. Sanguis. iam absumpta sunt viscera mea. Capax. q͂ solebat habere sanguinem nunc totum aret. Auexit. consumpsit. Vapor. calor veneni tardus qui paulatim consumit. Primam. primo consumpsit pellem: postea interna mẽbra. Fluunt. cadũt & separantur. Compagibus. iuncturis. Collapsa mole. cadente magnitudine corporis. DANI.

¶ Non morte. dolet q͂ foret præter decorum viri fortis & magnanimi. Ardet felle siccato. intestina & partes vitales iam in me sunt consumptæ & membra: atq́ Herculis ille per totum corpus vigor contabuit vt vix cognoscar amplius Hercules adeo strigosa sũt Ilia: & exinaniti lacertorum tori.

ASCENSIVS.

¶Defecit &c. Corpus ingens. s. prius. i. torosum, defecit: & mēbra Herculea nō sunt satis pesti. i. auiditati veneni qđ plura absumere q̄rit: pro quātū est malum qđ ego qui oia nihili pendere soleo: fateor esse vastū? O nefas dirū id est deorū iracundia inductū. En vrbes. i. ciues vrbiū quas vici: cernite cernite qđ supsit iam ex illo Hercule. s. qui vos vicit: vt ęnei. ij. Hei mihi qualis erat: quātum mutatus ab illo Hectore? &c. O pater Iuppiter, agnoscas. i. possis agnoscere Herculē? q. d. puto q̄ nequaq̄. Ego ne p̄ssi his lacertis tā exhaustus & attenuatis: spolia mali. s. Leonis Nemeęi, elisa. i. cōtusa. q. d. nō est vero sile. repete ne. i. an ne arcus tensus hac manu, detulit stymphalidas s. aues. i. deiecit, ab astris ipsis? Vici ego his gressibus, id est cruribus: feram scilicet ceruam citatam: quia volantem & aeripedem: gestantem caput clarum fronte radiante scilicet auro quia aurea aut ęrea habebat cornua in frōte. Calpe, id est rupes montis in Hispania dicta columna Herculis: elisit scilicet dum abrupta caderet fretum scilicet Gaditanum fracta, id est abrepta his manibus? Iacent tot ferę: vt hydra, leo, draco, aper, taurus, centauri. harpyię. tot scelera, id est scelerati homines Anteus. Gerones, cacus, tot reges. Geryones: Eurytus, Lycus, Laomedon, Hippolyte. Oneus. Diomedes Thrax. his scilicet manibus? Sedit, id est sustētatus est: mūdus, id est coelum his humeris dum Athlātem fasce leuaui? Est ne hæc moles mea scilicet corpus aut legamus illa? Est ne hæc ceruix illa scilicet quæ coelum sustinuit? Opposui ego has manus coelo ruenti scilicet succumbente Athlante? O cuius manu trahetur vltra, id est amplius: custos stygius scilicet Cerberus? O vires sepultæ prius in me scilicet q̄ ego sepeliar. quid appello Iouem patrem? quid vendico, id est attribuo vt proprium mihi coelū: per tonantem, id est per ius hæreditatis paternæ? Amphitryon credetur iamiam, id est deinceps aut præcipue iam quando victus sum pater scilicet meus. O pestis quæcunq; lates in viscere nostro: procede, id est prodi: quid, id est ad quid, petis, id est inuadis, me vulnere occulto: quis pontus Scythes, id qui Scythica regio: quæ tethys pigra, id est mare gelu cōcretum, genuit te o pestis venenata, sub axe frigido: quia nascuntur plurima ponto: aut Calpe Ibera, id est Hispanica premens littus Maurum, id est Mauritaniæ. O malum dirum vtrum ne es serpens vibrans caput squalidum crista: vt regulus qui græce Basiliscus dicitur. an aliquod malum ignotum mihi? Nūquid es genita o pestis (mutat genus) cruore ferę Lerneæ scilicet Hydræ? Id ita erat sed ignorabat a sagitta qua prius Hydram deinde Nessum occiderat virus manasse. An canis stygiꝰ reliquit te in terris: vt aconitum ex vrina inter cautes derelicta. Tu es omne malum & nullum: quia non apparens: quis, id est qualis vultus est tibi? Concede saltem scire, quo malo peream. O pestis quæcunq; sæua, id est crudelia, quæcunq; effera, timeres palam, id est si mihi manifesta appareres: quis

Defecit ingens corpus: & pesti satis
Herculea nō sūt mēbra: proh quātū est malū
Quod esse vastū fateor? o dirum nefas:
En cernite vrbes: cernite ex illo Hercule
Quid iam supersit. Herculē agnoscas pater?
His ne ego lacertis spolia Nemeæi mali
Elisa pressi? tensus hac arcus manu
Astris ab ipsis detulit Stymphalidas?
His ego citatam gressibus vici feram
Radiante clarum fronte gestantem caput?
His fracta Calpe manibus elisit fretum?
His tot ferę: tot scelera: tot reges iacent?
His mūdꝰ humeris sedit? hæc moles mei est?
Hæc ne illa ceruix? has ego opposui manus
Cœlo ruenti? cuius o custos manu
Trahetur vltra stygius? o vires prius
In me sepultæ? quid patrem appello Iouem?
Quid per tonantem vendico cœlum mihi?
Iamiam meus credetur Amphitryon pater.
Quæcumq; pestis viscere in nostro lates
Procede: quid me vulnere occulto petis?
Quis te sub axe frigido pontus Scythes
Quæ pigra Tethys genuit? aut Maurū p̄mēs
Ibera Calpe littus? o dirum malum?
Vtrum ne serpens: squalidum crista caput
Vibrans: an aliquod es mihi ignotum malū?
Nunquid cruore es genita Lerneæ feræ?
An ne reliquit stygius in terris canis?
Omne es malum: nullūq;. quis vultꝰ tibi est?
Concede saltem scire quo peream malo.
Quæcumq; pestis sæua: quæcunq; effera
Palam timeres. quis tibi in medias locum
Fecit medullas? ecce direpta cute
Viscera manus detexit: vlterior tamen
Inuenta latebra est. o malum simile Herculi:
Vnde iste fletꝰ? vnde ī has lachrymę genas?
Inuictus olim vultus est: nunq̄ malis

Lachrymas suis præbere consuetus: pudet:
Iam flere didicit: quis dies fletum Herculis?
Quę terra vidit? siccus erumnas tuli.
Tibi illa virtus: quę tot elisit mala
Tibi cessit vni: prima: & ante omnes mihi
Fletum abstulisti: durior saxo horrido
Et Calybe vultus: & vaga Symplegade
Rictus meos infregit: & lachrymam extulit.
Flentem: gementem. summe prospector poli
Me terra vidit: quodq; me torquet magis
Nouerca vidit: vrit ecce iterũ fibras.
Incaluit ardor: vnde nũc fulmen mihi? CHO.
Quid non possit superare dolor?
Quondam Getico durior Hæmo:
Nec Parrhasio lentior axe
Sęuo cessit membra dolori:
Fessumq; mouens per colla caput:
Latus alterno pondere flectit:
Fletum virtus sępe resoluit.
Sic arctoas laxare niues:
Quis tepido sydere Titan
Non tamen audet: vincitq; nefas
Solis adusti glaciale iubar.

fecit tibi locum.s.intrandi in medias medullas? Ecce manus supple mea: detexit.i.nudauit, viscera i.carnem: cute direpta: tũ latebra s.in qua lateas ẽ inuẽta sup.tibi: vlterior.i.vltra carnẽ, in ossibus ipsis. O malũ simile Herculi, qui ẽ inuincibile: vnde flet⁹ iste sup. prouenit? Vnde lachrymę sup. venerũt, in has.s. tam viriles genas meas. Vultus sup. meus inuictus est olim.s.iam, hoc est iam olim: nũq̃ cõsuetus dare malis suis q̃ patiebat̃ sed tãde vincebat: lachrymas: pudet sup. me: q; vult⁹ meus didicit iam flere. Quis dies: aut q̃ terra vidit fletum Herculis? q.d. nullus & nulla prius. Ego siccus.i.sine lachrymis, tuli.i. passus sum sup. hactenus, erũnas. Illa virt⁹.s. mea nobilis: q̃ elisit tot mala: cessit tibi o pestis: tibi i. quã vni: tu prima & añ omnes s. alias pestes abstulisti mihi fletũ. Vult⁹ sup. meus: durior saxo horrido & calybe.i. ferro durissimo: & symplegade vaga, insula cyanea concurrere solita: infregit rictus meos, & extulit.i. expressit mihi lachrymã. o summe prospector poli.i.celi.s. Iuppiter: terra vidit me flentem gementẽ: & quod me torquet magis, nouerca vidit.s.flẽtẽ, & gemẽtẽ. Ecce supple virus vrit iterũ fibras.s.iecoris, ardor incaluit.i. efferbuit: vñ sup. dabitur mihi fulmen.s. vt eo peream? CHOR. Quid dolor nõ potest superare? q.d. nihil: cũ Herculẽ supauerit. Hercules durior quondã Hęmo monte getico id ẽ thracico, nec lentior sed rigidior, axe Parrhasio.i.arctico: vñ fuerunt arcti.i. vrsę Parrhasie.i.arcadicæ, cessit.i.concessit mẽbra dolori sęuo: & mouens per colla caput fessum: flectit latus.s.suũ: pondere alterno.i. ad alternatim leuandum a pondere mali. Virtus.i. fortitudo Herculis: resoluit (contrariũ est eius qđ est soluit) id est stare facit sępe fletũ: hoc est rẽ primit ipm (quod probat per similitudinem q̃ si non sequeretur legerem virus resoluit .s. prouocat fletum: cũ cõtrarium dicat) Sic Titan.i. sol q̃uis sidere tepido .i. habeat radios tepidos: tamen non audet laxare.i. liquefacere: niues arctoas.i. septentrionales, sub polo arctico: & nefas.i. nefandũ frigus, glaciale.i. indurãs glaciẽ: vincit iubar.i. splendorẽ & ardorẽ solis adusti.i. calidi effectu, nõ susceptione caloris.

¶Hercules. Habet Emphasim: qua solebat esse ita vasta. Proh. quando sum solitus tolerare ingentia mala si fateor magnum istud credendum est mihi. Vrbes. vocat vrbes vt veniant visum hoc monstrum q; Hercules ita victus sit. Agnoscas. indignabunde vertit sermonem ad Iouem. His. ostendit brachia tam consumpta quibus tot monstra sustulit in terris. Gressibus. pedibus: & ostendit eos. Feram. ceruam: de qua diximus quæ habebat cornua aurea. Calpe. mons in extrema Hispania de quo diximus: ibi dictus est Hercules posuisse metas & columnas laborum suorum. His humeris. ostendit eos peste populatos. Moles. magnitudo corporis mei quæ iam tota cõsumpta est. Caelo ruenti. quando fuit cõtra gygantes. Cuius. q̃ si dicat nullius: quemadmodum fractua est meis. Per tonantẽ. dicendo me filium Iouis. Quęcunq;. sentiens intestinum cruciatum: ad dolorẽ suũ vertit sermonem. Procede. exi foras. Quis te. vbi natum est tantum malum an in mari euxino seu pontico: an in mari oceano? Pigra. quia ibi congelatur mare. Serpens. est ne serpens in visceribus meis genitus ex hydra aut ex spuma cerberi infernalis: qui venena dicitur reliquisse in terris. Omne. credo omnia mala esse in me: inde credo nullum: quia non video. Vultus. facies: dimitte saltem te videam. Concede. permitte. Timeres.s. me in aperto. Ecce. incœpi dirumpere pellem vt possim te videre: & ita dicendo dilaniabat sibi corpus: vestẽ detrahendo. Latebra. qua abscõdis te ne possim videre. Simile Herculi. inuictum: quemadmodum Hercules non potuit vinci nec tu malum. Vnde imitatur dolorem & q; emittat lachrymas. Pudet. est parenthesis. Vidit. quasi dicat nulla. Siccus. sine lachrymis. Tibi vni.s. malo: virtus mea quæ supauit omnia monstra superatur a te. Abstulisti. per vim extraxisti lachrymas. Durior. qui non poterat flecti ad lachrymas. Vaga symplegade. instabilibus cyaneis scopulis: de quibus diximus. Infregit. scilicet malum. Magis. q; viderit me Iuno flentem magis doleo. Vnde fulmen. quasi dicat saltem Iuppiter mitteres fulmen in me: vt cito perirem. Quid non. quasi dicat omnia postq̃ superauit Herculem. Hæmo. monte Thraciæ. Lentior. flexibilior. Axe parrhasio. arctico: vbi ẽ vrsa quæ olim fuit Calisto virgo de Parrhasia parte Arcadiæ: nam Hercules vertendo se quãdo poterat resiste

BERN.
Parrhasij.

bat dolori arcticum axem flexuosum & tortuosum esse inter sinus serpentis descripsim⁹ in prima tragoedia. Cessit. dedit victa. Flectit. s. Hercules resistendo dolori: fortitudo vincit dolorem multotiens & facit comparationem: vt in Scythia niues aliquando incipiunt dissolui: sed non penit⁹ resistente frigore. Virtus. fortitudo. Resoluit. sistit dolorem & letum. Laxare. liquefacere. Nefas glaciale. malum frigoris. Iubar. radios solis.

DANI. Ferae. Monstra reges subacti ab Hercule. Alous. Ennaplius.

¶ Tot ferae. Vt leo, aper, ceruus, hydra, cētauri. Tot scelera. vt cacus, cerberus triceps, itēq; Diomede busiris latro. Antęus gygas. Tot reges. vt Geryon Oeneus Euryt⁹ Alous in Archadia rex pater Auges quā ipse Hercules clam stuprauit & genuit Ennapliū iuxta portum pariente matre, in arcula expositum deinde infantem cerua enutriuit quē pastores cum inuenissent dono tulerunt ad regem Corytum: quem loco filij educauit appellauitq; Telephum: Diomedes & demum Eurysthea cum Iunone patientia. Procede. euocat tabem q̄si cum ea certaturus si in medium procedat: per metaphoram ab animato ad inanimatum: a serpente ad venenum adeo audax & fidens sui erat virtus in Hercule. Vtrum ne serpens. ac si dicat quid torquet me non satscio. Omne est malum. post addubitationem confirmatio sequitur. Palam timeres. propterea non egrederis palam: quia timeres lacertos meos. Manus. mea detexit carnem si te queat conspicari o dira contagio. Simile Herculi. virtuti meae simile. quae hactenus fuit indomita. Vnde Herculem non decet flere: deo hic lachrymae ex indignatione magis exprimunt q̄ ex doloris impatientia. Vultus. meus. Quid non apte poeta supersedet a dolore Herculeo in Chori cōmiseratione describentis quo gestu Hercules expirauerit licet plurimum venienti morti restiterit.

ASCEN.

Conuerte. Eadem compellatione qua solem in exitium mūdi inuocauit: inuocat Iouem in exitiū sui rogās vt se fulmine prosternat dicens. O pater. i. Iuppiter, conuerte vultus. i. oculos a parte totum, sup. tuos miserantes: quia vt auersio indignationem: ita cōuersio beniuolētiam indicat: Alcides (aptius de se in tertia quis loquitur psona, quoties magnificum quid dicere parat) nunq̄ consurgit ad manus tuas. q. d. non debes primas filij p̄ces repellere, nos sup. cōfugit: & vt sciat de se loqui, redit ad primam personam (sicut Nisus aenei. v. Quę munera Niso digna dabis primam merui qui laude coronam: nō dicit meruit) cum Hydra explicaret. i. extenderet per artus meos, caput. s. suum foecundum quia geminatum renascens quoties vnum amputabatur. Ego steti. s. certans, cum fato. i. morte, inter lacus infernos, possessus. i. circumuallatus atra nocte: vnde difficillimū erat vitare malum: nec tamē inuocaui. s. manus tuas. Ego vici tot feras horridas, tot reges, tot tyrānos, quos iam commemorauim⁹: nō tamen torsi. i. violenter direxi: vultus meos in astra: vnde. s. veniret auxilium mihi. Haec. i. mea manus nunc confecta morbo: spopondit nobis votum. i. victoriam pro voto: nulla fulmina micuere propter me. i. in auxilium meum missa: aut te votis annuere significantia: vt aenei. ij. Intonuit lęuum &c. caelo sacro, quia domus dei est. Hic dies, quo conficior tabe: iussit optare, nōdū dicit rogare, aliquid hic sup. dies audierit primus & idē summus. i. vltim⁹ preces. s. meas, quib⁹ peto vnicum fulmen. s. iaculari in me: crede. i. persuade tibi me gyganta. i. deorum oppressorem: ego potui asserere mihi. i. nomen & officium gygantis non min⁹ verum. s. quā reliqui: qa & corpore & animo gygantem pręstabat: sed dum puto sup. te mihi verum patrem: pepci cęlo. i. nolui iniicere manū caelo: igitur siue es crudelis pater, siue misericors cōmoda. i. cōmode concede, nato. s. mihi, manū. s. fulminantem: quia crudelis titanas strauisti, ppera i. festina me ferire fulmie, ante mortem: & occupa tibi hanc laudem, vel si piget. i. nihil vilem mun⁹ videtur: & man⁹ scilicet tua detractat i. recusat nefas. s. occidēdi filium suum: o pa

Trimetri Iambici.

HERCVLES. ALCMENA.

Conuerte vultus ad meas clades pater
Nūq̄ ad tuas cōfugit Alcides man⁹.
Non cum per artus Hydra foecundū meos
Caput explicaret. inter infernos lacus
Possessus atra nocte cum fato steti:
Nec inuocaui. tot feras vici horridas:
Reges: tyrannos: non tamē vultus meos
In astra torsi. semper hęc nobis manus
Votum spopondit. nulla propter me sacro
Micuere cęlo fulmina. hic aliquid dies
Optare iussit: primus audierit preces
Idemq; summus: vnicum fulmen peto:
Gyganta crede: non minus verum mihi
Asserere potui: dum patrem verum puto:
Caelo peperci: siue crudelis pater:
Siue es misericors: commoda nato manum.
Propera añ mortē. & occupa hanc laudē tibi.
Vel si piget: manusq; detractat nefas:
Emitte siculo vertice ardentes pater
Titanas in me: qui manu Pindum ferant:
Aut te Ossa. qui me monte proiecto opprimāt.
Abrumpe & Erebi claustra: me stricto petat
Bellona ferro. mitte gradiuum trucem:
Armetur in me dirus: est frater quidem:
Sed ex nouerca: tu quoq; Alcidae soror

Tantũ ex parente cuſpidẽ in fratrem tuum
Iaculare Pallas.ſupplices tendo manus
Ad te nouerca.ſparge tu ſaltem precor
Telum:perire fœmininę poſſum manu.
Iam fracta:iam ſatiata:quid paſcis minas?
Quid quęris vltra?ſupplicem Alciden vides.
Et nulla tellus:nulla me vidit fera
Te deprecantẽ.nunc mihi irata quidem
Opus eſt nouerca:nunc tuus ceſſat dolor:
Nunc odia ponis:parcis vbi votum eſt mori.
O terræ:& vrbes:nõ facem quiſq̃ Herculi:
Non arma tradet:tela ſubtrahitis mihi?
Ita nulla ſęuas terra concipiat feras
Poſt me ſepultum:nec meas vnq̃ manus
Imploret orbis.ſi qua naſcetur fera:
Naſcatur alius:vndiq̃ infœlix caput
Mactate ſaxis.vincite erumnas meas.

ter emitte in me vertice ſiculo .i. vocatos de Siciliæ monte Aetna:titanas ardẽtes:vt Typhoea & cæteros ſub ætna ſepultos:q ferant manu pindũ.ſ.mõtem aut o Oſſa mons: te, qui opprimant me,mõte piecto.ſ.in me. Abrumpe& clauſtra Erebi.i.inferni:Bellona,furiarũ princeps belli pręſes:petat me ferro ſtricto.i.nudato,mitte gradiuũ.i.Martẽ trucem Armetur.ſ.mars in me dirus.i.hoſtiliter affectus:eſt quidem frater ſed ex Nouerca.ſ.Iunone mihi inimica : te quoq; o Pallas ſoror Alcidę,ſed nõ ex nouerca:de ſolo ſiquidem vertice nata Iouis:iaculare i fratrẽ tuũ,cuſpidem.i.haſtã:a qua vibranda nomẽ ſumpſit: o Nouerca ego tendo.i.extendo ad ;te manꝰ ſupplices:precor ſparge ſaltẽ tu telũ.ſ.fulmineũ in me,poſſum.ſ.modo,perire manu fœminæ:dũmodo tua aut Palladis aut Bellonę Quid o Nouerca iã fracta,iã ſatiata .ſ. malis meis,paſcis.i. nutris & protẽdis minas cum ſtatim vlciſci poſſis?quid quęris vltra? tu vides Alciden:hoc eſt me ſupplicẽ:& nulla tellus,nulla fera vidit me deprecãtẽ te. Opus ẽ mihi nũc quidem nouerca irata:quæ me ſtatim occidat:& tuus dolor ceſſat nunc, tu ponis.i.deponis ,nũc odia.ſ. tua i me:tu parcis ſupple mihi , vbi.i. quando , votum.i. deſiderũ eſt.ſ.mihi,mori:o terrę & vrbes ſupple quas liberas feci,ingratæ?quiſq̃.ſ. ex omnibus quibus vindex fuit non tradet Herculi, vrgentius eſt q̃ ſi dicat,mihi,facem: non arma?ſubtrahitis mihi.ſ.omnes,tela? Ita(com precatorie ponitur quẽadmodũ particula ſic frequenter. Vt ſic te diua potens Cypri,ſic fratres Helenę &c. Sic tibi cum fluctꝰ ſubterlabere ſicanos &c.)nulla terra concipiat.ſ.in perniciem veſtram:feras ſęuas,poſt me ſepultum:nec orbis imploret vnq̃ manus meas:hoc eſt non egeat ſic auxilio meo vt imploret opes meas:& ſi qua fera naſcet:alius.ſ. Hercules vindex naſcatur. Ita inquã fiãt dicta,mactate.i.ſi mactens ſaxis,caput.ſ.meũ infelix vndiq;.i.ex omni parte , vincite.i. ſi vincatis & finiatis erumnas meas.

Conuerte. Proſequitur lamentationem ſuam Hercules rogando Iouem: vt ſe fulminet: liberetq; tãto cruciatu illum qui nunq̃ ſolitus eſt ſimiles preces fundere. Implicaret.inuolueret. Poſſeſſus. circundatus tenebris fui cum Fato.i.morte:nec te inuocaui. Torſi.eleuaui te vocando. Manus.ſcilicet mea ſemper dabat ſpem victoriæ. Propter me.nunq̃ rogaui vt hoſtes meos fulminares: vnde hodie licet aliquid optare. Summus.extremus quia nihil aliud vnq̃ petam. Peto. vt fulmines me. Aſſerere.vindicare mihi.poteram me facere vnum verum gygantem:ſed nolui turbare te cum credere verum patrem meum eſſe. Commoda.mittendo fulmen. Ante mortem.anteq̃ moriar: vt ſaltem dicar cecidiſſe fulmine Iouis. Nefas.vt dicaris occidiſſe Herculem emitte contra me gygantes. Siculo vertice.ætna ſub quo ſepultus eſt Enceladus. Bellona.dea belli ſoror Martis. Gradiuum.Martem deum belli. BERN.

Frater.poſſet dicere frater eſt tuus:non occideret te: reſpondet verum eſt:ſed filius Iunonis quæ me habet odio. Soror.pallas quæ ex capite Iouis nata es ſine matre. Nouerca.Iuno rogo te vt occidas me. Fracta.debilitata.quid nutrix minas iam vides Herculem ſupplicantem. Odia ponis.videris mihi donare iram tuam quando cupio mori. Tradet.interrogatiue adiurat totum mundum: vt iaciant tela in ſe. Naſcatur alius.ſ.Hercules qui liberet vos quemadmodum ipe feci. Infœlix caput.i.me infœlicem. Vincite. ſcilicet me interficiendo.

¶Conuerte.Hercules vt qui amplius dolori reſiſtere non poterat petit a Ioue patre properam mortem: Alcmena mater diſſuadet.Carmen inſcribitur trimetro Archilochio acatalectico. Nunq̃ ad tuas.ego in omnibus erumnis meis nunq̃ te precibus fatigaui pater:neq; opem vt ferres imploraui.ſatis & ſuper virtute illa innixus quã in me olim infantem contuliſti:nunc vbi tabifico malo conſumor accurre & corripe me fulmine. DANI.

Gyganta.finge me eſſe inimicum tibi qui tamen cælum meis armis nunq̃ laceſſiui:nam vt moriar q̃ ociſſime velim videri inimicus quem fulmine confodias:erit mihi inſtar magni muneris hoc genus mortis quod ſaltem videbor Ioue vltore cecidiſſe non pigra tabe. Et frater.gradiuum concepit Iuno ex flore fratrẽ Herculis,ſed ex nouerca frater. Ex parente.ex capite Iouis in lucem edita:quos ſolent in ventre & ilibus dolores ſentire parentes,ea hors in capite ſenſit Iuppiter vt eleganter in quodam hexaſticho proſequutus eſt Alcander.Nunc mihi irata quidem nunc vere impia & crudelis videre o Iuno q̃ mori cupientẽ lẽta morte fatigari permittis.quid eñ peius aut horrendũ magis q̃ in ipo ſupplicio ſupplicij moras quęrere? Mars.

Ingrate ceſſas orbis?excidimus tibi?

¶Ingrate &c. O orbis id eſt munde ingrate ſcilicet in merita mea,ceſſas ſcilicet mihi opẽ per necem ferre?excidimus tibi id eſt e pecto ASCEN.

rę & memoria tua? Tu fores supposit⁹.i. subiect⁹ adhuc malis.i. pniciosis inostris & hominibus ferisq, nisi tulisses.i. protulisses & genuisses me: o populi excipite.i. demite, vindicem.i. liberatorem vestrum: malis, quib⁹ premit hoc.i. psens tẽpus, datur.i. cõceditur vobis.s. ad effugiendam ingratitudinis notam quia nunq̃ poteritis prodesse Herculi si nunc neglexeritis, pensate.i. compẽsate merita.s. mea in vos, mors.i. si mihi mortẽ intuleritis erit pretiũ.i. premiũ omniũ.s. meritorũ meorum in vos: nihil eñ aliud petebat: ingredit iam proscenium Alcmena quęrẽs filiũ: & dicens. Ego mater Alcidę.i. Herculis: quas terras petam: vbinam est natus.i. filius meus? deinde videns eum iacentem dicit. Ecce si visus notat certa.i. rem certã: & non hallucinor nec fallor visu: ipse aestuat.i. ardet: recliuis.i. declinans in terrã: corde anhelanti.i. frequenter trahente spiritum pulmone: gemit quod nunq̃ prius fecit, peractũ est.s. de vita e⁹: deinde ante grediẽs dicit: o Nate liceat sup. matri: complecti membra.s. tua vltima.i. vltimo spiritus.i. flatus anhelitus.s. tuus, fugiens.s. e corpore tuo legatur.i. colligatur ore meo vt tibi inspiretur a me. Sic Anna aenei. iiij. Date vulnera limphis. Abluam: & extrem⁹ siqs super halit⁹ errat, Ore legam. Cape o fili, brachia.s. mea in amplexus.i. vt te amplectãtur cõplectens aũt eũ dicit: vbi sunt membra? s. tua torosa & robusta? vbi ceruix illa stelligera, quę tulit mundũ.i. caelũ in quo sunt stellae: quis reliquit tibi exiguã partem tui.i. corpulẽtiae tuae? hoc est quis reliquã abstulit? Her. O mater spectas quidẽ.i. certe: Herculẽ: sed agnosce nescio quid mei.i. de me relictũ: simile vmbrę.s. meę.q.d. sed nõ inuenis in me totũ & verum Herculem: sed quasi vmbram quandã pristini Herculis. Quid tu moerẽs flectis ora & vultus retro.i. retrorsum. Erubescis Herculem dici partũ tuũ? Alc. Quis mũdus, quae terra, genuit nouã.i. magnã & insolitam feram: ve p vel, quod nefas.i. nefandũ monstrũ tam dirũ, triumphat de te.i. subiecit sibi te? quis ẽ victor Hercule⁹.i. Herculis? Rarum est inuenire possessiuã vocem in significatione passiua: nam Valla vult p eodẽ actiuũ & possessiuũ accipi debere. Hercu. Tu vides Alciden iacentẽ dolis nuptae.i. coniugis deyanirae. Alc. Quis dolus est tantus q vincat.i. vincere possit Alciden? Her. O mater, quicunq; sat est foeminę iratę. argute dictum quasi dicat nullus alius q̃ quo victus essem illi satis fuisset. Alc. At vnde pestis incidit in artus aut ossa? Her. Palla.i. vestis qualẽ sacerdotes nostri albam vocant: dedit aditũ.s. penetrãdi: venenis foemineis.i. per foeminã immissis & ad me missis. Al. Vbinã est ĩpa palla: ego intuor.i. inspicio, mẽbra nudata? Her. Ĩpa est consumpta.s. igne. mecum.i. vna cũ me. Al. Tanta ne lues.i. vis veneni quae possit te cõsumere est inuenta? Her. O mater crede Hydram.i. totum virus Hydrae errare mediis visceribus meis: & mille feras cum lerna s. palude q̃ Hydram generauit. Quae tãta flãma bibit.i. absumit: nubes sicanias.i. supra aetnam volãtes aut quae Lemnos insula Vul

Possessiuũ positũ passiuae.

Adhuc malis ferisq; suppositus fores
Ni me tulisses: vindicem vestrum malis
Excipite populi: tempus hoc vobis datur.
Pẽsate merita: mors erit pretiũ omnium. Al.
Quas misera terras mater Alcidę petam?
Vbi natus: vbi nam est? certa si visus notat:
Recliuis ecce corde anhelanti aestuat:
Gemit: peractum est. mẽbra cõplecti vltima
O nate liceat. spiritus fugiens meo
Legatur ore: brachia in amplexus cape.
Vbi membra sunt? vbi illa quę mundũ tulit
Stelligera ceruix? quis tibi exiguam tui
Partem reliquit? Her. Herculẽ spectas quidẽ
Mater: sed vmbrae simile nescio quid mei
Agnosce mater. ora quid flectis retro?
Vultumq; moerens? Herculem dici tuũ
Partum erubescis? Al. quis ferã mũdus nouã
Quae terra genuit? quod ve tam dirum nefas
De te triũphat? victor Herculeus qs ẽ? Her.
Nuptę iacentẽ cernis Alcidẽ dolis. Alc.
Quis tant⁹ est: qui vincat Alcidẽ dolus? Her.
Quicũq; mater foeminę iratę sat est. Alc.
At vnde in artus pestis: aut ossa incidit? Her.
Aditum venenis palla foemineis dedit. Alc.
Vbi nã ĩpa palla est? mẽbra nudata intuor. H.
Cõsũpta mecũ ẽ: Al. tãta ne iuenta ẽ lues? H.
Errare mediis crede visceribus meis
O mater Hydram: & mille cum Lerna feras.
Quę tanta nubes flamma Sicanias bibit?
Quae Lemnos ardens? quę plaga inferni poli
Vetans flagranti currere in zona diem?
In ipsa me iactate: proh comites: freta
Mediosq; in amnes. quis sat est Ister mihi?
Non ipse terris maior Oceanus meos
Franget vapores. omnis in nostris malis
Deficiet humor: omnis arescet latex.
Quid rector Erebi me remittebas Ioui?

Decuit tenere:redde me tenebris tuis.
Talem subactis Herculem ostēde inferis:
Nil inde ducam:quid times iterū Herculem?
Inuade mors nō trepida:iā possum mori. Alc.
Compesce lachrymas saltē:& ærūnas doma
Malisq; tantis Herculem indomitum refer.
Mortēq; vince:quod soles:vince īferos. Her.
Si me catenis horridus vinctum suis
Prębere et auidę Caucasus volucri dapem
Scythia gementē:flebilis gemitus mihi
Non extitisset.si vagę Symplegades
Vtrinq; premerent rupes:redeuntis minas

cani,ardēs:dū fabrile opus exercet in ea:quę plaga.s.torrida,poli inferni.i. p quā hinc ad polum antarcticū eundē est:nō tn̄ est vicinior vni q̄ alteri polo,vetans diē.i.solem: currere in zona flagranti:quia sol nō exit zodiacū & ideo ad neutrum polū accedit: nec torridam transit,sed tamen facit.pro comites: iactate me in ipa freta:& in medios āñes. Quis Ister ē sat.i. satis mihi.s.ad refrigerādū? q.d. nullus:licet ister sit flu.maximus & sane frigidus. Ipe Oceanus maior terris:quia circūfluit eas,nō frāget.i.extinguet,vapores, aut potius calores,meos, ois humor deficiet.i. absumet,in malis nostris.i. priusq̄ incendiū mei extinguet:ois latex arescet.i. desiccabit. O rector Erebi Pluton qd.i.ad quid remittebas me Ioui.i.ad Iouem:decuit tenere.s.me: redde me tenebris tuis:ostende inferis subactis.s.a me,Herculē.s.me,talē.i.tā miserabilē vt gaudeāt:ego nil ducā inde.i.ab inferis:licet olim abduxerim Cerberū: quid times iterū Herculē? o mors inuade Herculē nō trepida quia ego possum iam mori. Alc. Cōpesce saltem lachrymas,& doma.i.refrena,erūnas.i.erūnarū indicia,& refer.i.repsenta:exhibe Herculē domitū tantis malis:& vince mortē,& vince qd solea(.s.facere)inferos. Her. Si caucasus horridus.s.frigore: preberet volucri auidæ:me vinctū catenis suis dapem gementē Scythia.i.i scythia qualis est Promothæus vultur: gemitus flebilis,non extitisset.i.exortus fuisset,mihi. Si rupes symplegades.i.Cyaneæ insulæ vagæ.i. fluctiuagæ premerēt sup.me,vtrinq;.i.ab vtraq; parte:ego ferrē.i.tolerarem,minas.i.pressuram minacem:ruinę redeuntis id resumptis viribus iterum insurgentis in me.

¶ Cessas. Cur me nō occidis. Excidimus.nō habes memoriā beneficiorū meorū. Tulisses.generasses. Malis.eximite me de hoc malo. Pensate.retribuite mihi hanc gratiam. Pretium.meritum qd dabitis mihi. BERN.

Quas.venit Alcmena dicens vbi inueniam filium Herculem:& videt eum languentē. Certa.res certas: si visus meus non decipit me: video eum afflictū. Notat.videt. Reclinis inclinatus. Peractum.iam venit ad finem vitæ. Legatur.colligatur: vt expires animā in ore meo. Ceruix.collum quo tulisti cælum. Exiguam.quia iā cōsumptum erat corpus eius:& dilaceratum veneno. Vmbræ.apparentiæ.non sum Hercules amplius:sed Herculis vmbra. Mei.s.Herculis. Flectis.illa vertebat oculos tanq̄ non posset cernere eū.

Erubescis.verecūdaris Herculē dici partū.i.filiū tuū. Nuptæ. Deyanirę. Quicunq;.s.dolus. Vnde.quo modo. Palla.vestis. Aditum.accessum. Cōsumpta.venenum consumpsit vestem & me. Hydram.totum venenum Hydræ. Sicanias.siculas.vbi est ætna perpetuo ardens. Lemnos.insula in Aegęo vbi dicitur esse officina Vulcani: in his locis non est tantus ardor quantus in corpore meo: nec in torrida zona. Inferni poli.meridionalis & australis vbi semper longus est dies: quasi velit dicere q; est ita magnus calor illic q; dies non audeat currere propter dolorem. Freta.maria.non credo omnes aquas satis esse ad refrigerandum me. Franget.diminuet. Malis.in tanto estu meo omnes aquæ deficerent. Quid auctor.vertit sermonē ad Plutonem quando veni ad inferos cur me non retinuisti: sed nunc accipe me talem.s. afflictum & ostende me inferis subactis id est victis olim a me. Inde.ab inferis: vt duxi Cerberum prius. Compesce. Alcmena consolatur filiū. Refer.demōstra te esse fortem Herculem, vt semper fuisti. Caucasus.mons Scythiæ. Si essem ligatus in Caucaso: vt Prometheus non dolerem: sed crucior & non video hostem. Dapem.cibum: nam vultur corrodit eius iecur. Gemitus.non dolerem.etiam si essem inter Cyanęos scopulos oppressus. Redeūtis.scilicet symplegadis: nam dicunt illi scopuli concurrere. Lemnos.

¶ Spiritus.fugiens meo ore. Antiquorum consuetudinis fuit vt morientis vltimus spiritus a pximi ore sorberetur: vt plane demonstrat. Ouidius in de funere Drusi, consolatoria in epistola ad Liuiam. Stelligera.aut nitida aut quam pressit cælum stelligerum. Quis tibi exiguam tn̄.vt consumptus es: vt depastus. DANI.

Sed vmbræ simile.non qualem solebas prius cernere sed similem vmbræ. Feram nouam.quæ sic depasta est filium meum. Victor herculeus. quasi dicat mirum potuisse Herculem ab aliquo superari. Vnde.a quo dolo. Tātane inuenta est: quæ consumat vestes & carnes pariter? Lemnos.ex cycladibus vna vt meminit Apollonius in primo argon.in quā pręcipitatus est bis Vulcanus vt canit Homerus in Iliade. fingit Vulcanus eo se conferre ab ætna animi gratia: dicente Papinio in quinto Thebaidos. Lemnius ignifera fessus respirat ab ætna &c. Plaga inferni poli.meridionalis. qui pronus est atq; depressus de quo poeta: at illum sub pedibus styx atra tenet manesq; profundi. Diem.solem, sicut contra, solem pro die. Quid tantū Oceano properent se tingere soles: &c. Franget.extinguet: sedabit. Nihil inde ducam.nec si vel mihi sunt vires inimicos pellere tectis Tartareis nec qualis eram cum Cerberon atras Iactantem spumas supra ad conuexa retraxi. Si me catenis.allusio ad pœnam Promethei carmine Hesiodi & Appollonij celebratam. non inquit: mater adeo graue malum est vllum quod me in lachrymas cogat: non supplicū Promothei. Caucasus scytha.qui est Scythiæ cōfinis ad septētrionē: quē mōtem altissimum dicit Herodotus. Lemnos.

Ferrem ruinę. Pindus incumbat mihi

¶ Pindus incumbat.i. licet incūbat, aut fac vt incumbat mihi id est in me aut super me & hemus: montes sunt sexcenties dicti: & ASCEN.

Atq; Hæmus: & qui Thracios fluctus Athos
Frangit tonantis fulmen excipiens Iouis.
Non ipse si in me (mater) hic mūdus ruat:
Superq; nostros flagret incēsus rogos
Phœbęus axis: degener mentē Herculis
Clamor domaret: mille decurrant feræ:
Pariterq; lacerent: hinc feris clangoribus
Aetherea me Stimphalis: hinc taurus minax
Ceruice tota pulset: & quicquid fuit.
Solum quoq; ingēs surgat: hinc illinc fremēs:
Artusq; nostros durus imminuat dolor:
Sparsus silebo: non feræ excutient mihi:
Non arma gemitus, nil q̄d impelli potest. Alc.
Non virus artus nate fœmineū coquit:
Sed dura series operis: & longus tibi
Feruet cruentis forsitan mēbris dolor. Her.
Vbi mors? vbi illa? testis est aliquis mali?
Intendat arcus: nuda sufficiet manus.
In orbe veniat: veniat huc aliquis mihi:
Procedat agedū. Al. nū mihi sensus quoq;
Excussit ille nimius impulsus dolor?
Remouete quęso tela: & infestas precor
Rapite hinc sagittas. igne suffusę genę
Scelus minantur. qua fuga latebras petam?
Dolor iste furor est: Herculem solus domat.
Cur deinde lachrymas: aut fugā vecors petā?
Obire forti meminit Alcmenę manu.
Vel scelere pereat: anteq; letum mihi
Ignauus aliquis mandet: ac turpis manus
De me triumphet: ecce lassatus malis
Sopore fessas alligat venas dolor.
Grauiq; anhelo pectus impulsum quatit.
Fauete superi: si mihi gnatū inclytum
Miseræ negatis: vindicem saltem precor
Seruate terris: abeat excussus dolor:
Corpusq; vires reparet Herculeum suas.

Athos mons qui frangit fluctus thracios t quia est inter Thraciam & Macedoniam, excipiens scilicet in verticem suum: fulmen Iouis tonantis: non si .i. licet, o mater, hic mundꝰ ruat i me (imitatio horatiana) & axis Phœbęus id est solaris: icēsus flagret super rogos nostros id est ardores quos nunc patior, clamor degener, id est generoso viro indignus: domaret mentem Herculis id est meam qui Hercules sum. mille feræ decurrāt id est licet decurrant scilicet in me: & lacerēt supple me, pariter: quod longe horribilius q̄ si singulatim id facerēt, pulset me .s. Stymphalis aetherea volucris, hinc id est ex vna parte: clangoribꝰ feris id est efferis & indomitis: taurus minax scilicet qualem vici: pulset me hinc id est ex alia parte: ceruice tota id est fronte suffulta totis viribus colli: & quicquid fuit scilicet anteq̄ deletum est per me, supple pulset me, solum id est terra, quoq; id est etiam, surgat id est insurgat in me, ingens id est magna vltra genus & modum vulgarem: fremens hic illinc id est a diuersis partibus: & dolor durus imminuat artus nostros: ego sparsus id ē stratus in terram, silebo: quia non feræ nō arma id est neq; fera, neq; arma, excutient id est extorq̄būt mihi gemitus: nil quod potest impelli id est vi incuti, excutiet mihi gemitꝰ. Sequens locus antea corruptissimus, sic est Vercellani diligentia repositus. Al. o nate, virus fœmineum id est a fœmina procuratum & missum .s. a Deyanira, non cogit artus scilicet tuos: sed series operis id est continua exercitatio in opere facundo, dura id est aspera & longus id est diu continuatus dolor feruet forsitan, membris cruentis id est cruore aliorum respersis. Her. Vbi supple est nūc mors vbi est illa scilicet mali auctor Deyanira? est aliquis testis mali id est qui ausit se asserere testem & auctorem mali quod patior, intendat scilicet in me, arcus: manus supple eius nuda id est inermis: sufficiet i orbe scilicet hoc: vbi nullus resistit (tacite prouocat Iunonem) aliquis veniat, veniat huc mihi .i. ad votū meū procedat agedum scilicet vt me perimat. Al. Nū id est nunquid: ille nimius dolor impulsus scilicet in Herculē, excussit quoq; id ē etiam mihi sensus? hoc est nisi sensū amisit Hercules furit: & ideo o famuli: remouete quæso tela: & precor rapite hinc sagittas scilicet Herculis, infestas id est vim ineuitabilem inferētes. Genæ scilicet Herculis suffusæ igne id est ardore nimio, minantur .i. minaciter futurum indicant, scelus .s. ab Hercule perpetrandum. Qua fuga petā latebras: ne me vt Megarā olim perimat, iste dolor scilicet Herculis est furor. Solus furor domat Herculem: quia si sana mente esset nō sineret se domari. Cur deinde id est demum: ergo vecors petam lachrymas id est vt lachrymosis precibus me defendam, aut fugam .i. vt fugiendo euadā Hercules meminit id est meditatur, obire forti manu Alcmenę .i. petit a me pimi. Sed supple Alcmena: (de se in tertia loquit persona) pereat, vel id est etiā, scelere .s. filij aut filiꝰ scelere suo in seipm anteq̄ aliqs ignauꝰ (notat Eurysthea) mādet mihi letū .i. necē filij: ac manꝰ turpis .i. ignaua, triūphet de me .i. p facinꝰ meū. aliter exponit Bernardinꝰ. Ecce dolor .s. Herculis, lassatꝰ .i. fessꝰ & euictꝰ malꝰ, alligat

venas.s.Herculis fessas, & quatit pectus impulsum anhelo grauí. O superi fauete, Si negatis mihi misere gnatum: precor seruate saltem terris, vindicem.i.liberatorem a seruitute ferarum & tyrannorũ, dolor, scilicet Herculis, abeat excussus.s.ab eo, & corpus Herculeum reparet vires suas.

¶Pindus.mons Thessaliæ. Athos.mons inter Macedoniam, & Thraciã. Excipiens.quia altus.feriũt altos fulmina colles. Mundus ruat.o mater si totum cælum caderet supra me non clamabo. Degener.nõ cõueniens Herculi. Mille feræ.veniant contra me omnia monstra, quæ superaui intrepidus nunq̃ clamabo. Excutient.non facient me gemere. Impelli.superari, scilicet excutiet gemitus. Non virus.non est venenũ vult Alcmena consolari eum. Sed durus.est difficilis labor quem habuisti. Serpens.procedens. Fouet.illi labores nunc faciunt hunc dolorem. Ophys.venenum hydræ quod hausisti. Illa.quasi dicat vbi est illa vxor quæ fuit causa mortis meę. Intendat.vt sagittis interficiam eam. Manus.scilicet mea sine telo interficiet eam. Veniat.rogat aliquem gratum sibi veniat ad auxilium. Excussus.exanimata timore nunc sum quando petit arma: ideo vos famuli remouete ea. Minantur.monstrauit qd factur⁹ est. Alcmenæ.ipsa mater Herculis quo fugiam: melius est manu forti mori quã me abscondere: vt postea interficiar ab aliquo ignobili. Vel etiam pereat scelere.quod scilicet filius interficiat eam: loquitur de se in tertia persona. Ecce lassat⁹. interim dum loquitur Hercules cadit exanimatus: & illa credit illum dormire. Alligat.claudit. Impulitu. agitatione. Fauete superi.si non vultis propter me seruare filium: saltem propter totum mundum quem defendit. Abeat.recedat. Reparet.vt possit refici isto somno. BERNA. Multa ppe rã legunt.

¶Aetherea stymphalis.volucres stymphalides.de quibus supra recitauimus ex sententia Apollonij multa. Non virus.docet hic mortem Herculis non esse a veneno, sed ex antiquis laboribus recrudescere. Long⁹. diuturnus & latens qui in tempore maturescit & erũpit. Vbi mors.expone singula per dialyton. Vbi ista, scilicet vxor. Testis est aliquis.non abest hinc procul qui malũ nostrũ cognoscat. Est mihi sensus.adeo grãdis me incessit dolor vt sensus omnis videar perdidisse. DANI.

Trimetri Iambici.

HYLLVS. ALCMENA. HERCVLES.

Pro lux acerba: ꝓ capax scelerũ dolor:
Nurus tonantis occidit: natus iacet:
Nepos supersum: scelere materno hic perit.
Fraude illa capta est. quis per annorum vices
Totoq; in æuo poterit erumnas senex
Referre tantas? vnus eripiet dies
Parentem vtrumq;: cætera vt sileam mala:
Parcamq; fatis: Herculem amitto patrem. Al.
Compesce voces inclytum Alcidæ genus
Miserę q; fato similis Alcmenæ nepos:
Longus dolorem forsitan vincet sopor.
Sed ecce lassam deserit mentem quies:
Redditq; morbo corpus: & luctus mihi.

Pro lux acerba. Ex aduentu Hylli cõstituitur noua scęna: nã Hercules & Alcmena non recesserant de proscenio. Queriť viso patre tacẽte exanimi, Hyll⁹ vtriusq; parẽtis necẽ vno die peractam. Nam Deyanira sibi vim intulerat. dicit itaq; sic. Pro (si per apocopen pro ꝓ prohe dicitur: non inepte scripta proh: nõ vt h sonet cum o sicut nec sonat in ah & vah: sed vt interiectio significetur. Ego vero ne de lana caprina anxie disputẽ vtroq; modo & pro & proh scriptũ tolero: est aũt interdũ dolentis interiectio: sed fere cũ exprobratione & detestatione eius quod sequitur: vt hic. Pro lux.i. dies acerba.s.mihi, immo & mundo: ꝓ dolor capax scelerũ.i.ortus e multis sceleribus: Nurus.i.vxor filij, tonantis.s.Iouis, Deyanira, cecidit.s.mortua illato sibi a se vulnere, gnat⁹.i.filius tonantis Hercules, iacet.s.morbo ꝓstratus ego nepos.s.tonantis, supersum.s.infelix. hic.s.pater meus filius Iouis: perit scelere materno, q̃ vellem misit, illa.s.mater, capta est fraude.s.Nessi: quis senex, poterit referre.i.recitare & enarrare, erũnas meas ꝑ vices annorum.s.suorum in toto æuo.i. licet diu vixerit & non aliud fecerit? q.d.nullus, & est tragica dolorum exaggeratio. Vnus dies eripiet mihi (ergo nondum mortuum putat Herculem) vtrunq; parentem: vt sileam cętera mala: & parcam fatis.i.nihil asperius dicam in fata quæ nulli parcunt: ego amitto Herculem patrem: quo dicto putat satis doloris expressum: cum in eo omnia amittat. Al.o inclytum genus Alcidæ, & nepos miserę Alcmenæ, similis sup. illi fato.i.in aduersitatibus: compesce voces.s.q̃relas: quia longus sopor.s.Herculis, vincet.i.expellet & superabit forsitan dolorẽ, sicut in prima euicit furorem. Sed ecce quies deserit mentem lassam.s.Herculis; &.s.fugiens reddit morbo corp⁹.s.Herculis: & mihi luctus. ASCEN.

Proh lux. Superuenit Hyllus volens nuntiare matrem mortuam & videt patrem iacentem in terrã vnde dicit vna dies abstulit mihi vtrunq; parentem. Nurus.Deyanira. Natus.scilicet tonantis Hercules filius. Nepos.scilicet ipse. Quis.& quis erit vnq̃ in vlla ætate & tam senex, qui posterit videre tanta scelera quanta ipse vidi. Parcam. vt prætercam cætera mala, quæ a fatis habui. Herculẽ qui decus mundi, Nato.Herculi filio meo: Sopor.somnus in quo est Hercules. Lassam.defatigatam: dũ quies relinquit eum illi oritur dolor: & mihi luctus. BERNA.

¶Proh.Inducitur Hercules mortem acceptans vt gloriosam, atq; percelebrem quam primo loco miserandis exemplis deflet filius vna cum obitu matris Deyaniræ, inde sequitur excusatio & defensio Deyaniræ per omnes a morte Herculis. Nota est qualitas metrica cũ vt sæpius repetita tum spontanee omnibus, vel mediocriter doctis. Proh.dolẽtis interiectio per apocopẽ: vt tradit Diomedes & Apuleius. Materno.matris meę. Fraude.Centauri. Herculem.in quo vno omnium mearum cladium summa sita est. Nato.Herculi gnato meo & tibi quondam patri. DANI. Proh.

ASCEN. Quid hoc. Hercules quasi e graui somno excussus: dicit se in extasi raptum videre q̃ ad apotheosim .i. deificationē sui faciant, dicens. Quid .s. noui, est hoc? Trachyn vrbs Thessalię, quę ab Hercule Heraclea dicta est: cernit̃ sup. mihi: aut ego positus .i. locat⁹: inter astra euasi tandē genus mortale .i. translat⁹ sum in deorum numerū: quis parat .i. praeparat, mihi cælū .i. vt recipiar in cælū? O pater .s. Iuppiter: ego iā video: tete .i. teipsum: & specto quoq̧ nouercā .s. Iunonē, placatā .s. mihi. Quis son⁹ .i. vox cælestis, ferit aures nostras? Iuno vocat me generū: quia despondet mihi hebē filiam suam. Video regiā ætheris clari: nitentem .i. tedis nuptialib⁹: Daniel legit intentam sed metron refragatur: & video zonā .s. torridā aut viā lacteā, tritā, rota flammea .i. ignita Phœbi .i. solis: Ego video cubile noctis. idē vbi nox interdiu cubat, & nox vocat hic .i. ex cubili suo, tenebras, quas per orbem spargat Quid hoc .s. noui? nox sup. aut caligo, cludit .i. claudit, & segregat a conspectu meo astra: & o pater .s. Iuppiter: ego deducor, id est deorsum: vt pote in terrā, ducor, ab ipsis astris .i. nō amplius videor mihi esse inter astra. axis Phœbeus .i. lampas solis, afflabat, .i. irradiabat modo: ora sup. mea. Ego fui .s. modo: tā prope (vt supra dixi: videt̃ prope pro procul sicut maro ꝓcul ꝑ prope accipere: aut) .i. tam parū abfuit ꝗn abessem, a leto .i. morte: quia extra regionē mortis q̃ vltra lunā nō ꝑtingit, fuit (sunt q legant lecto: sed parū ad rem: nisi de lecto Hebes intelligāt) Video sup. iterū trachyna vrbē Thessalię, quis dedit mihi terras .i. deduxit in terras? Nēpe sup. terra, steterat mō .i. paulo ante: infra me .i. sub pedib⁹ meis, ac tot⁹ orbis sup. steterat: suppositus mihi: o dolor tu excideras .s. e corpe meo: tā bn̄ .i. tā commode: quia fruēs cælo nō sentiebat dolorē: qđ cōfirmat illud: nō auertas faciē tuā a me & silis ero descendētib⁹ in lacū. O dolor tu cogis sup. me, fateri sup. te, parce .s. mihi, & consule honori meo: occupa hanc vocē .i. interfice me priusq̃ vocem indignā viro forti emittam: sentit aūt se stimulari in Deyanirā. Parat ille .s. Iuppiter: haec dona & hoc mun⁹ matris .s. vt sic crucier: nā a matre habet q̧ sit passibilis & mortalis: nō ab Ioue: aut ille .s. dolor parat hęc dona matris .s. tuę Deyanirę. Vtinā liceret .s. mihi: effringere impiā animā .s. Deyanirę. stipite .s. clauę meę ingesto .s. in eā (haec est vox quā occupatam morte voluisset) ens sup. talis: qualis domui circa latus Caucasi niualis, malū amazonū .i. reginā supbā hippolytā aut supbiā earū. O megara coniunx clara: fuisti ne tu mihi cōiunx cū furerē? q.d. merito fuisses cū san⁹ eēm & te nō interficerē: sed colerē. date o famuli, stipitē .i. clauā, atq̧ arc⁹ vt feriā Deyanirā? dextra sup. mea inquinet̃, cæde foeminea, imprimam laudibus sup. meis maculam: quia vt dixi: nullum laudabile nomen foeminea in poena est: nec habet victoria laudem. foemina legatur, scilicet in historiis summ⁹ .i. vltimus labor Herculeus. Hyl. O genitor, cōpesce diras minas irarum: mater sup. habet, scilicet letale vulnus (tractum a populo vidente gladiatorem letaliter vul

Her. Quid hoc? rigenti cernit̃ Trachyn iugo?
Aut inter astra positus euasi genus
Mortale tandem: quis mihi cælum parat?
Te te pater iam video: placatam quoq̧
Specto nouercam. quis sonus nostras ferit
Cælestis aures? Iuno me generum vocat.
Video nitentem regiam clari ætheris:
Phœbiq̧ tritam flammea zonam rota.
Cubile video noctis: hinc tenebras vocat.
Quid hoc? quis axem cludit? & ab ipsis pater
Deducor astris? ora Phœbeus modo
Afflabat axis: tam prope a leto fui.
Trachyna video: quis mihi terras dedit?
Modo nempe me infra steterat: ac totus mihi
Suppositus orbis: tam bene excideras dolor.
Cogis fateri: parce: & hanc vocem occupa.
Hæc ille dona matris: hoc munus parat.
Vtinam liceret stipite ingesto impiam
Effringere animā. qualis Amazonum malum
Circa niualis Caucasi domui latus.
O clara Megara: tu ne cum furerem mihi
Coniunx fuisti? stipitem: atq̧ arcus date.
Dextra inquinetur: laudib⁹ maculā imprimā.
Sūmus legat̃ fœmina Herculeus labor. Hyl.
Compesce diras genitor irarum minas.
Habet: pactum est: quas petis pœnas dedit.
Tua perempta dextera mater iacet. Her.
Cæci dolores manibus irati Herculis
Occidere meruit: perdidit comitem Lycas.
Sæuire in ipsum corpus exanime impetus
Atq̧ ira cogit. cur minis nostris caret?
Ipsum cadauer pabulum accipiant feræ. Hyl.
Plus misera læso doluit: hinc aliquid quoq̧
Detrahere velles: occidit dextra sua
Tuo dolore. plura q̃ poscis tulit.
Sed non cruentæ sceleribus nuptæ iaces:
Nec fraude matris: Nessus hos struxit dolos.

Ictus sagittis qui tuis vitam extulit.
Cruore tincta est palla semiferi pater.
Nessusq; nunc has exigit pœnas sibi. Her.
Habet: peractum est: fata se nostra explicant.
Lux ista summa est: quercus hanc sortem mihi
Fatidica quondam dederat: & Parnassio
Cirrhea quatiens templa mugitu nemus:
Dextra perempti victor Alcide viri
Olim iacebis. hic tibi emenso freta:
Terrasq;: & vmbras: finis extremus datur.
Nil querimur vltra: decuit hunc finem dari.
Ne quis superstes Herculis victor foret.

neratum licet nondum sentiat: exclamat eũ id videns: habet: peractum est. s. de vita eius: mater sup. dedit pœnas quas petis: mater tacet perempta dextera tua: quia sua vt te in se vlciscatur vsa est. Hen dolores. i. o dolores cæci. i. non videntes quid facere debeãt: meruit. s. tam dira mulier, occidere. i. cadere manib⁹ Herculis irati: & ita atrociter discerpi: Lycas quem manib⁹ discerpsi: perdidit comitem. i. sociam poenę. Impetus atq; ira. i. impetus irę cogit me sęuire in ipsum corpus exanime. s. Deyaniræ, cur caret minis. i. terrorib⁹ nostris: quia grauius minis q̃ poenis cruciaretur: ferę accipiant ipsum cadauer pabulum. i. in nutrimentũ. Hyllus excusans matrẽ dicit. Ipsa misera doluit plus lęso. i. q̃ tu quem læsit: tu velles detrahere quoq;. i. etiam aliquid, hinc. s. ex dolore eius: aut huic. s. dolori ei⁹: ipsa occidit idẽ perijt dextra sua: sed dolore tuo. i. pro te suscepto: ipsa tulit. i. passa est: plura. s. mala: q̃ poscis: sed nõ iaces. i. decumbis grauat⁹ morbo sceleribus nuptę. i. vxoris: cruentę: vt. s. eã eẽ putas: nec fraude matris: quia Nessus Centaurus struxit hos dolos: qui Nessus ictus sagittis tuis, extulit. i. efflauit vitam. i. animam: o pater: palla q̃ tibi perniciẽ attulit: est tincta cruore semiferi. s. Nessi centauri: & Nessus exigit nũc has poenas. s. quas video sibi. i. vltionem necis suæ. Her. habet, prouerbialiter. s. Hercules vulnus mortiferum, peractum est. s. de vita eius, fata nostra, quæ prius erant inuoluta: explicant. i. declarant se: ista lux. s. diei, est summa. i. vltima mihi, querc⁹ fatidica. i. dodonęi Iouis columba in quercu residens: & nemus. i. sylua sacra: quatiens templa Cirrhęa. i. Apollinea, mugitu. i. responso mugienti similiter dato: pnassio. i. in pnasso monte, dedit mihi quondã hãc sortem. i. responsum fatidicum. o Alcide victor, tu iacebis olim. i. aliquando: dextra viri perempti. s. a te. hic finis extremus datur tibi emẽso. i. vbi emensus eris: freta, terras, & vmbras. i. infernum. Nos nil q̃rimur vltra: decuit hũc finem dari. s. mihi: ne quis victor Herculis foret superstes. i. post eum viuens.

Habet.

¶Quid hoc. excitato Hercule oborta est illi imago, quia sibi videbatur esse apud Trachinã ciuitatem: & modo videbat cælum apertum & Iouem illum aduocantem: & circũspiciens videt filium cũ quo queritur de matre Deyanira: & illam puer excusat. Rigenti. quia est in aspero monte. Tandem. receptus in numerũ deorũ. Sonus. harmonia cælestis. Generum. nam vt vidimus Heben filiam illi coniunxit. Intentam. paratam ad me suscipiendũ. Zonam. viam cælestẽ per quã currus solis vadit. Noctis. quasi sit nox vna dea. Hic. ex illa parte quando recedit sol. Quid. dum sic est: videtur redditus terris: & inquit. O pater. Iuppiter. Modo. nuper cum essem in cælo. A lecto. a cubili meo vbi eram cum Hebe: vt ipsius sentirem calorem. Trachyna. casus accusatiui. Infra. paulo ante de cælo videbam illam quam nunc video in terris. Excideras. quia in hac visione non sentiebam dolorem. Cogis. tu dolor. Occupa. da mihi mortem dolor in hac voce. Stipite ingesto. infixa claua. Amazonium. Hippolytam reginam Amazonum: ita possem pdere sceleratam Deyaniram. O clara. non talis fuit. Megara. prima vxor quam in furore interfeci tu non merebaris tunc esse vxor: quia non eras digna tali morte. Inquinetur. scilicet interficiendo mulierem. Summus. extremus: q̃ interfecerim fœminam in vltimo labore meo. Compesce. filius consolatur patrem dicens vindictam esse iam factam. Lycas. mori meruit per manus meas vt Lycas. Accipiant feræ. quia non dignum est sepultura. Lęso. scilicet te: doluit plus de dolore tuo q̃ tu: vnde dextra sua occidit se. Non fraude: quia ipsa decepta fuit a Nesso. Ictus. vulnerat⁹ Nessus. Palla. vestis quam misit ad te. Exigit. in vindictam sui. Fata. nostra. cognosco finem meum: nam ab oraculo olim habui me periturum esse per vnum qui a me esset interfectus. Summa lux. extrema dies. Quercus. in Dodonęa sylua quercus erant ex quibus duę columbæ dabant responsa: hæc fuit iuxta Dodanam epiri oppidum. Fatidica. ex qua columbæ prędicebant fata. Cirrhęa templa. Apollinis ibi est templum, eius in Cirrha oraculis famosum. Dextra. hæc fuerũt verba oraculi tu Alcide. Olim. in futurum. Emenso. cum transiueris. Hunc finem. hic finis erat quem decebat habere Herculem: vt interficeretur ab vno qui, post eum non posset superesse.

BERNA.

Dodona.

¶Quid hoc. Exodus est apotheoseos Herculeæ cum Anacephaleosi eorum quæ superius commemorauimus. Intentam regiam. Metonymia. Zonam tritam. torridam zonam. loquitur Hercules, vt assolet qui e profundo & tetrico corpore solutus tandem sibi restituitur & attonitus tot⁹ adhuc titubat per quod artificiosus poeta nouo modo nimietatem doloris in Hercule expressit: qui adeo acutus adeoq; fuit acer & vehemẽs, qui illum seminecem reliquerit, atq; in exstasim dissoluerit. Tam bene excideras: quem consoporatis sensibus pati amplius non videbar. Cogis fateri. occupatio ad intensionem sceleris. Animam impiam. vitam matris tuæ. Laudibus. meis. Maculam. occisa fœmina & eadem coniuge. Fœmina. cædes fœminæ prædicetur vltimus meus labor. Lycas. minister muneris. Sæuire. extrema impietas est grassari in mortuum. Plus misera. paratus est hyll⁹ in defensionem maternæ culpæ per errorem. Plura q̃ poscis tulit. cum tui obitus mœstitia: tum morte sua dextera illata. Quercus fatidica. græcum commentum, ac mendacium quo proditur in Dodona Epiri consuesse Iouem dare hominibus oracula per columbas æreas: vt testis est Homerus & Orpheus in locis plurimis: nunc Hercules e quercu suæ vitæ exitum olim portensum fuisse commemorat manu viri perempti: is est Nessus.

DANI.

Colũba dodonea.

ASCEN. ¶ Nūc:qm̄ fata ita voluīt,mors legat.i.eligat aut legat in ānalib⁹ futuris clara,mēorāda,inclyta:prſus digna me.ſ.Hercule:cū q̄ eū vicerit prius ab eo cæſus ſit:faciā hūc die nobilē:ois ſylua cędat.ſ.ad rogū extruendū:& ignis ſuſcipiat.i.incēdat aut capiat ad cremādū:nemus oethęū.i.Othæ montis:rogus.ſ.ex ſylua ſtructus:accipiat Herculē.ſ.in deum tranſformādum per ignem:Sed tu o Philoctetes:genus Pęantiū.i.proles Pęantis:iuuenis.i.cū ſis iuuenis:appara nobis ante mortem:hoc triſte officium:quia funebre:flamma Herculea.i.ex corpore Herculis incenſa,ſuccendat.i.ardere faciat totum diem.i.aerem,locū diei flāmis illuſtret:o Hylle fili:ego fero ad te nūc preces ſupmas.i.vltimas.Eſt Iole virgo clara,edita.i.genita:Euryto rege Oechalię,inter captas.ſ.a me,referens.i.rpſentans cum ſit captiua,genus & regnum incultū,para.i.applica hanc facibus.i.tedis matrimonialib⁹ tuis,& flāmis.i.debito amori:Ego victor cruētus:quia patrē & fratres īteremi,abſtuli.ſ.eā:a lare patrio:& nihil dedi miserę pter Alciden.i.me & amorem meum:& iſte.ſ.Alcides quē dedi:rapitur.ſ.fatis,penſet,id eſt compenſet & reparet erūnas ſuas,foueat.ſ.in ſinu & gremio vt maritū:ſup.te nepotē Iouis & natum Herculis:qcqd illa habet.ſ.i vtero:ex nobis.i.de ſatu noſtro.pariat ſup.id tibi.i.adopta tibi i hęredē:nouū aūt gen⁹ mrimonij,quo nouerca priuigno nubit nobis eēt:ſed gētib⁹ nō īcitū viſū.Tuq̧.i.& tu ipſa.o genitrix clara,pone.i.depone:pcor planct⁹ funebres:qa Alcides tu⁹.ſ.fili⁹,viuet.ſ.in ęternū ego feci virtute nr̄a,nouercā.ſ.Iunonē,credi pellicē tuā.i.q̄ Iouis cōcubina te pepulerit toro legitimo licet cōtrariū ſit:ſiue Hercule naſcēte:illa nō ē certa.ſ.coniunx Iouis cum aliam prætulerit:& potioris part⁹ matrē fecerit,ſiue pater me⁹ eſt mortalis.ſ.ipſe Amphitryō,licet pgenies ſit mihi falſa.i.licet ſim genitus ab alio q̄ puter patre:tamen ſup.culpa.i.culpatio & accuſatio materna ceſſit.i.ceſſare merito debeat:& crimen Iouis.i.quo accuſatur adulterij,ceſſet quia ego merui.ſ.Iouem parentem:etiā ſi nō eſſet:& ideo ſi dicor filius Iouis non eſt q̄ ex Ioue me concepiſti:ſed q̄ Ioue digna feci:cōtuli cęlo dec⁹.i.ornamētū virtutis meę natura cōcepit me i laudes Iouis:vt Iuppiter laudet in me:& putet pr̄ me⁹.Quin ipſe q̄q̄ ſup.eſt Iuppiter:tn̄ gaudet credi eē pr̄ me⁹.O mater pce iam lachrymis meis.i.pp me obortis:tu eris ſupba.i.eminēs & ſup.excellēs:iter mr̄es Argolicas.Iuno gerēs ſceptrū ęthereum.i.regni celeſtis,& nupta tonanti:qd pepit tale.i.mei ſile?q.d.nihil:tn̄ ipa tenens cælū:inuidit.ſ.tibi aut mihi mortali:voluit Alcidē dici eē ſuū.O Titā tu relict⁹ ſol⁹.ſ.i hoc mūdo ad viſendos oēs orbis termios,page.i.pfice,vices.i.officiū tuū:ego ille q fuerā,comes tu⁹ vbiq̧ qa tot terras pagraui quot tu:peto tartara,& manes:tn̄ ego pferā hāc inclytam laudem ad imos.ſ.manes(qa licet cęlo deputabāt bn̄ de gn̄e hūano meriti:vt Bacch⁹ & Hercules:eoꝝ tn̄ ſimulacra dicūt apd̄ iferos viſa)q̄ nulla peſtis vicit palā.i.manifeſte ſuadēs/Alciden.i.me Alcei nepotē:& Alci.vicit palā oēs peſtē.

Nunc mors legat:clara:memorāda:inclyta:
Me digna prorſus:nobilem hūc faciam diem.
Cędatur omnis ſylua:& Oethęum nemus
Suſcipiat ignis:Herculem accipiat rogus.
Sed ante mortem:tu genus Pæantium
Hoc triſte nobis iuuenis officium appara:
Herculea totum flamma ſuccendat diem.
Ad te preces nunc Hylle ſupremas fero.
Eſt clara captas inter incultum genus
Regnumq̧ referens:Euryto virgo edita
Iole:tuis hanc facibus & flammis para.
Victor cruentus abſtuli patrio a lare:
Nihilq̧ miseræ præter Alciden dedi.
Et iſte rapitur:penſet ęrumnas ſuas:
Iouis nepotem foueat:& natum Herculis.
Tibi illa pariat quicquid ex nobis habet.
Tuq̧ ipſa planctus pone funebres precor
O clara genitrix:viuet Alcides tuus.
Virtute noſtra pellicem feci tuam
Credi nouercam:ſiue naſcente Hercule
Non illa certa eſt:ſiue mortalis meus
Pater eſt:licet ſit falſa progenies mihi
Materna culpa ceſſet:& crimen Iouis.
Merui parentem:contuli cælo decus.
Natura me concepit in laudes Iouis.
Quin ipſe q̄q̄ Iuppiter credi meus
Pater eſſe gaudet.parce iam lachrymis meis:
Superba matres inter argolicas eris.
Quid tale Iuno peperit:æthereum gerens
Scęptrum:& tonanti nupta:mortali tamen
Cælum tenens inuidit:Alciden ſuum
Dici eſſe voluit:perage nunc Titan vices
Solus relictus:ille qui tuus comes
Vbiq̧ fueram:Tartara:& manes peto.
Hanc tamen ad imos pferam laudē inclytam:
Q̄ nulla peſtis vicit Alciden palam.
Omnemq̧ peſtem vicit Alcides palam.

¶Nobilem.famosum. Ante mortem.antequam moriar. Peantiū.imperat Philoctetę filio peantis vt faciat pyram:vt illi extremū officium pstet. Ad te.vertit se ad filium:& rogat vt Iolen accipiat in vxorem. Virgo. Iole. Facibus.matrimonio. Flammis.amore. Cruentus.quia illius patrem & fratres occidi:& nihil illi relīqui praeter me. Et iste.Hercules de se in tertia persona loquitur. Penset.cōpenset. si habuit mala habeat nūc bona. Nepotem.scilicet te. Habet.si feci eam grauidam:volo vt illius partus sit fili⁹ tuus. Tuq; vertit sermonem ad matrem:vt deponat lachrymas. Nouercam.scilicet Iunonem.monstrando me esse filium Iouis Licet.quis dicatur q sim filius Amphytrionis:aut Iouis non est crimen matris,virtus mea fecit credi me eē filium Iouis. Quid tale:quasi dicat nihil. Tenens.scilicet Iuno. Mortali.tibiq; habeas talem filium. Per age.pfice. Vices.cursus tuos. Solus.ipse iā destitutus morior qui fuerā comes iu⁹ & ad orientē,& occidētē. ¶Caedatur.in funus meum ex ora [illegible] Apollinis quod acceperunt Lycinius & Iolaus delphis. Tu genus Peantium. Philoctetes ex peante [illegible] arcus est ab Hercule sagittarum & arcus, is iussu Herculis ignem rogo suppossuit:precioq; nephandae Lampadis Herculeis fortis melit aea pharetris. Captas inter.antistrophe cum appositione subiuncta. Victor cruente.defensio puellae a spontanea culpa. Praeter Alciden.praeter cōmercium meum nullum aliud dotis munus. Penset. reponat dolorem mea morte. Foueat.excolat iuuet. Tuq; ipsa.parce lachrymis mater:non enim morior qui ad superos scando : vbi felicis vitae donatiuum accepturus sim. Pellicem.quasi legitimis nuptijs eam cognouerit Iuppiter. Siue nascente Hercule &c.aut Iuno fuit pellex cum natus sim Ioue patre & te matre: aut pater mortalis fuit.quocirca vult Hercules matrem ipsam carere non solum culpa verum etiam suspitione culpę penitus liberam esse. Merui.ergo dignus sum qui laude meae virtutis dicar Ioue genitus.

BERNA. DANI. Lycinnius. Philoctetes.

Saphicum carmen. CHORVS.

O Decus mundi radiate Titan:
Cuius ad primos Hecate vapores
Lassa:nocturnę leuat ora bigae:
Dic sub aurora positis Sabęis:
Dic sub occasu positis Iberis:
Quiq; feruentem patiuntur axem:
Quiq; sub plaustro patiuntur Vrsę:
Dic ad ęternos properare manes
Herculem:& regnum canis inquieti.
Vnde non vnquam remeauit vllus.
Sume quos nubes radios sequantur:
Pallidus moestas speculare terras:
Et caput turpes nebulę pererrent.
Quando proh Titan:vbi:quove summe
Herculem in terris alium sequeris?

ASCEN.

O Decus mūdi.Monet solem vt nūtiet omnibus populis Herculē hic migrasse ad inferos: dicens O Titan.i.sol,radiate.i.radijs ornate,decus.i.qui es ornamentum mundi,ad cu⁹ primos vapores.i.auroram tepidos radios recipientē:hecate.i.luna,lassa.i. ex nocturno cursu,leuat.i.labore:ora bigę nocturnę.i.biiugū non taurorum. vt Berna.sed vt Daniel. argutius dicit mulorum nocturno labore lassorū: hoc est a cuius conspectu luna, nedum minora sidera fugiunt:quia occultantur,dic Sabaeis,scilicet populis,positis.i.sitis sub aurora.i. regione orientali:& dic iberis.i.Hispanis positis sub occasu:& qui patiuntur axem feruentem.i.qui sunt sub torrida zona: & qui patiūtur sub plaustro vrsae.i.sub septētrionalis regionis polo:sub frigora : atqui sol ad eos nō accedit:sed radios iterdiu mittit,dic.s. per luminis iminutionem aut aliud signum:Herculem properare ad manes aeternos:vnde nulla est redemptio:cōtra Pythagorę paradoxō asserentis in corpora velle reuerti:& ad regnum canis inquieti.i nunquam capientis requiem,aut palpebris suis dormitationem : vnde,id est a quo regno:vllus non remeauit vnquam.s. postq vere fuit mortuus:frustra obijceret Christi, & largiri,& aliorum suscitatorum reditū: quē author non agnouit forsan nec reciperet. Sume radios quos nubes sequātur:speculare terras moestas:ens sup. pallidus: & nebulae turpes pererrent caput,scilicet tuum quo Herculis obitum testeris.Proh titan summe:qn vbi vel quo seqris aliū Herculē in terris.q.d.nūq,nusq,& nullo.

O Decus.versus est Sapphicus hendecasyllabus. Chorus videns Herculem mandasse sibi parari rogum.plorat & inuocat solem vt nunciet mortem Herculis per totum mundum,& tristitiam demonstret faciendo tenebras,demum vertit se ad totum mundum q si nascerentur monstra nō esset Hercules qui tolleret illa. Radiate.qui habes radios ad cuius aspectum luna deponit colorem suum. Vapores. calores matutinos. Hecate.luna. Ora.quia tauri dicuntur trahere currum lunae. Leuat. remouet ora.i.frena tauris suis. Sabęis.orientalibus populis. Iberis.hispanis. Feruētem.meridionalem:vbi est torrida zona. Plaustro.in septētrione vbi est vrsa. Manes.dic Herculem ire ad inferos non reuersurū. Inquieti.Cerberi semper vigilantis. Sume accipe.inuitat eum ad dolorem. Quos nubes.facias nubiferum splendorem: & tis pallid⁹. Q.ñ.& qn erit illud tēpus qd inuenias aliū Herculē. Quo.ad quē locum:quasi dicat nusq.

BERNA.

¶O decus.dignū Herculis funus qd funesta ac repentina solis caligne vniuerso mūdo publicet,id quod nō immerito per hoc sapphicum carmen tristis & funestus chorus,lachrymis,precibus, planctibus ab ipso sole impetrare contendit. Radiate.radioso stemmate insignite. Bigae nocturnae.periphrasis cadentis lunę ad ortum solis. Bigas lunę trahunt muli ob sterilitatem. auctor Pompeius. Sabęis:in Arabia sunt horti vnguentorum & thuris precio percelebres. Plinius in vij. Solinus & Strabo auctores. Patiuntur.torquentur gelu & assiduis niuibus. Non vnq.nunq. vt ora dei iussu non vnq credita teucris.

DANI.

ASCENSIVS.

❡Q uas manus &c. O orbis miſer.i.miſerande,quas manus,id eſt cuius auxilium inuocabis,ſiqua peſtis numeroſa:vt erat hydra: ſub terra,id eſt in palude,aut cauerna latens, ſparget.ſ poſthac,rabiem draconis .i. vim veneni,intẽtam.i.firmatam & auctam? Siqs aper vt Menalius ab Hercule cæſus: fecerit ſyluas arcadum appoſitorię populi vetuſti.i.q ſunt populus vetuſtus:quia ante lunam natus:inquietas , id eſt turbatas? Et ſiquis alumnus Rhodopes Thraciæ.ſ.mõtis, vt Diomedes thrax,durior.i.aſperior,terris Elices niuoſæ, id eſt ſub polo arctico perpetuo gelu rigentibus:aliter dicerem durior aut dirior terris.i.incolis terrę &c.ſparget ſtabulum.ſ.equorũ,cruore humano.Q uis dabit populo timenti, pacem.i.recõciliationem:ſi ſuperi irati iuſſerint quid.ſ.mali naſci per vrbes? iacet.ſ.Hercules par omnibus:quia ſine ſenſu & vita : quẽ tellus genuit parem tonanti. Et ideo planct⁹ immenſus reſonet per vrbes:& foemina.i. quęlibet matrona:feriat lacertos exertos.i.denudatos & veſtib⁹ exẽptos: & hoc nullo nodo cohibente comas.i.habẽs capillos de more paſſos. Et foribus deorum.i.omnium delubrorum obductis.i.occluſis ſola templa nouercę ſecuræ.i.nihil iam timentis:pateant:quia ipſi ſoli mors Herculis lęta eſt.O Hercules tu vadis ad lethen.i.flu.obliuionis: & ad littus ſtygium:vnde.i.a quo,nullæ carinæ.i. naues,referent.i.reuehent te. Tu vadis miſerand⁹ad manes,vñ,id eſt a qbus:tu tuleras ſcilicet prius triumphum morte deuicta:tu venies ſicut apparebis:vmbra lacertis nudatis: vultu languido & collo trepido:& illa puppis.ſ.Charõtis:feret te non ſolum:vt quondam: quia nõ gemet iam ſub pondere Cymba.tamen tu nõ eris inter vmbras viles,ſcilicet ſceleratorum, & ignauorum hominum:& diſcernes,fata .i. merita a fatis deputata:inter Aeacum,ſcilicet iudicem & Cretas.i.cretenſes iudices:a noiatiuo Cres cretis & pluraliter cretes : geminos.i. duos.ſ. Minoa & Rhadamanthum. O dites .i.potentes,parcite,i.cauete, fieri tyranni.i.iniqui occupatores regnorum:ihibete dextras: ne ſcelera committatis. Eſt laudis .i. pertinet ad laudem:tenuiſſe ferrum purum.i. incruentum,& licuiſſe nimium fatis cruẽtis in vrbes tuas dum tu regnabas:hoc eſt non acceleraſſe mortem ciuium anteq̃ fata eos repoſcerẽt: & permiſiſſe arbitrium necis fatis non libidini tuæ:putẽ tamen legi poſſe minimũ cruẽtis factis licuiſſe &c. Sed licet Hercules manes petat: virtus habet locum inter aſtra : tenebis o Hercules ſpatium ſedis arctoę.i. ſeptentrionalis plagę:an ſup.in oriente:vbi titan.i. ſol: grauis.i.moleſtus:& ideo execrantur eum indi,promit.i.effert æſtus: poteſt etiam cõſtrui æſtus grauis:an iacebis:quia illa pars cęli nobis decliuior videt:ſub occaſu tepido: vñ audies Calpẽ vnã e colũnis tuis , reſonare põto .i.mari gaditano:cõmiſſo.i.cõiũcto? Q uę loca cæli ſereni:deprimes.ſ.mole tua? quis loc⁹ Alcidæ recepti.i. tenens Alciden receptum inter aſtra erit tutus? Pater, ſcilicet Iuppiter: det ſup.tibi:tantũ,id eſt dũtaxat ſedes procul

Quas manus orbis miſer inuocabis?
Si qua ſub terra numeroſa peſtis
Sparget intentam rabiem draconis?
Arcadum ſi quis populi vetuſti
Fecerit ſyluas a[illegible]quietas?
Thraciæ ſi quis [illegible]dopes alumnus
Durior terris Elices niuoſæ
Sparget humano ſtabulum cruore?
Quis dabit pacem populo timenti:
Si quid irati ſuperi per vrbes
Iuſſerint naſci? iacet omnibus par:
Quem parem tellus genuit tonanti.
Planctus immenſus reſonet per vrbes:
Et comas nullo cohibente nodo
Fœmina exertos feriat lacertos.
Solaq; obductis foribus deorum:
Templa ſecurę pateant nouercæ.
Vadis ad Lethen ſtygiumq; littus:
Vnde te nullæ referent carinæ.
Vadis ad manes miſerandus:vnde
Morte deuicta tuleras triumphum.
Vmbra nudatis venies lacertis:
Languido vultu:trepidoq; collo:
Teq; non ſolum feret illa puppis.
Non tamen viles eris inter vmbras:
Aeacũq; inter:geminoſq; Cretas
Fata diſcernes,fieri tyranni
Parcite o dites:inhibete dextras.
Laudis eſt purum tenuiſſe ferrum:
Dumq; regnabas minimum cruentis
In tuas vrbes licuiſſe factis.
Sed locum virtus habet inter aſtra.
Sedis Arctoę ſpatium tenebis?
An grauis Titan vbi promit æſtus?
An ſub occaſu tepido nitebis?
Vnde commiſſo reſonare ponto
Audies Calpen,loca quæ ſereni

Deprimes cæli? quis erit recepi.
Tutus Alcide locus inter astra?
Horrido tantum procul a leone
Det pater sedes:calidoq́; cancro.
Ne tuo vultu tremefacta leges
Astra conturbent:trepidetq́; Titan.
Vere dum flores venient tepenti:
Et comam syluis hyemes recident:
Vel comam syluis reuocabit æstas:
Pomaq́; autumno fugiente cedent:
Nulla te terris rapiet vetustas.
Tu comes phœbo:comes ibis astris.
Ante nascetur seges in profundo:
Vel fretum dulci resonabit vnda:
Ante discedet glacialis Vrsæ
Sidus:& ponto vetito fruetur:
Q̃ tuas laudes populi quiescant.
Te pater rerum miseri precamur
Nulla nascatur fera:nulla pestis:
Non duces sæuos miseranda tellus
Habeat:nec vlla dominetur aula:
Cui potest solum decus esse regni:
Semper impensum tenuisse ferrum.
Siquid in terris iterum timetur:
Vindicem terræ petimus relictæ:
En quid hoc?mundus sonat ecce summus
Mœret Alciden pater?an deorum
Clamor?an vox est timidæ nouercæ?
Hercule an viso fugit astra Iuno?
Lassus an pondus titubauit Atlas?
An magis diri tremuere manes?
Herculem & visum canis inferorum
Fugit abruptis trepidus catenis?
Fallimur:læto venit ecce vultu
Quem tulit Pæas:humerisq́; tela
Gestat:& notas populis pharetras
Herculis hæres.

a Leone, & Cancro calido: quia supra torridam zonam locato:ne astra, scilicet bouis & Cancri: tremefacta vultu tuo, côturbent leges scilicet soliti cursus:& Titan.i.sol trepidet. deinde altera pars Chori subsequitur. O Hercules: dũ.i.donec flores venient.i.nascentur: vere tepenti:& hyemes recident.i. detondebunt auferent:syluis comã.i.frondes, vel æstas reuocabit, id est reparabit syluis comã·& poma cedent.s.ab arboribus ad mensas secundas: autũno fugiente.i.incipiente deficere: hoc est donec vices anni stabunt:nulla vetustas rapiet te.i. memoriam tui, terris. Tu ibis comes Phœbo.i.soli, & ibis comes astris: & seges.s. matura, nascetur ante in pfundo.s. mari, vel fretũ, scilicet salsũ:resonabit prius vnda dulci, & sidꝰ vrsę glacialis.i. polus arcticus discedet ante.s.a cælo septẽtrionali, q̃ populi quiescãt id est taceant:laudes tuas. Deinde altera chori pars inquit:o pater rerum nos miseri precamur te:sup. vt nulla fera & nulla pestis nascatur:& vt tellus miseranda nõ habeat duces.i. dominos sæuos: nec dominetur sup. in vlla aula:sup.is: cui tenuisse.s.manu, semper ferrum impensum, scilicet a Ioue.i.commissum ad puniendos scelerosos: potest esse solũ decus regni.i.qui nullum egregium in regno facere potest facinus præter q̃ ferro sæuire in capita ciuium. Si quid timetur iterum in terris, id est si nosti aliquid oriturum quod terris sit timendum:nos petimus vindicem terræ relictæ, scilicet ab Hercule.i.vt aut redeat, aut alter nascatur Hercules. En quid hoc sup. est?ecce mundus summus, id est summa pars mũdi:hoc est cælum sonat. Nũ sup. pater, scilicet Iuppiter, mœret.i.flet Alciden?an est clamor deorum, an est vox nouercæ, scilicet Iunonis, timidę, id est timentis consortium Herculis? An Iuno fugit astra Hercule viso?an Atlas lassus, scilicet mole Herculis, titubauit.i. vacillare fecit, pondus, id est onus suum:hoc est cælum?An manes diri gemuere magis.i. potius aut magis solito:& gemitus ille redundet ad aures Chori: & canis inferorum, scilicet Cerberus fugit Herculem visum, trepidꝰ, id est festinus & anxius, catenis, scilicet suis abruptis?Nos fallimur:quia ecce sup. Philoctetes: quem Pæas pater, tulit, id est genuit venit vultu læto:& gestat humeris tela, id est sagittas fatales ad excidium Troiæ: & pharetras, scilicet Herculis:notas poplis apd quos per eas mira gessit:ens sup. hæres Herculis.s. in possidendis sagittis.

¶Quas manus. vertit sermonem ad mundum. Miser. quia perdidisti defensorem tuum. Numerosa. habẽs plura capita: vt hydra. Aper. si nascetur alius aper in Arcadia quas manus implorabis. Rhodopes alũnus. alius Diomedes. Elices. vrsæ septentrionalis, vbi sunt populi crudeles. Stabulum. quia ibi pascebat equos suos carne humana. Iacet par. terra videt Herculem mori sicut alij moriuntur: vnde est par omnibus; licet dum viueret non esset æqualis alijs: sed similis tonanti Ioui. Planctus. exhortatur mundum ad lugendum. Cohibente nodo. litigante nullo vinculo.

BERNA

Exertos.nudatos. Sola.claudantur omnia templa pręter vnū Iunonis. Obductis.clausis. Nouercę.Iunonis. Vadis.vertit sermonē ad Herculē. Triumphū.cerberū. Vmbra.tu nō eris ille Hercules cū corpe sicut prius:credebant vmbras seruare illam imaginē quā habebant in corpore:sicut de deiphoho qui apparuit senex trūcatis naribus. Solū.vt fecit prius,sed multas alias aias:quia nunc nō eris grauis. Puppis.cymba charontis qua animae vehunt ad inferos. Nō in.nō eris inter viles aias:sed cū iudicibus inferni cū qbus iudicabis. Geminos Cretas.rhadamantū & Minoem cretenses. Discernens.examinans. Dites.potētes nolite crudeles esse. Purum ferrū.iustitia sine iniuria. Minimū.minimā fuisse licentiā:q crudelia facta non habeant locum in tuis terris. Sed locū.pulchra sententia:ostendit nunc quē honorē habitur⁹ sit Hercules apd superos. Arctoę.septētrionalis. Promit.accipit:intelligit orientē. Occasu,occidentem intelligit, vbi est mare mediterraneū in Hispania. Nitebis.splendebis tanq̄ sidus. Cōmisso.inter Calpē & abilā scopulos quos fregit Hercu.vt ingressus maris mediterranei esset in oceanū. Resonare.quia ibi est strepitus propter scopulos. Deprimes grauabis pręsentia tua. Tutus.q.d.pauca sunt loca vbi non sit aliquod monstrum quod adhuc Herculē timebit. Leone.& Cancro de his supatis ab Hercule diximus. Leges.cursus suos. Trepidat titan.sol timeret si videret cōfusionē zodiaci. Vere dū.ponit laudem quā habiturus est semp Hercules:dum in vere erunt flores & hyeme cadēt folia semp cantabuntur pconia Herculis. Ante.arguit ab impossibili q prius lex nature dissoluetur q̄ memoria Herculis pdatur. Dulci.nam est amara. Discedet.errabit cum sit ppetuo firmū. Pōto.mari nā dicunt sidera occidere in oceano. Impensum.sibi tributum. Nudatū tenere cōtra ciues suos,si est aliquis qui debeat timeri petimus vindicem Herculem. En quid hoc.dat locū sequēti scene audiebat strepitū & videt Philotetem venientē cū lętitia renunciantē Herculē receptū esse in cælum. Pater meret.interrogatiue. Timidę.Iunonis timentis:q videat Herculē ascendentē in cælum. Titubauit.fecit tremere cælū ppter pondus Herculis. An magis.an inferi.& Cerberus viso Hercule timuerunt. Fallimur.nō est aliqd horū quae diximus:sed est Philotetes qui venit cum lętitia. Peas tulit.genuit,Philotetes filius Peantis.nullum nomen apud graecos finit in.n.s. Notas.quas cognoscebant omnes populi. Herea.nam illi Hercules reliquit sagittas suas.

DANI. ¶Populi vetusti.qualem vocat Apollonius προσέλημω και πρεστογουειομ & Theocritus.nostri quoq poetę ex imitatione confirmant. Populo timenti.mortuo iam pacatore. Tellus genuit.id est qui alter veluti terrestris Iuppiter cum cælesti de parilitate contendebat. Feri tyranni.Ecbasin facit admonēs exemplo Herculis principes & reges supersedeant spoliare & rapere:sed iustitiam colere & populos in tranquilla pace custodire libeat. Quis erit recepto.& cū collocet te supmus Iuppiter vbi leo te non videat ne pristinae cladis recordatione cōterritus insaniat & legē astrorū cōfundat. Vere dū.q̄diu tempora vicissim sibi cōcedent stabit aeternitas nominis tui. Vetito.in quē non cadit. Quiescant.dicere. Te pater rerum oramus ne feras terrestre malum aliquod nasci:qd si futurum sit restitue nobis Herculem extra quē erit nullus qui audeat cōgredi. Ecqd hoc.apparatus scenae proximae. Pondus.ob pondus additi numinis.

ASCENSIVS.

EFfare&c.In hoc vltimo actu,Philoctetes declarat Herculis exitum:nutrice eū exqrēte & dicēte. O Iuuenis:ego pcor effare.i.eloq̄re,casus Herculeos.i.quibus Hercules cecidit,& quonam vultu Alcides tulerit,id est passus sit,necem,id est enectionē a venenata palla. Phi.Eo sup.vultu:& tam aequo,quo nemo sup.tulit vitam,quae nulli est tam laeta:vt nihil patiatur mali ob quod vultus turbetur. Nu.Adeone,id est anne inuasit ignes vltimos,id est rogos funebres:adeo laetus? Phi.Ille Hercules qui docuit sub occasu,scilicet suo,omnia vinci virtute indomita:ostendit iam flammas esse nihil,id est nihili faciendas.Nu.Quis locus fuit forti,id est ostendēdae fortitudini:inter vapores,id est ardores ignis? Phil.Malum,scilicet veneni Nessei sanguinis,quod vnum,id est solum:nondum venerat in orbem:aut malū ignis quo mundus flagrabit:est victū,& flamma est victa:& haec quoq,id est etiam flamma rogi:accessit feris,scilicet ab Hercule victis,id est adnumeratur laboribus & triumphis eius.Ignis abit,id est absumitur:vt victus,inter labores Herculeos.Nu.Agedum edissere:quonam modo flamma est victa.Phil.Vt,id ē postq̄,omnis manus,id est multitudo moesta,scilicet ob malum Herculis:corripuit Oethen,scilicet mōtem,hinc.i.deinde Phagus arbor glādifera:pdit vmbras:qa & frōdes:& iacet,succisa,toto trūco:& man⁹ferox,flexit hinc.i.deinde,pinū.s.arborē minātē astris.i.altissimā.

Actus Quintus.
Trimetri Iambici.

NVTRIX. PHILOCTETES.



EFfare casus iuuenis Herculeos precor:
Vultu quonam tulerit Alcides necem. Phi.
Quo nemo vitā.Nu.lętus adeone vltimos
Inuasit ignes? Phi.esse iam flammas nihil
Ostendit ille:qui sub occasu Hercules
Virtute vinci docuit indomita omnia. Nu.
Inter vapores quis fuit forti locus? Phi.
Quod vnū in orbē venerat nondum malum
Et flamma victa est:hęc quoq accessit feris:
Inter labores ignis Herculeos abit. Nu.
Edissere agedū flāma quo victa ē modo. Phi.
Vt omnis Oethen moesta corripuit manus:
Hinc fagus vmbras perdit:& toto iacet

Succisa trunco. flexit hinc pinum ferox
Astris minātem: & nube de media vocat:
Ruitura cautes mouit: & siluam trahit
Secum minorem: Chaonis quondam loquax
Stat lata vasti quercus & Phœbum vetat.
Vltraq; totus porrigit ramos nemus.
Gemit illa multo vulnere impresso minax
Frangitq; cuneos: resilit excussus calybs:
Vulnusq; ferrum patitur: & truncum fugit.
Commota tandem est: tum cadens lēta mora
Duxit ruinam: protinus radios locus
Admisit omnes: sedibus pulsæ suis
Volucres pererrant nemore succiso domus.
Queruntq; lassis garrulæ pennis nemus.
Iamq; omnis arbor sonuit: & sacræ quoq;
Sensere quercus horridam ferro manum:
Nulliq; priscum profuit ligno nemus.
Aggeritur omnis silua: & alternæ trabes
In astra tollunt Herculi angustum rogum.

et tā altam vt videretur velle astris vim inferre: & vocat. i. descendere facit: de media nube Ipsa autē ruitura. i. cū iam ruere pararet: mouit cautes. i. petrosum fundum sup quem stabat: & trahit secum siluam minorem. i. multitudinem arborum minorū. Querc⁹ Chaonis vasti. i. Chaonij nemoris epirotici valde ampli: vocalis quondam dum in dodona responsa dabat, stat lata. i. ampliter extensa: & vetat. s. vmbra sua: Phœbū. i. solē, pertingere ad radices suas: & porrigit ramos. s. suos, vltra. i. altius & supra totū nem⁹: illa. s. arbor dura: minax: qa ipatiens sectiōis: gemit multo vulnere impresso. s. ab manu familiariū conante eam deuellere: & frāgit. s. duritia sua cuneos. i. ferrea instrumenta ad findenda ligna cuneata. i. ante acuta, & posterius obtusa calybs. i. ferrum durū resilit excussus. s. a robore: & ferrum patitur. i. accipit vulnus, hoc est hebetatur, aut in morem serrę dentes accipit: & fugit truncum. i. resilit a trunco. Quercus sup. illa ingens, est tandem commota, tū. i. deinde: ipsa cadens: mora lenta: quia rami & vicinæ arbores impediebant casum: duxit. i. lēte fecit ruinam. Locus in quo steterat: admisit. i. accepit protinus omnes radios. s. solis: volucres pulsæ sedibus suis: pererrāt domus. i. errāt per domus. i. nidos & solitas māsiones: & ipsæ garrulę, queruntur pennis lassis. s. diu volando: nemus. s. solitum sed iam, auulsum: & omnis arbor sonuit iam. s. icta securibus, & quercus quoq;. i. etiam sacræ. i. incæduæ in lucis consecratis stantes: sensere: manum horridam. i. asperam & ipsis horrendā quia nulli parcentem: & nemus priscum. i. antiqua religione obseruatum nulli profuit: quia non minus excidebatur: q̄ si nuper aut non esset consecratum. Antiqua enim superstitione quo res erat diutius consecrata eo putabatur sanctior: vt æneid. ij. Est vrbe egressis tumulus templumq; vetustum Desertæ Cereris: iuxtaq; veterrima laurus Relligione patrum multos seruata per annos. Omnis silua aggeritur. s. ad pyrā construendam: & trabes alternæ. i. alternatim positæ: tollunt. i. erigunt: rogum angustum. i. nimis arctum Herculi: aut: augustum. i. solemnē & magnificum. malim angustum legere.

Effare. Hic est quintus actus in quo commendatio mortis Herculis habetur. Nutrix petit Philoctetem vt narret seriē rei: quo mō Hercules mortu⁹ sit. Vitā. magis lætus tulit mortem q̄ aliquis ferat vitā. Ignes. i. rogos. Nihil. nullius mali. Sub occasu circa mortē docuit oia vinci virtute. Inter vapores. quā virtutē potuit exercere contra ignes. Vnū malū. s. flāma. In orbē. cū qua pugnauerāt Hercules. Hoc quoq;. s. malū flāma. Accessit. adiunctus est. Abijt. accessit. Edissere. narra mihi quo modo pertulit flammā. Vt ois. narrat Philoctetes. Manus. famuli iussi succidere arbores ad rogum. Perdit. qa nō faciet amplius vmbrā. Ferox. s. multitudo. Flexit. strauit. Minantē. altā. Nube. de altitudine sua: q̄ videbat̄ tangere nubes. Vocat. ad se vt cadat. Mouit. illa erat tanti ponderis: vt ruitura faceret tremere cautes. i. mōtē Oetham. Siluā minorē. minores arbores. Chaonis. Chaonia regio est Epiri alpestris: erat in hac silua quercus ita magna vt erant illæ ex quib⁹ dabantur responsa in Chaonia silua per columbas: ideo dicit loquax. Vetat. ramis suis faciendo vmbrā. Porrigit. erant ita magni rami vt extenderentur vltra alias arbores: Minax. dū nutaret. Multo vulnere. multis ictibus. Cuneos. lignū seu ferrū qd̄ figit̄ in fissura. Calybs. ipsum ferrū. Patitur. frāgebatur securis. Fugit. non potest intrare. Tandē. post mltos ict⁹. Admisit. recepit lucē solis. Pererrant. fugiunt ad alios ramos. Lassis. fatigatis: anteq̄ inuenirent sedem: nā oēs arbores succiderant. Sonuit. dū incideret̄. Sacræ. consecratæ Ioui. Profuit. quia succidebantur. Aggeritur. in vnum geritur ad faciendum piram. Angustum. respectu magnitudinis Herculis: aliter lege Augustum quasi consecratum. In astra. altum. BERNA.

¶ Effare. Herculeę virtutis merito epilogo funebris pōpa illustrat̄: sed pri⁹ mōstrosa ipsi⁹ Herculis mors per Philoctetē iubēte Nutrice cōmemorat̄. Actus qntus trimetro archilochio & monometro catalectico. Quo vultu. qua cōstantia & fortitudine. Quo nemo vitā. eclipsis: vel a supiori repetitio. Vnū malum. labes veneni q̄ Herculē cōsumpsit & flāmam ipsam rogalē. Feris. quas domuit. Vt ois. hinc cōmemorat Philoctetes quicqd secutum est obitum Herculis. Chaonis. Chaon Troianus fuit qui mortu⁹ Epiro nomen dedit memorāte Virgilio: Dodonā silua in chaonia vbi oracula dabāt colūbę iouis. Phœbū: radios & lucem solis. Frangitq; cuneos: quasi hęc mōstra indignam Herculis mortē arguerēt. Tandē: geminatis ictib⁹. Domus. nidi. domū nidū dicit: q ex nidis volucrū primū fuit dom⁹ excogitata & cœpta fabricari. curialus & hyperbius fratres Athenis: domos constituerunt. antea spec⁹ erāt p domibus: quidam hoc inuentum Vestę ascribunt. DANI.

Chaon.

Domuum inuentio.

ASCEN. ¶ Rapit alta &c. Pinus alta & robur tenax.i. solidū lignū:& ilex breuior rapit.i.ad se attrahit flāmas:silua.s.tota,cōtexit.i.coopit & decorat pyrā.i.struē lignoꝝ q̄ icēdi debeat:silua iqt pp̄lea aut populina.i.frequēs ram⁹ pp̄li arboris,appositione:nem⁹ frōdis Herculeę q̄ coronat⁹ ab iferis redijt. At ille.s.Hercules ferẽ .s.pceps i rogū:vt leo ingēs sub nemore Nasamonio.i.Libyco:vbi Nasamones ex naufragio miserorū victū aucupantes incubāt: admugit.s.ad mortē vicinā: ęger.i.saucius: pectore recliui.i.reclinato in terrā:si mauis dicere,ęger.s.fame.i.famelic⁹,dic admugit pręde vilę. Quis credat illū.s.Herculē,rapi.i.affectanter currere ad flāmas? Vult⁹ sup.eius erāt petētis.i.ei⁹ q peteret astra,nō ignes.i.rogos. Vt.i.postq̄ Hercules pressit.s.cūdo: Oethē.s.montē:ac lustrauit.i.inspexit oculis suis rogū:ipse impositus fregit.s.pōdere suo: oēs trabes:& poscit arcū:& inquit o sate.i.generate Pæante:accipe hæc dona:& cape munus Alcidę. Hydra,serpēs aquatica venenatissima:sensit has.s. sagittas: Stymphalides aues dirissimæ & immanissimę:iacēt.s.ex aere decussæ:his.s.sagittis:& quicqd aliud malū.i.dirū monstrū:vici eminus.i.de longe:vt telo eminus.i.e manu misso. Cape inquit: victure.i.qui es victur⁹,felix.s.in feriendis quę velis:nunq̄ eñ mittes in hostes has irritas.i.sñ effectu:siue voles auferre volucres de media nube,aues descendēt & tela certa ferent.i.afferent tibi de cælo prædā. Nec hic arcus fallet vnq̄ dexterā tuā:arc⁹ didicit.s.longo vsu librare.i.certo spatio & modo emittere, telū & dare sagittis fugā certā.i. ad rem destinatā & non aliā: vnde Nessum non coniugē fixerant. Ipsa tela emissa neruo. i. arcu neruato: non fallunt iter.i.semper pueniūt ad destinatum locū nec manēt in medio:ego precor tātū.i.dūtaxat vnū:accōmoda tu mihi ignes, & extremam facem .i.incende pyrā funebrē mihi. Hic nodus ingēs.s.clauę:quē nulla manus capiet.i.ferre aut comprēdere poterit:flagret.i.ardeat mecū per ignes :hoc tm̄.i. solū telū:sequeẽ Herculē:& aut(vnde pri⁹ malui ingens q̄ inquit legere: vbi perperam legebatur inclyt⁹)tu accipes quoq̄.i.etiā hūc.s.nodū:si posses ferre.i.portare ipsū:nūcqa nō potes,adiuuet.i.adaugeat,rogū dn̄i.i.heri sui: hoc est meū. Tū.i.insup Hercules poscit spolia rigida mali Nemeæi.i.leonis efferi pelle & integumēta aspa:arsura secū,rog⁹.i.ignis,latuit i spolio.s.leonis vñ icēsa ē pyra.ois turba.s.familiariū ingemuit : nec dolor remisit cuiq̄.i.expostulauit ex oib⁹ lachrymas: mr̄.s. Alcmena,furēs.i.nimis idulgēs i luctū: deduxit.i.apuit pect⁹ auidū.s.pœnę:atq̄ ferit.i.cōcutit in pląct⁹ vastos.i.ad ingētes pląct⁹ cōcitādos, vbera.s.sua:exerta.i.nudata: vtero ten⁹:intelligaẽ poti⁹ ipa exerta vestibus q̄ vbera ad vterū vsq̄:nisi vetulę sic laxa dici velis:& pulsās vocib⁹.s.q̄rulis supos & ipm Iouē.s.principē suporū & patrē Herculis:impleuit oēm locū voce fœminea.i.eiulatu fœminino. Hercules sup.iqt :o mr̄:tu facis letū Herculeū deforme.i.turpe & inglorīu : cōpesce lachrymas:abeat dolor fœmineus intror

Rapit alta flammas pinus:& robur tenax:
Et breuior ilex:silua contexit pyram:
Populea silua frondis Herculeę nemus.
At ille(vt ingens nemore sub Nasamonio
Aeger recliui pectore admugit leo)
Fertur:quis illum credat ad flammas rapi?
Vultus petentis astra:non ignes erant.
Vt pressit Oethen:ac suis oculis rogum
Lustrauit:omnes fregit impositus trabes:
Arcumq̄ poscit:accipe hæc(inquit)sate
Pæante dona:& munus Alcidæ cape:
Has Hydra sensit:his iacent Stymphalides:
Et quicquid aliud eminus vici malum:
Victure felix.has enim nunq̄ irritas
Mittes in hostes:siue de media voles
Auferre volucres nube:descendent aues:
Et certa prædam tela de cęlo ferent:
Nec fallet vnq̄ dexteram hic arcus tuam,
Librare telum didicit:& certam dare
Fugam sagittis:ipsa non fallunt iter
Emissa neruo tela:tu tantum precor
Accommoda ignes:& facem extremam mihi.
Hic nodus ingens nulla quem capiet manus
Mecum per ignes flagret:hoc telū Herculē
Tantum sequetur:hunc quoq̄ acciperes ait:
Si ferre posses:adiuuet domini rogum.
Tum rigida secum spolia Nemeęi mali
Arsura poscit.latuit in spolio rogus.
Ingemuit omnis turba:nec lachrymas dolor
Cuiq̄ remisit:mater in luctum furens
Deduxit auidum pectus:atq̄ vtero tenus
Exerta vastos vbera in planctus ferit:
Superosq̄:& ipsum vocibus pulsans Iouem:
Impleuit omnem voce fœminea locum.
Deforme letum mater Herculeum facis:
Compesce lachrymas:inquit:introrsus dolor
Fœmineus abeat;Iuno cur lætum diem

Te flente ducat? pellicis gaudet suæ
Spectare lachrymas: contine infirmum iecur
Mater. nefas est vbera: atq; vterum tibi
Laniare qui me genuit. & dirum fremens
Qualis per vrbes duxit Argolicas canem
Cum victor Erebi Dite contempto redit
Tremente fato: talis incubuit rogo.
Quis sic triumphans lætus in curru stetit
Victor? quis illo gentibus vultu dedit
Leges tyrãnus? quanta pax obitus tulit?
Hæsere lachrymæ: cecidit expulsus dolor
Nobis quoq; ipsis: nemo morituro ingemit:
Iam flere pudor est: ipsa quam sexus iubet
Mœrere: siccis hæsit Alcmene genis:
Stetitq; nato pene iam similis parens. Nu.
Nullas ne in astra misit aut superos preces
Arsurus: aut in vota respexit Iouem? Phi.

sus.i.ad pcordia versus. Cur Iuno ducat diē lętũ.i.festiuũ & hylarē: te flēte? Iuno gaudet spectare lachrymas pellicis suæ: hoc est tuas q̃ illi pellex es: est eñ vxoris nõ viri pellex, q̃ viro cõcubia est: cõtine o mr̃ iecur, sedē amoris & filiũ affectionũ ifirmũ q̃ lachrymas puocãt qa muliebre: nefas ē tibi laniare vbera atq; vterũ q genuit me: Et sup. hoc dicto: Hercules fremes dirũ.i.dire, qualis duxit canem.s. Cerberũ, p vrbes argolicas: cũ redit p rediit: victor Erebi.i.inferni: Dite.i.Plutone, contēpto, fato.i.morte tremente: a cõspectu eius talis.s.sic aiatus & vultuosus: incubuit rogo. Quis triũphãs stetit sic lęt⁹ victor in curru.s. triũphali: vt sup. Hercules in rogo? q.d. null⁹ Quis tyrãnus: dedit illo.i.tali, hoc est tã ardēti & strenuo vultu: gentib⁹ leges? q.d. nullus. Quãta.i.o q̃ magna pax.i. trãqllitas aiorũ: tulit.i.passa est obitus sup. eius: aut p hypallagen: quãtã pacē tulit.i.attulit obit⁹ ei⁹: quē oēs tã lętũ & fortē vidētes sedato fuerũt aio nã lachrymæ.s.oim: hæsere.i.restinctæ sunt: dolor expulsus cecidit.i.defecit: sicut vētus dũ deficit cadere dr̃: cadit, inqt quoq;.i. etiã nobis ipsis: qb⁹ maxime dolendum erat ob amissionē tãti amici & p̃sidij. Nemo ingemit morituro.i.cũ tã eēt moritur⁹ Hercles, pudor est iã flere: cũ.s. exultet gaudio quē fleam⁹. Ipsa Alcmene.s.mr̃ & mulier (vñ enphasim habet pnomē ipa vt fere solet) quã sex⁹.s. mollis & ipatiēs dolorũ: iubet.i.postulat mœrere hęsit.i.firma mãsit, genis siccis.i.nõ lachrymãtibus. Et parens.i.mater: stetit iã, quia pri⁹ lachrymauerat, pene.s.quasi silis nato.i.fortis & gaudēs. Nut. Nullas.i.non vllas: ipse arsur⁹.i.cũ sensit se concremandũ, misit nevllas preces in astra aut superos, aut respexit Iouem in vota.i.dum vota nuncuparet?

¶Tenax. Forte. Herculeæ. gratissimę Herculi: nã illa coronat⁹ iuit ad iferos. At ille. Hercules qñ vidit accēsum rogũ veniebat cũ tãto impetu sicut leo in nemore Nasamonio: Nasamõ eñ popul⁹ iuxta mare Libycũ. BERNA.
Recliui. flexo ad terrã. Nõ ignes. erat ita lęt⁹ vt videret petere cęlũ, nõ ignes. Vt pressit. postq̃ venit in rogũ petiuit sagittas & arcũ: & donauit Philoctetę. Emin⁹. a lõge. Irritas. frustra. Media nube. etiã si eēnt i altũ. Certa. dicunt tela certa q̃ vulnerãt p intentione mittētis. Fugã. cursũ p rectũ tenorē. Neruo. chorda arcus Accõmoda. succēde hãc pyrã. Hic nodus. claua nodosa ita põderosa est q̃ nemo posset eã tractare. Capiet. quã nulla manus posset capere. Flagret. cremet mecũ. Sequat. cõburat cũ ipsa claua: nã cõsequet melius q̃ iacte. Hũc.s. nodũ haberes: si posses illũ ferre. Adiuuet. sicut alia ligna ad me cõburēdũ. Nemęi mali. petit pellē leonis. Latuit. erat adeo magna illa pellis vt tegeret rogũ. Remisit. dolor nõ pepcit lachrymis oēs flebãt. Diduxit. scidit. Tenus. vsq; ad ventrē. Exerta. nudata. Pulsans: accusans. Deforme. Hercules audiens matrē clamantē dixit noli flere mr̃ ne mortē meã turpē facias. Iecur. vbi est sedes amoris & indignationis. Firmũ. preme dolorē intus. Dirũ. cũ magna voce furens deposuit caput vt moreret tali impetu vt fuit qñ duxit Cerberũ. Dite cõtempto. Plutone neglecto. Fato. morte tremēte. Quis. ipse tãta lętitia fuit ad mortē: quãta null⁹ vnq̃ triũphauit. Illo. tã lęto vultu. Hæsere. firmatæ sunt videndo illũ ita lætum. Sexus.i. fœmineus, natura facilis ad lachrymas. Siccis. sine lachrymis. Pene similis. ita fortis.

¶Nasamõ. in Libya popul⁹ p̃dator. Silius lib. iij. Accipe hæc inquit: quemadmodum superius perstrinxi: sagittas & arcũ Philocteti Hercules tradidit: nec poterat quispiã extra Philoctetē hæc tela torquere. sagittas cogente Vlysse inuentas in expeditione Troiani belli cum tractaret vnius sagittæ casu illi pes vulnerat⁹ est quo Herculis tumulũ idicauerat: vulneris foetore apd̃ Lēnũ relictus est. Properti⁹ canit fuisse sanatum a Machaõe. Tarda Philoctetę sanauit crura Machaõ. & reuersus Troia condidit Petiliã i Calabria. De media nube. aere. Certam. nunq̃ fallentem. Hic nodus. claua Herculis fuit ex ligno oliuæ trinodis admodum in caput crescēs: de qua meminit Apollonius in quarto. σιβαρον ΔεΧενοζον ελαιω τοξατε. τοισι πελωρτο Δαπεφθισεν ιοβολλωαο &c. Fœminea. acri & vehemēti voce. Iuno cur lætum diē. quæ solis cõstantia & patiētia nostra inuidia carpit: macrescit nãq; inuidia aliena semper felicitate. Dirum. tremendũ & horribiliter fremēs. Quis sic triũphans. suprema & maxima laus Herculis qui mortē non expauerit sed tanq̃ triumphãs illam adierit. Quanta. hypallage. Hæserunt. non emanarunt: ne ipsi quidem Alcmenę quam sexus infirmitas & amor maternus debuerant commouere. DANI. Philoctetes vulneratus. Claua Herculis.

Iacuit sui securus: & cælum intuens
Quæsiuit oculis: arce an ex aliqua pater
Despiceret illum: tum manus tēdens ait.

¶Iacuit (inqt Philoctetes) Hercules, secur⁹ sui.i.nullã curã de se hñs: & ituēs cęlũ q̃siuit.i.obseruauit, oculis: an pr̃.s. Iuppiter, despiceret.i.deorsum videndo inspiceret illũ.i.se: tũ.i.deinde, tendēs man⁹.s.ad Iouē ait. O pater, quacunq; parte.s.coeli: prospicis natum. ASCEN.

i. me filiũ tuũ: pr̃, iste est. i. fili⁹ ille tuus: quem vn⁹ dies q̃siuit. i. acquisiuit & peperit: nocte cõmissa. i. illi adiũcta vltra cõsuetũ: nã cũ dies naturalis vnã habet dũtaxat noctẽ: ille duas habuit: aut vnam geminatã. Si vtrunq; litt⁹. i. termin⁹ cursus phœbi oriẽs & occidẽs: & gen⁹ Scythię qd̃ sub septẽtrione est: & oĩs ora quã dies. i. sol, ardens torret: quæ ad meridiẽ vergit: canit laudes meas: si tell⁹. i. tota regio terræ: est plena, pace, dicerem: Si plen⁹ orbis pacis & nullæ &c. si nullæ vrbes gemũt. s. oppressæ a tyrannis: nec quisq̃. s. impi⁹, vt Busiris inquinat. s. sanguine humano: aras impias: q̃a impiũ est hospitẽ mactare: Si scelesta. i. scelerati hoĩes, desunt: sup. p me, ego p̃cor hũc. i. meum spiritũ, admitti in astra. nec locus mortis infernæ: nec regna mœsta Iouis nigri. i. Plutonis: conterrẽt me. i. nõ ideo peto cęlũ q̃ infernũ timeã: sed o pater ego erubesco ire vmbra. i. simulacrũ sine corpore, & ita vanũ & imbecille, ad illos deos. s. infernos quos vici. Pande o pater. i. patefac diem. s. hũc: vt vultus deorũ spectet Herculem ardentem: noli legere spectent ne vltima sit nomini vultus lõga. O pater licet tu neges. s. mihi: sidera & mundum: tñ sup. cogere. i. cogeris vltro. s. dare: si dolor abstulerit sup. mihi vllas voces. s. factis meis idignas: pãde. i. aperi: tũ. i. tũc: lac⁹ stygios: & redde sup. me: fatis. i. iferis & regiõi mortis. Approba pri⁹ sup. me: natum sup. esse, tuum: q̃a hic dies faciet vt videar dignus fatis. Id qd̃ actũ est. s. hactenus est leue. i. parui momenti. An genitor. s. Iuppiter: inuenit prius Herculem an damnauit? q. d. simul inuenit & damnauit: quia nisi dãnasset ad mortẽ nõ inuenisset eũ sibi filiũ: moriẽdo eñ plus p̃bauit se filiũ Iouis: mortẽ tñ fortiter obeundo: q̃ in tota vita fortiter agendo: multi eñ fortiter agũt q̃ fortiter pati nequeunt: & iõ dixit: leue qd̃ actũ est: & q̃a tũc p̃cipue p̃tendit facere. i. facinus Iouis filio dignũ: dubitat an se Iuppiter prius inuenerit: an ad mortẽ dãnauerit: hęc mihi sentẽtia videt̃: eliciat sibi quisq; quã mauult aliã. Postq̃ hoc sup. dixerat Hercules: addidit. s. Hercules, Cernat nouerca vt illi oculi doleãt quo mõ feram. i. patiar flammas: & sup. hoc dicẽs: poposcit flãmas: & inquit: o comes Alcidæ. s. Philoctetes: non segnis age hoc: corripe facem Oetheã. i. in Oetha mõte inuentã quid dextra sup. tua tremuit (plura sunt i gestu q̃ in verbis) nũ. i. nũqd, manus. s. tua, pauida refugit scelus impium? q. d. non esse impiũ, quod ab hero p̃cibus impatur. Redde mihi iã pharetras: q̃a ab ingratis repeti possunt donata: ignaue, iners, est manus q̃ tẽdat arc⁹ nr̃os. i. Herculeos inermis. i. meticulosa & nulla fortitudine armata? qs. i. q̃lis pallor sedet. i. situs est, genis sup. tuis? Inuade. i. corripe faces sup. eo aĩo: quo vultu vides Alciden iacere. respice o miser q̃ nõ audes immittere ignẽ: arsurũ. s. me q̃ forti sim aĩo & vultu cõstanti. Ecce genitor rogat iã me. s. vt veniã i cęlũ: & pãdet. i. apit, polos. i. cęlos: o pr̃ ego venio. Et vult⁹ nõ fuit. s. Herculi id dicẽti. idẽ q̃a ad Philoctetem acri vultu, ad Iouẽ benigno respexit: & subridenti. Ego inquit Phi-

Quacunq; parte prospicis natum pater:
Iste est pater: quem nocte commissa dies
Quæsiuit vnus. si meas laudes canit
Vtrunq; Phœbi littus & Scythiæ genus
Et omnis ardens ora quam torret dies:
Si pace tellus plena: si nullæ gemunt
Vrbes: nec aras impias quisq̃ inquinat:
Si scelera desunt: spiritum admitti hunc p̃cor
In astra: nec me mortis infernæ locus:
Nec mœsta nigri regna conterrent Iouis:
Sed ire ad illos vmbra quos vici deos
Pater erubesco. nube discussa diem
Pande: vt deorum vultus ardentem Herculẽ
Spectet. licet tu sidera: & mundum neges
Vltro pater cogere. si voces dolor
Abstulerit vllas: pande tum Stygios lacus
Et redde fatis. approba natum prius:
Vt dignus astris videar hic faciet dies.
Leue est quod actũ est. Herculẽ genitor pri⁹
Inuenit: an damnauit? hoc postq̃: addidit:
Nouerca cernat quo feram flammas modo:
Flammas poposcit: hoc age Alcidæ comes
Non segnis inquit: corripe Oethæam facem:
Quid dextra tremuit? nũ man⁹ pauida impiũ
Scelus refugit? redde iam pharetras mihi
Ignaue: iners: inermis est nostros manus
Quæ tendat arcus? quis sedet pallor genis?
Animo faces inuade: quo Alciden vides
Vultu iacere. respice arsurum miser
Rogat ecce iam me genitor: & pandit polos
Venio pater. vultusq; non idem fuit.
Tremente pinum dextera ardentem impuli.
Refugit ignis: & reluctantur faces:
Et membra vitant. sed recedentem Hercules
Insequtur ignẽ. Caucasũ: aut Pindũ: aut Athõ
Ardere credas. nullus erumpit sonus.
Tantum ingemiscit ignis ad durum iecur.

Typhon in illo positus immanis rogo
Gemuisset ipse: quiq conuulsum solo
Imposuit humeris Ossan Enceladus ferox:
At ille medias inter exurgens faces
Semustus:ac laniatus:intrepidus:rubens:
Nunc o parens herculea sic stare ad rogum
Te mater inquit:sic decet fleri Herculem?
Inter vapores positus:& flammæ minas
Immotus:inconcussus:in neutrum latus
Correpta flectēs membra: adhortat' monet:
Gerit aliquid ardens:omnib9 fortē addidit
Animum ministris:vrere ardentem putes.
Stupet omne vulgus:vix habēt flammę fidē.
Tam placida frons est: tanta maiestas viro.
Nec properat vri:quumq3 iam forti datum
Leto satis pensauit:igniferas trabes
Hinc inde traxit:nimia quas flāma occupat:
Totasq3 in ignem vertit:& qua plurimus
Exundat ignis recipit intrepidus:ferox:
Nunc ora flammis implet ast illi graues
Luxere barbæ,quumq3 iam vultu minax
Appeteret ignes:lamberent flammæ caput:
Non pressit oculos.sed qd hoc mœstā intuor:
Sinu gerentem reli quias magni Herculis:
Crinemq3 iactans squalidum Alcmene gemit.

lochetes ipuli.i.iiecipinū ardētē,manu tremēte:ignis refugit.i.tāgere Herculē:& faces reluctantur:& pro.i.vitant.i.deuitāt membra.s.Herculis:sed Hercules isequ' ignē recedētē:tu credas.i.quis q adsit credere possit Caucasum aut Pindū aut Athon.i.quēuis immensum montem ardere:qñ corpus Herculis incēsum est:null9 son9.s.vocalis & articulat9 erumpit.s.ab ore eius:ignis ingemiscit tantū ad iecur durum.s.quando illuc puenerat. Ipse Typhon qui & Typhoeus,immanis.s.gygas & in perpetuo ætnę igne versatus: & Enceladus ferox,qui imposuit humeris.s.suis:Ossan montem Thessaliæ conuulsam solo .i.a fundo suo in bello gyganteo: gemuisset positus in illo rogo:at ille.i.Hercules exurgēs inter medias faces:semustus ac laniatus rubens.s.ab igne:intrepidus,inquit,o mater parēs Herculea.i.q Herculē genuisti: decet nūc te stare sic.s.tristi vultu,ad rogū.s.Herculis?decet Herculē fleri sic.i.tam lamentabiliter?q.d.nequaq̄.Et ipse positus inter vapores & minas flammæ imotus,inconcussus:flectēs memba correpta.s.ab igne: in neutrū latus:adhortat'.s.astantes ad æmulationem virtutis:monet,gerit aliquid ardens:ne vel tunc nihil agens moriat': & addidit omnib9 ministris animū fortē: tu putes ardentem.s.q vrebat':vrere.i.agere in ignē,nō pati ab eo.Oē vulg9 stupet,flāmæ vix hñt fidē.s.q flāmę erāt.Frons tā placita:& tāta maiestas est viro.i.Herculi.nec pperat.i.nō accelerat nimis vri quumq3.i.& cū pro qñ pensauit.i.putauit satis datum,sup.esse tam leto.i.morti,forti,traxit hinc inde.i.ex diuersis partibus rogi,trabes igniferas:quas flamma nimia.i.multū vehemens,occupat:& vertit totas in ignes:& ipse intrepidus recipit sup.se:qua.s.parte:ignis exundat plurimus: & ferox implet nunc ora flāmis:ast barbę graues luxere illi:qa flāmę ex ore halantes loco barbę:quū .i.& quū:ipse tā minax vultu appeteret ignes & sup.flammę lamberēt.i.molliter vrerēt caput:nō pressit oculos.Sed qd hoc sup.est?interuentus Alcmene abrūpit narrationem Philoctetæ:artificio poetæ vt populum audum adhuc audiendi exitus retineat.Ego intuor.i.video mœstam.s.mulierem(primū dicit quid hoc:q non potuit discernere adhuc sexum:deinde fœminā agnoscit & demū Alcmenen) gerētem sinu relliquias magni Herculis:hoc vnde tam cito norit nō satis constat:& Alcmene gemit aut venit iactans crinem squalidum:qa lugubrem.

¶ Securus.ipse p se fortis nullū rogauit. Despiceret.deorsū aspiceret. Vn9 dies.sum ille fili9 qui genitus sū geminata nocte. Commissa.coniuncta. Quęsiuit.acquisiuit. Vtrūq3 littus.oriētis & occidētis:si totus mūdus cantat laudes meas q peperi pacem omnibus populis:tu debes recipere me in cœlū. Ardēs ora.regio orientalis. Gemunt.mortē meam. Inquinat.maculat cruore humano:rā oēs sceleratos de mūdo sustuli. BERNA. Desunt.per me remota sūt. Admitti.recipi. Nigri iouis.plutonis:ne ad inferos descendā. Ad illos.s.infernales. Vmbra.aīa separata a corpore. Nube.quia sol obduxerat radios nubibus ad testādū dolorem de morte herculis. Neges sidera.si tu nō vis mihi dare cœlū:facias saltem vt dii spectent me ardētē. Voces.reuocat sniam:si dixi quicq̄ indignū:parce dolori meo qui me ita coegit loqui. Fatis.loco mortis. Approba virtutē meam prius tamē iudica dignā cœlo. Leue.parū ē quod feci respectu illius quod faciā hodie. Prius .q.d.damnas me priusq̄ cognoscas me filiū tuū. Addidit.postea dixit saltē aperi cœlū vt iuno videat quā fortiter ferā flammas. Poposcit.his dictis petiuit ignē suppōi rogo. Comes.o Philoctetes. Oetheā.i.mōte oetha. Tremuit.ego timebā supponere:ignē & ipse dixit cur tremis tu putas hoc eē scelus impiū. Redde qa nō moereris tela fortis viri. Aio.suppone ignē eo aio quo me vides expectare. Arsuri.cape exēplū a me q nō timeo cū arsurus sim. Rogat.tu tardas:& Iuppiter iam me vocat in cœlum. Venio.verba Herculis Impuli.tunc supposui facem ardentem tremente manu. Refugit.videbatur fugere. Reluctantur nolebant appropinquare. Recedentem.ipse sequebatur ignem. Caucasum.quia ille rogus erat tanta strues:vt ardere crederes caucasum seu athon. Sonus.nulla lamentatio. Ingemiscit.q combureret herculem. Typhon.

ſiue Typhoeus gygas: credo quod ſi ibi fuiſſet: ingemuiſſet. Enceladus. gygas qui portauit. Oſſan. mõtem Theſſaliæ. At ille. ſ. Hercules. Parens Herculea. mater Herculis. Correpta. ſcilicet ab igne non mouebat ſe. Gerit aliquid. nam ligna aptabat forte deficiente igne. Monet. ne fleamus. Vrere. erat eo animo vt ſi ipſe vreret alium. Fidem vix. credebant illum ignem eſſe verum ꝙ Hercules tam fortiter ferret eas flammas. Placita. non perturbata. Properat. vt poena eſſet breuior. Cunctaq; leto forti. quando putauit ſatis ꝙ feciſſet multa fortiter in morte, poſtea voluit mori Exundat. vbi videbat maiorem ignem illuc ibat. Luxere. ſ. igni. Barbæ. Seruius dicit in plurali barbas de animalibus. in ſingulari de homine. Minax. cum inſtaret ignis prope vultum nunq̄ clauſit oculos. Lamberent. circundarent. Sed quid hoc. dat locum ſequenti ſcenæ: nam videt Alcmenam quæ portabat cineres Herculis cremati.

DANI. ¶ Iſte eſt. Filius ille vnicus. Non idem fuit. quando reſpondit patri. Iecur. qua parte & lachrimari cogimur & amare. Enceladus. Titani & terræ filius ſuppoſitus ætnæ. caret dictio ſpiritu. Mater Herculea. Alcmene. Gerit aliquid. vitam ſemper degit negotioſam adeo vt moriens aliquid etiam geſſerit me tuuans me admonens.

ASCEN. Timete superi. Ne ꝓter decorũ tragœdię lętũ hęc habeat exitũ ob Herculis apotheoſim: inducitur Alcmena triſtẽ Nęniã decãtans: & ꝓpter filiũ cuꝰ reliquias in ſinu geſtat: & ꝓpter ſe q̄ iuidis & lęſis in quã ſęuiant relicta eſt. Sane aiaduertendũ: poetã nõ ſeq figmẽtũ illd de reliquijs Herculis penitꝰ ſublatis: ob qd in deoꝝ collegiũ aſcitũ putarint: nã inducit afferentẽ reliquias eiꝰ i ſinu. Adhortantẽq; ẽt ſupos vt fata timeant: qñ vt alibi dixi: etiã Iouis ſepulcrũ oſtenſum ẽ in Creta: & Bacchi ſimulacrũ viſũ in inferno. Veꝝ nõ inepte vt Macrobius ꝓlixe de ſomnio Scipiõis docet: huiuſmodi incolæ reſpectu inferoꝝ ſuperi dicẽdi ſunt: vñ illud, cuius vos eſtis ſuperi: & ſuperaſq; euadere ad auras hoc opus &c. Ordo eſt. O ſuperi. i. quicunq; aiali viuitis vita ꝓſertim hoies timete fata. i. letũ: quia cinis Herculeus. i. tam vaſti corporis, eſt tam paruus: ille. ſ. maximꝰ & notiſſimꝰ gigas. ſ. Hercules. decreuit. i. decreſcendo deuenit: huc. i. ad hunc tantillum quem oſtendit id dicẽs. O Titã. i. ſol q teſtis es oim: quãta moles abit in nihil. i. i tãtillũ cinerem: quia philoſophicum eſt. Ex nihilo nihil: in nihilum nil poſſe reuerti. Heu me: ſinꝰ anilis. i. meus quę ſum anus: cepit. i. complexus eſt Alciden. Hic. ſ. ſinus, eſt tumulus illi. ſ. tam immenſo dum viueret. Ecce Hercules vix compleuit totam vrnã. q̄. i. o q̄tum: leue pondus eſt mihi. ſ. Hercules: cui. i. in cuiꝰ humerum: totus æther. i. cælum incubuit pondus leue. i. facile portatu: dum Antlantẽ ſub leuauit. O nate tu ibas olim. ſ. cũ viueres ad tartara & regna vltima. ſ. inferna: rediturus. i. vnde eras reuerſurus: quando remeabis iterũ ab inferna ſtyge? q. d. nunq̄. Tu non abis. ſ. ad infernũ vt trahas. ſ. inde ſpoliũ. ſ. Cerberũ: & vt Theſeus debeat tibi rurſum lucem. ſ. huius mundi. Sed quando. i. quandoquidem ſolus ignis impoſitus. ſ. inferno, compeſcet . i. domabit vmbras tuas quæ inferos petierunt: & quando canis tartareus. ſ. Cerberus: poterit inhibere te. ſ. ne exeas: quãdo pulſabis fores tenarias. i. tenari promontorij Laconici per quod deſcenſus dicitur ad inferos ah ad quas fauces agar ego mater. ſ. multo imbecillior: qua. i. per quas: mors. i. regio mortis. adit. i. acceditur: paſſiue dicitur. Sẽſus mihi videtur: ſi tu nunc teneberis apud inferos etiam inuitus, ad quas fauces ego nõ reditura agar? q. d. ad longe triſtiores. Tu vadis ad manes: habiturus vnum iter. i. itionem: quia non redibis: qui enim eunt & redeũt: duplex

Trimetri Iambici.

ALCMENA PHILOCTETES.


Imete ſuperi fata: tam paruus cinis
Herculeus eſt: huc ille decreuit gigas.
O q̄ta Titan in nihil moles abit?
Anilis (heu me) cepit Alciden ſinus.
Hic tumulus illi eſt. ecce vix totam Hercules
Compleuit vrnam: q̄ leue eſt pondus mihi:
Cui totus æther pondus incubuit leue?
Ad tartara olim: regnaq; o nate vltima
Rediturus ibas: quando ab inferna Styge
Remeabis iterum? nõ abis ſpolium vt trahas:
Rurſumq; Theſeus debeat lucem tibi.
Sed quando ſolus ignis impoſitus tuas
Compeſcet vmbras: teq; tartareus Canis
Inhibere poterit: quando tænareas fores
Pulſabis: ah quas mater ad fauces agar:
Qua mors aditur? vadis ad manes iter
Habiturus vnum. quid diem queſtu tero?
Quid miſera duras vita? qd lucẽ hanc tenes
Quem parere rurſus Herculem poſſim Ioui?
Quis me parentem natus Alcmenam ſuam
Tantus vocabit? o nimis fœlix: nimis
Thebane coniux: tartari intraſti loca
Florente nato: teq; venientem inferi
Timuere forſan. ꝙ pater tantum Herculis
Vel falſus aderas. quas petam terras anus
Inuiſa ſæuis regibus: ſi quis tamen
Rex eſt relictus ſæuus. hei miſerę mihi:
Quicunq; cæſos ingemunt nati patres

A me petent ſupplicia me cuncti obruent:
Si quis minor Buſiris.aut ſi quis minor
Antæus.vrbes Perſidæ terrent plagæ
Ego præda ducar:ſi quis Hiſmarios greges
Thracis cruenti vendicat carpent greges
Mea membra diri:forſitan pœnas petet
Irata Iuno: totus vretur dolor.
Secura victo tandem ab Alcide vacat.
Pellex ſuperſum:ſupplicia de qua exigat.
Ne parere poſſem:fecit hic natus mihi
Vterum timendum.quę petā Alcmene loca?

habent iter.Quid.i.ad quid:tero,id eſt abſumo,diem q̄ſtu.i.querela? o vita miſera: quid .i.ad quid duras.i.permanes,quid.i.ad quid tenes hanc lucem? Et ſi dicat vt alterū Herculem gignas dicit:quem Herculē poſſum parere rurſus Ioui?q.d.nullū.Quis gnatus.i.filius alter,tantus,quantus erat Hercules: vocabat me Alcmenam,parētem.i.matrem ſuam?O cōiunx Thebane.ſ. Amphitryō:nimis nimis inquam felix:quia tu intraſti loca tartari:nato,ſaltem putatiuo Hercule: florente & inferi timuere forſan te ꝑpter filium venientem.ſ,ad ſe,tantum.i. duntaxat ideo ꝙ aderas vel.i.ſaltē,falſus pr̄ Herculis. Quas terras petam ego an⁹.i. vetula imbellis & impotens inuiſa regibus ſæuis:tamen vt id dictum ſic accipiatur: ſiquis rex ſæuus,eſt relict⁹.ſ.ab Hercule,qui omnes vbiq; terrarum ſuſtulit. Hei mihi miſerę:Quicūq; nati ingemunt.i.cum gemitu repoſcunt:pr̄es.ſ.ſuos: cæſos.ſ.ab Hercule:petent ſupplicia a me,q̄ Herculē genui:cūcti obruent.i.peſſundabūt me:ſiqs Buſiris.i.puul⁹ Buſiris imitator patris q crudelis fuit & hoſtes in Aegypto ad aras deoꝝ mactauit,aut ſi quis Antæus tyrannus Libyæ,minor.i.patre re & nomine referēs:repete,petēt a me ſupplicia. Vrbes plagę.i.regionis Perſidę .i.Perſarū:terrent me:qa ego ducar.ſ.ab eis p̄da.ſiquis.ſ.heres aut puul⁹ ſeu minor Diomedes, vēdicat.i.attribuit & aſſerit ſibi,greges .i.equoꝝ,Hiſmarios.i. Thracicos: vtpote: Thracis.ſ. Diomedis:cruēti: qa cruore & corpore hoſpitum equos ſuos alere ſoliti: greges diri.i.deoꝝ ira nati,hoc eſt equi humano ſanguine & corpe nutriri ſoliti:carpent.i.auide dilaniabāt mēbra mea. Iuno irata.ſ.in me:petet.ſ.a me:forſitā poenas ob pellicatū. Tot⁹ dolor vret̄.i.incendet̄ ſup.ſup caput meū(ſunt q refragante metro legant vertet̄)Ipſa ſecura tandem ab Alcide victo.i.nihil curans ac timens Alcidem victū:vacat.i.ocioſa eſt:neſciens quid faciat:cum Hercules quē perſequi ſolebat,perierit. Ego ſuꝑſum.i.adhuc viuo:& reſto:de qua ipſa Iuno,exigat.i.exigere poſſit, ſupplicia.ſ.ob pellicatū & partū ęmulꝫ:ne poſſem parere.ſ.ex Hercule cōceptū. Hic natus.ſ.de quo ſermo eſt:aut hic cuius cineres in vrna teneo, videlicet Hercules:fecit vterū timendū mihi:quia Iunonem offendit. Quæ loca ego Alcmene,mater Herculis petam?



BERNA.

Imete. Veniens Alcmena cum reliquijs Herculis vitæ noſtræ conditionem non diu durare oſtendit & lamentatur de ſeipſa vbi habitura ſit locum amiſſo Hercule. Superi.timete etiam vos mortem quando videtis Herculem mori. Gigas.Hercules ita magnus vt videretur gigas. Decreuit.a decreſco:diminutus eſt tantum vt capiatur in parua vrna. Titan.exclamat ad ſolem. Moles: magnitudo corporis. Anilis ſinus.gremium meum tenuit Herculem olim ita magnum. Hic.hæc parua vrna. Leue.quia parum ponderat. Iterum. quaſi dicat nunq̄. Debeat lucem:ꝙ reduxeris eum ad ſuperos non quæro ꝙ redeas cum ſpolio ab inferis:videlicet cum Cerbero & Theſeo vt priua rediiſti: ſed ſolus. Ignis.ardens Phlegethon retinebit animam tuam. Tænareas.vbi eſt ingreſſus ad inferos. Pulſabis.ſcilicet redeundo,quaſi dicat nunq̄. Aditur.petitur locus mortis: qua via ſequar te ad inferos. Vnū. quia ibi & non redibis,ideo ſolum iter erit. Duras.iam debuiſſes deficere videndo mortem filij. Tant⁹. tam magnus: vt Hercules:quaſi dicat nunq̄ talem habebo. Thebane coniunx. Amphitryo felix ꝙ mortuus non vides tantum dolorem de morte filij. Timere.quia eras pater Herculis. Vel. etiam ſi non eras verus pater eius. Anus.ipſa vetula quo ibo cum ſim odio omnibus tyrannis propter filium. Si quis.corrigit ſe ſi quem filius meus reliquit in terris:quaſi dicat interfecit omnes. Nati.filij illorum quos interfecit petent a me ſupplicium. Buſiris.minor filius Buſiris. Perſidæ plagæ.regionis in meridie vbi populus Perſes. Hiſmarios.Thracenſes equos ſi quis filius Diomedis reſtat. Greges duri. equi paſti carne humana dilacerabunt me:apponet me præſepibus illorum. Irata.quia dicor pellex eius. Vertetur.odium qđ habebat in Herculē totum vertet in me. Secura.nihil curans de Hercule quia victus eſt. Vacat.non habet agendum aliquid; vnde ipſa ſuperſum eius pellex in quam exerceat iras. Ne parere.timebit ne pariam alterum Herculem propterea me perdet.

Vreretur legendum

DANI.

¶ Timete.Neniæ in funere Herculis per Alcmenam matrem & inuitatos ab ea ad funeſtum munus. Decreuit.exinanitus eſt. Gigas.Hercules immani corpore. Anilis ſinus.ſic electra exemptos de vrna fictitios Oreſtis cineres in ſinum repoſuit. Cui tutus.cum loco Athlantis cœlum ſuſtinuit. Quando. nunq̄ Tænareas fores.fauces quæ ducunt ad tartarum. Mater.ego Herculis. Aditur.paſſiue ſicut Ouidius in animalibus.Vnde nemus nullis illud aditur equis. Duras. ſuſtines. Tenes.moraris. Quem parere. quando nullum amplius paritura ſim Herculi ſimillimum melius moriar comes Herculis q̄ ſuperuiuam orba. O nimis felix:qui funus filij non deploraſti.contra infelix pater qui ſupereſt functo filio quemadmodum Neſtor qui de nimio ſtamine de legibus fatorum multa conqueſtus eſt quod viderit acris antilochi barbam ardentem. Veniente.eunte. ſicut viciſſim eo pro venio frequenter vſurpatur. Vel falſus.etiam ſi falſus omnino formidabilis fama percelebri tui gnati. Cæſos.ab Hercule. Buſiris.tale eſt:ſi quis mihi paruulus aula luderet Aeneas:& quidem ſi honorato credimus patribus filij erant cognomines vbi alterius nomen fuiſſet prætermiſſum. Forſitan pœnas petet.exiget a me pœnas iniuriam filij ſi quas vnq̄ niſi vincendo illi fecit iniurias aut qui a me natus ſit. licet teſtante Papinio. Nil culpa nepotibus obſtet. Vretur. in caput meum cadetur omnis faba.

Eo venio

Nomina ſiliorum.

ASCEN. ¶ Quis loc⁹. Quæ regio, q̄ plaga mundi defendet me? aut in quas latebras agar. i. impellar, mater scilicet Herculis? certe ego nota sū vbiq̄: si petam patriam: & lares miseros, id est domum paternam: Euristheus. s. tyrann⁹: tenet. i. occupat, Argos. s. Iunoniū. Ego orbata. s. viro & liberis: petā Thebas: regnū & Hismenū. s. flu. i. regnū p qd Hismen⁹ fluit hoc est Thebanū: & petā thalamos nros: i quib⁹ ego dilecta. i. charissima amica Iouis: vidi quondā Iouē, dū Herculē genuit. Proh felix nimis nimis: si &. i. etiā ipa. i. ego: sensissē Iouē fulminantē vt sensit Semele Bacchi mr̄: q̄ nesciens qd peteret: ab Ioue id itidē ignorāte. Vtinā Alcides. i. Hercules, foret ifans exectus viscerib⁹ meis. hoc est perijsset in ptu eius: nūc datū ē misere, datū est videre natū. i. filiū certātē Ioui. i. cū Ioue (vt i buco. Maro: sol⁹ tibi certat Amintas) laude. i. de laude & gloria Et vtinā hoc daretur mihi scire. s. qd fatum posset eripei mihi sup. te: aut legat: qd: vt sit qd posset eripe mihi fatū. i. morte. Quis popul⁹, o gnate: viuet memor tui. i. bnficiorū in se tuorū? oē gen⁹. s. hoim: est iā ingratū. Petā Cleonas vrbē iuxta Nemeā syluā in arcadia de quib⁹ Hercules bene meritus est: ob interfectū leonē: an petā populos arcadū: eā ptē arcadię vbi aprū aut ceruā aeripedē deleuit: & q̄rā terrā nobilē meritis tuis. Hic. i. i vno loco: vt in Lerna palude, cecidit sub te: serpēs dira. s. hydra: hic. i. alibi cecidit ales fera: vt stymphalis volucris: hic. i. alibi cecidit rex cruentus: vt Busiris i Aegypto Diomedes i Thracia: hic. s. iuxta Cleonas cecidit leo cruent⁹, q possidet cælū, te sepulto. q. d. cū tu possideris a terra. Si terra est grata. i. memor beneficij in se tui: ois popul⁹ defendat Alcmenā tuā. s. matrē. Petā. i. an petere debeam aut bonū sit: gētes Thracias: & populos Hebri. s. accolas? hæc quoq̄ tell⁹ est defensa meritis tuis: q a stabula. i. eq feroces: iacent cū regno suo. i. rege Diomede hic. i. alibi: pax data est. s. populo: rege cruento prostrato. s. a te: vt in Aegypto Busiri: in Hispania, Gerione: in Libya, Anteo. in Thracia, Diomede, in Thebis, Lyco, &c. p qa: vbi sup. est pax negata? q. d. nusq̄. O fili ego an⁹. i. vetula ifelix qd sepulcrū q̄rā tibi? tot⁹ orbis cōtēdat de rogis tuis. i. velit habere qd supest rogis tuis: quis popul⁹, aut quæ templa, aut q̄ gentes colent, reliquias Herculis magni, q s petet tū aut quis poscet, onus Alcmenes, aut quos nunc cineres in sinu gerit, aut filium quē olim in vtero portauerat? o nate q̄ sepulcra sup. sūt sat. i. satis tibi? q s tumul⁹ ē satis tibi? Tot⁹ hic orbis. s. terrarū, erit tibi tumul⁹ fama. i. p famā q̄ i eo seruabit. O. aie. s. mi: q d trepidas tu tenes cineres Herculis. s. q te tutū seruabūt. Cōplectere ossa, s. Herculis: relliqę. s. Herculis dabunt auxiliū: Relliquię sup. er⁹, erūt p̄sidia. s. satis magna. Tuæ vel. i. etiā vmbræ: terrebunt reges. Phil. O mr̄ Alcidæ inclyti: cōpesce flet⁹ idebitos qdē nato. s. Herculi: licet tibi cōgruant. legēdū aūt cē indebitos & nō debitos: pbat qd seqt̄. Quisqs abstulit virtute: iter fatis. i. meruit imortalitatē: non est gemendus: nec vrgendus, id est premēdus nece graui. i.

Quis me locus? quę regio? quæ mundi plaga
Defendet: aut quas mater in latebras agar?
Vbiq̄ certe nota. si patriam petam:
Laresq̄ miseros: Argos Euristheus tenet.
Orbata Thebas regnum: & Hismenū petā:
Thalamosq̄ nostros in quibus quōdam Iouē
Dilecta vidi proh nimis felix nimis:
Si fulminantē: & ipsa sensissem Iouem.
Vtinam meis visceribus Alcides foret
Exectus infans (nunc datum est miserę: datū
Videre natum laude certantem Ioui)
Et hoc daretur scire quod fatum mihi
Eripere posset. quis memor viuet tui
O nate populus? omne iam ingratū est gen⁹.
Petam Cleonas? Arcadū an populos petam?
Meritisq̄ terram nobilem quęram tuis?
Hic dira serpens cecidit: hic ales fera:
Hic rex cruentus. hic tua fractus manu
Qui te sepulto possidet cœlum leo.
Si grata terra est: populus Alcmenam tuam
Defendat omnis. Thracias gentes petam:
Hebriq̄ populos? hæc quoq̄ est meritis tuis
Defensa tellus: stabula cum regno iacent.
Hic pax cruento rege prostrato data est.
Vbi enim negata? quod tibi infelix anus
Quæram sepulcrū? de tuis totus rogis
Contendat orbis. reliquias magni Herculis
Quis populus: aut quæ tēpla: q̄ gentes colēt?
Quis iam petet: quis poscet Alcmenes onus?
Quæ tibi sepulcra nate: quis tumulus sat est?
Hic totus orbis fama erit tumulus tibi.
Quid aīme trepidas? Herculis cineres tenes.
Complectere ossa: relliquiæ auxilium dabūt.
Erunt satis præsidia: terrebunt tuæ
Reges vel vmbræ. Phil. indebitos nato qdē
Compesce fletus mater Alcidę inclyti:
Non est gemendus: nec graui vrgēdus nece:

Virtute quisquis abstulit fatis iter.
Aeterna virtus Herculem fleri vetat:
Fortes vetat mœrere:degeneres iubet. Alc.
Sedabo questus? vindicem amisi parens
Terrę atqꝫ pelagi.quaqꝫ purpureus dies
Vtrunqꝫ clara spectat Oceanum rota.
Quot misera in vno condidi natos parens?
Reguo carebam:regna sed poteram dare.
Vna inter omnes terra quas matres gerit
Votis peperci:nil ego a superis petii
Incolume nato:quid dare Herculeus mihi
Non poterat ardor? quis deus quicq̄ mihi
Negare poterat? vota in hac fuerant manu.
Quicquid negaret Iuppiter:daret Hercules
Quid tale genitrix vlla mortalis tulit?

molesta:Virtus æterna vetat Herculē fleri: & vetat mœrere.i. mœstitiis prosequi fortes: & iubet sup. mœrere degeneres. Alc. Sedabo questus.i. quomodo potero sedare questus.i. quęrelas:ego parens amisi vindicem id est liberatorem: terræ atqꝫ pelagi: quaqꝫ .i. & qua parte dies purpureus.i.rubeus sol: spectat rota clara,id est curru splendido vectus: vtrumqꝫ oceanum tam orientalem seu indicum q̄ occidentalem seu Gaditanum. Quot natos id est filios ego misera parens condidi.i. sepeliui:in vno.s. Hercule? q. d. innumeros: quia vnus pluris erat, q̄ innumeri Niobes aut priami. Ego carebam regno:sed poteram dare.s. per filiū qui multos in regno restituit, regna. Ego vna.i.sola inter omnes matres quas terra gerit:peperci votis.i.abstinui a votis faciē dis dijs:quia ego nil petij a superis nato.i. filio meo Hercule incolume,id est sospite & florēte:q.s vn⁹ erat mihi oia & oia q̄ optabā dare poterat. Poetice aūt dicit incolume: p incolumi:sicut Maro de palinuro:gaudet cognoie terra:pro cognomini. Quid ardor.i. feruens amor & spūs Herculeus nō poterat dare mihi q.d:nihil nō hoc ē oia poterat dare. Quis de⁹ poterat negare qcq̄ mihi? q.d.nullus. Cur⁹ dicti poterat dari pia & cōueniēs rō: qa cū esset filius Iouis & Neptunum ac Plutona haberet patruos: minoresqꝫ deos: vt Antęum: Cacū, Acheloum, pluresqꝫ vicerit:nullus de⁹ illi quicq̄ negare posset: sed mulier gloriola:& tragico cothurno inseruiens trahit ad inuictas filij sui vires dicēs. Vota.i. optanda oia: fuerant in hac manu.s. filij mei:quā & suā putat:ideoqꝫ hac dixit:quod pronomen primam demonstrat personam:hoc est de se loquentem:sed cum filius sit bona pars matris:quæ manus filij est: est & matris. Quicquid Iuppiter negaret.i.negare vellet: Hercules daret,id est extorqueret ab eo per vim. Et ideo cum talis fuerit Hercules vt vnus instar omniū deorum haberet. Quid tale tulit.i. protulit: vlla genitrix mortalis? q.d.nulla: Caute autem mortalis additur, ne Latonam prouocet: vt Niobe infelix de qua sequitur.

¶Nota. Cognita propter virtutem Her. Patriam.argos. Euristheus.qui imperabat Herculi. Orbata. priuata filio. Hismenum.fluuium thebanum. Thalamos.quia ibi nupta fuit Amphitryoni. Fulminātem.nimis felix fuissem si Iuppiter me fulminasset: quemadmodum Semelen Thebanam matrem Bacchi & de vtero meo fuisset exectus id est excisus infans Hercules. Certantem.æquantem laudes Herculem. Et hoc. vt eo amisso magis dolerem: nam magis dolemus amissis rebus magnis q̄ paruis. Cleonas. ciuitatē vbi Hercules Leonem interemit. Nobilem.famosam. Meritis.quia ibi interfecit aprū. Hic. in alio loco. Ales.fera Stimphalis. Rex cruentus.busiris. Leo.s.Nemeęus seu Cleonæus q inter astra collocatus ē. Defensa.quia ibi interfecit Diomedem. Vbi.quasi dicat in nullo loco.quia toti mundo dedit pacem. Contendat. vt habeat cineres tuos. Onus.vrna quam gestabat Alcmena manibus. Totus orbis.tua fama erit tibi magnum sepulchrū per totum orbem. Quid anime. ad seipsam dicit non timēdum est dum tenes cineres filij,quia adhuc erunt tibi pręsidia quando reges adhuc timebunt vmbram Herculis. Debitos.consolatur Alcmenam philoctetes. Abstulit iter.nam cum mors extinguat omnia: sola virtus superstes restat: vnde non est dolendum de morte filij qui tot præclara facinora egit: vt immortalitatem nominis sui meruerit. Degeneres. viles carentes virtute. Sedabo. interrogatiue cessabo? Vindicem. vnde magna est mea iactura. Vtrunqꝫ Oceanum.orientem & occidentem. Quot.amisi vnum filium:sed possum existimare perdidisse multos in vno: nam plures valebat. Condidi.sepeliui. Poteram dare. & si nō habueram regnum:tamen poteram dare,cum haberem filium regum victorem. Vna.cum haberem filium Herculem nunq̄ feci vota dijs quia illis nō indigebam. Quid.quasi dicat oia poterat dare. Manu.s. Herculis. BERN.

¶Euristheus.æmulus Herculis cui propter nasciturum Herculem cœlum interclusum est:indignatione Iouis. Et ipsa.sicut Semele. Cleonæ:sunt iuxta Nemeā in Arcadia. vnde Cleonęus leo quem peremit Hercules. Valerius flaccus in primo. Cleonęo iam tempora clusus hiatu Alcides. Hebri populos: Thracas. hebrus fluuius ex Pindo trahens ortum vt placet Aristoteli in secundo metaurorum. Hic pax:illic pax tranquilla duce filio. De tuis totus rogis.quæritur gloria a populis per monumenta virorum præstantium:quēadmodum grauis illa & capitalis pugna restificatur inter Himerenses & Catanenses exorta de cineribus Stesichori ad quā dirimendam Phalaris Astiphaleus iudex electus fuit:& tandem pro Cataneis prolata sententia: quoniam apud Catanen studijs literarum operam nauasset egregiam. Himerius enim fuit Stesichorus poeta cæcus:cæterum facundissim⁹. Onus Alcmenes:Herculem. Hic totus orbis:cœlum sepultura est vrnis carentibus.tu vero vbicqꝫ eris præsto fama & meritis. Reliquiæ Herculis:etiā mortuus tibi opem feret Hercules. Non est gemendus:mors eorum minime lugenda est:quorum laus emori non potest. Vindicem:ego parēs amisi vindicem terræ. Quot misera. vnus Hercules est mihi flendus pro innumeris gnatis quo solo eram regina.nam gloria parentis est filius sapiens.

DANI. Hebrus. Reliqæ decori sunt. Stesichori cineres bello petiti. Cœlo tegitur q nō habet vrnam.

Defleuit olim mater:& toto ſtetit
Succiſa fœtu:biſq; ſeptenos greges
Deplanxit vna.gregibus æquari meus
Quot ille poterat?matribus miſeris adhuc
Exemplar ingens deerat:Alcmene dabit.
Ceſſate matres:pertinax ſi quas dolor
Adhuc iubet lugere:quas luctus grauis
In ſaxa vertit:cedite his cunctæ malis.
Agedum ſenile pectus o miſeræ manus
Pulſate:& vna funeri tanto ſat eſt
Grandęua anus defecta:quod totus breui
Iam quęret orbis?expedi in planctus tamen
Defeſſa q̄q̄ brachia:vt inuidiam deis
Lugendo facias:aduoca in planctum genas.

ASCEN. ¶ Defleuit olim. Alij legunt aliqua:pro quę dā,quaſi neſciret quęnā fuerit:qđ mulieri da rē:ſed adhuc nō quadraret locutio niſi interrogatiue legaẗ:qđ indicatiue legendū eſt. dicamus ergo cū melioribus codicibus,olim: mater.ſ.Niobe Tantali filia: defleuit olim.ſ. liberos ſuos occiſos ab Apolline ad vltionē Latonę matris:cui ſe Niobe pręferendā cenſuit aut ſaltem ęquandā,ꝙ illa dūtaxat duos Apollinē & Dianā peperiſſet: ipſa aūt quatuordecim:ſeptē mares & totidē fœminas: quibus interfectis ſic fleuit vt in marmor adhuc lachrymans conuerſa ſit: defleuit ergo olim & pro quia:ſtetit,ſuccidſa.i.amputata & referta toto fœtu.i.oi prole ablata:quaſi truncus ſine ramis,& vna.i.cū eſſet vna deplāxit greges bis ſeptenos.i.quatuordecim liberos. Ille meus.ſ. vnicus filius Hercules:quot gregibus.ſ.natorū:poterat æquari.i.ex æquo conferri:ſi ad virtutē nō ad numerū ſpectes?q.d. innumeris. Exemplar ingens .i. ingentis luctus deerat adhuc.ſ.ad imitandū,matrib⁹ miſeris: Alcmene dabit ſupple illud. Aptius vt ſępe monui:dabit q̄ dabo dicit:de ſe magnifice in tertia perſona loquens. O matres ſi q̄s i.aliquas dolor pertinax iubet adhuc lugere: ceſſate.ſ.dum ego perluxero:& vos quas luctus grauis vertit in ſaxa: vt Nioben, ſtomachoſe autem loquentes ſingularia plurali er eloquunẗ:cedite cū his.i.meis malis. deinde ad planctū egregiū ſe inuitans dicit:

Agedum. Agedū(qđ vtriuſq; numeri adnotauit Valla & bene:nam & hic pluraliter ponit)o manus miſerę.ſ.meæ: pulſate pectus ſenile ſ. meū:& vox eleganter poſita.ſ.cum tanta ſit cauſa planctus: vna anus grandeua, defecta ſcilicet viribus & nato,ſat eſt.i.nunquid ſatis eſſe poteſt tanto funeri,quod.ſ.funus:totus orbis quęret.i.requiret,iam breui.i. ſpatio. Si vt impreſſum inueni legetur breuis:ſenſus eſt ꝙ mūdus breuis ſi, etiam totus ſi ad famam de Herculis morte reſpexeris:quia eam vt breuem citiſſime pertranſierit ,ſed legam cum Bern. breui. O Alcmene expedi in planctus brachia q̄q̄ defeſſa, tñ.i.nihilominus expedi: vt facias deis lugendo inuidiā. i.moleſtiā aut potius vt in deos concites inuidiā populi,ꝙ talē vindicē ſuſtulerint,aduoca in plāctum genus ſ.deorū aut tuū aut Herculis aut generatim oēs:aut vt legā potius genas tuas:q̄ ſunt lachrymas ſedes: vt vero gentes legam metrum non patiatur.

BERN. ¶ Defleuit. nunc comparat miſerias ſuas cum miſerijs aliarum. Bis ſeptenos. quattuordecim filios. Nioben intelligit de qua diximus in prima tragœdia. Ille. meus Hercules. Quot gregibus. q̄ multæ multitudini filiorum poterat æquari? Alcmene. ipſa vt numeraret inter miſeras matres. Dabit. ſcilicet exemplum miſeræ matris. Ceſſate. o matres iam ceſſate a luctu:& confortate vos in comparationem mei. Pertinax. adhuc durans. In ſaxa. ſicut dicitur de Niobe. His malis. ſcilicet meis. Nam plura habeo q̄ vos omnes ſimul. Agedum. exhortatur ſeipſam ad luctum. Vna ego ſola non ſum ſatis ad tantum luctū. Vnde vellet totum mundum reſonare planctu. Breui. ſ. ſpatio:naſcenẗ mōſtra:nec erit Her. & eum omnes vocabunt. Expedi. exere brachia nuda ad plangendum.

DANI. ¶ Succiſa. Orba fœtu priua. Ceſſate. matres ego vna hodie antecedo omnes miſeras miſeria.

Anapeſtici. ALCMENA ſola.

FLete Alcmenen:magniq; Iouis
Plangite natum.cui concepto
Lux vna perit:noctesq; duas
Contulit Eos.ipſa quiddam
Plus luce perit.totę pariter
Plangite gentes:quarum ſæuos
Ille tyrannos iuſſit Stygias
Penetrare domos:populiſq; madens
Ponere ferrum.fletum meritis
Reddite tantis.totus:totus

ASCENSIVS.

FLete Alcmenen. Quia nouū eſt genus Metri,q̄uis nulla ſit inducta perſona noua:ſignata eſt ſcena noua:qđ licet nō ſit neceſſariū.quia parui refert & ad ſniam nihil:nō duxi mutādū. Loquiẗ Alcmena de ſe primū dicēs. Flete.ſ.genę meæ: vñ malui genas q̄ gen⁹ legere in fine ſuperioris ſcenę: Alcmenen,hoc ē miſerias ei⁹ & plāgite natum Iouis magni,cui.ſ.nato Iouis:concepto pro concipiendo.i. vt conciperet,lux.i.dies vna perit ꝓ perijt: & eos (Scribitur graece ηώς dum prima eſt longa : dum breuis ἠώς:vñ nō eſt mirū ſi latini variarint) eos inquā.i.aurora cōtulit duas noctes: qa ꝑtermiſſo die continuata eſt nox:ſi fabulæ credere dignū eſt. Quiddā pl⁹ ipſa luce:qa Hercules propter quē lux olim perijt (nā nō ſolū vt dicit Ariſtoteles : propter qđ vnūquodq; tale & illud magis:verū etiam propter quod aliquid fit potius videtur q̄ id quod fit:vnde

Personet orbis,fleat Alciden
Cærula Crete magno tellus
Clara tonanti.centum populi
Brachia pulsent.nunc Curetes:
Nunc Coribantes arma idæa
Quassate manu:armis illum
Lugere decet:nunc nunc funus
Plangite verum:iacet Alcides
Non minor ipso Creta tonante.
Flete Herculeos Arcades obitus:
Nondum phœbo nascente genus.
Et iuga Spartes Nemeęq; sonent:
Feriatq; grauis Mænala planctus.
Magno Alciden poscite gemitu.
Stratus vestris setiger oris.
Alesq; sequi iussa sagittas:
Totum pennis velata diem.

si lux perijt vt Hercules oriat̄: visus est Hercules potior luce vnius quidē diei) perit pro perijt.s.modo. O gētes totæ plāgite pariter: quarum ille.s.Hercules,iussit tyrānos sæuos penetrare domos Stygias:quia occidit eos: & iussit ponere.i.deponere:ferrum madēs.i. madefactū, populis.i.sanguine populorum Reddite o populi,tantis meritis.s. Herculis de vobis,fletū.s.cōdignū. Tot⁹, totus orbis personet.s.plāctibus & eiulatib⁹ vestris. Crete cærula.i.marini coloris, est em̄ maritima: quia Creta Iouis magni medio iacet isula pō to,fleat Alciden:qui tauꝝ illic interfecit: Crete inquā,tellus clara tonanti magno.s. Ioue: centū populi(quia centū vrbes habitant magnas: vberrima regna) pulsent brachia.s. ad luctum Herculi exprimendū. Nunc Curetes nunc Coribātes,qui sunt antiquissimi populi Cretę Iouis educatores:q̄ssate manu idæa. i.Cretensi cū sint cretes,arma.s. vīa. possent dici arma idęa:sed amplius spōdęum facias. decet lugere illū.s.Herculē,armis.s. crepitātibus:plāgite nūc nūc verū funus:quasi prius falsum plorauerint funus Iouis cuius sepulcrū apud eos visit̄. O Creta alcides iacet non minor ip̄o tonante.i.Ioue:quia nō minus de genere humano benemerit⁹ est q̄ ille: immo magis:quapropter si ob merita ille ꝑ naturā mortalis cęlo ascriptus ē:meruit & Hercules ascribi. Sane nō putabimus Theologos priscos(q ijdē poetę fuerūt)credidisse Iouem in Creta natum cæli & terræ cōditorem,aut dominum:nam ante eum vtrunq; fuit non sine rectore. Quia tamen ille vsurpauit nomen Iouis, multa q̄ vero Ioui dumtaxat congruunt illi a poetis assignantur:iuxta morem quo vni nomini conuenientia quasi vni personę addicunt. O Arcades flete obitus Herculeos: Arcades inquit genus.i.qui estis genus: Phœbo nōdum nascente:quia ante lunam dicunt se genitos. Luna autem id est Diana ante Phœbū nata præstitit matri Phœbum parienti obstetricis officium. Ante lunam autem ideo nati putantur q̄ lunæ cursum primi deprehenderint. Et iuga id est montes,spartes id est laconicę regionis in qua Sparte seu Lacedęmon pręcipua ciuitas est & Nemeæ scilicet siluæ,sonent.s.planctu:& planctus grauis feriat Mænala.s.montem Arcadię. Poscite id est reposcite deos magno gemitu:quia setiger.s. aper,stratus supple est ab Hercule: oris id est regionib⁹ vestris: & ales id est auis stymphalis:iussa supple est sequi in oris vestris:sagittas Herculis:ales inquā velata id est quæ velauit & occuluit,pennis id est alis suis:totum diem id est solem. Noue posuit velata actiua significatione vt vult Daniel:quasi a verbo deponenti velor veleris,quod alibi non legi:vnde dubitem an potius dicatur per gręcam figuram:velata id est habens velatum diem id est solis aspectum,pennis: vt Philologus scripsit pinnis:nam sunt qui semper pinna nunq̄ penna scribendum censeant:alijs distinguentibus:vt pennæ auiū,pinnæ sint piscium:ego cum parui referat consuetiorem modum sequor. Flete Argolicæ. Daniel corrigendum dicit atq; legendum Argolici:ego itidem hic nihil mutem:nā cum mulieres potius ad fletum inuitet q̄ viros iuxta illud:date Sithoniæ verbera matres:dicam & hic:o matres Argolicæ,flete:aut potius,o Cleonę Argolicæ:nam.cxx.stadijs ab Argo distant:flete flete: nec obstat q̄ bis dicit flete: quia ob affectum geminatur verbum.

FLete.Mutat versum & facit anapęsticum. Alcmenen.miserias meas. Eos.aurora. Contulit.cōiunxit. Plus luce.q̄uis lux sit vtilis vitæ,tamen aliquid maius petit scilicet Hercules. Penetrare.ire quando illos interfecit. Madens.sanguinolentum. Cærula.quia est insula in mari clara tonante quia ibi Iuppiter est educatus. Centum.nam ibi centum erant vrbes vt inquit Virgilius. Idęa.nā in creta Ida mons: aliusq; eiusdem nominis in Phrygia. Arma.nam illi sacerdotes galeas & arma percutiebant in sacrificijs vt plene scribit Ouidi.in fastis. Creta.vocatiui casus. Genus.appositio est.nā gens Arcadica vt supra diximus,asserebat se ortam esse ante lunam & sydera: vñ dicit phœbo nundum nascente. Iuga spartes.mōtes Lacedęmonis & Nemeę resonēt plāctu. Menala.montē Arcadię. Poscite. repetite. Setiger.aper ab illo in agris vr̄is fuit interēptus & ales.i.alites Stymphalides. Sequi sagittas. nam vulnerata cadebat ad terrā cū sagittis. Velata.nam alis obscurabant lucem. BERN.

¶Flete.Herculearum virtutum per lugentem Alcmenam Anacephaleosis:carmine pindarico. Eos. crasis in dictione aut melius scd̄m græcam inflexionē quæ est ηωσ .οσσ.inde torquetur ηωσ quę dictio nonnūq̄ corripit primam apud latinos qđ nusq̄ inuenies in græcis auctoribus:cur id agant latini viderit eruditi. duæ noctes fuerunt commissæ dum Herculem sereret Iuppiter. Quorum.ad significatū. Iussit.coegit vt annisum dicere iussit. Ponere.aphæresis. Madens.illorum cruore. Centū.numerus est discretus apud Homerum. Armis.quibus excelluit. Nondū Phœbe.i.luna .nam proselines dicti sunt teste Apollonio & Plutarcho in quęstionibus. Velata.actiue dixit. DANI.

ASCEN. ¶Flete igit̃ vt dixi. Argolicę.s. matres aut potius vos Cleonæ Argolicę (declinatur eñ Cleonę earũ: sicut Mycenę & Athenę) flete flete.s. Herculẽ: qa dextera nati nři.i. Herculis: fregit hic.i. apd̃ Cleonas quas mõ dixi (rect᷒ tñ dixisset istic.i. apd̃ vos: vt sit Terrẽtẽ istic sed nõ ausim mutare) Leonẽ terrẽtẽ quõdam mœnia vřa: vñ dixit flete Cleonę p Cleonęę s. mřes ponẽs locũ pro locatis: o mřes Sithonię.i. Thressę date verbera.s. pectoribus vřis & hebrus gelidus qa niuib᷒ auct᷒ & ad septẽtrionẽ fluens, sonet.i. resonet, plãctib᷒.s. vřis flete Alciden.i. acceptũ ferentes alcidæ: ꝙ infans.s. vester: non vescitur (mire passiue posuit: cũ apud oẽs sit deponens, nec ad eũ qui pascit sed qui pascit̃ pertinẽs: quocirca siqd mutare ausim: reponã mandit̃ aut p hypallagen legã, stabula nõ vescunt̃ infante:) p non mandit̃, stabulis.i. eqs in stabulis olim Diomedis Bistonij stabulãtib᷒: nec greges.s. equi: carpunt viscera vestra.i. partus viscerum vestrorum. Tellus.s. Libyca aut mauritannica, libera Antęo.s. Tyrãno, fleat.s. mortẽ Hercul̃: & plaga.s. Hispanica, rapta.i. erepta: Gerioni fero id est diro tyranno, fleat sup. o gentes.s. vniuersę: miserę, propter amissionẽ tanti vindicis, plangite mecum: Tethys vtraꝗ.i. Oceanus vterꝗ tã in oriente ꝗ̃ occidẽte, audiat ictus.s. quos dabitis pectoribus vestris: Vos quoꝗ numina, turba.i. quæ estis turba.i. multitudo, mũdi citati.i. habitãtia cęlũ mobile (cũ tñ beati supra cęlũ mobile sint: vbi secũdũ Philosophũ: habitant aialia optimã vitã ducẽtia) flete casus Herculeos.i. mortẽ eius: qd̃ eo affectu dictũ videtur: vt illud: Angeli pacis amare flebũt. Alcides meus.s. filius tuus o superi mundũ.i. ornatũ vestrũ, ꝙ pro.i. cælũ: ceruice.s. sua sup. tũc, cũ.i. qñ Atlas.i. vir fortissim᷒ i vltimis oris Hesperię, vector.i. portator, olympi (vñ ęnei.iiij. cęlũ q vertice fulcit. Est aũt eodẽ noie mõs q i pede stãtib᷒ videt̃ cęlũ ferre: vñ fabulę locus dat᷒: alijs tñ placet ꝙ astrologus esset q onus cęli.i. ei᷒ cursus inqsitionẽ ferre vt p̃sumpserat ferre nequiret: donec Hercules astrologiæ peritior ipm docẽdo iuuaret) stelliferi.i. q olymp᷒ (nã p cęlo ponit̃) fert stellas, spirauit.i. recepit spm ac flatũ seu anhelitũ, liber.i. leuatus, onere.s. cæli. O Iuppiter vbi sũt nũc arces nostræ.s. cæli ꝗ̃s pollicitus es Herculi: & p illũ mihi: vbi est nũc regia mũdi.s. ornat᷒ p̃cipui.s. cæli: p̃missi.s. filio meo? nempe.i. nonne in eo sunt, ꝙ Alcides obit.i. diem claudit mortalis.i. vt cæteri, nempe.i. nonne ipse sepultus supple est aut saltem sepeliendus. Quoties pepercit ille s. Hercules telis & facib᷒ tuis? hoc est quoties fecit vt non sit opus fulmine & ictu tonitrui tui: cum quæ tu fulmine tuo debueras p̃sternere: ipse claua aut sagittis suis strauit? quasi dicat frequentissime. Quoties ignis.s. fulminis: erat pro fuisset spargendus: nisi Hercules pro te monstra strauisset? Iaculare saltem (si nõ vis aliud pro benefactis Herculis rependere) facẽ.s. fulminis quã p Herculẽ multam habes, in me: & puta.i. imaginare, me sup. eẽ Semelen, matrẽ Bacchi: quã cũ fraude Iunonis a te astricto iureiurãdo ãnuere qd̃ peteret:

Flete argolicę flete cleonæ:
Hic terrentem mœnia quondam
Vestra Leonem fregit nostri
Dextera nati. date Sithoniæ
Verbera matres: gelidusꝗ sonet
Planctibus Hebrus. flete Alciden:
Qꝫ non stabulis vescitur infans:
Nec vestra greges viscera carpunt.
Fleat Antęo libera tellus:
Et rapta fero plaga Gerioni.
Mecum miserę plangite gentes.
Audiat ictus vtraꝗ Tethys.
Vos quoꝗ mundi turba citati
Flete Herculeos numina casus.
Vestrum Alcides ceruice meus
Mundum superi cælumꝗ tulit:
Cum stelliferi vector olympi:
Pondere liber spirauit Athlas.
Vbi nunc nostrę Iuppiter arces?
Vbi promissi regia mundi?
Nempe Alcides mortalis obit:
Nempe sepultus. quoties telis
Facibusꝗ tuis ille pepercit?
Quoties ignis spargendus erat?
In me saltem iaculare facem:
Semelenꝗ puta.
Iam ne Elysias o nate domus:
Iam littus habes: ad quod populos
Natura vocat? an post raptum
Styx atra canem preclusit iter:
Teꝗ in primo limine Ditis
Fata morantur? quis nunc vmbras
Nate tumultus: manesꝗ tenet.
Fugit abducta nauita cymba:
Et centauris Thessala motis
Ferit attonitos vngula manes:
Anguesꝗ suos Hydra sub vndas

Territa mersit: teq; labores
O nate timent?
Fallor fallor vesana parens:
Nec te manes vmbreq; timent.
Non argolico rapta leoni
Fulua pellis contecta iuba:
Laeuos operit dura lacertos:
Vallantq; feri tempora dentes.
Donum pharetrae cessere tuae.
Telaq; mittet iam dextra minor.
Vadis inermis nate per vmbras:
Ad quas semper mansurus eris.

petisset vt secum cũcumberes, qua forma cũ Iunone soles: quia id i forma fulminis facis (Iuppiter eñ qui aether & superior aer raro i gremium Iunonis, qui inferior aer est, descẽdit: nisi dũ fulmen in suptore aere incensum demittit) cũ ea sic cõcubens eã oppressisti: & partũ immaturũ exemisti: atq; in Nysa .i. femore vsq; ad maturitatem partus fouisti. Redit iterum quasi per repetitionem luct⁹ vt fit in Neniis, ad Herculem dicens. O Nate .i. fili habesne .i. possides, quod honorabilius est q̄ si haberet ab illis: domus Elysias: q̄ putabantur beatorũ sedes? Habes ne iam litus .s. inferni: ad quod natura vocat populos .s. omnes: an Styx atra p̄clusit sup. tibi, iter .i. accessum iteratum, post canem .s. Cerberum raptũ. Et fata .i. deorũ praescripta aut iura mortis, morantur .i. detinent te in primo limine Ditis .i. regni inferni? o Nate quis tumultus .i. cõmotio, & perturbatio: tenet nunc vmbras & manes .s. trepidantes a facie tua? Multa Herculi falso ascribuntur q̄ Christo dño optime quadrarent. Nauita .s. Charon, fugit .s. territus: Cymba sbducta aut obuersa a littore citeriore nobis: & vngula Thessala .i. Thessalica, hoc est Centaurorum qui in foribus stabulant, centauris motis id est fugitantibus a conspectu tuo: quia per te interempti sunt, ferit id est conculcat, manes attonitos: & Hydra territa mersit angues suos quos in capite habet, sub vndas scilicet Stygias. Et o Nate labores id est quaecunq; per labores tuos vicisti & ad inferos misisti: timent te. Ego parens vesana id est parum sana, fallor fallor .s. te iam terribilem existimando: nec manes & vmbrae timent te: quia pellis rapta leoni Argolico id est Cleonaeo (vnde inductus sum vt legam flete argolicae flete Cleonae) cõtecta id est vestita, iuba fulua id est fului leonis: non operit dura .i. cum sit dura & pro Clypeo tibi portari solita, lacertos id est summas brachiorum partes, laeuos id est sinistri lateris: & dentes feri scilicet leonis argolici: repete non vallant id est protegunt vt Vallum milites in castris solet: tempora scilicet capitis tui: quia pro galea portabat ossa capitis leonini cum dentibus. Praeterea pharetrae tuae id est sagittae infallibiles & certissimae, quas in pharetris habebas, cessere scilicet Philoctetae donum .i. in donum: aut legamus dono: & dextra minor .i. inferior & fragilior: mittet iam tela tua: & ideo tu o Nate vadis inermis per vmbras scilicet infernas, ad, id est apũd quas, tu eris semper mansurus. Quo dicto efficacissime monet moralis poeta: & conterraneo suo altero Seneca, qui moralissimus est habitus, non multo inferior: non confidẽdum esse armis & potentiis huius mũdi: ga vbi nobis opus sit multa defensione: vtpote vbi perpetuo mãsuri sumus inermes erim⁹, solis bonis operib⁹ protegendi: quia vt dicit a diuo Ioanne: opera defunctorũ sequũtur illos. Neq; vero si subinde authoris sentẽtias per sacrae scripturae verba confirmo: id sic facio vt credam authorem bibliorum sacrorum volumina lectitasse: sed vt ostendã verũ semp vero cõsonũ esse: & tũc ethnicis credẽdũ qñ sanctis comprobãtur.

¶ Sithoniae. Thracenses: nam Sithon mons est Thraciae. Infans. quia stabula. id est equi Diomedis nõ vescuntur vestris infantibus. Viscera. filios vestros. Libera tellus. scilicet libya. Plaga rapta. Hispania de qua rapuit Herc. armenta Geryonis. Vtraq; tethys. vtrumq; mare orientale & occidentale. Vos quoq; & dii debetis flere quia profuit vobis quando gygantes volebant ascendere caelum. Numina dei. appositiue turba citati .i. volubilis caeli. Tulit caelum. quando supposuit humeros loco atlantis. Spirauit. voluit spirare & quiescere. Vbi. vertit sermonẽ ad Iouem dicens vbi Iuppiter est caelum quod promisisti filio. Mortalis. nam illum immortalem facere p̃miseras. Pepercit. beneficia Her. exprobrabat Ioui nisi fuisset Hercu. q̃ fulmina expendisset contra tyrannos & monstra. Ignis. fulmen. Iaculare. saltem si non vis suscipere filium in caelum mitte in me fulmen vt fecisti in Semelen matrem Bacchi: cuius fabula nota est apud Oui. lib. meta. BERN.

Natura. quia naturaliter omnia moriuntur. Praeclusit. an clausum est tibi iter vt non possis transire q̃ timeatur ne iterum rapias Cerberum vt fecisti prius. Morantur. tenent ne ingrediaris. Quis q̄tus tumultus. debet esse in inferno. Nauita. Charon credo q̃ ipse fugiat. Centauris. qui dicuntur esse in primo gressu inferni cum viderunt te fugiunt: & alios vngulis suis feriunt fugiendo. Hydra. quae est in primo limine inferni: vt scribitur a Virgilio. Mersit. quia adhuc est illi sua figura. Angues. quia plura capita habebat.

Labores. monstra quae vicisti. Fallor. nunc castigat se q̃ filius non est ita terribilis quemadmodũ erat in mundo. cum illic nulla arma habeat: quod sane satis nobis monstrat in extrema die nulla arma prodesse.

Argolico. quem interfecit apud Cleonas. Contecta. vestita. pilis fuluis. Operit. tegit sinistrum brachium tuum. Vallant. circundant caput: nam rictus leonis gestabat in capite & reliquam partem supra humeros. Dentes .s. leonis. Donũ. nã sagittas reliquisti philoctetę. Pharetrę. appositiue donũ. Dextra minor. philoctetae. Mansurus. non rediturus.

¶ Argolicae. Castiga argolici. Sithoniae. Thracia: teste Gellio: vetusto nomine Sithon appellata est. inde Sithonius & Sithonis declinata. Vescitur. aut passiue positum est: aut per hypallagen lege. Tethys. tropus. Citati. versatilis & volubilis. Ad quod. littus. Populos: animas. nam perpetuus ad mortem concursus & tantae turbae vix satis vna ratis. Fugit. interrogatiue legendum est. Fallor. petebat enim tartaream militiam nudus & sine armis. nam licet quis clypeo se protegat & galea: Mors tamen inclusum protrahet inde caput. DANI.

ASCEN. QVid me &c. Pręter morem tragœdiarū lętā habet hæc cataſtrophē: q̄q̄ in omnib⁹ circa exitū fabulæ ſolet aliquid mitius induci: vt in Hercule furēte eius ad ſanā mentē reditio, & ad expiationē per furorē admiſſorū præparatio. Itaq; hoc loco aduenit e cælis Hercules ſignificans ſe oēm mortalitatem exuiſſe: & ꝓpterea nō flendū eſſe de tranſitu ſuo ſed gaudendum: quo more ſanctorum natalitia quibus hinc migrauerūt in cælum cum gaudio recolimus: exiſtimantes tunc vere naſci cum in patriam vitæ recepti ſint: dicit igitur Hercules. Quid id eſt ad quid: iubes (non dicit mater: quaſi iam nihil maternum tenēs: ſicut Chriſtus vbi ſe cælitus veniſſe ſignificauit mulierem non matrem compellauit pientiſſimam genitricem) id eſt vis me tenentem regna poli ſyderei: & redditum tandem cælo: vel ex errore veteri quem Plato tandem ſecutus eſt: animas. ſ. prius q̄ in corpora demitterentr in cælo fuiſſe (Nos aūt dicim⁹ Hieruſalē cæleſtē eſſe patriam noſtram: ꝗ illic patrem habem⁹: q aīas nr̄as creauit, & cęlo deſtinauit) vel ꝗ Iouis ſatu (vt fabulæ aſſerunt) genit⁹: in cælo prius in lumbis Iouis fuerit: ſentire fatum. i. quiddam mortale adhuc, plāctu ſcilicet tuo. Parce. i. abſtine a planctu: aut mihi inferre eam iniuriam: nam virtus fecit mihi iter id eſt aditum, in aſtra & ad ipſos ſuperos Alcmena audiens & non videns Herculem dicit mutato genere metri. Vnde ferit ſonus aures trepidas: vnde fragor id eſt vox quaſi de nube fracta: inhibet id eſt vetat ne procedant, lachrymas meas? Notum eſt inhiberi in ipſo actu: & prohiberi ante actū. Agnoſco agnoſco. ſ. vocem Herculis. Chaos. i. locus tenebricoſus inferni: eſt victū ſcilicet ab Hercule quia redit: tu nate redis iterum, quia ſemel redierat cum Theſeo, mihi id eſt ad ſolatium meum, a ſtyge id eſt a palude triſtitiæ infernalis: & mors horrida eſt fracta id eſt ſuperata, a te non ſemel ſcilicet tantum: ſed bis Tu viciſti rurſus loca noctis & vada triſtia puppis infernæ id eſt per quæ tranſit Cymba Charontis. Acheron iam languidus ſcilicet ꝑ te effect⁹, eſt iam peruius id eſt pertrāſibilis & remeabilis: & licet ſoli tibi: remeare ſcilicet ab inferis: quia alios nouies ſtyx interfuſa coercet, nec fata id eſt iura mortis tenēt te poſt funera id eſt rogos funebres. An ſupple non rediſti ab inferno: ſed a loco proximo: vt non admiſſus: quia Pluton pręcluſit tibi iter id eſt acceſſum & introitum: & pauidus regni. i. cauſa regni: metuit ſibi. ſ. ne illd̄ auferas? Certe ego vidi te impoſitū ſyluis. i. diuerſis arborib⁹ incēſis, flagrātē. i. ardētē, cū flāmę furerēt in cælū plurib⁹ minis. i. minātes plurimū vt videbantur animatæ: etiam cælū velle comburere: certe tu arſiſti? verum loca vltima id eſt remotiſſima a cælo vt quæ ſunt in cētro terrę tartara: non tenuere vmbras id eſt animas tuas. Precor ſupple dic quid tui. i. quam partem cū eſſes inermis, manes timuere. An ſup. vmbra quoq; . i. etiā vmbra ſup. tua: eſt nimis horrida. i. horrenda diti. i. Plutoni? Her. Regna cocyti id eſt luctus inferni

Trimetri Iambici partim.
HERCVLES. ALCMENA.

QVid me tenentem regna ſyderei poli
Cæloq; tandem redditū planctu iubes
Sentire fatum? parce: nam virtus mihi
In aſtra: & ipſos fecit ad ſuperos iter. Alc.
Vnde ſonus trepidas aures ferit?
Vnde meas inhibet lachrymas fragor?
Agnoſco agnoſco: victum eſt chaos.
A Styge nate redis iterum mihi.
Fractaq; non ſemel eſt mors horrida.
Viciſti rurſus noctis loca.
Puppis & infernæ vada triſtia.
Peruius eſt Acheron iam languidus:
Et remeare licet ſoli tibi.
Nec te fata tenent poſt funera.
An tibi pręcluſit Pluton iter?
Et pauidus regni metuit ſibi?
Certe ego te vidi flagrantibus
Impoſitum ſyluis: cum pluribus
In cęlum furerent flammę minis.
Arſiſti certe: verum vltima
Non tenuere tuas vmbras loca.
Quid timuere tui manes precor?
Vmbra quoq; eſt Diti nimis horrida? Her.
Non me rigentis ſtagna Cocyti tenent:
Non puppis vmbras furua tranſuexit meas:
Iam parce mater queſtubus: manes ſemel
Vmbraſq; vidi: quicquid in nobis tui
Mortale fuerat: ignis inuictus tulit.
Paterna cęlo pars data eſt: flammis tua.
Proinde planctus pone: quos nato paris
Genitrix in ortu: luctus in turpes eat.
Virtus in aſtra tendit: in mortem timor.
Pręſens ab aſtris mater Alcides cano.
Pœnas cruentus iam tibi Euriſtheus dabit.
Curru ſuperbum vecta tranſcendes caput.

Me iam decet ſubire cœleſtem plagam:
Inferna vinco rurſus Alcides loca. Al.
Mane parumper:ceſſit:ex oculis abit.
In aſtra fertur:fallor? an vultus putat
Vidiſſe natum? miſera mens eſt credula:
Es numen:& te mundus ęternus tenet.
Credo triumphis:regna thebarum petam:
Nouumq; templis additum numen canam.

rigentis.i.ſemper in ſtatione ſua ſtantia:nõ tenent me. Puppis furua.i. nigra cymba Charontis :non tranſuexit vmbras meas, id eſt animam a corpore ſeparatam: ſed habentem adhuc corporalem affectionẽ: o mater (nunc matrem vocat)parce iam, id eſt deinceps que ſtubus, id eſt querelis:ego vidi ſemel ſcilicet viuens: manes & vmbras. (Quo moraliter monet illud:Memorare nouiſſima tua & in ęternum nõ peccabis:quia qui moriuntur prius q̃ moriantur, id eſt mortis loca & cruciatus debite contemplantur & meditantur nõ deſcẽdunt in mortẽ ęternam)Quicquid tui.i.de te aſſumptũ fuerat mihi mortale, id eſt obnoxium corpori mortali, ſup.id ignis inuictus tulit.i.abſtulit:quod de purgata anima verius dicatur. Pars paterna.i.quã ab Ioue accepi(quæ nõ alia vere intelligi põt:q̃ anima.nam ſi de ſemine Iouis intelligas illud quoq; mortale corpus genuerit) data eſt cœlo:& tua ſup.pars.i.mortale corpus: data eſt flãmis. Proinde, id eſt & ideo(Hi autem duo verſus non in omnibus exemplaribus habentur:ſuntq; mutili:ſic vt opinor reponẽdi)pone.i.depone luctus:quos genitrix paris nato in ortu:quia prima nobis vox vagitus eſt & ab lachrymis auſpicatur vitã aial cæteris dominaturũ: vt Pli. pulchre in principio ſeptimi naturalis hiſtoriæ cõmemorat.luctus eat.i.abeat: in turpes, id eſt in eos qui turpiter vitam tranſigerunt. Virtus tendit in aſtra: timor, id eſt degeneroſitas, tendit in mortem:mater ego Alcides cano, id eſt prędico hæc(quia oracula & Apollinis iuſſa carmine dabantur:ideo qui aliquid grauiter mandabant dicebant ſe canere, præſens, id eſt corã ſũ: ab aſtris ſcilicet demiſſus:aut ex mandato patris cœleſtis, quaſi dicat crede tibi foliũ me iam recitare Sybillæ. Eſt autẽ cũ multo pondere dictũ, Alcides cano:quaſi qui cũ ſit monſtrorũ vindex:& mendacio nullũ ſit monſtrum dirius:nolit ipſum admittere:præſertim cũ ab aſtris adſit:nã veritas ſuperis placet: oraculũ autẽ quod matri canit eſt. Euriſtheus ſceleſtus.ſ. Argiuorum tyrannus:per quẽ ad oia inuincibilia, vt putabat, Hercules miſſus fuerat:dabit tibi iam.ſ.poſt mortẽ meã pœnas:& tu vecta curru: tranſcendes ſuperbũ caput.ſ.ei⁹: alludit ad facinus Tulliæ Romanæ quæ trans patris caput currum agi imperauit. Decet iam me ſubire.i.ab inferiori parte ingredi, plagam, id eſt regionẽ & orã cœleſtem: ego Alcides vinco rurſus, q a me retinere nequeũt: loca inferna. Mater audiens hæc & videns filiũ abire:exclamat cupiẽs amplecti eũ prius q̃ abiret: mane parũper ſup.o fili.quod cum fruſtra ſe petiſſe videret inquit, Hercules ſup.ceſſit, id eſt abſceſſit:aut exceſſit e complexu meo fruſtrato. Moris eſt quando de re nota loquimur nõ exprimere ſuppoſitũ:ſed illud aut per pronomen demonſtrare aut penitus omittere vt hoc loco:nõ dicit quis:ſed manifeſte intelligitur de Hercule: abit ex oculis:fertur in aſtra. Fallor, an vultus putat vidiſſe natum & ſup.non vidit.mens miſera, id eſt nimis ſcrupuloſa eſt incredula, id eſt non poteſt induci: vt tantum bonũ de te credat:& tamen ita eſt:nam tu es numen.i.deus effectus, qui nutu ſolo quicquid voles deide efficies:aut vt iam dicã legatur, miſera mẽs eſt credula.i.quia te miſere amat credit cito q; es numen, & mundus æternus, id eſt cœleſtis ornatus (nam licet infernus quoq; æternus dici mereatur: non tamen mundus, id eſt ornatus: vnde mundus muliebris quicquid ad ornatũ mulieris pertinet:& græce κόσμος tam hic vniuerſi ornatus hoc eſt mundus, q̃ alius quis dicitur.tenet te ſcilicet vt ciuem perpetuum. Ego credo triumphis.ſ.tuis:qui triumphans cœlũ petis(propter hoc verbum multi pauloante legunt, miſera mens eſt credula, id eſt neſcio an fallar:ſed quia te miſere amat mens mea, eſt credula:ſed põt prius timuiſſe credere & nunc credens dicere. petam regna Thebarũ:& canam numẽ nouum ſcilicet te aut tuum additum templis ſcilicet priſcis.

Quid me. Alcmena audit vocem dicẽtem, mater quid flendo mõſtras me mortuum qui iam teneo cœlum. Fatum.mortem. Parce.noli plorare. Vnde Alcmena audiens iſta verba miratur vñ ſit iſta vox.credo q; Hercules reuerſus eſt ab inferis & illic omnia ipſum timuerunt. Inhibet.prohibet ne ploret. Chaos.infernus. Non ſemel bis victus tibi infernus & mora horrida. Peruius.per quem potuiſti iterum redire. Remeare.reuerti. Tibi ſoli.quod alijs non contingit. Tenent.quod non redeas. BERN.

Metuit. ne raperes regnum inferni. Certe. vidi te ardentem in rogo & mortuum: ſed tamen non potuiſti retineri apud inferos. Precor dic q d tui:caſus genitiui, id eſt quid de te timuerũt. Vmbra.ſcilicet tua. Nõ me.reſpondet vmbra Herculis ſe non fuiſſe apud inferos:quia ſatis fuit q; viuens illuc adierit. Tui.ex parte tui genitrix quę mortalis es expurgatum fuit in his rogis. Tulit.expurgauit. Paterna.pars diuinitatis quę ex Ioue erat, eſt reddita cœlo. Virtus. facit immortales: & timidi qui habent vitia moriuntur. Præſens.dicis te neſcire vnde ſit hic ſonus venit ille ex cœlo vbi ego ſum. Euriſtheus.iam Euriſtheum nonſi mebis quem ſupra diximus imperaſſe Herculi hic tibi dabit pœnas. Tranſcendes.ſuperabis ſuperbum caput, id eſt Euriſtheum: cum me filium tuũ deum habebis. Mane.rogabat mater vt reſiſteret: & ille fugit ab oculis eius. Credula.quia miſeri putant videre interdum quod non eſt verum. Canam. ibo Thebas & aperte denuntiabo Herculem factum deum eſſe.

¶Quid me. Cataſtrophe de omni mortalitate in apotheoſim meritis aureæ virtutis. Solatur matrẽ. Hercules iam deus effectus. Vnde ſonus. quem audiui indicem filij mei iam in collegium deorum tranſlati. Iterum:quia ſemel cum Theſeo. Vmbra.ſimulachrum enim petit manes.cœlum anima & corpus in puluerẽ ſoluitur. DANI.

Sequitur CHORVS.
Metro anapęſtico.

NVnq̃ stygias fertur ad vmbras
Inclyta virtus: viuite fortes:
Nec lethęos sęua per amnes
Vos fata trahent: sed cum summas
Exiget horas consumpta dies:
Iter ad superos gloria pandet.
Sed tu domitor magne ferarum:
Orbisq̧ simul pacator ades.
Nunc quoq̧ nostras respice terras:
Et si qua nouo belua vultu
Quatiet populos terrore graui:
Tu fulminibus frange trisulcis.
Fortius ipso genitore tuo
Fulmina mittes.

ASCen. NVnq̃ stygias &c. Chorus vt eius officiũ est laudat virtutẽ Herculis per hoc nos ad eius imitationem inuitans. Officium autem chori vt alibi recitauimus sic præscribit Horatius in arte. Authoris partes chorus officiũq̧ virile Defendat: neu quis medios intercinat act⁹ Q̃d non proposito cõducat & hæreat apte. Ille bonis faueatq̧ & consilietur amice. Et regat iratos: & amet peccare timentes. Ille dapes laudet mensæ breuis: ille salubrem Iustitiam legesq̧: & apertis ocia portis: Ille tegat commissa, deosq̧ precetur & oret. Vt redeat miseris abeat fortuna superbis. Hic ergo inuitat ad fortitudinem cũ laude Herculis dicens. Virt⁹ iclyta: nunq̃ fertur ad vmbras stygias: & ideo viuite fortes nec fata sæua trahẽt vos per amnes lethęos. i. obliuionis æternæ: quia iusti in perpetuũ viuẽt: sed cũ dies. s. vitę periodus a deo vnicuiq̧ data: consumpta, exiget. i. finiet horas sũmas. i. vltimas: gloria pandet sup. vobis iter ad supos: quasi nõ sit aliter superos petere q̃ p famã viuere: cũ reuera iusti nunc in coelos assumant̃ in spiritu assumendi demũ etiã in corpore. Sed tu o Hercules, magne domitor ferarũ & pacator simul, id est pacificator simul orbis, id est huius mundi. ades, id est auxilio venias: & respice quoq̧ nunc preces nostras, & si qua belua vultu nouo. i. facie insolita & mõstruosa: quatiet populos terrore graui: frange tu sup. ipsam fulminibus trisulcis: exercens. s. officiũ paternũ: q̧a tu mittes si voles fulmina fortius ipso genitore tuo. Sunt qui legant mittens: sed plus dicit mittes eo q̧ indicatiuũ est: q̃ mittẽs q̃d cũ deprecatiuo verbo poneretur.

¶ Hæc sunt q̃ in. L. Annei Senecæ tragœdias quanta pro tempore potui diligentia doctoꝝ & amicorũ virorũ quos in fronte operis honorifice significauimus opera & admonitione freti collegim⁹: tu lector bone: tuq̧ in primis Generose, facunde anxieq̧ docte nec vnq̃ satis laudate Ioannes Landane, boni cõsule: ac Vale.

BERN. NVnq̃. versus anapęsticus. Hic Chorus laudat virtutẽ quę sola immortales hoies facit: vt Plato p̃testat̃: q volun puris animab⁹ aditũ patere in coelũ: cõtaminatas vero deprimi in terras ad cundo cocytos: phlegetontasq̧ fluuios flãmiuomos Lethęos. infernales. Sũmas horas. vltimũ tẽpus vitę. Pendet. aperiet: hi sunt de qb⁹ Maro inq̃t. aut ardẽs euexit ad ęthera virt⁹. Sed tu. iam p̃cat̃ Herculẽ tanq̃ deũ. Ades. faueas nobis & gere curã nostri: vt si q̃d mõstrũ natũ fuerit de cęlo mittas fulmina.

¶ Habes amice lector cõmẽtaria in aureas. L. Annei Senecæ tragœdias tanto vitæ bono: vt si diligenter eas p̃legeris: nihil tibi cõducibilius reperire possis ad bene viuendũ & ad rerũ locorumq̧ omnifariã cognitionem. Ibi sententiæ graues ad instituendũ vitæ modũ: historiarũ fabularũq̧ enarratio: fortunę varietas, vrbiũ, montium, aquarum maris, & fluuiorũ, regionũ populorumq̧ descriptio: verborum enucleatio. Ordo textus ita simplex: vt quisq̧ nouitius omnia facile p̃cipere valeat. Itaq̧ leges gratũq̧ accipies: si minima prosecuti simus tu maiora indipisci possis Vale.

DANI. ¶ Nnq̃ stygias. Laudat Herculẽ Chorus & numen adorat virtutis Herculeæ.

¶ Peruenimus tandẽ in optatũ portũ lector candide. pelagus ingẽs emensi pręcipiti cursu: perfecimus nãq̧ intra mẽses tris iter nouẽ annoꝝ: nõ absq̧ tñ periculo imminẽtis naufragij: nã importunissimi isti remiges nostri dũ nimis auide ad tuã pecuniam vela cõtendunt: vt infames scopulos: in sęuam charybdim & scyllã immanẽ hãc meã futilẽ cymbã p̃pemodũ pertraxerũt. erat eñ hoc mare nauigãdum rate fatidica & magistro typhi. sed gratias tandẽ cũ coronis deo optimo p̃soluamus, vendibiliori merce posthac nauigaturi.

Aegidius Maserius Dionysio de Bidant, S.

NOstris gratulandũ putauerim t̃pibus Dionysi suauissime quib⁹ literarũ alũnis Hercules nat⁹ non ingloriã degit vitã: q siue Eurithei siue Iunonis monitu ad mõstra in dies magis, magisq̧ enascẽtia: quęq̧ hacten⁹ nõ sine grauissima studiose iuuẽtutis p̃nicie pullularũt: sapienter extirpanda impellit̃. quid impellit̃ immo sane lętus, volẽsq̧ mouet̃. quicquid eñ mõstri Geryonaceí ex Corduba tyrãnice erumpit vel claua vel lima pulcherrime domat. Siue in maximis Virgilianę poeseos, siue Syllianæ molis cãpis cũ hydris, gygãtibusq̧ literarijs manũ cõserit belle vincere, belliusq̧ vti victoria nouit. Quę quidẽ mõstra si accumulãda curaueris tã neq̧ Pelorus neq̧ cũ Pachino Lilibęus ad opprimenda sufficerent. Cũq̧ ex plerisq̧ locis victoꝛ insignis redierit, nunq̃ maiori triumpho visus est decorandus. Palmã siquidem non populum paucis ante sperabilem ex abysso ignorantię domita, tartareisq̧ tenebris perinde ac Hercules Thirintius egregie referens inaccessam prius tutã reliquit. quæ tñ vt cunctis facilior sit quædam prænotamenta subiungam: nihil eñ tam facile, tamq̧ doctioribus cognitũ quin scrupulũ aliquem, præsertim nouis tyronibus quandoq̧ inijciat.. Idq̧ eo libentius faciam. quo & meo Ascensio gratius, iuuentutiq̧ vtilius fore confido. Vale & me vt facis ama.

Aegidii Maserii de variis tragici presertim carminis metris: & primum De Iambico Regula.

Vñ iābus ortū dicit̄



Arrat Polistephanus scriptor diligētissim⁹, Iābū (vñ carmē iābicū dr̄) ab Iambo Hipponeontis vxore nūcupatū: alijs ab ιαμβιζω qđ est cōuicior. aut ιαπτω, noceo deducētibus. Sūt q ab Iāba Niobes famula ortū malūt. alij ab Iāba puella q̄ Iābico carmie lacerata vitā laqo finiuit. vndecūq̄ tñ fluat est cōuicijs & maledictis pq̄ aptus ab Hora. criminosus ideo dict⁹: quo archilochi rabies in Lycābē armata est. Fit aūt ex prima breui & scđa lōga vñ pes citus & celer ab eodē Horatio dr̄: ab Ausonio ṗpes & volucripes. Ex hoc carmē multiplex solet esse iābicū. Est quoddā monometrū duob⁹ cōstās pedib⁹: dimetrum quatuor: trimetrū sex: tetramet. octo. pēth a. decē: hexamet. duodecim. his tribus vltimis vtunt̄ aliqñ comici qñ ad verboꝝ certationē vētū est: rariuscule vltimo. Seneca vero in. viij. trag. semel tetrametro iābico vt dicet̄ vsus est. Est itē aliud acatalecticū: aliud catal. hyperc. & brachic. q̄ qm̄ ex Horatij versib⁹ satis trita sunt ad Iābicū rediēs plura dicere supsedeo.

Iābicum carmen mltiplex,

Iābicum monometrum.

Iābicū est aliqñ monometrū quale est auidūq; fatum. Itē hederaq; mollem in Oedip. in his ponit̄ anapæst⁹ cū Iābo & syllaba. dicunt̄q; ideo hyperca. aristophania. pōt tñ iābicū monometrū acat. esse: duosq; iābos recipere, aut dactylū cū iābo siue spōdęū vt docet Franc. niger. dicit̄ monometrū qđ vnicā recipit mēsurā in vnū duob⁹ coactis pedib⁹.

Iābicum dimetrū.

Est ṗterea quoddā dimetrū duabus mēsuris, quatuorq; pedib⁹ cōtentū quo gn̄e vtit̄ Seneca in Medea. & q̄uis in oib⁹ sedib⁹ iamb⁹ poni pōt, ad remorādā tñ iambi celeritatē: Seneca alios inseruit pedes.

Iambicū trimetrū. Scazon.

In prima nāq; sede spōdęus ponit̄ vel iāb⁹. in secūda iāb⁹. in tertia spōdęus anapęst⁹ ve. in quarta iāb⁹. possūt tñ hi pedes esse siles quatuor pedib⁹ vltimis versus iābici trimetri: q; sex cōstās pedib⁹ a Scazonte differt. nā Scazō spōdęū semp in vltima sede recipit. nō in quinta: tragic⁹ vero iābic⁹ iābū in sexta suscipit: & q̄uis in oib⁹ sedib⁹ iābus locari pōt, nō sine culpa tñ fit vt ex oib⁹ iābis cōsistat dicēte Terentiano. Culpat̄ aūt versus in tragœdijs: Et rar⁹ intrat ex iābis oibus. hu⁹ aūt pedes sic distribuunt̄. spōdęus primā sibi sedē sortietur: cui⁹ prima in breuē resoluta iābo cedet: si in duas breues trāseat anapęsto: si in scđa in duas breues dactylo. Ponent̄ ergo in prima sede spōdęus, iāb⁹, dactyl⁹, & anapęstus. vsurpat̄ etiā tribrachus iābo æquiualēs. Secūda vero sedes iābo, anapęsto & tribracho cōcedetur: q̄ sane spōdęū recipere videbunt̄ excusso scrupulo in sequētib⁹ clarescēt. Tertia sedes spōdęū, dactylū, anapęstū, iābū, tribrachūq; admittet sicut prima. Quarta aūt iābū, anapęstū, tribrachū ve sicut secūda recipiet. In quinta spōdęus, anapęst⁹, aliqñ tribrach⁹, rarius q; frequēter iāb⁹. Quatuor insup loca interlegēdū signaui: vbi dactylus spōdęo in tpib⁹ ęquiualēs quintā sumit sedē. Primus est in Hercule furēte. Nō causa, sed nūc pereat omnis memoria. secūd⁹ est i Oedip. Noscis ne memet? dubitat anceps memoria. terti⁹ in Medea. Sed tu maloꝝ machinatrix facinoꝝ. q̄rt⁹ in eadē Virile robur nulla famę memoria. Potest & quit⁹ ex eadē colligi. adire expetita spolia Phrixei arietis vbi dactylus est in quinta: aut spōdęus: si Seruio assentiri liceat quo teste. I. cōsonātis officio in parietib⁹ & ariete fungit̄. Sedes sexta iābo seu mauis pirrhichio dabit̄. Inuenies tñ versum nōnūq̄ hypercat. vt i heroico fieri videm⁹: nisi velim⁹ dicere tribrachū posse iābicū claudere. vñ in prima legit̄ trag. vt sępe puppes ęstus iuitas recipit. Quietiā Frāc. Philelph⁹ i. xxiij. epist. libri. xxiij. Aeschili vers⁹ de Amphiarao recitās ait. Nā vult vir esse nō videri hic optim⁹. Q uⁱmētis altę fructifer sulcās segetē. Cōsulta callēs germinat grauissima. In prima vero trag. Et fata vici: morte cōtēpta redij excusari pōt p paragogen.

Iābicū tetrametrū.

Sūt ṗterea quędā carmina iābica tetrametra quib⁹ semel Seneca i Agamēnone vsus est vbi dr̄. Instāt sorores squallidę: sanguinea iactāt verbera. In quoꝝ prima sede iābus ponet̄. Itē spōdęus. In secūda iāb⁹. In tertia spōdęus. In q̄rta iābus. In quinta spōdęus, dactylus, & iāb⁹. In sexta iāb⁹. In septima spōdęus & iāb⁹. In octaua iamb⁹ seu pirrhichius. locis tñ parib⁹ nō obstat quin pes a breui incipiēs ṗter Pirrhichiū admitti possit seclusa sede vltima quę tribracho nō patebit nisi ea ferat̄ excusatio q̄ i trimetro iābico dicta est. de pēthametro vero & hexametro qm̄ Seneca nō vsus est plura nō veniūt dicēda.

Trochaicū tetrametrum.

Est insuper Trochaicū tetrametrū catalecticū: quo Seneca ter vsus est. In Hippolyto. Oedip. & Medea: cui⁹ pedes sic statuent̄. Prima sedes trocheo, tribracho, dactyloq; relinq̄tur: frequētior tñ trochęus est vñ versus dicit̄. nōnulli etiā anapęstū admittūt id ex Terentiano affirmātes cū ait. Breuis vtrinq; sic licebit: bis feriri cōuenit: sed primus pes est tribrachus. Itē illo magis mouentur quod idē Terēt. affert παραμβοσ nāq; dicunt: si probatis εκτασιν. & reuera παριαμ videtur facere anapęstū. nā duę sunt naturaliter breues cū tertia lōga. verū nō ea est Terent. mens. nā sequit̄. Ars vetat prime negare spatia bina syllabę. vult ergo intelligere παρι trochęū facere si probet̄ ectasis: est eñ prima naturaliter breuis p ectasin protrahēda. Si tñ in Medea legat̄ Grauior poena vt pleraq; habēt volumina manifestissim⁹ erit anapęst⁹. Secūda sedes trochęo, spōdęo, dactylo, & anapęsto relinq̄tur. tertia trochęo & tribracho. quarta trochęo & spondęo. quinta trochęo & tribracho: & scđm Terent. dactylo. Sexta spōdęo, dactyloq;. Idē etiā Terent. anapęstū & trochęū locat qđ fieri pōt: nec abhorret a natura iābici trimetri in quē potest (vt dicetur) trochaic⁹ resolui. sed prima soli trochęo. vltima vero vnicā cōtinebit syllabā. vnde carmē manebit catalecticū. sicq; oibus in locis secluso vltimo trocheus locari poterit. Si quis tñ faciliorē versus troch. cognitionē habere voluerit iuxta Terent. præceptū pro frōte ponat creticū quo remoto ver⁹ manebit iābic⁹. creticū quidē dixero secundū syllabas aut tpa. neq; semp creticus ṗfert̄ qui prima in duas breues dissoluta ad pęona quartum transit vltima longa in duas breues mutata ad pęona primū. hoc asserit Terent. dicēs. Ergo qui versus paratur integer trochaic⁹ Cretico fiet remoto rectius idē iābicus. Quędā etiā reperies trimetra ad regulā tetrametroꝝ paucis inuersis redigēda.

Sapphicum.

¶ Sapphicū hēdecasyllabū trochaicū ex lectione Horatiana vel semidoctis satis tritū quinq; sedes habet. prima datur trochęo. secūda spōdęo. tertia dactylo. quarta & quinta trochęis. In secunda tñ sede nō semel dactylū leges positū. In Thyeste. Cuncta diuitias, metuitq; casus. In Troade. An ferax varij lapidis caristos. In eadē. Troia qua iaceat regiōe mōstrās. Itē in Medea Sumere innumeras solitū figuras. Tertia quoq; sedes aliqñ spōdęū admittit. In Troade. Mittat & donet cuicūq; terræ. qđ exēplū si pertinaciter negātib⁹ nō satisfaciat, efficacius est illud in eadē. dū luem tantā troię atq; achiuis. Et in eodē loco. Pelion regnū protei superbū:

De tragici carminis metro.

vbi protei legendū ē p sineresim vt apud Virg. in .xj. Atrides Protei Menelaus adusq; colūnas. Sicq; animad
uertēda est spōdei & dactyli natura suas sedes mutuo cōmutātiū. Aliud gen⁹ carminis Terent. vocat Sapphi-
Phaleciū. cū hēdecasyllabō qđ dicim⁹ Phalęciū. cū att. Quē nos hendecasyllabū solem⁹, tanq̄ de numero vocare versū
tradunt Sapphicū esse nūcupandū: nāq; et iuguer vsa sepe sappho &c. quod ex lectione catuli & aliorū satis
est cognitū. quo q a Seneca minime vsus est ad alia trāseundū est. Adoniū carmen monometrū ex dactylo &
Adoniū spōdęo siue trochæo cōstat. Anapęsticum dimetrum ab his Euripidiū, ab alijs pindancū dr̄. reperitur tñ aliqñ
anapęsticum. sic impressum vt trimetri formā habeat, ad monometrū vel dimetrū reducibile: cuius prima sedes datur anapæ-
sto vñ nomē sortit̄, dactylo & spōdæo, aliqñ tribracho. secunda spōdæo, tribracho & anapesto: si vero vlteri⁹
Gliconicum. pdeat quod monometro idē dimetro & trimetro cōtinget. Alij iābū admittūt, q̄ necessario, ipsi viderint. Est
quoddā genus gliconicū spōdęo duobusq; dactylis: aut spōdęo, choriābo & pirrhichio cōstās, dicit̄q; a Terē.
choriābicū alias bacchiacū: Cū att. Hoc metrū choriābicū est. Quod pars bacchiacū vocāt. recipit etiā aliqñ iā
bū eodē teste cū att. Pars prima hic varie solet spōdęū mō sumere. Idē sepe & iāb⁹ est. hoc de septimijs pōt iun-
ctis noscere versib⁹. Geritq; intus in oppidū anhelos panope greges. Admittit etiā trochęū in prima sede. vñ
Bernardin⁹ Senecę interps dicit. Fata si liceat mihi, esse gliconicū: qđ innuit Terē. dicens. Trochæū quoq; sic
Asclepiadeum. locat Purpuræ leguli senes intus hic vbi cōsitū est. Asclepiadeū ex horat. satis cognitū pōt vocari choriābi-
cū vtpote duos recipiēs choriābos: qđ affirmat Terē. dicēs. Tēdūt latius hoc gen⁹: duos vt choriābos icludāt
Saturniũm. medios pedes. Et sit versus ad hūc modū. Carmē pierides dulcisonū dabunt. Est etiam Saturniū vt in Medea
Quonā cruēta menas Pręceps amore sæuo. vñ Terēt. Quē credidit vetustas tanq̄ Italis reptū Saturniū vo
cādū. Sed est origo græca &c. hoc carmē ab alijs dicitur iambicum dimetrū catalecticū. a Francisco Nigro ana
creōtiō. recipitq; spōdęū id prima sede, vel anapæstū, nōnunq̄ iābū vt nephāda Colchis aruis. In illo vero qđ
post habebat diu seruat colorē: recte dr̄ seruat diu colorē. in secūda sede ponit̄ iāb⁹. in tertia iābus. quarta sedes
Buccolicum habebit vnicam syllabā: si carmē fuerit catal. alij aliter scandunt. dato primo pede recipit amphibracum: dein
spōdęū. Buccolicū quatuor pedes habet versus heroici. hui⁹ meminit Terēt. dicēs. In tragicis iūxere choris
hunc sepe diserti. Anneus Seneca & Pōponi⁹ añ secūdus, tale dedit nobis Pōponius. Pēdeat ex humeris dul-
Aeolicū. cis chelis. Et Seneca ipse in Oedip. Te Tyrrhena puer rapuit manus. Aeolicum ex isto gignit̄ habens quinq;
pedes Sapphus inuētū dicēte Terent. Aeolicū ex isto genuit doctissima sappho. Quod sit quinq; pedū ve
lut hos modo prospicis. Et Seneca in Agamēnone heu q̄ dulce malum mortalib⁹ additur. A Frācisco nigro
dr̄ Simonidiū. Admiscetur etiam frequentissime heroicū satis notum: qđ fieri etiā spōdaicū videm⁹ in. vij.
trag. Festa dicax fundat cōuicia Fescēninus. Alia inueniētur choriābica monometra hypcat. vt imbriferūq;
caurū. quædā archilochia monometra hy percatalec. vt circa regna tonat. Si quis vero in lectione Francisci
Heroicū. nigri: Perotti: & aliorū de metrorū diuersitate regulas tradentium mediocriter eruditus fuerit multa quę breui
tatis gratia omitto facile cognoscet.

Aegidij Maserij ad Stephanum, Antoniumq;
lapithęos fratres iambicum carmen.



Euoluta si dedissent secula.
Aldum Latinis, Gallicis Ascensium:
Notationes, atq; miscellanea
Siccine vigerent? sacra sic Hieronymi
Dictata magni, sic prophanis auribus
Fœde insonarent? Syllius, Varro, Macer
Informis esset? Reddita foret Comicis
Versibus honestas, & Tragicis. quot perdita
Mundo micarent lumina? quot Heroicis
Cantata modulis gesta mentes tollerent
Hebetes? quot animos lyrica mulcedo daret
Hilares? quot humilis rusticos soccus pedes
Indueret? horror quot cothurnum porgere
Grauem in stupenti cogeret orchestra duces?
Quot satyra mordax velleret aures? quot pedes
Planos: tabulisq; congruentes fabulas
Hic cernere esset? atticis dicteria
Reddita cachinnis osca quot? quot mimica
Leuitate gerras? pallio sub græculo
Togaq; latia sæuus Atax spiculo,
Atreusq; natis, prole Medea, Hercule
Oeneis vita sub caueæ assensu graui
Latera mouerent: atq; pręetextam pari
Gestu referrent? euolarunt proh fidem
Hominum: euolarunt: quis opus nobis foret.
Quodq; exoriri grauius haud posset nephas,
Iam deperibat Galliæ & latij decus:
Mundo creauit cum duplex lumen deus.
Illustrat orbem Gallicanum Ascensius:
Aldus Latinum. Gallico fundit suum
Orbi ille lumen imprimens mundi decus.
Interpres ad hoc est verus vt Apollo imprimens.
Sæpius hic orbi sumpsit alienum iubar.
Sit ille Phœbus Gallicis: hic Italis
Phœbe. vnde venti quatuor spirant leues
Vtrunq; lumen splendeat. sed maxime
Ascensianum: quo micanti diffluens
Caligo pulsa est omnis e Seneca. duo
Cedunt minores lumini huic ignes: iubar
Cętum sereno nubibus pulsis die
Phœbo rutilanti tindareum cedit duplex.

FINIS Opera impensis & industria Ascensiana
Nonis decemb. M.D.XIIII.

Tenoꝛ pꝛiuilegii regii pꝛo hoc opere.

¶ Quo vero ipſe Aſcenſius citra olei: operæ: induſtriæ. impenſarūq; iacturā meliorem deinceps operam bonis literis nauare poſſit: conceſſit eidem Auguſtiſſima Chriſtianiſſimi Frācorum regis Ludouici.xii. maieſtas priuilegium & gratiā in proximum triennium: vt ipſe ſolus imprimere & diſtrahere poſſit hos in Senecam commentarios ſuos in ampliſſimo Francorum regno: ſub pœna amittendorum librorum ab aliis impreſſorum & inſuper arbitraria. Sub Sigillo regio: & ſubſcriptione. Guernadon.

2849101

SENECA

Collas completo



Digitized by Google